This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

The University of Chicago
Libraries

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA HISTORICO-BIBLIOGRAPHICA

III.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO LIBRARIES

SUPPLEMENTUM

ET

CASTIGATIO AD SCRIPTORES TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI

A WADDINGO, ALIISVE DESCRIPTOS;

CUM ADNOTATIONIBUS AD SYLLABUM MARTYRUM

EORUMDEM ORDINUM.

OPUS POSTHUMUM

FR. JO: HYACINTHI SBARALEÆ

MINOR. CONVENTUAL. SAC. THEOLOG. MAGISTRI.

EDITIO NOVA

VARIIS ADDITAMENTIS ET INDICE SCRIPTORUM CHRONOLOGICO

LOCUPLETATA

PARS II. (LITT. I-Q)

ROMÆ MCMXXI

DOCT. ATTILIO NARDECCHIA EDITORE

VIA DELL'UNIVERSITÀ, 11-14.

Digitized by Google

THE UNIVERSITY OF CHICAGO LIBRARIES

Z7840
.F8W21
RR
v.2

Sancasciano-Pesa. — Stab. Tipo-Litogr. Fratelli Stianti.

Digitized by Google

680893

AD LECTOREM

A cl. doct. Attilio Nardecchia anno 1906 rogatus, ut Joh. Hyac. Sbaraleæ Supplemento *a se denuo evulgando notas aliquas adderem, quæ antiquas vel raras editiones plerumque respicerent, ita in munere exsequendo eius menti adhæsi, ut accessiones ad primam operis partem (litt. A-H), pauciores et parvi momenti, maiorum fecerint desiderium. Quapropter ipsius editoris aliorumque suasu, lectorum confisus humanitati, proportionis ratione posthabita, longe plures adnotationes easque identidem uberiores in* Supplementi reliquum *dedi. Quod ne totum diutius desideretur, publici nunc fit iuris pars, abhinc quinque annos typis expressa, litteras I-Q comprehendens; altera, æque fere aucta, iam ad prelum omnino parata, breri cum Indicibus sequetur.*

THOMAS ACCURTI.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
AD SCRIPTORES
TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI

J.

MDCCCXCIII.

JACOBA POLLICINA Sicula Monialis Monasterii Eustochiani Ordinis S. Claræ Messanensis scripsit rudi minerva

Vitam B. Eustochiæ Calafatæ Messanensis Ordin. S. Claræ defunctæ an. 1486. juxta nonnullos, vel 1491. juxta alios ad Cæciliam Perusinam Monasterii S. Luciæ Fulginatis Abbatissam, teste Waddingo in Annal. Minor. ad an. 1491. n. 41., qui docet, hanc extitisse Beatæ individuam comitem, et *Vitam* ms. extare Fulginei in Monasterio S. Luciæ prædicto. De hac et Joan. a S. Anton.

Jacoba Pollicina nobili genere nata est circa annum 1438; post mortem B. Eustochiæ, quæ an. 1486, non autem 1491, decessisse videtur, fuit abbatissa monasterii Montisvirginis Messanensis, vivebatque adhuc an. 1490. Rogata B. Eustochiæ vitam a se italice et simplici stilo conscriptam ad Cæciliam monasterii S. Luciæ Fulginatis abbatissam misit, quæ apographum faciendum curavit, quod absolutum in Monasterio Montis Lucis prope Perusiam die 25 Maii an. 1510, Waddingi tempore, eo teste loco a Sbaralea citato, ibidem, non autem Fulginei in monasterio S. Luciæ, conservabatur, extatque nunc Perusiæ in bibliotheca civica. Cf. Mazzatinti, Inventari dei Mss. delle biblioteche d'Italia, XV, 247 n. 1108. Huius apographi fidele exemplar, post annum 1778 pro monasterio Montis virginis Messanensi excriptum ibique adhuc asservatum, Jacolus Macrì recenter edidit in Archivio storico Messinese An. III (1903) pp. 52-117 et An. IV pp. 1-106; de qua editione cf. V. Casagrandi, I Codici cartacei Messinese e Perugino sulla leggenda della francescana suor Eustochia da Messina in Archivio storico per la Sicilia Orientale An. IV (1907) pp. 252-75.

* JACOBINUS BARGIUS = V. Jacobinus, vel Jacobus Malafossa: utroque modo namque vocabatur.

MDCCCXCIV.

FR. JACOBINI DE CORTONA *Concordantiæ numerales* incipientes *A. a. Jerem.* 1. *c. D. Ezech. IV. f. Joel* 1. *f.*, et finientes: *Joannis b. a. e. vadens.*, extabant olim mss. in 2. solario orient. Sacrarii, seu Biblioth. secretæ Conventus S. Franc. Asisii ex veteri illius loci Inventario an. 1381. facto, ac renovato; quem crediderim *Minoritam*.

MDCCCXCV.

JACOBINUS FERRARIENSIS filius *Riccobaldi* Notarii Obizonis Marchionis Estensis, Ferrariæque Vicarii an. 1292. interfuit testis adhibitus *testamento* ejusdem Marchionis Obizonis, quod asservatur in nostro S. Francisci Bononiensi Tabulario; et an. 1294. Bononiæ moram trahebat; cumque Ravennatum civitas anathemati Pontificio subjecta fuisset, jussus est una cum *Hugolino* Ord. Prædic. eo se conferre, et civibus absolutionem impartiri; quod hoc anno factum in majori Ecclesia perhibent monumenta Bonon. Franciscan.; quæ quoque produnt, hunc primum extitisse Præfectum, et *Rectorem Societatis*, ac *Sodalitatis S. Francisci* circa an. 1300. prope Ecclesiam, Cœnobiumque Fratr. Minor. Bononiæ erectæ, quæ hucusque perstare noscitur, regiturque a nostris Minoritis Convent., et cui nobile adjectum est *Xenodochium* pro Peregrinis accipiendis; ut etiam monumenta ejusdem Societatis habere dicuntur. Scripsit autem hic autor, quantum quidem sciatur,

Sermones, ut ex veteris Bibliothecæ S. Francisci Ferrarien. Indice an. 1437. confecto, et an. 1442. recognito, qui adhuc in Tabulario dicti Cœnobii asservatur in Repertorio al. *Inventario* rerum omnium Conventus, ubi pag. 70., et 73. legitur: *Item Sermones Fratris Jacobini de Ferraria, qui incipiunt: Rogatus* etc.: *cum Tabulis, et corio rubeo adligatis:* sed hi *Sermones* modo in eo Cœnobio desiderantur.

Jacobini Quadragesimale ms. in fol. extat Crumloviæ in Bohemia in Biblioth. Conventus S. Mariæ Min. Conv. ex Catalogo librorum illius loci an. 1593. a P. M. Georgio Benigno Doglioni Bellunensi confecto, et in Archivo Ordinis Romæ asservato pag. 19. Nescio an autorem habeat a Jacobino Ferrarien. diversum.

MDCCCXCVI. 949.

JACOBUS ALBENSIS = idem ne ac *Jacobus Brancus Albensis*, de quo infra, ut etiam putavit Joan. a S. Anton.; vel alius, et Regul. Observ., adhuc hæreo: certe versus leoninus, quo incipit Opus, indicat autorem seculi XIV. magis quam seculi XV.

Tractatum, vel *Sermonem de Immac. Conceptione V. Mariæ* scripsit, cujus verba adducit Fr. Bernardinus de Bustis in Mariali par. 1. serm. 9., laudaturque et a Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont. et a Petro de Alva col. 636. Militiæ univ.

* JACOBUS DE ALCALÀ. V. *Jacobus Complutensis*.

MDCCCXCVII. 950.

JACOBUS ALEXANDRINUS = hic est *Jacobus de Blanchis*, corrupte *Brancus* apud Pisanum, et Rodulphium, qui dictus sit etiam *Albus*, latine reddita italica voce *bianco;* quam cit. Pisanus accepit pro cognomine Conform. XI. par. 2., ubi de provincia Genuæ, Custodia Astensi, et Conventu Albensi disserit, inquiens: *Locus Albæ, de quo fuit Fr. Jacobus Brancus, qui per conclusiones omnes Philosophiæ libros compilavit,*

Digitized by Google

compilavit, et Regi Roberto direxit: a quo accepit Rodulphius lib. 2. fol. 274., et unum in duos dividit lib. 3. fol. 321.

Magister Jacobus de Alexandria super totam Philosophiam naturalem, et moralem habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 14. versus claustrum n. 565. in vet. cod. ms. in 4. parvo. Incip.: *Serenissimo Principi Domino Roberto Hierusalem, et Siciliæ Regi Fr. Jacobus de Alexandria Ordinis Minorum Professor* etc. *Vestris itaque votis, quæ mihi censeo reputanda præcepta, me coaptare desiderans, libros naturales, metaphysicales, nec non et morales distinctos capitulis conatus sum ad evidentiam clariorem reducere* etc. *Physicorum libri* 1. *capitulum* 1. etc.; cujus in fine legitur: *Explicit Compilatio* XII. *Metaphysicæ distincta capitulis edita a Fr. Jacobo de Alexandria Ordinis Minorum ad postulationem Serenis. Principis Dni Roberti Hierusalem, et Siciliæ Regis.* Hæc impressa antiquitus sine loco, et anno in fol. habentur Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, et in Biblioth. Conventus Regul. Observ. sub D. n. 77., teste Joan. a S. Anton., qui tamen to. 1. pag. 293. per errorem dicit *Didacum Alexandrinum.*

Fr. Jacobi Albi de Alexandria Postilla super Evangelia Dominicalia ab Adventu usque ad Fer. 2. *Paschæ* incipiens: *Erunt signa in sole, et luna* etc. *Luc.* 21., et finiens: *et nunc cognoscunt in gloria. Amen.* ms. olim extabat Asisii in Sacrario Conv. S. Franc. 4. solario occid. juxta Inventarium Biblioth. illius loci an. 1381. renovatum.

Fr. Jacobi Albi Postilla quadragesimalis incipiens: *Audistis quia dictum est antiquis* etc., et finiens: *hic per gratiam, et ille per gloriam. Amen.* ms. extabat ibidem ex cit. Inventario.

Fr. Jacobi de Alexandria Ord. Min. Postilla quadragesimalis incipiens: *Assumpsit Jesus* XII. *discipulos suos* etc. *Lucæ* 17. *Sapientis medici potius evitare volentis* etc. et finiens: *ad quæ etiam propter sanctitatem* etc. ms. extabat ibidem ex citato Inventario. Hæc Postilla forsan illa est, cujus initium Rodulphius, et qui eum exscripsit Waddingus in *Jacobo Alexandrino* dicunt esse: *Post sapientis medici.*

Ad Babiloniæ Soldanum proficiscens, ut sacrorum locorum negotia cum illo tractaret, ipso die Parasceve 20. Martii in vasta solitudine efformata ex occurrentibus lignulis cruce, in ejus amplexu pie moritur, et socii corpus Alexandriam Ægypti detulerunt, et in Ecclesia S. Marci sepelierunt, inquit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 95., quam relationem nescio unde hauserit; non certe ex Annalibus Waddingi, quare vereor commentum esse, quemadmodum cum ait, eum *Regularis Observantiæ in Tuscia Vicarium, et Guardianum Hierosolymitanum* extitisse, cum tempore Roberti Regis nondum Reformatio *Regularis Observantiæ* incœpisset, sed tantum anno 1368.

Paduæ in bibliotheca S. Antonii extat (Plut. XXI, n. 491) *Jacobi de Alexandria Postilla super Evangelia Dominicalia,* ms. membr. sæc. XIV, incipiens: *Erunt signa in Sole* etc. *Prudentis Consiliarii proprium est.* In fine adest longa subscriptio, quæ explicit: *Intelligat qui legerit me nihil in expositionibus affirmare, quod non vel in originalibus Sanctorum, vel in glossis authenticis inveniatur expressum.* Cf. Josa A. M., I Codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova, p. 18.

MDCCCXCVII bis.

JACOBUS DE ALEXANDRIA Insuber scripsit anno 1443.

Orationem in funere Fantini Volaresi Archiep. Cretensis, incip. *Heus, illustre Dominium, observandissimi Præsules, Reverendi Patres,* cum *Epitaphio* in fine; ms. in Regia Biblioth. Taurinen. DCI. I. IV. 20. ex Indice.

* JACOBUS ALMAINUS, quem hic Minoritis accenset Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 96., etsi nonnulla *Scoti* interpretatus est, et nonnulla *Gulielmi Okam,* tamen nullius Instituti Regularis fuit, sed secularis Doctor Parisiensis, qui et aliqua etiam Roberti *Olkot* Ord. Præd. vulgavit.

MDCCCXCVIII.

JACOBUS DE AQUIS circa an. 1300. conscripsit *Chronicon magnum mundi* titulo indito: *Imago mundi* a Cajo Caligula incipiens usque ad Bonifacium VIII., quæ est secunda pars, quod ms. in fol. extat in Biblioth. Ambros. cod. 526. D. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 517, et etiam ex Muratorio, quodque Jacobus Echard to. 2. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 996. in addit. suis addendum existimat. Citat *secundam partem Chronicæ tit. Imaginis mundi Fr. Jacobi Aquensis* Stephanus Breventanus Papiensis in Chron. civitatis Papiensis an. 1570. italice vulgato to. 1. In Bibliotheca Gallica Monasterii Lyrensis extat ms. num. 201.

Libellus Imago mundi dictus in gratiam eorum, quibus deest copia librorum: estque descriptio orbis non contemnenda, et maxime *Galliæ* sine nomine autoris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1256.; sed cum *libellus* sit, forsan est Epitome superioris Chronici magni, vel aliud *Opusculum,* ut mihi probabilius, eodem titulo. In Biblioth. Vaticana inter libros olim Alexandri Petavii extat ms.

Fr. Jacobi de Aquis Minoritæ Compendium Histor. Aquensis, et aliarum civitatum Lombardiæ ex Catal. cit. Montfaucon pag. 82. Citat hunc Joan. de Mussis Placentinus in Chron. Placent. to. 16. Rer. Italic., et Benvenutus a S. Georgio in Chronico Marchionum Montisferrati to. 23. Scriptor. Rer. Italic.; qui et eumdem non semel impugnat.

MDCCCXCIX.

JACOBUS ASCULANUS, quem hactenus plerique cum *S. Jacobo* Piceno, vulgo *de Marchia* confuderunt, eo quod ille etiam in agro Asculano natus est, recte a Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 96. ex Gonzaga, nonnullisque aliis alter ab altero distinguitur: errat tamen, vixisse scribens circa an. 1476. ex Villoto, et Morero in Dictionario Gallico; floruit enim initio seculi XIV. sacræ Theologiæ *Doctor profundus* appellatus; annoque 1310. erat provinciæ superioris Germaniæ Minister ex Waddingo in Annal. Min. ad eum annum num. 4., ubi connumeratur inter eos, qui pro Communitate Ordinis adversus nonnullos Regulæ zelatores, dissidentesque stabant, pugnabantque. Bartholomæus Pisanus scriptor illi suppar Confor. VIII. par. 2. inter Scriptores Ord. Min. illustriores eum recenset, aitque: *in sacra Theologia suo tempore fuit singularis:* cujus et meminit Rodulphius lib. 2. in prov. Marchiæ, et Custodia, locoque Asculano una cum cit. Pisano Confor. XI., iisdemque locis; necnon autores Firmam. 3. Ord. edit. Paris. an. 1512. par. 1. inter Ord. Min. Scriptores; ajunt scripsisse

Commentarios in 4. *libros Sententiarum:* quorum primus, et secundus incipiens: *Quæritur utrum Deus sit subjectum in Theologia* etc.: et finiens: *nec ut ultima æqualiter movere, antequam præeligat:* ms. extabat olim Asisii in Sacrario, seu Bibliotheca secreta Conventus S. Francisci ex Inventario illius loci facto anno

Digitized by Google

anno 1381. 2. solario occid. Subdunt cit. autores edidisse etiam

Quodlibeta plurima valde profunda: quorum proœmium incip. *Quia teste B. Joan. Apoc.* 1. *c. Deus est principium, et finis omnium, scilicet Alpha, et Omega* etc. Opus vero: *Vtrum simplicitas divinæ naturæ compatiatur secum aliquam distinctionem ex natura rei* etc.: extant Asisii mss. pergam. in fol. Hæc *Quolibeta* n. 28. habentur etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Eccles. n. 347. ms. cod. in 4. Denique tradunt scripsisse

Tabulam super doctrinam Jo: Scoti. In Tabulario Conventus S. Francisci Asisii post memorata *Quodlibeta* subjungitur *Tabula Operum Scoti* diffusa incipiens: *Abstractio*, et finiens: *Imago* etc. Hæc Opera Possevinus cum errore adjudicavit to. 2. Appar. sac. *B. Jacobo Asculano*, seu *de Marchia.*

Citatur ab autore illius seculi Joan. Baccone Carmelita in quæst. 2. prologi lib. 1. Senten. art. 4. §. *Propter quod*: diciturque mendose *Jacobus de Assola* pro *de Asculo*: *Jacobus Minor* vero, idest *Minorita* vocatur ibi in 1. d. 1. quæst. 2. art. 2., ubi legimus asseruisse eum, *quod in priori originis, quo Pater est prior Filio, Pater habet notitiam omnium intrinsecorum, quæ sunt propria Patri, non vero intrinsecorum omnium, quæ sunt propria Filio, ut Filius, nec Spiritui Sancto, ut Spiritus S.*, ex quibus lucet fuisse Joan. Scoti aut discipulum, aut sectatorem. Hunc etiam *Asculanum* illum exputo, quem Jo. Franciscus Picus Mirandulanus Antonio Faventino Philosopho scribens tradit sensisse *malum esse nihil;* et Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 7. cap. 3. ex Trithemio, et Mariano dicit celeberrimum, et floruisse simul cum Card. *Gentili de Monteflorum* an. 1312. vita functo. *Quodlibetum Jacobi de Esculo* citat Adam Goddam, vel Voddam, sive ejus Epitomator, Collectorque in 1. Senten. d. 33. quæst. 5., qui scribebat paulo ante annum 1378.

Tabulam, seu Indicem Scripti Oxonien. Scoti habet Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Jo. Duns Scotus* vulgasse Salvatorem Bartoluccium Asisiatem in Veneta edit. Operum Scoti an. 1580., seu ex illo Indice alium effecisse. Sed errat Possevinus, cum Tabula a Bartoluccio vulgata non alia sit, nisi *Tabula generalis Antonii de Fantis*, dicta etiam *Mare magnum Scoticum*, ordine tantum nonnihil immutato. An autem Antonius de Fantis illam excerpserit ex alia Jacobi Asculani: vel potius an illa Jacobi Asculani sit, quam anno 1490. Gratianus Brixianus vulgavit in fronte 4. librorum Senten. Scoti, non audeo definire.

Quæstiones quodlibetales Mag. Jacobi de Esculo, ms membr. sec. xv, extat Patavii in bibliotheca S. Antonii (Plut. xx, n. 426). Incip., teste Josa p. 35: *In disputatione nostra de Quodlibetis;* explic.: *in quibus Luna naturaliter prælominatur.* Eædem quæstiones habentur in cod. Vat. Lat. 1012, ms. membr. sec. xiv, et ex parte tantum nempe quæstiones quinque in cod. Vat. Lat. 4871, p. 385 sqq. De Quodlibetis in bibliotheca S. Crucis florentina asservatis conferendus Bandini A. M., Catalogus codd. latt. biblioth. Mediceæ Laurentianæ, iv. 705.

951.

JACOBUS AUGUSTODUNENSIS — ut in append. Waddingi ad hunc librum, est *Jacobus de Cheranes*, de quo infra: legatur Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin.

MCM.

JACOBUS BALNEUS Aquilanus Aprutinæ regionis, et provin. S. Bernardini Min. Con. sac. Theol. Mag. elucubravit

Tractatum de censuris, et pœnis carmine italico incip. *E me venuta voglia.* Aquilæ 1482. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 96. v. *Jacobus de Bangio de Aquila*, quæ editio extat in regia Biblioth. Scorialis ex eodem Joan. a S. Anton.

Tractatum de Excommunicatione tum papali, tum Episcopali jam typis evulgatum in 4. absque anno, et loco editionis, ut refert Toppius in Scriptor. Regni Neapolit. apud Franchinum in Bibliosoph. n. 159., qui tempora autoris ignoraverunt.

Tractato de tutte censure et pene che pone la sancta madre ecclesia . cioe excomunicationi . suspensioni . interdicto . et irregularitati. In terza rima vulgare con tutte dechiarationi anco vulgari. etc. prodiit absque ulla nota typographica, quamquam ex typis impressus censendus est per Adamum de Rotwil Aquilæ c. 1482. Incipit: *E me venuta voglia con gratiosa Rima narrare per tenere a mente Una gentil materia et luminosa.* Explicit: *Oue dogni bonta lanima fie satia amen.* Extat Romæ in bibliotheca Corsiniana.

Tractatus de Excommunicatione tum papali tum episcopali nec latine scriptus nec unquam seorsim typis excusus est; est prima pars præcedentis operis, ut vel ex ipso titulo patet quem supra retulimus.

Scripsit etiam:

Lo Septenario. Aquilæ sine typographi nomine (sed per Adam de Rotwil), 1482, in 4, tristichis italicis. In eo de variis rebus agit quæ sunt numero septem, ut de sacramentis, de donis Spiritus sancti, de præcipuis virtutibus, de peccatis seu vitiis capitalibus etc.; in fine ad Franciscum Piccolomineum cardinalem, qui postea fuit Pius III, poemation mittens, summum ei pontificatum auguratur. Extat Neapoli in bibliotheca Nationali.

Tractato della immacolata et preclarissima conceptione della gloriosa et sempre uergine Maria. In terza rima volgare. Aquilæ, Onuphrius Coccetta, sine anno (c. 1487) in 4. Extat ibidem.

Tavola perpetua di computo ecclesiastico per trovare le feste mobili con nuova invenzione di caratteri e di punti e con più breve maniera.

Vita di S. Crissedio in ottava rima, quam laudat Cirillo (Elogi degl'illustri Aquilani) et se adhuc puerum legisse testatur.

Cfr. Dragonetti A., Le Vite degli illustri Aquilani (Aquila, 1847); Pansa G., La Tipografia in Abruzzo (Lanciano, 1891).

MCMI.

JACOBUS BAMBINI Florentinus Conventualium inter septa receptus bonarum artium studiis operam sedulo navavit, quibus egregie excultus edidit de *Arte Prosodiæ*, seu

Metrologiam excusam Florentiæ an. 1639. in 8. per Amatorem Massam.

Methodum in Grammaticam Institutionem. Ibidem an. 1649. in 8. ad Scalas Abbatiæ.

Acroamata grammaticalia, ut typis ederentur an. 1659. permissa, et approbata ex Reg. Gener. Ordin.

Pneumaton Diatribæ, hoc est *Spirituum alloquia.* Ibidem an. 1672. in 4. typis Stellæ; suntque *epistolæ* versu elegiaco inter vivos, et mortuos diversorum statuum Paradisi, Purgatorii, et Inferni, teste Franchino in Bibliosoph. n. 160.

** *Officium S. Zenobii Episcopi Florentini* carmine heroico **.

De hoc Waddingus infra in Jacobo N. pag. 187., et Joan. a S. Anton. pag. 104. Waddingum secutus.

952.

JACOBUS BARGIUS = v. *Jacobus Malafossa* infra; idem enim est.

MCMII

Digitized by Google

MCMII. 953.

JACOBUS DE BENEDICTIS = Asisii in 5 solar. orient. Sacrarii Convent. S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. confecto extabant olim

Laudes Fratris Jacobi de Tuderto incip. *Soprône langua amore*: et finien. *l'alto Dio Padre ringraziava tanto*: cum *Legenda S. Elisabeth.* Quædam autem cum aliis extabant in 4. sol. orient. Habentur etiam *Laudes*, seu *Cantica* mss. in 4. in Biblioth. Hispalensi, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 108. Incipit codex hoc modo: *Incipiunt laudes, quas fecit Sanctus frater Jacobus de Tuderto Ordinis Fratrum Minorum ad utilitatem, et consolationem omnium cupientium per viam salutis crucis, et virtutum Dominum imitari. De perfectione sanctæ paupertatis distinctæ per tres gradus* etc. Prodierunt *Cantica* impressa Florentiæ an. 1540 in 4. typis Bonacorsi ex cit. Joanne a S. Antonio; deinde cum nonnullis *sermonibus* super iisdem prodierunt recusa Romæ an. 1558. in 4. apud Hippolytum Salvianum; postea Neapoli studio Joan. Baptistæ Modii CII. *ejus Cantica* cusa sunt cum Vita autoris anno 1615. in 4. typis Lazari Scorrigii; similiter auctiora per *Fr. Franciscum Tresatum* Ven. 1617. in 4. apud Nicolaum Misserinum; cum antea jam vulgata fuissent Venetiis an. 1514. per Bernardinum Benalium, iterumque ibidem an. 1556., postea et Bononiæ, sed mendis inquinata ex Possevino in Appar. sac. to. 2. v. *Jacoponus Tudertinus*, et etiam in appendice. *Laudes*, et *Cantiones* ejus nonnullæ *italicæ* ab erudito Poeta castigatæ, et correctæ leguntur in fine *Mysticæ Theologiæ* S. Bonaventuræ a P. M. Casimiro Tempesti Min. Conv. elaboratæ, et an. 1746. Lucæ cum ejusdem notis publicatæ. Hispanico sermone prodierunt Ulyssipone 1576. in 4. typis Francisci Correa ex cit. Joan. a S. Anton. In ista Cantica, seu Rhythmos, et Poemata annotationes scripsit Joan. Baptista Modius Calaber a S. Severina anno circiter 1550., qui fuit Medicus, et Philosophus, unus ex primis sociis S. Philippi Nerii, ut habet Angelus Zavarone in Biblioth. Calabra pag. 89.

Prophetia Fratris Jacoponi edita est *anno* 1305.; non 1350. numeris transpositis.

Canticum de contemptu mundi incip. *Cur mundus militat sub vana gloria*, refertur latine a Rodulphio lib. 1. fol. 109., et hispane redditum a Cornejo in Chronicis Ordinis to. 1.

Rhythmus ad B. V. Mariam incipit: *Stabat Mater dolorosa;* habetur apud Bernardinum Busti in Rosario par. 2. serm. 15., quem perperam Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 14. sub an. 1399. adscripsit *B. Gregorio*, cum eo tempore versus leonini nondum audiri cœperint.

Sententias, et monita salutaria, quæ et *apophtegmata*, et *aurea dicta* nuncupari possunt, primus omnium vulgavit Bartholomæus Pisanus in Confor. VIII. par. 2. in provin. S. Francisci, et loco Tuderti, et Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 6. cap. 31., et seqq. 8. §. distincta ex Mariano Florentino. *Detti notabili di Frate Jacopone* incip. *Jo examino me stesso, se sono in caritade, diceva Frate Jachopone, de aregnache certo questo non possa sapere*, habentur Venet. in Biblioth. S. Marci mss. cod. 11. in 4. chartac. seculi circiter XVI.

Ejus *Spiritualia colloquia, et alia diversa* habentur mss. Romæ in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157.

Opusculum tit. *Doctrina* incipiens: *Quicumque vult ad veritatis cognitionem* etc. ms. in 4. extat in Biblioth. Hispalen. Eccles., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 108.

Bulgarinus, Corbinellus, et Crescimbenius vol. 2. *de vulgari Poesi* par. 2. lib. 2. magna cum laude de hoc viro loquuntur; et autor Operis *de vulgari Eloquentia* Danti attributi memoriæ prodidit, *Dantem* Parisiis B. Jacoponi, cui amicitia conjunctus erat, versus Francorum Regi explicasse. Sed et autores Dictionarii linguæ hetruscæ vulgo *Vocabolario della Crusca* hunc inter autores linguæ italicæ recensent, ejusque autoritate utuntur.

Præcipuæ Laudum editiones. — 1. *Laude di frate Iacopone da Todi.* In fine: *Per Ser Francesco Bonaccorsi In Firenze adi uentiotto del mese di septembre.* M.CCCCLXXXX. in 4 Editio optima, ad plures codices præsertim duos Tudertinos valde antiquos et alium anno 1336 Perusiæ scriptum magno iudicio exacta, ita ut pro fundamento novæ editionis a criticis sumi possit. Centum et duas laudes continet, italicas omnes, quarum indicem cum accurata voluminis descriptione præbet M. Faloci Pulignani in " La prima edizione delle laudi del beato Iacopone da Todi „ (Miscellanea Francescana, I, Foligno 1886, pp. 21-29). — 2. *In questo volume se Contengono queste opere infrascrite. Le laude del Beato frate Iacopon: del sacro ordine di frati minori de observantia. Le laude del Magnifico Leonardo Iustiniam. Le laude del angelico doctor. s. Tomaso de aquino. Item certe altre dignissime laude.* In fine laudum *quas fecit sanctus frater Iacobonus de tuderto: Finiscono le laude de Christo: et de la vergene Maria: Composte in rima per lo Beato frate iacopone: del sacro ordine di frati menori de observantia:... stampate in la magnifica cita de Bressa: per Bernardino di misinti de Pauia ad instantia de magistro Angelo britannicho de Pallazolo: Citadino de Bressa. adi. 10 Luio 1495.* in 4. In hac editione, omnium rarissima et prorsus ab antecedenti diversa, sub nomine nostri auctoris 122 carmina exhibentur, ex quibus septem latina; eorum tamen textus multis in locis evidenter est corruptus. — 3. *Laude de lo contemplativo et extatico B. F. Iacopone de lo ordine de lo Seraphico S. Francesco:.... Item alcune laude de S. Thomaso de aquino et certe altre laude de doctori dignissimi che in le prime non erano.* In fine: *Venetijs per Bernardinum Benalium Bergomensem. Anno Dñi. 1514. Die quinto mensis Decembris.* in 8. Editio, saltem ex parte, a Brixiana procedens, erroribus vocibusque dialecti venetæ inquinata. Ex 139 carminibus in ea contentis, quæ b. Iacobo tribuuntur sunt omnia brixianæ editionis, insuper alia novem italica. — 4. *Laude del contemplativo B. F. Iacopone, de l'ordine del Seraphico. S. Francesco:.... In Venetia nella contrada di santa Maria Formosa al segno della Speranza.* MDLVI. in 8. Eadem et sola carmina, aliquanto tamen correctiora, continet, quæ in præcedenti editione auctori nostro adscribuntur, et quidem eodem ordine. — 5. *I Cantici del beato Iacopone da Todi, con diligenza ristampati, con la gionta di alcuni discorsi sopra di essi. Et con la vita sua. Nuovamente posta in luce. In Roma Appresso Hipp. Salviano. Nel* M.D.LVIII. in 4. Editionem principem sequitur, quamquam ad usum loquendi recentiorem est aliquantum accomodata; prodiit cura Ioannis Baptistæ Modii, cui debentur vita auctoris et sermones sexaginta totidem laudes illustrantes. Hæ sunt 102, eædem ac primæ editionis; attamen laus LI *(La veritade piange)* versibus duodecim posterioribus mutila est. — 6. *Li Cantici del Beato Iacopone da Todi, e sua Vita, con li discorsi del Padre Gio. Battista Modio, et in questa nostra impressione aggiontovi alcuni Cantici di esso Beato, cavati da vn manoscritto antico, non più stampati. In Napoli Per Lazzaro Scoriggio* M.DC.XV. in 8. Romanam refert editionem, sed parum fideliter; hic illic dialectum neapolitanam sapit, atque erroribus abundat. Viginti Modii sermones omittit, novum e contra præmittit carmini LVI *O Papa Bonifatio io porto el tuo prefatio.* Eadem carmina perhibet ac romana, præter LVIII *Molto ai giocato al mondo.* Decem carmina in fine addita, quæ in titulo nunquam impressa dicuntur, extabant iam in venetis editionibus; insuper primum idem est ac sextum voluminis, nonnullis tantum versibus additis. — 7. *Le poesie spirituali del B. Iacopone da Todi frate Minore Accresciute di molti altri suoi Cantici novamente ritrovati*

Digitized by Google

vati, che non erano venuti in luce; et distinti in VII. *Libri che sono: Le Satire i cantici morali le Ode gli Inni penitentiali la Teorica del divino amore i Cantici amatorij Et per ultimo i suoi secreti Spirituali. Con le scolie, et annotationi di Fra Francesco Tresatti da Lugnano, Minor osservante della Provincia di S. Francesco.* etc. In Venetia, Appresso Nicolò Misserini. MDCXVIII. in 4. Editio erroribus scatens, ditior ceteris sed etiam minus fide digna. Etsi 211 carmina, ex quibus multa spuria, comprehendat, omittit tamen carmina contra Bonifacium VIII certo genuina. Quinque carmina in libro quinto, septem et viginti in sexto F. Tresatti scholiis et adnotationibus carent. — Præter has editiones nulla alia generalis extat, neque Bononiensis a Sbaralea ex Possevino memorata, multæ vero speciales, quæ nonnullas vel etiam singulas laudes exhibent. De his conferri potest, præter Boehmer in opere infra notato, F. Zambrini, Le opere volgari a stampa dei secoli XIII e XIV indicate e descritte. Edizione quarta con appendice. Bologna, N. Zanichelli, 1884, coll. 511-516.

Laudum codices. — Multi quidem laudum b. Jacobi codices mss. in bibliothecis extant; attamen non est nostrum consilium eos recensere, sed tantum nonnullos de iisdem eruditorum virorum labores indicare. Præcipui sunt: 1. Boehmer Ed., Jacopone da Todi. Prosastücke von ihm, nebst Angaben über Manuscripte, Drucke und Uebersetzungen seiner Schriften, in eiusdem Boehmer Romanische Studien, I. 1 (1871), pp. 123-161. A pag. 147 ad finem de pluribus laudum manuscriptis et de laudibus in plerisque eorum contentis agitur. 2. Pèrcopo E, Le laudi di fra Jacopone da Todi nei mss. della Biblioteca nazionale di Napoli, contributo alla edizione critica. Extat in Il Propugnatore t. XVII (1884), p. II. 127-173, 376-410; t. XVIII, p. I, 106-135, 370-400, et p. II, 136-183; t. XIX, p. I, 239-258, 365-404. In hoc egregio opere ad examen revocantur quindecim codices centum laudes continentes, earumque exhibentur variæ lectiones ex 13 codicibus, quum duo nullum pretium criticum habeant, excerptæ. 3. Mazzatinti G., Alcuni Codici delle Rime di Jacopone da Todi, in Miscellanea Francescana, I (Foligno, 1886), 33-40. De viginti codicibus agitur, laudesque in iis contentæ indicantur. 4. Moschetti A., I Codici Marciani contenenti Laude di Jacopone da Todi descritti ed illustrati. Aggiunta un'Appendice sui Codici Jacoponiani di altre biblioteche venete. Venezia, 1888. Triginta tres codices recensentur, et in fine omnium laudum in iis contentarum index perhibetur. 5. Tenneroni A., Inizii di antiche poesie italiane religiose e morali con prospetto dei codici che le contengono e introduzione alle Laudi Spirituali. Firenze, Leo S. Olschki, 1909. Opus profecto utile, pluribus æquivalens, in quo laudes in septuaginta et amplius codicibus mss. et variis editionibus b. Jacobo tributæ per earum initia indicantur, insuper perplura circa eosdem codices scripta; quare ab aliis recensendis, præsertim quum sint minoris momenti, abstinemus.

Prophetia fratris Iacoponi edita in MCCCL (ut habetur in cod. Vatic. Lat. 4872) versibus italicis conscripta est, agitque de rebus Italiæ et universi orbis usque ad an. 1369. Iudice A. D'Ancona b. Iacobo tribui nequit. Ab eo impressa est in Studi sulla Letteratura Italiana de' primi secoli. Ancona, A. Gustavo Morelli, 1884, pp. 95-101.

Prosa scripta, quæ nostro auctori attribuuntur, dubitari potest, utrum alius potius sint, qui ex eius ore eadem exceperit vel iuxta eius doctrinam compilaverit. Italice, iuxta versionem Phæo Belcario comuniter adscriptam, pluries impressa sunt, sed ex parte. Eius dicta primum prodierunt initio sæculi XVI cum tractatibus Hugonis Panciere *in Venetia per Niccolo Brenta da Varena Al traghetto de san Polo in corte Pitriani;* deinde cura prof. Parenti Mutinæ ex typographia Camerali an. 1832; et, cum tractatu *in che modo l'uomo può tosto pervenire alla cognizione della verità e perfettamente la pace nell'anima possedere*, cura Octavii Gigli in Prose di Feo Belcari edite ed inedite T. III Romæ an. 1843, recenter autem studio E. Boehmer in op. cit., pp. 123-132.

Io. M. Crescimbenius et Fr. Xav. Quadrius tradunt b. Iacobum Danti Aligherio magna amicitia coniunctum fuisse, sed ad hoc probandum nullum documentum adducunt. Quod autem Dantes Parisiis b. Iacoponi versus Francorum regi explicuerit, inter fabulas amandandum esse ostendit A. D'Ancona (Studi, p. 5. n. 2). Nonnullæ antiquæ vitæ b. Iacobi sunt adhuc mss. Unam edidit A. Tobler in Zeitschrift für romanische Philologie, II (Halle, 1878), pp. 25-29; aliam, opus ut videtur fr Mariani florentini, ex codice 2063 (Sessor. 412) bibliothecæ Nationalis Romanæ sæc. XVI. P. Livarius Oliger in Luce e Amore, Agosto e Settembre 1907. Primam vitæ a Iacobo Oddo in Speculo Ordinis Minorum traditæ valde similem esse constat ex Pèrcopo E., La vita e le laudi di fra Iacopone da Todi nello "Specchio de l'ordene menore" (Il Propugnatore, T. XIX, p. II, pp. 151-216); de altera idem dicendum esse vel ipse cl. editor confitetur.

De nostro auctore eiusque carminibus egerunt: A. F. Ozanam, Les Poëtes Franciscaines en Italie au treizième siècle. Paris, 1852, pp. 164-272, et italice per Petrum Fanfani. Prato, Alberghetti, 1854, pp. 91-163; Storck W., in Ausgewählte Gedichte Iacopone's da Todi. Deutsch von C. Schlüter und W. Storck, Münster, 1864, pp. I-XLIV (Einleitung); A. Bartoli, Storia della letteratura italiana. tomo 2 (La poesia italiana nel periodo delle origini. Firenze Sansoni 1879, pp. 192-201, vel I primi due secoli della letteratura italiana. Milano Vallardi 1880, pp. 165-169); A. D'Ancona, Iacopone da Todi, *il giullare di Dio* del secolo XIII, in Nuova Antologia vol. LI (Serie 2, vol. 21; Roma 1880), pp. 193-228, 438-470, et in op. cit. Studi etc., pp. 3-93; A. Gaspary, Geschichte der Italienischen Literatur, I (Berlin, 1885), pp. 148-158, et italice (Torino Loescher 1887), I, pp. 127-135; A. Tenneroni, Le Laude e Iacopone da Todi in Nuova Antologia 16 giugno 1906, pp. 623-636; et alii quamplures, quos recensere longum est.

954.

JACOBUS DE BLANCHIS = idem est cum *Jacobo de Alexandria*, de quo supra. Familia de Blanchis una erat ex vetustis, et illustribus Alexandrinæ urbis. Rodulphius in errorem traxit Waddingum.

MCMIII. 955.

JACOBUS BLASEUS = jam suæ provinciæ extiterat Minister, cum an. 1596. creatus est Episcopus Namurcensis in Belgio. Obiit an. 1618. die 21. Martii, et in Sacello S. Joan. Evangelistæ tumulatus accepit hoc epitaphium: *Hic jacet Fr. Jacobus Blazeus quartus Episcopus Audomarensis, qui obiit an.* M. DC. XVIII *mensis Martii die 21. Requiescat in pace*: et alibi dicitur concionator facundissimus. Dono dedit suæ Audomarensi Ecclesiæ suppellectilem librorum insignem ex Catalogo Antistitum illius Ecclesiæ: reliquit etiam

Orationem funebrem habitam in morte Joannis du Ploich Arisiensis Episcopi Atrebatensis an. 1602.

Methodum compendiariam ad confessionem generalem latine ex anglico redditam, quæ vulgata est Antuerpiæ an. 1617. in 8. ex Coron. Biblioth. univ. to. 6., ex Biblioth. Barber. to. 1. pag. 158., et ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Oratio dicta in funere Philippi II, sub titulo *Sermon funèbre fait aux funérailles de Philippe II célébrées à Bruxelles en l'église de S.te Goedele le dernier jour de decembre 1598* prodiit Bruxellis apud Rogerium Velpium an. 1599 in 4.

MCMIV.

JACOBUS BONAVENTURA HEPBURNUS tempore incerto posteris reliquit, teste Launojo pag. 591.,

Commentar. in Cantica Canticorum laudata a Jacobo Le-Long pag. 771. Bibliothecæ sacræ, ut notavit Jo: a S. Antonio.

MCMV.

JACOBUS BONINCONTRUS Siclensis prov. Siciliæ Regul. Observ. General. concionator edidit italice

Orationem funebrem in exequiis Caroli II. Hispaniarum Regis. Panormi 1621. in 4. apud Angelum Orlandum, ut est in append. Joan. a S. Anton.

Obiit

Digitized by Google

Obiit autem an. 1637. ex Ord. Min. egressus, et clericali veste indutus ex Roccho Pyrrho apud Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ.

MCMVI.

JACOBUS BONUS = nescio quam *Barlettæ* editionem habuerit Waddingus: tres ego adhibui, Brixien. an. 1521. typis Britannicorum, Lugdunen. an. 1539. Junctarum, et Venetam anni 1571. per Somascum factam; harumque nulla habet in sermone de *B. V. M. Conceptione* Jacobum *Bonum*: ut mihi valde suspectus sit hic autor. Memoratur quidem *Jacobus Bonus* Dalmata a Giraldo in Comment. de Poetis, diciturque edidisse *Raptum Cerberi* egregie, ut poeta celeber. Marracius in Catalogo ad an. 1436. ait scripsisse *de Conceptione Virginis Opusculum*, ut et Petrus de Alva col. 640. Militiæ, et ex his Joan. a S. Anton. In Biblioth. S. Crucis Florentina scam. 34. versus claustrum cod. 768. in 8. habetur

Mariale seu *liber de Laudibus B. Virginis Mariæ* sine nomine autoris antiquus ms. incipiens: *Exordium salutis nostræ dicit Beda, fratres karissimi, intenta curemus aure percipere* etc.; præmissoque prologo, incipit: *Cap.* 1. *Maria dicitur lux. Hester* XII. *Judæis nova lux oriri visa est* etc.; et per 150. capita Mariam celebrat variis rebus comparando; finitque: *et ultra cantabimus Alleluja. Amen. Amen. Amen.* Extat Opus ibi et scam. 35. cod. 776. in fol., sed sine principio. An hujus autoris sit censendus labor, hæreo; certe in prologo ait: *Ego autem de paupercula materia quidquid mihi Deus donaverit, in loco tabernaculi lætus offero* etc.

* JACOBUS DE BORDES = v. *Jacobus Burdegalensis.*

MCMVII. 957.

JACOBUS DU BOSC = al. Boschæus, cujus liber inscriptus gallice

Honneste Femme prodiit etiam Rothomagi an. 1650. in 8. apud Viduam Nicolai Courant; quem vidi Bononiæ.

De Pœnitentia, ac sacra Communione gallice. Parisiis 1647. in 4. per Joan. Remy apud Biblioth. Tellerianam fol. 51. Nescio, an hoc Opus idem sit cum *Eucharistia pacifica.* Plura etiam edidisse præsertim *adversus Iansenistas* legimus in Historia Academiæ Gallicæ, Bayle in Dictionar. critico, et in Supplem. Dictionar. Moreri. Quæ reperi sunt:

Jesus Christ mort pour tous. Paris. 1651. in 8. typis Antonii Bertier.

De la vraye detraction des sectaires, et des leurs sectateurs, Alexandro VII. dicatum; ideoque post an. 1654.

Juxta L. Moréri Dictionarium historicum (ed. an. 1740) fuit ex provincia Aquitaniæ vixitque aliquantum extra conventum, quo tamen postea est reversus. A Guardiano Magni Conventus Parisiensis in approbatione operum *Le Philosophe indifferent* et *La Femme heroique*, iisdem annexa in editionibus a Waddingo memoratis, dicitur sacræ theologiæ baccalaureus. Hæ editiones prodierunt ambæ duabus partibus vel voluminibus in 4 apud Antonium de Sommaville et Augustinum Courbé.

Traduxit ex hispanico varios sermones Christophori de Avendagno Carmelitæ, non autem Sebastiani de Avendagno Minoritæ, quorum titulum Pérennès (Dictionn. de bibliogr. cathol. II, 1012) ita refert: *Sermons divers sur les principales fêtes de l'année, avec l'octave du Saint-Sacrement, composés en espagnol par Christofle d'Avendagno, et traduits par le P. De Bosc. Paris 1629 in-8.*

Opus *Les Femmes heroiques comparées avec les Heros* prodiit etiam Parisiis apud Stephanum Loyson an. 1669 2 voll. in 16. *L'Honneste Femme,* cuius præfatio est Nicolai Perrot de Ablancourt, prodiit primum ibidem an 1632 in-8; correcta et aucta ab auctore, item ibidem apud Claudium Preud'Homme ann. 1639-1640, duabus partibus in 8.

Apud Bibliothecam Tellerianam fol. 51 ex operibus Jacobi Du Bosc hoc tantum indicatur: *L'Eucharistie paisible ou la Paix de Sçavans touchant l'usages de la Communion et de la Penitence. Paris. I. Remy. 1647, 4*; quare Sbaraleæ dubio non est locus.

Ultimum opus a Sbaralea relatum prodiit Parisiis apud Jacobum et Emanuelem Langlois an. 1655 in 4. En eius titulus verus et integer: *De la vraye retractation des sectaires et de leurs sectateurs. ou la sovmission pretendue des Iansenistes, dans les deux lettres de M. Arnauld, est examinée: et ov l'on voit, comme ils doivent se retracter sincerement, sur les principes de la Discipline de l'Eglise: sur l'exemple, et sur les avis de Saint Augustin; et sur leurs propres Maximes.*

Scripsit etiam:

Abrégé du livre intitulé l'Eucharistie paisible touchant l'usage de la pénitence et de la communion. Parisiis apud Franciscum Piot. 1648. in 4.

Le Triomphe de S. Augustin, et la Delivrance de sa doctrine, ov l'on voit la condamnation des cinq Propositions des Iansenistes; avec la Refutation de leur Manifeste à trois Sens, fabriqué pour éluder l'authorité du S. Siege. Parisiis, apud Antonium Bertier, 1654, in 4.

L'Eglise outragee par les Novateurs condamnez et opiniatres. ov l'on voit iusqu ov l'Authorité du Pape et des Evesques est violée par ceux qui soustiennent encore aprez la Censure de Iansenius, que les cinq Propositions censurées ne sont point dans le Liure de cét Autheur; et que sa Doctrine, quoyque condamnée, est la mesme que celle de sainct Augustin. Parisiis apud Florentinum Lambert, 1658 in 4.

La Decouverte d'une nouvelle hérésie cachée sur la négation du fait de Jansénius. Parisiis, Martin, 1662 in 4.

Le Pacificateur Apostolique qui montre comme les Jansenistes en pensant sauuer la doctrine de Jansenius, se sont engagez à la condamner, conformément aux Constitutions, et au Formulaire. Et cela par un Traité de Paix solennel, qu'on peut leur faire executer sans aucun delay, et sans s'amuser à leurs accommodemens captieux qu'ils proposeroient à l'infini. Auec vne Préface qui contient la Refutation de leur dernier Liure, intitulé Ecrit du Pape Clement VIII. qu'ils ont donné au public contre vn Ouurage qui port pour titre, La Decouuerte d'vne nouuelle Heresie. Parisiis ex typographia E. Martin, 1663 in 4.

Deux Fragments de la Découverte d'une nouvelle hérésie cachée sous deux équivoques, comme les deux clefs du jansénisme. Parisiis, 1664.

MCMVIII. 958.

JACOBUS BOULDUC = al. *Bolducius*, quem *doctissimum* appellavit P. Jacobus Salianus to. 5. suorum Operum, fervido præditus ingenio, cujus

Libri tres de Ecclesia ante legem prodierunt Lugduni an. 1626. in 4. Scripsit etiam

Librum unum analogicum de Ecclesia post legem. Parisiis 1630. in 4., in quo ostenditur, quanta sit similitudo inter legem naturalem, et legem evangelicam. De his libris scribit Joan. Andreas Ramirez Pinti Soc. J. lib. 2. in Cantica Canticor. cap. 1. v. 6.: *Composuit nuper aureos libros de statu Ecclesiæ Jacobus Bolduccius Capuccinus scriptor sane genii, et ingenii longe felicioris, et reconditioris longe disciplinæ. Lege, et mirare novas abstrusæ sapientiæ auri fodinas apertas:* ut observavit autor Biblioth. Capuccin.

Commentaria in libros Job tomis 2. in fol., quorum primus cusus est Parisiis anno 1631., et secundus an. 1638. per Laurentium Anisson.

Opus *de Orgio Christiano* inter libros raros ponitur a Gerdesio in Florileg. p. 37. apud Analecta litteraria de libris rarioribus Frider. Gott. Freytag. p. 139.

Expositio in Epistolam B. Judæ Apostoli, in qua similia B. Petri Apostoli verba pariter expenduntur. Parisiis an. 1630.

Ex

Digitized by Google

Ex hujus, et Marci de Aniano Operibus per Anonymum Hispan. Capuccin. provinciæ Castellanæ compactum est Opus, cui titulus: *Harmonia del bien, y del mal. Duo sonoro.* Matriti 1682. in 16. apud Bernardum de Villadiego, teste Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 3. n. 18., qui tamen perperam vocat *Joan. Baptistam.* Meritis plenus obiit in patria in senectute bona an. 1650., ætatis suæ 75. ex cit. autore Biblioth. Capuccin., et Joan. a S. Anton.

Operis ultimo loco a Waddingo memorati titulus ita corrigendus est: *De Oggio Christiano libri tres: in quibus declarantur antiquissima, et sacrosanctæ Eucharistiæ typica mysteria, quæ... sensim apud Gentiles in Orgiorum vocabulo mendam, in ritibus horrendas fœditates contraxerant.*

Commentariorum in Librum Job pars prima (21 priora capita complectens), Henrico de Gondy cardinali dicata, impressa est primum Lutetiæ Parisiorum sumptibus Dionysii de la Noüe an. 1619 in 4, absque explicatione tamen tropologici sensus; pars altera, saltem ab an. 1621 parata, sed multiplicem ne luci daretur obicem perpessa, prodiit simul cum prima, utraque cum copiosa tropologici sensus explicatione, ibidem an. 1637, 2 voll. in fol. In epistola nuncupatoria prioris voluminis huius editionis ad card. Franciscum Rupefucaldium auctor se dicit fere octogenarium; quare falsum est eum decessisse an. ætatis suæ 75.

Expositio in epistolam B. Judæ Parisiis primum impressa est an. 1620 in 4; an. 1630 prodiit ibidem apud Josephum Cottereau simul cum *Libro de Ecclesia post legem.*

Juxta P. Apollinarem Ord. Capucc., apud F. Vigouroux, Dictionn. de la Bible I, 1843, vota religiosa emisit die 18 Augusti 1581, obiitque Parisiis die 8 Septembris 1646, non autem 1650 ut legitur etiam apud Le Long, Bibliothecæ sacræ t. II (Parisiis 1723) p. 546.

MCMIX. 959.

JACOBUS BURDEGALENSIS = vulgo *Bordeaux* in provincia Aquitaniæ, sed patria Constantiensis in Normannia, genere illustris, Capuccinus, concionator celebris, Theologus, ac linguæ sanctæ peritissimus, cujus

Elementa linguæ hebraicæ edita sunt apud Sebastianum Cramoisy ex autore Biblioth. Capuccinor., et Imbonato in Biblioth. Latino-Hebraica. Scripsit etiam

Elucidationem paraphrasticam Apocalypsis S. Joannis cum annotationibus ad loca difficiliora tomis. 2. Parisiis an. 1658., et 1659. in fol. apud eumdem.

Explicationem omnium figurarum Apocalypsis. Ibidem an. 1659. in fol.

Conceptus concionatorios in Apocalypsim gallice. Ibidem an. 1660. in fol.

Sylvam sacrorum multiplicis argumenti continentem Theologiam de Christo, de B. V. Maria, de Sanctis, et de quacumque materia prædicabili. Ibidem an. 1661. in fol.

Librum controversiarum contra Jansenistas. Parisiis an. 1658. in 4. apud Cramoisy.

Concordantia Breviarii Romani, in qua redegit omnes materias prædicabiles in solo Breviario contentas. Parisiis an. 1616. in 8., cum esset annorum 23., natus enim erat anno 1593.

Obiit vir pius anno 1669. ætatis suæ 76., cum per 30., et amplius annos Novitiorum Magister extitisset. De eo et Jo: a S. Anton. v. *Jacobus de Bordes.*

MCMX.

JACOBUS BURPEARD Burgundien. Regul. Observ. Lector emeritus Guardiani munere fungens edidit

Apologiam pro conservatione Concilii oppidi Dolensis ad Philippum IV. Hispaniarum Regem an. 1636. in fol.

* JACOBUS BUSSOLINUS. V. *Jacobus a Mozzanica,* quos diversos facit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 97. V. etiam *Jacobus Buscolinus* ex Coronello.

MCMXI.

JACOBUS CALABER composuit

Opusculum de Rubricis, seu *Ritibus Ecclesiasticis,* quod citat Anonymus Franciscanus penes me ms. in suis *Rubricis Eccles.* pag. 9. de Rubr. *Sabbati in Albis* scribens paulo post an. 1450., unde liquet Scriptoris antiquitas. Nescio, an sit ille *Jacobus a Sinopoli* in Calabria, quem seculo XIV literis floruisse ex Mariano tradit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9.; etsi falsum est, omnes ibi a Mariano recensitos eo seculo vixisse : vel *Jacobellus a Seminaria* anno 1441. Episcopus Boven. in Calabria.

* JACOBUS DE CALLIO = V. *Jacobus Gallius* infra.

MCMXII. 960.

JACOBUS CÆSA = *de Casa* dicit Gabriel Barletta Ord. Prædic., qui scribebat anno circiter 1470, in Serm. Conceptionis B. V., et post eum Rodulphius lib. 3., et Willotus; Possevinus vero in Appar. sac. *de Cæsa,* quem secutus est Waddingus: sed omnium antiquior Joan. Card. a Turrecremata, qui an. 1440. scribebat, in tract. de Verit. Conceptionis B. V. par. 6. cap. 32. dicit *Jacobum de Casali,* atque ita legendum esse puto, nisi quod Bartholomæus Pisanus Conform. XI. par. 2. vocat *Joannem de Casali:* quando quidem alius non sit Joannes, et Jacobus Ceterum Barletta citat *Jacobi librum de conceptu Virginali,* idque in edit. Brixien. an. 1521. Joan. a S. Anton. citat Willotum, et Petrum de Alva col. 642. Militiæ, dicitque, nescio quo monumento, *Tertii Ordinis Regularis.*

In sermonum de sanctis Gabr. Bareletæ editione brixiensi anni 1521 folio 54 verso, col. 2, inter doctores Ord. Min. qui immaculatæ conceptioni B. V. non favent, recenseturr: *Jacobus de Casa: libro de conceptu virginali*; quum autem hæc verba non legantur nec in editione veneta anni 1571, nec in prima quæ prodiit Brixiæ cura Jacobi Britannici an. 1498, potius quam Bareletæ, cuidam recentiori forsan adscribenda sunt, qui eius sermones interpolavit.

* JACOBUS CAPACELLI, quem ex Villoto, et Coronello huc infert Joan. a S. Anton., est *Hieronymus Gadius* cognomento etiam *Capacelli* ex Scriptor. Bononien., cujus *Comment. in Quolib. Scoti* non an. 1513., sed 1533. prodierunt Bononiæ, ut dictum est supra.

* JACOBUS CAPPEL, quem ex Coronel. Chronol. Franciscanis accenset Joan. a S. Antonio, fuit secularis, et hæreticus in Catalogo, et indice libror. prohibitor. legendus.

MCMXIII. 961.

JACOBUS CAROLUS = edidit

Comentar. in Psal. 50. impress. Parisiis an. 1603. inquit Joan. a S. Anton. to. 2. citans Waddingum, Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan., et Jacobum Le Long pag. 668. Biblioth. sacræ; cum tamen Waddingus secus habeat.

Tum Nicolaus Antonius tum Jacobus Le Long cum Waddingo non dicunt huiusmodi expositionem an. 1603 impressam esse Parisiis, sed Mantuæ. Cardosus teste Nicolao Antonio addit editionem antiquiorem parisinam anni 1600.

MCMXIV. 962.

IACOBUS DE CHEVANES = Gallus provinciæ Burgundiæ, seu S. Bonaventuræ. V. *Jacobus Augustodunensis,*

Digitized by Google

stodunensis, ut supra in append. Waddingi. Scripsit etiam gallice

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento sub tit. *Amor triumphans de naturæ repugnantiis.* Lugduni 1633. in 4. apud Molin.

Centuriatus hominum illustrium gloriam heroicæ vitæ, ac christianæ desiderantium. Parisiis 1647. apud Joan. Puget.

Justas expectactiones etc.; ut in append. Waddingi, latine.

Incredulitas sapiens, ac credulitas ignorans ad versus beneficas, ac maleficas artes; cum responso ad librum, cui tit. Apologia pro omnibus viris magnis, qui de magia falso accusati fuerunt. Opus tripartitum. Lugduni 1671. in 4. apud Joan. Molin gallice; et postea ibid. 1674. in 4. Certe et Eberhard David Hauber to. 1. Biblioth. Magicæ pag. 637. hunc inter rariores libros refert apud Analecta litteraria de libris rarioribus Freytag. pag. 59.

Vivebat adhuc senio confectus an. 1691., teste autore Biblioth. Capuccin. et ex eo Joan. a S. Antonio to. 2.

Scripsit etiam

Conduite des Illustres, ou Maximes pour aspirer à la gloire d'une vie héroïque et chrétienne. Parisiis, 1657, 2 voll. in 4.

Harangue funèbre de Louis-Gaston-Charles de Foix de La Valette, duc de Candale. Divione, 1658, in 4.

MCMXV. 963.

JACOBUS COMPLUTENSIS = Regul. Observ. an. 1519. *Guardianus* erat Cœnobii Cæsaraugustani in Aragonia ex autore Chron. S. Franc. par. 4. lib. 1. cap. 6. Fuisse dicitur et ejusdem prov. Aragoniæ Minister, et Ordinis Definitor Generalis, inquit Joan. a S. Anton. pag. 95. v. *Jacobus de Alcalà;* cujus

Equitatus christianus prodierit an. 1570. typis Joan. de Villanova in 8. ex Nicolao Antonio.

Lucerna Minorum scripta est post annum 1503., cum in ea citet *Capitulum Generale* eo anno Trecis celebratum.

Anno 1517 erat provinciæ Aragoniæ Minister et electus est Definitor Generalis, ut ex Waddingo Ann. Min. t. XVI, n. 49.

Apud Nicolaum Antonium tam iuxta primam quam iuxta alteram editionem legitur opus *Cavalleria Christiana,* hoc est institutiones militiae spiritualis, prodiisse Compluti apud Joannem de Villanova an. 1590, non autem 1570.

MCMXVI. 964.

JACOBUS CORENUS =

Observationes in Evangelia etc. prodierunt etiam Lovanii an. 1653. in 4., teste Joan. a S. Anton.

Clypeus patientiæ etc. Lugduni 1623. in 8. typis Viduæ Claudii Movillon; mox recognitus ibidem 1628.; et tertio ibidem 1631. per Claudium Prost. Tandem in hispanum conversus a Didaco Castellan Ju. Doct. prodiit Cæsaraugustæ 1648. in 4. typis Lanajæ.

Clypeus patientiæ in auxilium quæruncumque afflictorum excusus, ac in gratiam Concionatorum Confessariorum et omnium mæstos consolantium editus. Lugduni, Apud Viduam Claudij Morillon (in fine: Excudebat Petrus Colombier), 1623, in 8; Lugduni, Apud Antonium Chard, 1627, in 8, editio secunda ab auctore aucta et recognita; Lugduni, Sumptibus Claudii Prost, 1641, in 8, quæ dicitur editio tertia; Venetiis, Combi, 1643, in 8.

MCMXVII.

JACOBUS DE DONZELLIS Bononiensis Regul. Observ. an. 1449. interfuit Mugellanæ Congregationi ex Waddingo in Annal. ad eum an. num. 18., eaque fuit religione, et doctrina, ut Marcus Ulyssipon. in Chron. S. Franc. lib. 1. par. 3. cap. 43. ex Mariano, Speculoque Min. tradiderit totam eum vita, ac doctrina illustrasse Ecclesiam; et Robertus Liciensis Episcopus Aquinas, verbique Dei præco eo tempore celebratissimus serm. de S. Bernardino cap. 2. eumdem inter concionatores Ord. Min. *famosissimos* nominare non dubitaverit. Quapropter scripsit

Conciones ad Quadragesimæ, totiusque anni tempus accomodatas;

Sermones de Sanctis etiam; et forsan *alia,* quæ temporum cursus obliteravit.

MCMXVIII. 965.

JACOBUS FABER = *Faba* cognomento, non Faber, *Comensis de Vincentia nuncupatus,* forsan incolatus ergo, an. 1509. per Lazarum Soardum Venetiis cudi curavit

Opusculum Joannis Anglici Minoritæ de primis, et secundis intentionibus, et Resolutiones in Aristotelis libros Posteriorum, notis, et nonnullis ab ipso *de medio demonstrationis* præsertim insertis, ad Fr. Hieronymum Maripetrum missas: et in epist. ad eum testatur de hoc autore: *varios libellos mira planitiei pertractatione elaboratos, ipso suis in Universalibus citante, quorum quamplures nostris in laribus subselliis insident, conflarit* etc.: vocatque *Minoritanæ Observantiæ Metaphysicum consumatissimum.* Præterea secum adhibito *Hieronymo Leone* Patavino ejusdem Ordinis castigavit, correxitque

Quartum Senten. librum Richardi a Mediavilla Minoritæ impress. Venetiis apud eumdem, eodemque anno; quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

MCMXIX. 966.

JACOBUS FARCIN = de quo Nicolaus Antonius to. 1. Biblioth. Hispan., et Joan. a S. Antonio.

* JACOBUS FEDERICUS. V. *Sigismundus Bononiensis.*

MCMXX. 967.

JACOBUS FLORENTINUS = an. 1454. die 4. Maji lauream Doctoratus in sac. Theologia accepit Florentiæ, vocabaturque *Jacobus Henrici illustris Florentinus,* teste Luca Joseph Cerrachino in Fastis Theologicis Collegii Theol. Universit. Florentinæ; et male Joan. a S. Anton. dicit *Regul. Observ.* to. 2. pag. 100. Hic forsan est ille *Fr. Jacobus* Minorita, de quo scribit Pogius Florentinus in 3. Invectiva in Franciscum Philelphum, *versibus* quibusdam lusisse in dictum Philelphum, a quo Bononiæ fraudatus fuerat.

Summam Raynerii Pisani Ord. Prædic., qui ex Echardo circa an. 1351. obiit, tit. *Pantheologiam* alphabetice dispositam castigavit, interpolavitque *eo modo,* quo ipse in præfatione tradit inquiens: *de quo Opere ego discurrendo ipsum pauca subtraxi, et multa addidi, quæ in dicto Opere videbantur deficere, reducendo etiam aliquas materias subtiles ad stylum faciliorem, et clariorem, ut tam a legentibus, quam audientibus dulcius gustarentur, et medullitus imprimerentur;* cujus prima pars habetur ms. Viennæ in Austria in Biblioth. Min. Conv. ex Catalogo libror. illius loci anno 1593. a P. M. Georgio Benigno Doglioni Bellunensi Apostolico Visitatore recognito, et Romæ in Archivo Ordinis asservato tit. *Inventariorum liber provinciarum Bohemiæ, et Austriæ.* Prima hujus *Summæ* editio sine loco, et anno impressionis extat Parisiis in Collegio

Digitized by Google

legio Navarrico tomis 2. in fol.; alia vero in Biblioth. S. Germani a Pratis tomis etiam 2., in cujus fine legitur: *Anno* MCCCCLXXIIII. III. *nonas Augusti finita, absolutaque est hæc dilucida, ac prædara Summa Fr. Rainerii de Pisis Ordinis Prædicat., quæ et Pantheologia, per Antonium Coberger civem Nuribergensem, curante Fr. Jacobo Florentino Ordinis Minorum*: postea et 1477., et 1486. per eumdem Coberger; Coloniæ vero 1486. typis Hermanni Lichtenstein. et Venetiis eodem anno, Lugduni 1519., iterumque Venetiis anno 1585. per Joan. Baptistam a Porta to. 2. in 4, nec non an. 1590.; Brixiæ vero an. 1580. to. 2. in 4. opera *Fr. Joan. Francisci Nardi* Fanensis Franciscani Conventual. sac. Theol. Magistri, et ecclesiastis haud vulgaris, qui *conciones* nedum Placentiæ, et Genuæ, sed et Neapoli in majori Ecclesia habuit, dicavitque Opus Abbati Theodosio Burleo Placentino supremo Ord. Canonic. Regul. S. Augustini Præfecto, quam editionem vidi Romæ in Biblioth. SS. Apostolorum: tandem, aliis omissis, prodiit Parisiis an. 1685. in fol. cura Fr. *Jo: Nicolai* Ord. Prædic., sed sine hujus *Jacobi Addit.* annotatione, ut nemo scire queat, quid iste addiderit, et quid subtraxerit: uno verbo quænam sint Raynerii, et quæ Jacobi.

Echardus to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. in *Raynerio Pisano* autoris prologum, qui in ultimis editionibus desideratur, affert, ex quo discimus, eum an. 1333. Opus suum inchoasse, et autores, ex quibus illud conflavit, nimirum *S. Thomam de Aquino, et Doctorem antiquum Alexandrum de Hales, atque Doctorem Seraphicum Bonaventuram, et alios Doctores* etc.; quare immaniter errat Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1300. in *Raynerio Pisano*, dum censet Raynerium verbo tenus a *Petro Londinensi* Archidiacono, qui floruit anno 1230., *Pantheologiam* accepisse, et ordine tantum alphabetico disposuisse; nihil enim accepit a Petro Londinensi, sed a Doctoribus ab ipso recensitis in prologo, quibus addendi Albertus, et Ægidius Romanus, sicuti etiam Oudinus potuisset rescire, si Raynerii Opus revolvisset. Erravit etiam Rodulphius lib. 3., eumque secutus Possevinus in Apparatu sacro to. 2. scribens, Jacobum Florentinum recognovisse *Raymundi* Pisani, loco *Raynerii*, Summam.

Jacobi Florentini Ord. Min. Quæstiones Theologicæ Morales habentur mss. in Biblioth. Vindocinen. Monasterii S. Trinitatis ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 1202. to. 2.

** *Vita D. N. Jesu Christi cum meditationibus* italice ms. in Biblioth. Magliabech. Florentiæ. *In vitam Christi meditationes*, autore Fr. *Jacobo* Minorita, ms. in Biblioth. Riccard. **

Pantheologiam Raynerii Pisani a se interpolatam dicavit Brandæ de Castillione cardinali, placentino vulgariter nuncupato, dum erat episcopus sabinensis (29 Jan. 1440-3 Febr. 1443). Prodiit seculo XV, in duo volumina comuniter divisa et semper in folio: sine loci typographi et anni nota, sed Basileæ per Bertholdum Ruppel, quæ editio fortasse omnium est prima; Nurimbergæ per Johannem Sensenschmid et Henricum Kefer an. 1473 sexto Idus aprilis; absque loco et typographo (sed Augustæ Vindelicorum per Guntherum Zainer) an. 1474; Nurimbergæ per Antonium Coberger eodem anno tertio nonas Augusti, in cujus editionis subscriptione, ut in ceterarum, non leguntur verba a Sbaralea ex Echardo desumpta *curante Fr. Jacobo Florentino Ordinis Minorum*; ibidem per eumdem anno 1477 pridie idus februarii; Venetiis cura ac impensis Hermanni Liechtensteyn Coloniensis an. 1486 pridie idus septembris. Quum in iis initio tabulæ moneatur lector hanc non esse omnibus Pantheologiis accomodatam sed illis tantum quæ post annum 1459 e Gandavo duxerint originem, non defuerunt qui Pantheologiam Gandavi vel anno 1459, ut Fabricius et recentissime cl. H. Hurter, vel paulo post, ut Echardus, primum impressam esse putaverint; attamen quum huiusmodi editio nullibi extet, nec extare posse videatur, illa verba de exemplari quodam manuscripto Gandavi edito intelligere necesse est. Aliæ seculi XV editiones non existunt.

Non solum in Pantheologia a Johanne Nicolai emendata et suppleta (quæ bis tantum prodiit, Lugduni ann. 1655 et 1670, 3 partibus in fol., non vero Parisiis an. 1685) Jacobi additiones a Raynerii textu nulla adnotatione distinguuntur, sed etiam in antiquioribus editionibus.

MCMXXI. 968.

JACOBUS FODEREUS = Maurianensis in Sabaudia provinciæ S. Bonaventuræ Minister edidit etiam, vulgavitque

Vitas SS. Virginum, et Martyrum Lugduni anno 1609. gallico idiomate, ut referunt Act. SS. Collect. Bolland. to 1. Martii die 6. in Comment. prævio ad vitam B. Colettæ §. 1. n. 6.; et anno 1620. in 8. ex Petro de Alva col. 548. Militiæ univ.

Descriptionem Monasterii S. Claræ Chamberiensis civitatis, ubi de Virginibus ejusdem Monasterii illustribus agit.

Descriptionem Monasterii Annesiensis ex And. Rossoto in Scriptor. Pedemont.

Vitam B. Joannæ a Cruce Tertiariæ Franciscanæ, teste Arturo in suo sacro Gynecæo Mulierum ad diem 3. Maji n. 6., ut refert Joan. a S. Anton. to. 2. Idem Arturus hunc citat etiam in Martyrolog. Francisc., et in indice vocat *Nicolaum Foderetum*.

Scripsit etiam

Avertissement aux archevêques et évêques de France sur l'arrêt rendu en 1606 contre les récollets. Lugduni, 1607, in 8.

MCMXXII. 969.

JACOBUS LA FROIGNE = Regul. Observ.

MCMXXIII.

JACOBUS GALLIUS, seu de Gallio, nescio an Observ., vel Conv., discipulus, vel etiam S. Bernardini sectator; inter *famosissimos* sui seculi concionatores enumerat ipse concionatorum coriphæus Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in *Sermone* de S. Bernardino par. 2., cujus et meminit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. ex Mariano Florent.; sed errat existimans eum floruisse seculo XIV., cum vixerit anno 1450.; scripsitque

Conciones de Tempore, et quadragesimales, et alia forsan, quæ ignorantur.

Anno 1468. *P. Magister Jacobus Calliensis* Picenus Bononiæ in Æde S. Petronii *quadragesimales conciones* habuit ex monum. illius Basilicæ; et anno anteriori 1467. Florentiæ in Comitiis Gen. Ordinis octo diebus ex Waddingo in Annal. ad eum ann. n. 1. Apud Indic. Bullarii Seraph. Petri de Alva sub anno 1472. n. 44. habetur, seu indicatur diploma Sixti IV. pro beneficio *Fr. Jacobi de Callio*: an ita legendum sit apud memoratos autores, sitque idem, an vero diversus ab eo, de quo loquuntur, haud satis scio.

** *Il Simbolo Apostolico in terza rima composto da Frate Jacomo da Ghagli*, incip.

Credo in Dio somo creatore
Di cielo, et terra: padre omnipotente,
Sicome disse Pietro pescatore;

et desinit:

Resurrectione de morte comuna,
Con vita beata sempre perdurante
Mathia conchiuse con verità pura:

cod.

Digitized by Google

cod. chart. in 8. sec. xv. miscell. in Biblioth. Eccles. Toletanæ, olim Card. de Zelada.

Hunc non habet Crescimbenius. **

MCMXXIV. 970.

JACOBUS GARIBI = Regularis Observantiæ provinciæ Genuen., cujus *epigramma* legitur initio to. 1. *Pymandri* etc. Hannibalis Rosselii ejusdem Instituti; edidit etian antea

In Rhythmum S. Bonaventuræ Philomena nuncupatum Expositionem carmine italico. Venetiis an. 1586., teste ipsomet Waddingo infra in *Jacobo de Portu*, quem diversum existimavit. Ceterum in *S. Bonaventura* dixi, cujusnam sit Opusculum *Philomena*. Prodiit et Florentiæ an. 1685. ex Ind. Biblioth. Barber.

MCMXXV.

JACOBUS GAVARRINI e Montefalcone, ut puto, oppido in Piceno inter Montem Altum, et Firmum versus Apenninos sito scripsit nonnulla ad *Historiam* pertinentia, cum citetur a Waddingo in Annal. Min. ad annum 1306. n. 23. quædam de *B. Electo* Ord. Min. Romæ ad Aramcœli humato scribens; ideoque forsan erit ille *Fr. Jacobus de Marchia*, qui edidit

Catalogum Sanctorum, et Beatorum Ordin. Minor., teste cit. Waddingo in Annal. Min. ad an. 1305. n. 4., quem quoque adducit autor Supplementi dictorum Annalium sub an. 1299., et 1305., et qui composuisse etiam potuit

Dialogum contra Fraticellos tempore Concilii Basileen. attributum *S. Jacobo de Marchia.*

Waddingus ad an. 1230. n. 7. vocat *Fr. Jacobum Guarrini*, aitque scripsisse quædam de S. Francisco; nisi forte sit alius.

MCMXXVI. 971.

JACOBUS E S. GEMINIANO = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed tempus, quo vixit, nemo significavit, neque cujus provinciæ: est igitur *S. Geminiani* oppidum in Tuscia, ac in Custodia Senensi, eoque in loco floruit *Fr. Joan. de Caulibus magnus prædicator*, inquit Bartholomæus Pisanus Conformit. XI. par 2., ut suspicio sit, apud Rodulphium cit. fuisse exaratum *Jacobum* loco *Joannis*. Joan. a S. Anton., ut sæpe solet, vocat *Regul. Observ.* ex Terrinca, Gonzaga, et Possevino, ac Waddingo, qui tamen omnes acceperunt a Rodulphio.

* JACOBUS GIRAGUS = V. *Franciscus Raggius.*

972.

JACOBUS DE GRISSANTO = idem est cum *Jacobo Trisanto* infra relato. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MCMXXVII. 973.

JACOBUS DE GRUMELLO = Regul. Observ. eximius Theologus, qui Hieronymo Savonarolæ sæpius in faciem restitisse dicitur, dum Visitatoris provinciæ S. Antonii, Venetæque munere fungeretur. Cum autem esset provinciæ Brixiensis Vicarius, literas dedit ad Hieronymum Torniellum sui Ordinis *Vicarium Generalem*, quas præmisit libro *Regulam* S. Francisci, *Expositiones* S. Bonaventuræ, aliorumque in eam, et nonnullas Rom. Pontificum *Constitutiones* complectenti, cui insertus est etiam *Libellus super Regulam Fratrum Minorum, qui Serena Conscientia nuncupatur* sine nomine autoris: prodiitque liber Brixiæ an. 1502. in 4. per Jacobum Britannicum, et habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis, et Ravennæ in illa S. Francisci Min. Conv., et in Biblioth. Tolleriana pag. 182. Indic. Non igitur *Serenæ Conscientiæ* autor fuit, sed evulgator. Prodiit autem etiam in Monumentis Ordinis Min. edit. Salmanticæ an. 1511. tract. 2., et in Firmamento trium Ordin. S. Francisci edit. Ven. 1513. par. 3. pariter absque autoris nomine, quem Waddingus tam in hoc Scriptorum libro, quam in Annal. Min. sub an. 1480. num. 12. putavit *Alexandrum Ariostum*. Italum certe autorem fuisse testatur Alfonsus Casarubios in suo Privileg. Compendio v. *Paupertas.*

Errat Waddingus scribens in Annal. ad a. 1483. num. 36. Jacobum obiisse anno cit., cum an. 1502. in vivis esset, ut ipsemet dicit ibi. De eo Donatus Calvi par. 1. Scenæ liter. fol. 314., et Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

* JACOBUS GUARRINI, qui nonnulla scripsit *de Vita, et gestis B. P. Francisci*, ut habet Waddingus ad an. 1230. num. 7., scribens penes se illa habuisse, iisque usum esse in describenda S. Patris historia, forsan est *Jacobus Gararrini*, de quo supra.

MCMXXVIII. 974.

JACOBUS GUISIUS = *magnus Gallicanarum antiquitatum scrutator* dicitur a Joanne Blaeu in Magno Theatro Belgii Regii, ubi de Lovanii civitate disserit qui et alibi eum pluries citat.

Hujus *Chronicon* vel in gallicam linguam vertit, vel certe ex eo excerpsit *Balduinus de Avennis* Margaritæ Comitis Flandriæ, Hannoniæque filius circa an. 1420., ut notavit Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1420. in *Balduino de Avennis;* ad an. vero 1380. agit de hoc *Jacobo Guisio*, cujus *Chronicon* tradit haberi ms. etiam Antuerpiæ apud PP. Societ. J. testimonio Bolland. variis in locis Act. SS., de eoque scribere Aub. Miræum in Elogiis Belgicis, et in Auctario Scriptor. Eccles. cap. 436., Vossium lib. 3. de Histor. Latin. cap. 3., Valerium Andream in Biblioth. Belgica, et Simlerum in Epitome Biblioth. Gesneri. Horum *Annalium* editionem tradit Jacobus Le Long lib. 4. Biblioth. Gallicæ factam esse Parisiis an. 1571. in fol. apud Regnault.

Annales, et Historiæ Principum Hannoviæ autore Jacobo de Guisia usque ad an. 1244. *perducti* tomis tribus in fol. magno cum figuris extant mss. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 8318., et cod. 8384. est prima pars eorumdem gallice facta in fol. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 831.; habentur et in Biblioth. Coislin. Sangerman. n. 498. ex Catal. ejusdem pag. 1101.

Frider. Gotthilf. Freytag J. C. in *Analectis litterariis* de libris rarioribus Lipsiæ anno 1750. editis pag. 411. refert hanc editionem:

Jaques de Guise Illustrations de la Gaule Belgique, antiquitez du pays de Haynault et de la grande cité de Belges, à present dite Bavay, dont procedent les chaussées de Brunehault. Paris. 1531. tomis 3. in fol., aitque Opus admodum rarum, de quo Biblioth. Dalmanniana p. 100.

Notavit Labbeus in nova Biblioth. edita Paris. 1653., eumque secutus Jean. a S. Anton. to. 2. pag. 101. scripsisse etiam gallice *Historiam Francisci I. Galliarum Regis exhortationibus moralibus illustratam*, quæ extat ms. Parisiis in 2. xyxto Bibliothecæ Regiæ num. 248.; sed quomodo, si omnes fatentur obiisse eum an. 1398., scribere potuit Francisci I., qui post an. 1500. regnare cœpit, historiam? Aut igitur mendum cubat in nomine Regis, aut autoris; nisi extet et *Jacobus Guisius* junior.

Jacobus

Digitized by Google

Iacobus e nobili familia de Guisia non Montibus sed Chirviæ oppidulo Hannoniæ natus est, ut ex nota quadam in codice Vindobonensi palatino n. 3440 sæculi xv extante et ex epitaphio anni 1588 in ecclesia Chirviensi invento constat; inter annos autem 1340 et 1350, quod coniicere licet. In Annalium prologo, c. 10 ipse ait se a 26 annis studiis philosophicis nec non mathematicis et physicis incubuisse, et tandem ad apicem gradus theologiæ provectum (verisimiliter Parisiis, ubi eum moratum esse ex Annal. l. VIII c. 6 patet) in Hannoniam reversum esse. Quo tempore et loco habitum S. Francisci sumpserit nescitur; in conventu Valentianensi, in quem post reditum in patriam se recepit, historiam comitatus Hannoniensis conscribere est aggressus circa an. 1390; *sed aliis studiis*, ut ipse profitetur, *per obedienciam aliisque sermonibus, lecturis et disputacionibus negociisque necessariis interdum occupatus et intentus* laborem sæpenumero interrumpere coactus est. Fuit ultimis vitæ annis vicarius generalis ministri sui Ordinis, confessorque Willelmi comitis de Ostrevant, filii Alberti comitis Hannoniæ, illiusque uxoris Mariæ de Burgundia. Anno 1397 conventui fratrum Minorum Montensi libros aliasque res legavit; denique, ut ex inscriptione eius sepulcro apposita, e vita decessit die 6 Februarii 1398, idest 1399 iuxta stilum communem.

Mirum est quot labores pro historia sua conscribenda Iacobus susceperit. Per plures annos diversarum provinciarum et gentium urbes adiit, codices qui ad rem facerent ubique investigans et evolvens. Sine cuiusquam auxilio, quæ ad propositum suum pertinentia invenit, descripsit; latinos libros ad verbum excepit, gallicos in latinum (sat rudem) traduxit; fontes omnes, quos potuit, in usum suum convertit, quibus annumerandus est et Balduinus de Avennis auctor Chronici Hannoniensis, quem sæc. XIII, non autem sæc. XV ut ex Oudino ait Sbaralea, vixisse constat. Totum opus, cui genuinus titulus est *Annales historiæ illustrium principum Hannoniæ*, quo statu ad nos venit, tribus partibus consistit, quarum unaquæque septem libros complectitur. In prima et secunda rebus ab Hannoniensibus prorsus alienis nimium conceditur, scriptoresque referuntur ita fabulis atque ineptiis referti, ut vera falsis sæpe penitus obruantur. In tertia parte, in qua auctor Hannoniensem historiam stricte persequitur, et non tam res ab aliis relatas transcribit quam ipse rerum gestarum narrationes ex documentis plerumque fide dignis contexit, multa magni pretii inveniuntur, præsertim ad historiam ecclesiarum et monasteriorum pertinentia. Hæc pars medio in sermone iam in rebus an. 1254 gestis abrumpitur, ita ut quæstio exsistat, utrum opus numquam amplius deductum fuerit, quod ex codicibus probabilius videtur, an pars extrema perierit.

Horum Annalium præcipui codices qui reperiuntur, sunt: Valentianensis 784-786 (Mangeart, Catal. des mss. de la biblioth. de Valenciennes, n. 578), membran., exaratus apud Recollectos Valentianenses sæc. XIV exeunte, 3 voll. in 4, qui antiquiorem recensionem exhibet et adversariis ab auctore propria manu confectis, quæ autem iam non extant, proximus videtur; Parisinus 5995, membran. sæc. XV, 3 voll. in fol. max., alteram recensionem continens; Parisinus 12828, inde ab an. 1732 S. Germani 1091, olim Coislinianus, olim Seguerianus, chartaceus sæc. XV in 4, qui duas priores partes comprehendit, non tamen ex eodem codice descriptas, ita ut in altera propius quam præcedens ad Valentianensem accedat, in prima vero tertiam recensionem repræsentet; denique Montensis 121 et 289, chartaceus anni 1453 in 4, et Vindobonensis palatinus 3440, olim S. Mariæ Boneffiensis, chartaceus sæc. XV in 4, ambo tertiam recensionem primæ partis tantummodo exhibentes. Subsidio duorum codicum parisinorum, sed eorum textibus permixtis et pro arbitrio mutatis ac suppletis, editionem integram dedit ann. 1826 - 38 marchio de Fortia d'Urban, quæ sub titulo *Histoire du Hainault traduite en français, avec le texte latine en regard, et accompagnée de notes* prodiit Parisiis 21 voll. in 8, quorum quintum in 2 partes dividitur, voll. 16-19 continent *Annales de Hainaut* Io. Lefevre, voll. 20 et 21 indices alphabeticum et analyticum in Iacobi Annales. Alteram editionem, et eam quidem optimam et vere criticam, non integre tamen, sed fabulis et iis, quæ ex libris superstitibus excripta erant, omnibus fere omissis, curavit an. 1896 Ernestus Sackur in Monum. Germ. hist., Script. t. XXX p. I, pp. 78-334.

Præter versionem gallicam marchionis de Fortia d'Urban aliæ antiquiores extant. Notior ceteris, et quæ in pluribus codicibus reperitur, Iohanni Wauquelin debetur civi Montensi, qui an. 1446, Simone Nokart notario baillivi Hannoniæ incitante, iussu Philippi Boni ducis Burgundiæ et comitis Hannoniæ eam faciendam suscepit. In 21 libros et ipsa dividitur, sed tantum ad finem regiminis Ioannæ comitissæ (an. 1244), scil. l. XXI c. 43 textus latini, pertingit, neque textum fideliter repræsentat, cum nonnulla in ea breviata sint, alia omissa, alia etiam addita. Annis 1531-1532 (non autem a. 1571), mutila quidem, Parisiis in lucem prodiit apud Franciscum Regnault pro Galæoto a Prato, 3 voll. in fol.

Falsum est Labbeum tribuere Iacobo de Guisia historiam Francisci I Galliarun regis; legitur enim sub num. a Sbaralea citato: *Histoire du Roy François I, remplie de digression morales, louanges et exhortation audit Roy. Au suivant l'Histoire de Hainault de M. Jacques de Guise. 1 Partie.*

Præcipuos auctores qui de Iacobo de Guisia eiusque Annalibus scripserunt videsis apud Chevalier U., Répert. des sources hist. du moyen age, Bio-bibliographie, col. 1143 et Supplém. col. 2661, et apud Potthast A., Biblioth. Hist medii ævi, I (2 ed., 1895), pag. 632. His addendus E. Sackur propter doctam et amplam præfationem quam suæ editioni præmisit (l. c., pp. 44-78), ex qua pleraque desumpsimus.

975.

JACOBUS HENRICUS = leg. *Blanchus*, seu *Albi*, de quo supra actum est n. 950. in *Jacobo Alexandrino*.

MCMXXIX. 976.

JACOBUS HUGONIS = de quo Waddingus in *appendice* ad hunc librum; cui addatur: alumnus Cœnobii Taulæ provinciæ S. Bonaventuræ in Burgundia, forsan nepos, vel consanguineus *Claudii Hugonis*, de quo supra actum est, sac. Theol. Magister doctissimus, concionator apud Carolum IX. Galliarum Regem, cui etiam a consiliis, sacrisque Confessionibus, et a quo legatus fuit ad Hispaniarum Regem Philippum II.; sed et in *Catalogo Doctorum Theologiæ* facultatis Parisien. missorum a Carolo IX. Rege Galliarum ad Concil. Tridentinum legitur *Jacobus Hugonis Franciscanus, idem etiam Procurator Rev: Joannis Ursini Episcopi Trecorensis*. Obiit Parisiis an. 1574. die 19. Novembris apud suos magno cum honore sepultus in sarcophago ei seorsum posito una cum *Petro a Cornibus* ejus præceptore; ut et Gonzaga par. 3., et Waddingus in addit. ad to. 7. Annal. Min. in fine to. 8. n. 6., ubi eum dicit *Tanlaici* Cœnobii diœcesis Lingonen. in Campania alumnum Episcopatus oblatos recusasse; de quo et apud autorem Chron. S. Franc. par. 4. lib. 4. c. 38.

MCMXXX.

JACOBUS JUSSANUS ex illustri familia Mediolanen. Capuccinus, suæ provinciæ Vicarius, qui cum piis pro Dei Ecclesia confectus laboribus in patria obiisset die 4. Augusti 1584., ferunt S. Carolum de eo dixisse: *Doleo magnopere, quandoquidem magnus Dei Servus nobis eripitur, et fidelissimum in onere mihi commisso cooperatorem amitto*, ut refert Boverius in Annal. to. 2. ad eum annum. Reliquit autem a se scriptam

Chronologiam fundationis provinciæ Mediolanensis, et rerum memorabilium Capuccinor. usque ad an. 1580., teste autore Biblioth. Capuccin., ex quo Joan. a S. Anton.

MCMXXXI. 977.

JACOBUS LAUDENSIS = asseritur floruisse circa an. 1344. a Vaddingo in Annal. Min. ex Mariano; sed falsum est, omnes, quos ibi Marianus enumerat, eo tempore vixisse, uti de unoquoque ostendam suis locis:

Digitized by Google

ocis: cum enim Bartholomæus Pisanus, qui an. 1390. scribebat, Confor. XI. istum non habeat, conjicere est, eum post illud tempus extitisse. Memoratur et *B. Jacobus Sacerdos de Laude Tertii Ord. S. Franc.* apud Waddingum ad an. 1242. n. 29., sed quo tempore vixerit, non prodit. Videant, an *Jacobus Lausanen.*, de quo in sequenti.

MCMXXXII. 978.

JACOBUS E LENDE = oppido Artesiæ diœces. Atrebatensis vulgo *Lens*, scripsit etiam

Sermones de Sanctis, qui extant mss. pergam. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 517., ubi dicitur *Jacobi de Laus* corrupte pro *Lens;* nisi legendum *de Lausan.*

Sermones quadragesimales Fr. Jacobi de Lende Ord. Min. Parisiis an. 1499., teste P. Orlando de Orig., et progr. Typograph.; et iterum ibid. in 4. an. 1501., teste Joan. a S. Anton., qui illam editionem dicit vidisse in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ; sicut et alteram, quæ continet ejusdem

Sermones Adventuales. Ibidem eodem anno in 4.

Sermones quadragesimales impressi sunt primum Parisiis per Felicem Balligault die quinto februarii an. 1499, hoc est an. 1500 iuxta stilum communem, in 4.

MCMXXXIII.

JACOBUS A S. LUCIA Messanensis prov. Siciliæ Min. Conv., Francisci a Ruvere, postea Sixti IV. discipulus, expleto in Panormitano Lycæo Regentis munere, dum Vicarius Generalis in ea Insula existeret, ab eodem Sixto ad Episcopatum Pacten. evectus est, evocatusque Romam, ut in Archiepiscopum Messanen. promoveretur, ibi mortuus asseritur circa an. 1485., cum scripsisset, quod sciatur,

Opuscula Theologica, teste Samperio apud Anton. Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 102.

Ex Eubel (Hierarchia cathol. medii ævi, II, 210, 232, 238) creatus est archiepiscopus messanensis die 28 Maii 1474, translatus ad episcopatum pactensem simulque in archiepiscopum philippensem promotus die 7 Iulii 1480, et obierat iam die 24 Octobris 1482. Cf. Pirro, Sicilia sacra (Panormi, 1644-1641), I, 362, II, 410; Cappelletti, Le Chiese d'Italia, XXI, 565, 584; Gams, Series episcoporum eccl. cathol., p. 953.

MCMXXXIV. 979.

JACOBUS MALAFOSSA = *Jacobinus* etiam vocabatur, uti codices excusi, et Petrus Rodulphius autor coævus; et ipsemet in epist. ad Hippolytum Card. Estensem, cui Opus suum dicavit, *Jacobinum* se subscripsit. Ex his autem, quæ habentur in fine dicti Operis, edocemur, suæ provinciæ Genuensis Min. Conv. Ministerio functum, Patavii annos 25. Regentis, 42. vero Metaphysici publici munus explevisse: usus est præceptore Hieronymo Gadio Bononiensi, et Joanne Montesdoca Hispano, ut ipse testatur in 1. d. 17. fol. 154., et 214.; nec non dist. 39. quæst. 5. fol. 287.; quantique eum fecerint Patres Tridentini Concilii legere est dist. 17. fol. 220. ejusdem lib. 1. Senten. Scribit de eo Rodulphius lib. 3. fol. 329., ubi se dicit ejus discipulum Patavii docentis, Bargis in patria obiisse, cum Taurinum evocatus fuisset a Duce Sabaudiæ magno ibi docturus stipendio, evanescente jam Gymnasio Patavino, ubi 45. annos lectiones tradiderat summa cum laude, felicibusque auspiciis exhausta æmuli sui Schola: Bargii vero Cœnobium a Gallis bellorum militari vi paulo ante destructum magnis expensis restituisse.

Commentarii in primum Sententiarum Scoti tantum, non *in secundum, et tertium* lib. Senten., excusi sunt Patavii an. 1560. in fol. typis Gratiosi Perchacini, in quibus non 150., ut etiam Possevinus habet, sed 130., quæ videntur esse *contradictiones,* solvuntur: et leguntur in fronte Operis.

Explanationem etiam lucidissimam in 2. 3. *et* 4. *Senten. librum* eum scripsisse testatur cit. Rodulphius lib. 3., et ipsemet in 1. d. 2. quæst. 1. §. *Juxta istam viam* fol. 79., et in 1. quæst. prologi §. *Sed hæc tria* citat Comment. suum in 2., et 3. Senten. librum; dist. vero 35. §. *Potest dici ad quæstionem* citat suum in 4. Senten. librum Comment., sed lucem nondum aspexerunt.

Expositionem in Metaphysicam Aristotelis scripsisse nedum testatur cit. Rodulphius, et Possevinus, sed ipsemet eam adducit in 1. quæst. prologi §. *Tertio principaliter;* et dist. 17., ac 19. quæst. 2., et Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. habetur ms. in fol. *Lectura Magistri Jacopini de Barges super prim. Metaph.* Hujus tamen Operis dumtaxat *Quæstio de subiecto Metaphysicæ* prodiit Patavii an. 1553. in 4. per Joannem Dominic. Barbettam ab autore Francisco Contareno patritio Veneto dicata, et die 18. Julii an. 1551. completa, ut in fine legitur; in qua quidem quæstione alia *Quæstio* includitur, *an subiectum Metaphysicæ sit scibile: et consequenter an Metaphysica sit scientia.* Quæ duplicata quæstio recognita, ac interpolata iterum, ac pluries vulgata fuit Venetiis an. 1581. per Sessas opera *Salvatoris Bartolucii* Min. Conv. Patavii publice Metaphysicam profitentis, et an. 1591. ibidem, demumque anno 1613. per Joan. Guerilium in 8. in fine *Ethicorum Petri Tatareti.*

Comment. in D. Pauli Epistolas; et

In Orationem Dominicam composuisse scribit And. Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.

** *Dissertatio, an quis scire possit, se esse in gratia Dei.*

Disputatio de subiecto Metaphysicæ extat in fine Commentar. Tatareti edit. Ven. 1530.; et

Quæstiones duæ ibid. in edit. Ven. 1581. per HH. Sessæ.**

In laudem Comment. in 1. Senten. *Hippolytus Fantoccius* Perusinus, et *Hieronymus Helenæ* a Leonissa Franciscan. Convent. ediderunt Epigrammata haud insulsa.

Oratio, quam iuxta Waddingum habuit ad Patres in Concilio Tridentino, non extat in Collectione Iudoci Le Plat; neque de ea aliquam notitiam invenire potui tum in Actis tum apud historicos eiusdem Concilii.

In *Commentariis super primum Sententiarum Scoti* vere non 130 quæ videntur eius esse *contradictiones* solvuntur, ut habetur in fronte editionis, sed 131, ut ex earum Indice apparet.

Dissertatio an quis scire possit se esse in gratia Dei eadem est ac *quæstio utrum aliquis certitudinaliter possit cognoscere se esse in charitate,* quæ reperitur in Commentariis supra indicatis, foliis 220-222. Edidit eam Iacobus, ut ibi legitur, tempore concilii Tridentini videlicet 1546 rogatus a multis episcopis in eodem concilio existentibus.

Disputatio de subiecto Metaphysicæ, quum ab auctore completa sit an. 1551, nulli editioni anni 1530 inesse potest.

Quæstiones duæ, a Papini additæ, sunt eædem quas indicat Sbaralea, ut patet ex ipsa editione, quae insuper non est diversa ab editione anni 1581 a Sbaralea notata.

Romæ in bibliotheca Angelica extat eiusdem:

Oratio seu deprecatio devotissima ad obtinendam remissionem omnium peccatorum, gratiamque omnem iuste petitam a Deo. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1562, in 4. Dicatur ab auctore Octaviano Præconio Messanensi, Ordinis Minorum Conventualium, archiepiscopo Panormitano.

MCMXXXV

Digitized by Google

MCMXXXV.

JACOBUS MANTUANUS Regul. Observ., qui latuit complures, an. 1512. erat Definitor sui Ordinis ex Wadd. ad eum an. num. 6.; ejus est

Declaratio super Regula S. Francisci, quæ inscripta est Collectanea Minorica, quæ extat mss. in 4. parvo: eam citat Fr. Joannes Fanensis ejusdem Instituti in suo *Opusculo*, seu serm. super Regula S. Francisci *de voto Minoriticæ paupertatis. Quædam Collectanea lectu digna* inquit P. Rodulphius lib. 3. fol. 322.

Promptuariolum Minoricum Iconomicum, seu de modo bene gubernandi, et *de electione Prælatorum Ordin. Minorum* scriptum tempore Clementis Papæ VII.

Nescio an hic sit *Jacobus de Strada Mantuanus*, qui scripsit *Epitoma Thesauri antiquitatum, et Vitarum Imperatorum* apud Waddin. ad an. 1212. num. 28. Joan. a S. Anton. accepit a Rodulphio.

Iacobus de Strada Mantuanus auctor *Epitomes Thesauri antiquitatum* etc. natus est circa an. 1515, fuit tota vita sua sæcularis, obiitque an. 1588 (*Cf.* Nouvelle Biographie Générale, t. 44, col. 510); quare confundi nullo modo potest cum Iacobo Mantuano Minorita, et an. 1512 sui Ordinis Definitore.

* JACOBUS DE MARCHIA, seu de Monte Brandone = V. *Jacobus Piceno*, et *Jacobus Gavarrini*.

MCMXXXVI. 980.

JACOBUS DE MASSA = provinciæ Piceni, Custodiæque Firmanæ, non autem de *Massa maritima provinciæ Tusciæ*, uti erronee scribit Joan. a S. Anton. pag. 102.; de eo Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in provin. *Marchiæ*, et custodia *Firmana*, locoque *Massæ* inquit: *de quo fuit Fr. Jacobus, qui historiam acceptionis loci Montis Alverniæ habuit a Fratre Leone; et de miris factis in dicto Monte: et de Stigmatibus sacris:* et Conformit. XXXI. parte 2. citat *Legendam de Inventione Montis Alverniæ;* quam quidem, vel ejus *Compendium* exhibet autor *Speculi Vitæ B. Francisci, et Sociorum ejus* pag. 92. edit. Venetæ an. 1504. Laicus fuit, et socius B. Francisci, deque ejus sanctitate, ac visione tractat Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 49., et Rodulphius lib. 1. fol. 107.; ex his vero Waddingus in Annal. Min. ad an. 1256., quo floruisse dicitur.

MCMXXXVII.

JACOBUS MAZZA Rheginus Calaber Ordinis Capuccinor. floruit an. 1540.; scripsitque, et edidit

Lucernam Confessoris. Neapoli an. 1519. in 4. ex Toppio apud Zavaronem in Biblioth. Calabra pag. 83.

De hoc auctore nulla notitia reperitur in Bibliotheca Capuccinorum Bernardi a Bononia, neque, ut mihi diligenter inquirenti visum est, in N. Toppi *Biblioteca Napoletana;* iuxta Zavarronum, loco cit., fuit *Min. de Observ. Provincialis*. Præterea annus 1540, quo floruisse, cum anno 1519, quo *Lucernam Confessoris* edidisse dicitur, non satis convenire videtur. Romæ in bibliotheca Alexandrina asservatur

Scala de virtuti et via de paradiso necessaria ad omni fidelissimo cristiano nouiter composta. Impressum in nobilissima ciuitate Messana per Guilielmum schonberg de Frankfordia Alamani. Anno domini M. cccccxcix. die vero Octobris xxiij. in 4. Auctor in fine vocat se Iacobum Maza Rhegiensem provinciæ Calabriæ Ord. Min. de Observ. S. Francisci, aitque se opus in insula Lipara scripsisse, in eam relegatum non quia, ut ipse iuramento affirmat, aliquid mali egisset, sed quia malum operari noluisset.

MCMXXXVIII.

JACOBUS MEDIOLANENSIS Lector edidit

Meditationum tractatum, qui ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 18. versus Eccles. cod. 208. in 8. post libros Dialogorum S. Gregorii Papæ, hoc titulo: *Incipit prologus in librum compositum a Fr. Jacobo Lectore Mediolanensi de Ordine Fratrum Minorum. Ad te levavi animam meam Deus meus confisus de tua liberal.* etc.; in quo scribit, amici prece fuisse inductum, et zelo interno coactum, ut qualiter quisque Deum studiose *quærere* debeat, *invenire* valeat, et etiam ad eum accedere, strictisque *tenere* amplexibus possit, *quibusdam meditationibus* aliqualiter declarare præsumpsisse: hoc autem est de triplici quodammodo via *purgativa, illuminativa*, et *unitiva* scribere voluisse: præmissisque 27. titulis, vel capitibus Opusculi, incipit: *Transfige, dulcissime Jesu, medullas animæ meæ* etc. veluti altero prologo: postea subdit primum titulum: *Qualiter homo possit amplius in bono proficere, et Deo magis placere*, charactere rubro: deinde incipit: *Primo studeat, quantum potest* etc: versus finem habet expositionem Antiphonæ *Salve Regina misericordiæ*; mox hymnum *dulcis Jesu memoria* 45. strophis conflatum, qui in titulo dicitur: *Verba intimi amoris Xpi Jesu sc. B. Bernardi*: deinde *Sermonem de modo bene vivendi*, et caput *de compassione ad Christum* habenda: tandem adiicitur cap. *qualiter Sacerdos debet esse ordinatus ad Missam* incip. *Ad Missam celebrandam sex considero* etc.; clauditurque Opusculum cum oratione: *Domine Deus omnipotens, æterne, et infallibilis sine fine, atque initio* etc.: cujus Opusculi meminit Barthol. Pisanus Confor. VIII. par. 2., ubi de Scriptor. Ordin. Minor. agit, inquiens: *Tractatum Transfige devotum composuit quidam Lector Mediolanensis*: quo lucet autoris antiquitas. Decem prima capita harum Meditationum italice translata sine nomine autoris extant Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. in ms. libro cartac. in 8. diversorum Opusculorum asceticorum; incip. *Dieci gradi per salire alla perfezione. In prima studie lomo quanto ello pode* etc. Venetiis etiam in Biblioth. S. Marci cod. 7. in 4. membr. seculi circit. XIV. habentur mss. *Meditazioni della vita di Cristo di Frate Jacopo dell'Ordine de Minori translato da grammatica in latino.* Incip. *A zascuna persona de questo mondo terreno, che vole andare a vita eterna, se vole andare per via secura* etc. Ex Indice ejusdem Biblioth. pag. 223.

Prodiit autem primo typis, ut puto, Venetis circa an. 1487. in 8. m. inter parva *S. Bonaventuræ* adscripta Opuscula hoc titulo: *Incipit Stimulus Amoris Seraphici Bonaventuræ Cardinalis Ordinis Minorum olim Generalis:* omissoque prologo incipit: *Transfige dulcissime Domine Jesu* etc.: deinde *Tractatus* in duas partes dividitur, et inverso Scriptoris ordine, secunda pars præponitur primæ, multis resecatis, et multis etiam adjectis, ordineque variatis opera *Fr. Henrici de Balma*, ut de eo agens notavi, incipitque: *Currite gentes undique* etc.; omissis exposit. *Salve Regina*, hymno: *Jesu dulcis memoria*, et *Sacerdotis Ordinat. ad Missam*. Postmodum vulgatus est iterum Venetiis an. 1535. in 12. per Joan. Patav., et Venturinum Ruffinellum cum prologo, sed in tres partes divisus iuxta tres mysticæ Theologiæ vias, inverso etiam ordine, ut in 1. editione, multis adjectis, et multis rejectis, variatisque, ut fere diversus a prototypo appareat, cum titulo insuper *Stimuli divini amoris S. Bonaventuræ*, quo deinde semper inter Opuscula S. Doctoris impressus est, omisso hymno: *Jesu dulcis* etc. Neque hic omittendum, autorem in prologo, ut notavi etiam in *Henrico de Balma*, scribere: *tu autem mi frater Johannes, qui Eucharis appellaris, accipe munusculum,*

quod

Digitized by Google

quod a me indigno nomine tamen supplantatore vocato, idest Jacobo etc.; quod in editis variatum legitur, quoniam D. Bonaventuræ incongruum. Vide *S. Bonaventura* (17. et 75.)

Opus Jacobi Mediolanensis, sub titulo *Stimulus amoris*, secundum codices mss. in sua forma originali primum editum est an. 1905 a Patribus Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas ex typ. eiusdem Collegii in 16. Præter quam in codice biblioth. florentinæ S. Crucis nunc Laurentiano (sæc. XIII. ex., et ab A. M. Bandini descripto in Catalogo cod. latt. Bibliothecæ Medicæ Laurentianæ, t. IV, coll. 531-566), reperitur in cod. lat. 5159 biblioth. regiæ Monacensis membr. sæc. XIII; cod. 498 biblioth. civit. Moguntinæ membr. sæc. XIII/XIV; cod. 153 biblioth. regiæ Erfordiensis sæc. XIV, qui capitula exhibet ordine nonnihil diverso ac præcedentes; cod. 241 biblioth. acad. Traiecti ad Rhenum sæc. XV, cuius in fine additur caput *de compassione ad Christum;* cod. Vaticano 7690 et cod. 6 M 26 biblioth. Semin. Leodiensis sæc. XIV, qui habent in fine etiam *Præpar. ad Missam;* insuper in aliis codd. cum additionibus inter opusculi capita. Tam in utroque prologo quam in capite primo incipit verbis a Sbaralea relatis; 23 autem capitibus constat desinitque: *et pro eis veniam postulando a Deo. Quod ipse concedat qui est benedictus in sæcula. Amen,* quum expositio antiphonæ *Salve Regina* et cetera quæ in cod. Laurentiano eam sequuntur omnia præter caput *de compassione ad Christum* sint manifeste spuria, hoc vero in codicibus Monacensi ac Moguntino supra indicatis a *Stimulo amoris* satis clare separetur, in codice autem Laurentiano capitulis spuriis postponatur.

A sæculo XIV Jacobi *Stimulus amoris* in aliam compilationem eiusdem tituli S. Bonaventuræ plerumque, falso quidem, inscriptam insertum est, cuius compilationis duæ recensiones, incipientes ambæ in capite primo *Currite undique gentes et miramini* sed valde inter se dissimiles habentur: una in duas partes divisa, Jacobi opusculum continens mutilum et corruptum; altera divisa in tres partes, idem habens integrum et genuinum, capitulorum ordine tantum mutato. Prima recensio cum aliis opusculis S. Bonaventuræ tributis impressa est Brixiæ an. 1495 per Bernardinum de Misintis, in 4; altera, iuxta correctionem Johannis Quentin canonici et pœnitentiarii parisiensis, Parisiis impensis Georgii Mittelhus an. 1493 die 4 aprilis in 8 (Hain, Repert. bibliogr. n. 3480); quæ editio extat Romæ in bibliotheca Nationali. Hanc recensionem probabiliter plerique antiquæ editiones exhibent, verisimiliter autem sequentes, in quibus opus per eundem Quentin correctum dicitur: Parisiis, impensis Georgii Mittelhus, 1490 28 Octobris, in 8 (Hain, 3479); ibid., impensis eiusdem, 1493 4 Aprilis, in 8 (editio diversa a supra notata eodem tempore impressa; Pellechet, Catal. des incunables des biblioth. publ. de France, 2663); ibid., expensis Claudii Jaumar, 1493 4 Octobris, in 8 (Pellechet, 2664); ibid., expensis Dyonisii Rosse, s. a., in 8 (Pellechet, 2658).

Quum Jacobi Stimulus in codicibus sæc. XIII exeuntis reperiatur, plura autem ex S. Bonaventuræ scriptis contineat, auctor in altera sæc. XIII parte vixisse dicendus est.

MCMXXXIX.

JACOBUS DE MELFICTO primo prov. Apuliæ Reg. Observ. alumnus, deinde inter Capuccinos in provin. Neapolitana adscriptus, meritis illustris, senio confectus, multisque laboribus divexatus obiit anno 1561. Messapiæ supra Brundusium, vulgo *Messagna,* quo a Prorege Hydruntinæ provinciæ ob prædicatæ veritatis testimonium fuerat relegatus; tantaque fuit apud populos sanctitatis opinione, ut ei statua publice erecta fuerit. Scripsit autem lingua hetrusca

I divini precetti dell'Angelo a Moise divinamente dati, e per il Verbo Incarnato apertamente dichiarati, e dalla Chiesa cattolica confermati. Venetiis an. 1570. in 12. apud HH. Marci Sessæ cum latina epistola ad Rodulphum Pium S. R. E. Cardinalem data Venetiis idibus Septembris 1543. Idem Opus recognitum, et correctum recusum est Venetiis 1575. in 16. per Christophorum Zanetti; extat editio Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolor. Iterum ibidem apud Juntas eodem anno, et antea an. 1556. per Cominum de Tridino. Neapoli quoque 1597.

Commentaria in psal. 14. *Domine quis habitabit* etc. per modum dialogi, interlocutoribus Davide et Salomone incip. *Cum cœlorum ambitus* etc. In XI. partes distributum Opus continet 1. *de B. Mariæ Conceptione;* 2. *De divina lege;* 3. *De lege humana;* 4. *De detractione;* 5. *De lædore proximi;* 6. *De opprobriis contra proximum;* 7. *De abominatione, et vigilantia sui ipsius;* 8. *De honore timentium Deum;* 9. *De juramento observando;* 10. *De usura prohibitione;* 11. *De muneribus contra innocentes.* Venetiis in 4. imperiali ex Officina Aurelii Pincii MDXXXV., inquit Continuator Annal. Minor. Ioseph Maria Ancouitanus to. 19. ad an. 1561. n. 9. ex Joan. de S. Anton. in Biblioth. Franciscana, sed reponendum MDXXXV.

Opusculum in Symbolum fidei cum Commentariis;
De præceptis Ecclesiæ;
Tractatus de mortificatione carnis;
De Immaculata V. M. Conceptione;
Conciones diversæ etc.; omnia prodierunt Venetiis annis 1535. 1575., et 1578. apud Cominum de Tridino, et alios ex cit. autore Continuationis Annal. Min.

Commendatur a Toppio in Biblioth. Neapolitana, a Diony. Genuen. in Biblioth. Capuccin., et ab Arturo in Martyrol. Franciscano ad diem 28. Augusti, apud quos legimus, eum recusasse *Archiepiscopatum* Ragusinum. V. *Jacobus Paniscotius* infra.

Opus *I divini precetti* etc. prodiit etiam Venetiis per Petrum de Nicolinis an. 1548 in 16, et antea, ex Bernardo a Bononia, an. 1543 ibidem apud Nicolinos in 16.

Opus in exposition Psalmi, Domine quis habitabit, toti christiane reipublicæ maxime vtile. In fine: *Impressum Venetijs, in Edibus Aurelij Pincij Veneti. Anno Domini* MDXXXV *Mense Augusti.* in 4. In XI partes dividitur, quarum 1. agit de triplici macula, scilicet peccati originalis (ubi et de beatæ Mariæ conceptione), actualis mortalis, et venialis; 2. de triplici lege, scilicet divina, naturali, et humana; 3. de iudicio temerario; 4. de detractione; 5. de læsione proximi; 6. de opprobrio contra proximum; 7. de abominatione et vilificatione sui ipsius; 8. de honore timentium Deum; 9. de iuramento observando; 10. de usura; 11. de muneribus contra innocentes.

Opus de sancte fidei articulis, dialogo editum, toti Christiane religioni pervtile, et necessarium. In fine: *Impressum Venetijs in Edibus Aurelij Pincij Veneti. Anno Domini 1535. Mense Augusto* in 4. In principio operis (quod folia 134 complectitur, non autem 114, ut est apud Apollinarem a Valentia in Delph., Biblioth. Fr. Min. Capucc. Prov. Neapol., p. 114) hic explicatior titulus: *Fratris Jacobi Panis cocti de Melficto Provincie Sancti Nicolai: regularis Observantie Minorite: sacre pagine professoris: Opus de articulis fidei Dialogo editum: in quo inexquisita misteria ad nostram fidem immediate pertinentia continentur: Necnon et antiquorum philosophorum acutissimarum obiectionum contra veritatem nostre fidei clarissime solutiones: ac etiam obstinatorum iudeorum cecitas de nostre fidei misterijs per eorum legem et celebres doctores manifestatur atque conuincitur: tam predicatoribus: quam quibuscunque salutem cupientibus perutile: et necessarium.*

MCMXL. 981.

JACOBUS DE MENESES = Didacus dicitur a Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan. pag. 230., eumque secuto Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 302.; Regul. Observ. natione Bæticus *Prædicator Apostolicus;* cujus extat et docta *Epistola* data 5. kal. Junii 1547. ex Comitiis General. apud Asisium coactis Joanni Baptistæ Bonacossæ Ferrarien. in fronte Opusculi *de Laudibus Herculis II.* Estensis Ducis Ferrariæ ejusdem Bonacossæ cusi Venetiis an. 1555., ibique eum laudat Lilius Giraldus in *Elogio* etc.

MCMXLI.

Digitized by Google

MCMXLI. 982.

JACOBUS MILESIUS = de quo etiam Allatius, et Marracius agunt to. 1. pag. 636., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 103.

Catechismus Anglicus cusus est an. 1635. in 8.

MCMXLII.

JACOBUS MONTANARI Balneocaballensis in Flaminia provinciæ Bononien. Min. Conv. sac. Theolog. Magister, pluribus sui Ordinis rectis Gymnasiis, Bononiæ publica in Universitate Metaphysicam docuit, inde Romana in Curia Procurator Gen., postea Vicarius, tandem totius Ordinis Minister Gen. an. 1617. est constitutus, quod munus diu, et ultra præstitutum tempus administravit vir doctrina, et pietate magnus, qui strenue adlaboravit, ut quaque ex parte, omnibusque modis *vita communis* in Ordine suo firmaretur, ob quam multa constituit, et scripsit, donec labore magis, quam ætate consumptus Venetiis ex hac vita migravit an. 1631., cum edidisset ea, quæ sequuntur.

De divinæ Sapientiæ triumpho Iconisma, et Carmina. Romæ an. 1599. per Jacobum Laurum.

De sanctæ Romanæ Ecclesiæ Principatu, et Monarchia ad Paulum V. Ibidem anno 1608.

Ordini da osservarsi dalle Suore di Penitenza, o RR. Madri, e Sorelle del 3. Ordine del P. S. Francesco, che vivono in vita comune, e col voto di santa ubbidienza nella casa professa, divisi in 25. capitoli, e fatti in Perugia li 14. Luglio 1614.; quos publicavit Fr. *Ludovicus Durandus* Insulanus Gallus Convent. Baccalaureus, ejusdem 3. Ordinis Visitator, et Bononiæ 2. Seminarii juvenum Profess. Magister ibidem Bononiæ 1615. in 12. typis Bartholomæi Cochi.

Manuale Fratr. Minor. Convent. continens *Doctrinam Christianam, Doctrinam Regularem, Doctrinam spiritualem,* vulgo *Livrea spirituale* extracta ex P. *Rodriquez,* al. Roderico lingua italica impressum est primum Neapoli, et Bononiæ, postea Brixiæ an. 1618. per Paulum Bizardum, et tandem Maceratæ an. 1619. per Salviottum in 12.

Livrea spirituale major ea, quæ prodiit in *Manuali,* et seorsim vulgata Venetiis typis HH. Jo: Guerilii in 8. cum *Admonitionibus,* et *Pugna spirituali* in fine; extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Literæ pastorales, et *encyclicæ* quamplures quarum aliæ incip. *Poichè è piaciuto a Dio* etc. dat. Messanæ 11. Januarii an. 1618., et ibi impressæ, postea et Panormi, ac Arimini per Jo: Simbenum, Neapolique per Scipionem Boninum eodem anno in 4. Aliæ incip. *Nella vanità* etc. dat. Patavii die 6. Octobr. 1617., ibique excusæ eodem anno per Joan. Martinum, et Florentiæ per Petrum Cecconcellum an. 1620., nec non alibi in 4. Aliæ incip. *Essendo gionto* etc. dat. Brincolæ in Provincia die 19. Maji an. 1619., et vulgatæ Montevici eodem anno, et alibi in 4. Aliæ incip. *Visum est Spiritui Sancto* etc. dat. Pragæ die 3. Junii an. 1622. impressæ Viennæ Austriæ eod. anno per Matthæum Formicam in 4. Aliæ etiam incip. *Quemadmodum anno proxime* etc. dat. Coloniæ id. Januarii an. 1619., ibique impressæ leguntur, quarum primæ, et quartæ habentur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; secundæ vero extant Bononiæ apud nostros, et dici possunt *Tractatus de vita communi Religiosorum* iuxta Franchinum.

Alfabeto spirituale di San Bonaventura latine, *con alcuni avvertimenti, ed esercizi spirituali cavati da diversi autori;* et in fine *alcuni avvisi, et documenti per ben allevare i Novitii:* impres. cum epistola pastorali *Essendo gionto,* de qua supra.

Modus habendæ orationis mentalis, recteque meditandi sermone italico. Montevici an. 1619. in 4.

Nova cœli scala italice scripta.

Nova methodus bene inserviendi Deo italico idiomate.

Reformatio studiorum impressa Coloniæ anno 1619. in 4. ex Franchino, et Perusii an. 1620. in 8. typis Marci Maccarini, cui præmittuntur *Literæ pastorales* supra citatæ incip. *Quemadmodum anno proxime* etc. dat. Coloniæ, sed 8. idus Januarii anno 1619. ex nostra Bononien. Biblioth. Hoc autem *Opusculum aureum* appellat Mastrius in prologo Operis inscripti: *Bellutus, et Mastrius expurgati;* editumque dicit anno 1620.

Exercitia spiritualia omnibus Religiosis accomodata prodierunt primum Cracoviæ an. 1622. ex officina Francisci Cæsarii in 8. ex Franchino; postea Interamnæ eodem anno typis Thomæ Guerrerii in 8. una cum *Opusculo de oratione mentali; et modo recte meditandi:* quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci.

** *De arte acquirendæ sapientiæ.* Interamnæ an. 1620. typis Thomæ Guerrieri. **

Acta Capitulorum provinciæ Hetruriæ an. 1618. impres. Florentiæ an. 1619. typis Cecconcelli in 4.

Provinciæ Argentoratensis an. 1618. impres. Coloniæ an. 1619. per Petrum a Brachel in 4.

Ennensis in Sicilia 1618. in 4.

Provinciæ Bononiensis an. 1620. impres. Placentiæ an. 1621. per Alexandrum Bazachium in 4.

Provinciæ Marchiæ an. 1620. impres. in 4. Anconæ typis Marci Salvioni an. 1622.

Et aliarum plurium provinciarum cis, et ultra Montes, quorum notitia non occurrit.

Babilonia vitiorum omnium.

Seminarium virtutum christianarum italice impres. an. 1630. ex Theulo, et Franchino num. 164. Vide *Sanctorus Messanensis* infra.

Augustinus Superbus, qui eo tempore vixit, in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. refert sequens *epitaphium* Patavii positum:

« Jacobo Montanario Bagnacaballi parvo in oppido genito inter Minores Conv. Seraphic. Patris « filios educato, humanis, divinisque virtutibus ad summum, et in omni genere perfectum virum adducto, « a Paulo V. Procuratoris totius Ordinis muneri præposito primum, mox ad Vicariam ejusdem Ordinis « administrationem adscito, ab ipsomet Ordine ad Generalis Ministri apicem omnium calculis evecto, repudiata tamen, cujus erat Franciscanæ humilitatis « amans, oblata sibi sæpius a Paulo V., et Gregorio XV. Episcopi dignitate. Qui Ordinem decennium « regens, pedesque ut plurimum invisens, et qua verbis, qua exemplo, ut commissa sibi Francisci familia Franciscum redoleret, Franciscum referret pro « viribus contendens, Venetiis anno sal. 1631. ætatis « suæ 61. munere, et vita functus in Æde propria « prope Patavini Antonii Aram, ut erat ei sanctitate « propinquus, conditus est. »

« Constantius Malpelius ejusdem familiæ alumnus, Patrisque observantissimus et civis, et filius « hoc extare voluit benevoli animi, gratique perpetuum monumentum anno sal. 1632. »

Habet et Bononiæ in Ecclesia S. Francisci aliud *elogium* illi eodem anno 1632. a P. M. Francisco de Magistris ejus discipulo erectum. Refert Matthæus Ferchius in Apol. 1. contra Matenes cap. 2. extemporaneum ejus de Scoto distichon:

« Scotus

Digitized by Google

« Scotus ut ingenio volitat super æthera vivens,
« Sic moriens Scotus cœlica regna petit. »

Opus *Livrea spirituale* prodiit Venetiis apud Hæredes Ioannis Guerilii an. 1630, in 16; *Nova Scala del Cielo* ibidem apud eosdem an. 1629, in 16.

Operis cui titulus *Reformatio studiorum Ord. Fratrum Min. Con. Sancti Francisci* editionem perusinam anni 1620, excusam typis Marci Naccarini (non autem Maccarini), esse omnium primam vel ex ipsa epistola deduci potest, qua auctor Marcello Lanti cardinali opus dicat, data Perusiæ pridie idus Julii 1620. Ex sequenti epistola pastorali, data Coloniæ octavo idus Januarii 1619, procul dubio supposita est editio coloniensis eiusdem anni.

Exercitiorum spiritualium liber qui etiam Mystica Theologia nuncupari potest ex Opusculis Seraph. Eccl. Doctoris Sancti Bonaventuræ Card. Ord. Min. compilatus, impressus Interamnæ typis Thomæ Guerrerii an. 1620 in 8, extat Romæ in bibliotheca Casanatensi. Complectitur *Meditationes de vita, passione et resurrectione D. N. Jesu Christi* ex opusculo S. Bonaventuræ, quod inscribitur *Lignum vitæ*, extractas, et ad commodiorem scholasticorum Ordinis necnon aliorum usum pro conficiendis exercitiis spiritualibus in novam formam redactas, et ad tres hebdomadas pro triplici via purgativa, illuminativa et unitiva accomodatas, quibus connectuntur quædam ad mysticam theologiam pertinentia.

Pro verbis *Acta Capitulorum provinciæ Hetruriæ, provinciæ Argentoratensis, provinciæ Bononiensis* hæc ex Franchino reponenda videntur: *Acta Capituli provincialis Hetruriæ, Capituli provincialis Argentoratensis*, etc.

MCMXLIII. 983.

IACOBUS DE MOZANICA = *Busolinus* cognomento a *Mozanica* agri Mediolanen. oppido totius Ordinis Gen. Minister adlectus est Bononiæ anno 1454., cum jam suæ *provinciæ* Ministerio fungeretur, extitissetque et Ordinis Gen. *Procurator* in Curia Romana: vix autem triennio in supremo regimine elapso decessit Mediolani an. 1457. ætatis 50. nondum expleto anno; cui positum fuit *epitaphium*, quod refert Rodulphius lib. 2. fol. 192., estque hujuscemodi paucis, sed exprimentibus verbis:

« Jacobo Mozanica Minorum Generali, Theologo, « liberalium disciplinarum peritissimo Fratres hoc mo- « numentum fecerunt. Vixit an. quinquaginta. »

« Obiit an. 1457. die 9. Julii. »

« Hac Jacobus humo tegitur Mozanica Frater. »

« Ingenio Salomon, integritate Cato. »

« Hic Fratrum princeps, hic gloria summa Mi- « norum. »

« Hic fuerat sanctæ Religionis honos. »

Edidit autem

Ordinationes pro sui Ordinis reformatione incip. *Paullo Apostolo teste, lex propter transgressores posita est*, uti referunt autores *Firmamentorum trium Ordinum* edit. Parisien. an. 1512. par. 1. in *Memoriali Ordinis* fol. 36., nec non et

Epistolas encyclicas pastorales, et *ad diversos*, inter quas legitur illa dat. 4. Novembr. an. 1453., et alia dat. Romæ apud Aramœli die 22. Junii 1454. ad *S. Joann. a Capistrano*, ut est apud Rodulphium cit. lib. 2. fol. 191., et in Annal. Minor.

MCMXLIV.

JACOBUS DE MUGELLO provinciæ Tusciæ in agro Florentino, teste Mariano Florentino, floruit doctrina, et inter eos ab eo connumeratur, qui suis *scriptis* Sodalitium Franciscanum plurimum illustrarunt, ut refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9.; sed quid scripserit, et quando vixerit, non tradiderunt, etsi putet Waddingus eo tempore floruisse, quo a cit. Mariano refertur, quod tamen aut falsum est, aut incertum.

MCMXLV. 984.

JACOBUS NIGER = Regul. Observ. Belga.

Viridarium spirituale Amoris, prodiit apud C. Ouwerx in 8 sub hoc titulo: *Le plaisant verger d'amour spirituel parmi les parterres duquel peut amasser la religieuse les fleurs de l'amour de Dieu, de sa supérieure comme de toutes ses conseurs; divisé en trois livres;* tractatus *de Reliquiis sanctorum* prodiit apud J. Tournay ita inscriptus: *Le glorieux trophée des reliques des saincts enseignant le chrestien à les honorer.* Ex Dirks S., Hist. litt.. et bibl. des Fr. Min. de l'Observ. de St. François en Belgique et dans les Pays-Bas, p. 138.

MCMXLVI. 985.

JACOBUS ODO = *de Oddis* nobili Perusina familia Regul. Observ. alumnus; antea Archidiaconus Eccles. Cathedralis, et Vicarius Capitularis, fraterque germanus M. Antonii Episcopi Perusini.

Speculum Ord. Min. absolvit an. 1474., inquit Waddingus in Annal. Min. ad eum an. n. 14., etsi Marcus Ulyssipon. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 48. ex Firmamen., et Mariano dicat absolvisse an. 1472.; Octavianus vero Spader a S. Francisco Episcopus Asisias in *Lumin. Seraph.* nuper conscriptis tradit eum anno 1485. *Guardiani* Cœnobii S. Mariæ Angelor., al. de Portiuncula prope Asisium munus exercuisse, et *Francischinam* absolvisse; sed autor modicæ fidei censeri solet iste, cum certiora illius urbis, et Cœnobii monumenta tradant obiisse anno 1483. Oldoinus in Athenæo Perusino pag. 158. duo dicit, quorum alterum certo falsum est, alterum valde dubium, vel potius etiam falsum: primum, hujus *Speculum* publicæ luci commissum fuisse, quo hoc cum aliis Speculis Ordinis Minorum, quæ multa sunt edita, confundit; alterum *Lucubrationes circa Philosophiam, et Theologiam* exarasse, cum ex rudi, et *barbaro* ejus *Speculo* vulgari etsi lingua scripto liqueat, eum ne vulgari quidem, nedum latino sermone valuisse.

Non fuit ex nobili familia *de Oddis* sed ex familia plane diversa comitum *Oddorum;* neque archidiaconus ecclesiæ cathedralis perusinæ, neque frater germanus M. Antonii Episcopi perusini, quum Jacobus Oddus archidiaconus illius ecclesiæ ad huiusmodi munus an. 1627 electus sit, Marcus Antonius Oddus autem ab an. 1659 illam sedem obtinuerit. An. 1448 ordinem franciscanum iam erat ingressus; Speculum Ord. Min. seu Francischinam absolvisse an. 1474, et Guardianum cœnobii S. Mariæ Angelorum alias de Portiuncula fuisse an. 1485, affirmat etiam P. Augustinus de Stronconio in Umbria Serafica (cf. Miscellanea Francescana, v, 162 et vi, 56); decessit an. 1488.

Præter duo *Francischinæ* mss. a Waddingo indicata, ambo membran. in fol. et probabiliter autographa, quorum alterum recensionem antiquiorem et breviorem exhibens extat nunc Perusiæ in civica bibliotheca sub n. 1238 (descriptionem videsis in Miscell. Francesc. vi, p. 150, n. 34, vel in Mazzatinti G., Inventarii dei mss. delle biblioteche d' Italia, v, pp. 262-263), reperiuntur duo alia, et ipsa membran. in fol., unum Nursiæ, iam ad conventum Mariæ Virginis ab Angelo salutatæ illius urbis pertinens, sæculi xv et codici S. Mariæ Angelorum conforme, alterum Perusiæ in conventu Montis Lucis, ex codice conventus Montis excriptum ann. 1570-1572. Cf. Miscell. Francesc. vi, 87 et 127.

Totius operis editio adhuc desideratur; caput primum editum est ab Ad. Rossi Fulginei ex typ. P. Sgariglia an. 1882 in 8 maiori; duo nova sed breviora specimina exhibentur in Miscell. Francesc. iv, pp. 146-148.

In Memoriali Monasterii S. Mariæ Montis Lucidi extra mœnia perusina, ab Euphrasia Alfani clarissa ab an. 1448 incœpto et ab aliis usque ad an. 1759 continuato, sub die 5 Febr. 1574 tribuitur Francischina cuidam fratri Ægidio de Perusia

Digitized by Google

Perusia (cf. Miscell. Francesc. IV, 127), sed nulla probabili ratione, ut videtur.

De hoc scriptore cf. præcipue Vermiglioli G. B., Biografia degli Scrittori Perugini e notizie delle opere loro. Perugia 1829 II, pp. 141-142; et Ansidei A., Notizia sull' inedito leggendario intitolato Specchio dell' Ordine Minore e volgarmente Franceschina, e sul suo autore Iacopo Oddi. Perugia, 1869.

986.

JACOBUS PANISCOTIUS = de quo mentionem facit Sixtus Senen. in Biblioth. sancta lib. 4., fuit provinciæ Apuliæ inter Min. Observ., et Melphitensis; et postea inter Capuccinos provinciæ Neapolitanæ adscriptus, ut supra indicavi in *Jacobo de Melficto*, qui idem est.

MCMXLVII.

JACOBUS PETRUCCIUS Theanensis provinciæ Apuliæ vir multæ doctrinæ, nec minoris probitatis, frater germanus Joannis Baptistæ Archiepiscopi Tarentini, et Neapoli publicus sac. Theologiæ professor; ob quæ anno 1503. assumptus est Episcopus Larinensis in Apulia, novennioque post Histonii apud suos Consodales decessit non sine sanctitatis opinione an. 1512., de quo Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1503., et Ughellus to. 8. Ital. sac. in Larinen. Episc. n. 19. agunt. Edidit

Annotationes in quintam lamentationem Averrois tertii de Anima dicatas Alexandro Cæsarino S. R. E. Cardinali, quam editionem antiquam in 4. sine anno, et loco incip.: *Quare neque ipsius est esse naturam quandam* extare in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ, eamque se vidisse testatur Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 104., qui tamen errat, dum ait fuisse hunc *Senensem* ex provincia *Tusciæ*, *Loriensem* Episcopum, et circa an. 1550. floruisse ab Anton. Terrinca deceptus. Ex allato initio videtur codex ille imperfectus. Scripsisse quoque eum

Collectanea pro Scoto; et

Pomeridianas Morronianas, forsan leg. *Maironianas*, vel *Averronianas* explicationes, habemus ex epistola Joannis Scoppæ ad Joan. Baptistam Petruccium Archiepiscopum Tarentinum data Neapoli an. 1508. et suæ Grammaticæ Venetiis impressæ an. 1524. præmissa, in qua scribit: *Vellem tamen, uti hortatu vestro promissa emittere cœpi, ita tu numerosa, et priscis æquanda de universali cometæ judicio carmina cum sylvis; et Episcopus Larinensis germanus tuus Dialecticus peracutus, Philosophus subtilis pomeridianas nunc Morronianas, mox pro Scoto Collectanea incunctanter ederetis;* quas puto fuisse lectiones Neapoli ab eo habitas. De eo Arturus ad diem 4. Februarii §. 1.

Sedit adhuc an. 1523. Ita Gams (Series episcoporum, p. 888), Eubel (Hierarchia cath. medii ævi, II, p. 191), et ante eos Cappelletti in op. Le Chiese d' Italia t. XIX, p. 241, qui et documentum affert.

MCMXLVIII. 987.

S. JACOBUS PICENUS = anno 1726. a Benedicto XIII. *Sanctorum* fastis adscriptus fuit.

Dialogus contra Fraticellos sub initium hujus seculi, cum de ejus Canonizatione tractaretur coram Clemente XI., in controversiam venit; ideoque Pontifex duos elegit viros doctos, et eruditos, qui ipsum attente examinarent, et tandem definitum est, non constare certo hunc *Dialogum* esse S. Jacobi Piceni ob quædam, quæ in eo minus probantur, etsi in eo autor se dicat *Fr. Jacobum de Marchia*, annumque 1436. mens. Januar., ac *Basileense Concilium* adducat, teste Card. Lambertini de Canoniz. SS. lib. 2. cap. 34. n. 7. Joannes a S. Antonio Waddingum exscribens lib. 2. pag. 93. huic illum adjudicat. Forsan autem est aut *Jacobi Gararrini* de Montefalcone, de quo supra; aut alterius *Jacobi Asculani* sac. Theol. Magistri, qui anno 1455. factus est contra hæreticam pravitatem Inquisitor in Marchia Anconitana ex Waddingo ad eum annum n. 89., qui hujus Dialogi fragmentum adducit in Annal. Minor. ad an. 1426. n. 5. ex ms. penes se extante. Scripsit tamen S. Jacobus

De Vita Christi;

De Conceptione Christi;

De Sanguine Christi effuso;

De pœnitentia peccatorum;

Contra Fraticellos) forsan idem; nam Fraticel:

Contra Manichæos) lorum quorumdam secta cum illa Manichæorum conveniebat; eritque *dialogus* supra memoratus, etsi potuit alium scripsisse.

De Confessione;

Sermones quadragesimales;

Sermones de Festis;

Sermones de variis materiis ad instructionem animarum. Quæ omnia mss. autographa servari in Cœnobio patriæ suæ testatur Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 24. ex Fr. Venantio ejus socio, ejusque Vitæ scriptore, et ex Mariano Florent.; quare manifestum est, tria sequentia ipsi adjudicata a Possevino, nempe

Commentaria in 4. libros Senten.,

Quodlibeta, et

Tabulam super doctrinam Scoti non esse hujus Jacobi Piceni, sed *Jacobi Asculani* antiquioris, de quo paulo superius dictum est. At dubium non est, an de hoc B. *Jacobo* loquatur Rodulphius lib. 3., cum de Jacobo Asculano ait: *Ex Summa Pisanella* 113. *errores notavit, collegitque, non intendens, ut ipse protestatur, detrahere sententiæ autoris, sed pro sua sententia:* quod Jo: a S. Anton. omisit, cum tamen Waddingum exscribat, qui habet *Summam Pisanellam* recensuisse.

Brevis methodus confitendi peccata italico idiomate cusa legitur inter *Tractatus* diversorum de hoc argumento editos Venetiis an. 1535. in 8., extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, atque eam esse puto, quam *de Confessione* dicit autor Chron. S. Francisci supra relatus.

Miracula nonnulla B. Gabrielis Anconitani Minoritæ anno 1456. vita functi scripsit, et in ejus obitu *Sermonem* habuit, uti cit. Marcus Ulyssipon. perhibet lib. 4. cap. 23. par. 3. Chron., qui et lib. 7. cap. 28. addit reliquisse

Scripta quædam de primis temporibus Regul. Observantiæ; et lib. 6. cap. 8. narrat, eum Aquilæ anno 144.

Sermones multos habuisse in obitu *S. Bernardini Senensis* super gestis ejus. Scripsit etiam

Librum 70. *Miraculorum ab eo in nomine Jesu patratorum* 40. ante suum obitum annis inchoatum, ut ex Mariano refert idem Marcus par. 3. lib. 6. cap. 21. Chron.; eaque seculo præterito typis evulgavit Ambrosius Righettus Minorita lib. 3., de quo supra dictum est.

De eo agit Æneas Sylvius in *Europa* cap. 1., et Budæ in Hungaria evangelizantem commendat: Jacobus Sannazarius Elegiam in ejus laudem edidit lib. 1., Joannes Baptista Petruccius Archiepiscopus Tarentinus carmine ejus gesta cecinit publicata tandem a Waddingo Lugduni an. 1641., et Fr. Venantius Fabrianensis ejus Vitam scripsit, quam refert Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 1., et seqq. usque

Digitized by Google

usque ad 28., Paulus Regius aliam Vitam Beati italice vulgavit Neapoli an. 1588. in 4. ex Indice Biblioth. Barber., et tandem Joan. Baptista Barbieri aliam una cum Vita B. Joannis a Capistrano publicavit.

Dialogus contra Fraticellos sub S. Jacobi nomine an. 1761 editus est a Jo. Dom. Mansi in Appendice tomi II Miscellaneorum Steph. Baluzii, p. 595 sqq.

Ex Denis et Panzer notatur ab Hain (Repert. Bibliogr. n. 12987): *Iacobus Picenus, Regula confitendi peccata. 1473 in 4.* An. 1493 die 2 Decembris prodiit Romæ in 8 sine typographi nomine sed per Johannem Besicken *La Confessione composta per lo beato fratre Iacobo de la Marcha.* Alias editiones italicas sæc. XV, sed notis typographicis carentes, describit Reichling in Append. ad Hainii-Copingeri Repert. bibliogr., fasc. II, p. 67, n. 618, 619.

In Archivi Franciscani Historici fasc. I (1908) pp. 94-97 cura P. Nicolai Dal Gal Ord. Min. edita est ex S. Jacobi autographo in oppido Monte Brandone asservato eius epistola ad S. Johannem de Capistrano data Romæ die 13 Dec. an. 1449, ex qua vivissime elucet viri zelus pro regulari disciplina nec non labores et persecutiones quas fuerat perpessus. Aliam ad eumdem epistolam, Aquilæ datam die 28 Iulii 1454, in qua de templi S. Bernardino Senensi ibidem dicati fundatione agit, ex codice sæc. XV bibliothecæ nationalis Neapolitanæ, V. H. 274, fol. 219, edidit Alphonsus Miola in Miscellanea Francescana, II, 77-79.

S. Jacobi *Itinerarium*, opus pro eius historia magni momenti, autographum extat in Montis Brandonis publica bibliotheca; Fabriani autem apud fratres Minores duo codices item autographi, in quibus de variis rebus plerumque moralibus agitur.

Cf. L'Auréole séraphique, IV, 350-380; Tasso Luigi da Fabriano M. O., Codici e autografi di S. Giacomo della Marca, in Miscellanea Francescana, I, pp. 125-126; Crivellucci Am., I codici della libreria raccolta da S. Giacomo della Marca nel Convento di S. Maria delle grazie presso Monteprandone. Livorno, Giusti, 1889, in 8; Chevalier U., Répert. des sources hist. du moyen âge. Bio-Bibliographie, col. 1144-5 et Suppl. col. 2665.

MCMXLIX. 988.

JACOBUS PICTOVIENSIS = ita apud Rodulphium lib. 3. legitur fol. 322., et inde apud alios; sed legendum *Pictaviensis*, uti habet Gabriel Barletta in Serm. de *Conceptione* B. V. edit. Brixien. anni 1521., ubi hujus autoris citat *Sermonem de Annunciatione.*

MCML. 989.

JACOBUS PIERIUS = Reg. Observ. alumnus, qui *Contradictiones in* 1., *et* 2. *Senten. Scoti*, quas *Lucas de Cutiliano* ejusdem Instituti Regul. annotaverat, auctas, et expurgatas imprimi curavit Florentiæ anno non 1521., sed 1621., quem errorem Joan. a S.Antonio excepit a Waddingo.

Conciones de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ edidit anno 1602. apud Marracium, 1616. Florentiæ.

Vitam P. Evangelistæ Marcellini Minoritæ composuit; vulgavitque *plura ejusdem Opuscula*: tandemque decessit Florentiæ anno 1635. in Conventu Omnium Sanctorum, teste Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., ubi eum appellat *Jacobum Peri*, alium tamen a *Jacobo Peri* Florentino Musices Magistro insigni.

Subtilissimæ Contradictiones in Prologum, Primum atque Secundum Sententiarum Scoti. Auctore R. P. F. Jacobo Perio Pistoriensi Theologo, et Prædicatore generali Ordinis Minorum Regul. Observantiæ, ac Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Confessario. Opus... per modum dialogi digestum ac triplici Indice ornatum. Florentiæ, Apud Petrum Cecconcellium, 1621, in 4. Iniuria hoc opus a Sbaralea potius Lucæ de Cutiliano quam Perio tribuitur; hic enim lectorem docet, se ex Paulo Scriptore Gratiano Brixiano, Io. a Vigerio, Franc. Licheto, Jacobino Bargio, Antonio a Pupillo, Paduano Barolita et ex lectionibus fr. Lucæ de Cutiliano Venetiis auditis an. 1588 quamplures Scoti contradictiones maximo studio et labore præceptorisque auxilio collegisse, sollicitatum deinde a suis discipulis, dum esset Guardianus et Lector in loco Nemoris, ut eas in palam esse sineret, literam Scoti perscrutando illas expurgasse multisque aliis additis in lucem dedisse.

Josephus Dondori Ord. Capucc. in op. Della Pietà di Pistoia, p. 347, et ex eo F. A. Zacharia in Biblioth. Pistor. p. 211 Perio attribuunt *Orationem de Conceptione B. V. M. ad Vincentium Cellesium canonicum Pistoriensem*, non autem plures Conciones de eodem argumento.

990.

JACOBUS DE PISTORIA = idem est, ac *Jacobus Pierius* Pistoriensis, qui supra, ut etiam vidit Joan. a S. Anton.

MCMLI. 991.

JACOBUS POLIUS = de quo et Le-Long fol. 39. Biblioth. Gallicæ, Vernon Annal. 3. Ordin. Syllabo 2. AA., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Ei debetur etiam, auctore Pérennès (Dictionn. de bibliogr. cath., IV, col. 114),

Historia ss. Joachim et Annæ. Herbipoli, 1652, in 8.

992.

JACOBUS DE PORTU = idem est, atque *Jacobus Garibi* e Portu Mauritii, de quo supra actum est; quod non vidit Joan. a S. Anton. to. 2., qui tamen *Rhythmi Expositionem* prodiisse etiam Florentiæ an. 1585. ait.

MCMLII.

JACOBUS DE PROVINS, seu de Provino Gallus an. 1273. Parisiis *Sermones* recitavit, cujus 184. habetur ibi ms. in cod. Biblioth. Sorbonicæ apud Echard to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 269. in *Ægidio de Aurelianis.*

* JACOBUS RAGGIUS = quem *Franciscum* dicunt Waddingus in appendice, autor Biblioth. Capuccinorum, et Joannes a S. Anton., quod nomen puto habuisse in seculo. V. *Franciscus Raggius.*

MCMLIII. 993.

JACOBUS DE RODO = pro quo Joan. a S. Anton. exscripsit verba Waddingi.

Postilla super Evangelia Dominicalia a 1. *Dominica Adventus usque ad* XVII. *post Pentecostem* incipiens: *Erunt signa in sole, et luna* etc. *Quoniam secundum B. Gregorium minus feriunt jacula, quæ prævidentur:* et finiens: *tum ipsum pensum vitæ compleant ante mundum:* extabat olim ms. Asisii in Sacrario Conventus S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. facto, ac renovato IV. solario occid.; nunc extat ibi in Archivo dicti Conventus ms. pergam. in 8., in quo dicitur *provinciæ S. Angeli.*

Sermones super Epistolas, et Evangelia Dominicalia totius anni incip. *Abjiciamus opera tenebrarum* etc. *Dominica Adventus Rom.* XIII. *Scriptum est ad Hebræos* III. *Adeamus cum fiducia* etc. Sermo 2. incipit: *Respicite, et levate capita vestra. Luc.* XXI. *Genus humanum erga Deum* etc.

Sermones de Sanctis incip. a B. Andrea: *Dilectus Deo, et hominibus Moyses, cujus memoria in benedictione est. Eccles.* XIV. *Verba proposita congrue intelligi possunt* etc.

Sermones de Communi Sanctorum incip. in Natalitiis Apostolorum: *Præcinxit me virtute ad bellum.*

Mos

Digitized by Google

Mos est istorum nobilium sicut Regum etc. Extant omnes Asisii in Biblioth. Conventus S. Francisci ms. chart. in 4.; et in eis modo *F. Jacobus Anglus*, modo *de provincia S. Angeli* dicitur. At *Rodi* locus, de quo fuisse legitur in codice *Postillæ super Evangelia* primo loco memorato, erat in *Custodia S. Angeli*, teste Tossignano lib. 2. fol. 278., et Pisano Conformit. XI.

MCMLIV. 994.

JACOBUS A ROGERIO = Conventualis S. Th. Mag., cujus

Officium parvum S. Antonii prodiit primum Neapoli, mox Patavii an. 1621. typis Vozzi; postea Bononiæ an. 1627. apud Tebaldinum in 16., et alibi pluries ex Franchino in Biblioso. n. 165. Joan. a S. Anton. nihil habuit, quod adderet Waddingo.

MCMLV. 995.

JACOBUS SALEUR = Regul. Observ. vivebat adhuc an. 1670., ediditque etiam

De antiquitate, dignitate, ac excellentia Ducum Lotharingiæ. Nancii 1663. in fol. apud Charlot.

De nobilitate eorumdem, ac Equitum Metensium. Ibid. 1674. in 4., teste Jacobo Le-Long lib. 4. Biblioth. Gall., & Joan. a S. Anton.

Primo operi a Sbaralea indicato hic est titulus: *La clef dvcalle de la Sérénissime et Tres-Avgvste sovveraine Maison de Lorraine; laqvelle donne vne ample ovverture à l'antiqvité, dignité, excellence, et générosité de la Noblesse, des alliances, employs et Actions héroïques des Ducs et Princes du sang Lorrain. Comme aussy, à la svccession saliqve et avtrement masculine de levr cvronne; A la déclaration impériale de levr sovveraineté, et de levr avthorité Marchidvcale, et à la distinction des droits Sovverains d'avec les Régaliens. A quoy est ioinct vn catalogue des saincts et sainctes et des illustres ecclésiastiques de leur déuote et fameuse consanguinité; avec vne succincte explication de l'Escu de Lorrain. Le tovt recherché à la favevr des cvrievx zelateurs de la vérité, par vn R. F. Mineur.*

Alterum opus, cuius titulus est: *Le Simple Crayon vtile et cvrievx de la Noblesse des Duchés de Lorraine et de Bar, et des Evescbés de Metz, Toul et Verdun* etc., a Le Long in op. Bibliothèque hist. de la France sub n. 16630 (qui est 42989 secundæ editionis) nostro auctori inscriptum, non est eius sed Matthæi Husson. Cf. Girault de St. Fargeau, Bibliogr. hist. et topogr. de la France (Paris, 1845), p. 293; Guigard, Biblioth. hérald. de la France (Paris, 1861), p. 246, n. 2685; Brunet, Manuel du libraire, 5 edit., t. VI (table méth.) n. 28873, et Suppl. t. I. col. 662; ipsum denique Le Long, ibid. sub n. 16326 (seu 40695 secundæ editionis).

MCMLVI. 996.

JACOBUS SANCHEZ = ad quem Commissarium Apostolicum provinciæ Valentinæ Angelus del Pas ejusdem Instituti misit *Opusculum Instructionis*, seu *admonitionem* ex Waddingo in *Angelo del Pas.*

Vivebat adhuc an. 1621. Cf. Fustér I. P., Bibliotheca Valenciana, I, 221.

MCMLVII.

JACOBUS DE SCALVO provinciæ Brixien. Capuccin. genere nobilis, ac virtutibus celebris edidit

Expositionem Regulæ FF. Minorum, quæ ms. asservatur in Conventu de Soveri Capuccinor., teste autore Biblioth. Capuccin., qui addit obiisse an. 1630., dum peste infectis Sacramenta ministraret; de quo et Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capucc. ad eum annum, et ex his Joan. a S. Antonio.

MCMLVIII. 997.

JACOBUS DE SENIS = cum Bononiæ studiis operam daret, circa an. 1285. Ordinem Minorum ingressus est, mox Parisios missus etiam studiorum causa ibi Magisterii lauream obtinuit; postea provinciæ Tusciæ Minister adligitur, et inde quoque Umbriæ regimen subire coactus est; ubi quædam *Ordinis gesta singularia* collegit usque ad an. 1329.; pauloque post vivendi finem fecit ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1285. num. 6., et autore Pompar. Senen. par. 1. tit. 19.; eum etiam citat Waddingus ibi sub an. 1307. num. 4., et anno 1328. num. 22., et Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 6. cap. 23. Hic forsan est ille *Jacobus Perusinus*, quem Waddingus ad an. 1296. num. 12. et 13. ait convixisse Guidoni Feretrano an. 1298., et Gulielmo Malaspinæ an. 1300. defunctis, et quædam de Ordine scripsisse.

MCMLIX.

JACOBUS SERRA Hispanus Oriolæ in regno Valentino natus, Juris Canonici Doctor, Archidiaconus Ecclesiæ suæ patriæ, et Vicarius Generalis ejusdem diœcesis, *Tertiarius* vero expresse Franciscanus vulgavit juxta autorem Biblioth. Valentinæ fol. 198.

Propugnaculum præcedentiæ ab Urbano VIII. concessæ Minoritis, Recollectis, ac Discalceatis. Oriolæ 1635. in 4. per Vincentium Franco.

Propugnaculum Oriolanense super divisione duorum Assessorum. Ibidem 1646. in fol. typis eisdem ex cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 109. v. *Jaimus Serra*; est enim *Jaimus* Hispanis, quod *Jacobus* Latinis.

Primum opus agit de præcedentia ab Urbano VIII Minoritis etc. concessa præ Eremitanis S. Augustini in processionibus et actibus publicis; alterum hunc titulum habet: *Defensa Oriolana sobre la division de las Asesorias de Governador, y Baile de Orihuela.*

MCMLX.

JACOBUS A SINOPOLI Calabriæ oppido ea doctrinæ floruit existimatione, ut a Mariano Florentino recenseatur inter eos viros, qui plurimum suis *scriptis* Sodalitium Franciscanum illustrarunt, ut legimus apud Waddingum in Annal. Min. ad annum 1344. n. 8.; sed quid scripserit, neuter nobis aperuit, utpote qui ante seculum XV., forsan et longe ante vixit. V. *Jacobus Calaber* supra.

MCMLXI. 998.

JACOBUS A SPINELLO = de quo Bartholomæus Pisanus illius seculi scriptor Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ordin. Minor. ait: *Frater Jacobus de Spinello in Theologia inclitus Doctor componendo super Sententias Opus et Bibliam, Parisius fuit excellens et singularis*: et Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 24. tradit floruisse circa an. 1362. ex Chron. antiq., et Mariano; sed Waddin. in Annal. Minor. agit de eo sub. an. 1376. Nescio quo autore, aut quo ausu quidam nuperus scriptor hunc *Hierosolymitanum Patriarcham* pronunciaverit.

MCMLXII. 999.

JACOBUS SUAREZ = patria Ulyssiponen. Regul. Observ. assumptus est Episcopus anno 1612.; de quo Georgius Cardosus in Agiologio Lusitano die 30. Maji, et autor Biblioth. Hispan. to. 1. pag. 245., et 289. to. 2., ubi vocat *Didacum*. Ejus *Thesaurus Quadragesimalis* an. 1607. Parisiis (sed non Romæ) ab Universitate censura notatus est propter *Missam Parochialem*, uti habetur in Caroli du Plessis Collectione Judiciorum de novis erroribus to 2. pag. 545.

Sermones in octava Corporis Christi ex Pérennès, Dictionn. de bibliogr. cath., II, 1009, prodierunt gallice Parisiis an. 1605 in 8.

Scripsit etiam:

Torrent

Digitized by Google

Torrent de feu sortant de la face de Dieu pour desseicher les eaux de Mara, encloses dans la chaussée du Moulin d'Ablon. Parisiis, 1605, in 8. (Cf. Pérennès, ibid., II, 698).

Sermon funèbre faict aux obsèques de Henry IV. le 22 juin 1610, dans l'église de Saint-Jacques de La Boucherie. Parisiis, 1610, in 8; qui extat etiam in collectione *Les Oraisons et Discours funebres des divers autheurs sur le trespas de Henry le Grand... Roy de France et de Navarre, par G. Du-Peyrat. A Paris, chez Robert Estiene et chez Pierre Chevalier, 1611*, in 8, pp. 109-145.

An. 1603 edidit Lugduni per Jacobum Roussin in 8: *Sermons et concepts tirez de l'Escriture saincte sur les quatre fins dernieres de l'Homme par Dom Gabriel Inchino Chanoine regulier de S. Jean de Latran.* Dicans eos domino De Vic regio consiliario et Parlamenti Tolosani præsidi ait: *i'ay pensé fair e service au François, taschant qu'ils fuissent traduicts en leur langue.* Nescio utrum ipse verterit an alius.

In *Thesauri quadragesimalis* præfatione ad lectorem, data Parisiis calendis martiis 1609, dicit auctor in eo comprehendi conceptiones omnes theologicas, quas in Parisiensi civitate tum apud sacratissimæ virginis tum apud S. Iacobi ædem per biennium concionatus erat; alios duos concionum thesauros de mysticis populi Israelitici ad terram promissionis progredientis Mansionibus et de Missæ cæremoniis apud S. Pauli basilicam habitarum, ut magis eas explicaret, in aliud tempus se distrahendos duxisse; editurum statim 20 discursus in 12 cap. Apocalypsis.

MCMLXIII. 1000.

JACOBUS SVEDORICUS = provinciæ Saxoniæ alumnus, et Theologus, cujus

Collectaniolum de Religiosorum origine, et eorumdem per mundum multiplicatione, ac a ceteris vulgaribus per habitus, signa, et ritus discrimine. De Apostatarum quoque, et eis cooperantium piaculo simul, ac punitione ex diversis hinc inde comportatum. MDXXV. *mense Martio*, liber impress. in 4. sine loco, et Typographo describitur a Frider. Gott. Freytag in Analectis litter. *de libris rarior.* pag. 919. et seq., carpitque eos, qui asserunt claruisse anno 1439., quod librum non viderint, qui ab autore dicatus fuit Joanni de Sleynitz Ecclesiæ Misnensis Episcopo cum subscriptione dat. *Dresdæ in Monasterio nostro quinto nonas Martii anno restitutæ salutis* M. D. XXV., in qua dedicationis epistola autor ait: *expertus sum, et in me ipso didici, quanta pietatis benevolentia, atque condescensionis humanitate T. P. R. omnibus honestis, et religiosis viris favet, maxime tamen illis, qui ascriptitii censentur Religioni S. Francisci, qui tibi patronus singularis semper fuit, quem et a cunabulis intercessorem apud Deum cum tota progenie tua delegisti, quemadmodum in Dño Wolffango T. P. R. germano in Christo pie defuncto oculata fides indicavit.* Liber in XI. divisus est articulos, quorum art. I. habet: *Religio quid sit; unde dicatur; quis censendus Religiosus.* Articulus II. *De fundatione Religionis peculiaris in statu naturæ.* Art. III. *De Religiosis peculiaribus sub lege scripta degentibus.* Art. IV. *De fundatione Religionis peculiaris in primitiva Ecclesia Christi; et quod non sit a puro homine factitia, sed a Christo fundata.* Art. V. *Quod a conversatione B. Virginis, et Apostolorum in Cœnaculo traducta sit deinceps schola Religionis in Monasterio.* Art. VI. *Quis Apostolorum instituit Religiosos in primitiva Ecclesia in Templo Hierosolymis commorantes; et quo pacto per tres mundi partes sint multiplicati.* Art. VII. *Quod divina autoritate moniti SS. Patres curaverunt uniuscujusque Religionis relinquere successores.* Art. VIII. *Quod laudabiliter utuntur Religiosi separato habitu a vulgaribus; et de habitu singulari Religiosorum in veteri Ecclesia approbato.* Art. IX. *Quod non licet Religioso Religionis votum dimittere, quod vovit; quia nisi Religiosus salvus esse non potest.* Art. X. *Quod grande piaculum sit impedire Religionis ingressum aut ejus procurare egressum.* Art. XI. *Quod Religiosorum subsannatores, et eorum adversarii soleant graviter puniri.* Hæc autor prædictus Analect. litter., qui librum vidit: ex quibus conjicere est, scripsisse Jacobum adversus *hæreticos* sui temporis *Dresdæ*, ubi forsan et liber impressus fuit, quem locum pro certo ponit Joan. a S. Anton. to. 2. ex Biblioth. Telleriana fol. 64., et to. 2. Biblioth. Barber. pag. 423. In *Nomenclatura aliquot Virorum illustrium hoc turbulentissimo tempore catholicas veritates asserentium*, quæ in Henningi Pyrgalli Hildesiani *Opusculorum Collectione* an. 1539. per Valentinum Schumannum impressa in 8. extat, reperitur *Jacobus Svedericus Custos Misnæ* inter Theologos Franciscanos ex eodem Freytag: quare apud Waddingum, et alios loco 1439. reponendum est 1539. Hic primus asseritur, qui *de Origine* Religionum scripserit, teste Petro de Alva *principio* 18. De eo agit etiam Wossius de Histor. Latin. lib. 3. cap. 6.

MCMLXIV.

JACOBUS TEDERISIUS Bononiensis sac. Theolog. Doctor anno 1370. florebat, eratque Collegio Theologorum patriæ Universitatis aggregatus, et an. 1383. m. Junio suffragium cum aliis tulit, ut *Fr. Francisco de Bardis* Florentino Ord. Min. Magisterii laurea conferretur ex Monumen. Cœnobii S. Crucis Florentini, in quibus dicitur *Magister Jacobus de Tederisiis* vetusta ac nobili, sed jam pridem extincta familia. Scripsit

Comment. in Epistolam Paulli ad Romanos, teste Gherardaccio lib. 24. Hist. Bononien., Alidosio de Doctor. Bonon. pag. 84., aliisque Scriptor. Bonon.

MCMLXV. 1001.

JACOBUS TEXTOR = quem Waddingus, et Joan. a S. Anton. ex Rodulphio, atque Villoto confundunt cum *Jacobo de Tundo Senensi;* hic autem fuit Justinopolitanus, et Doctor Parisiensis, Bononiæ Philosophiam, Theologiamque docuit, ubi præ ceteris discipulum habuit Fr. Franciscum Ruvereum, qui postea fuit Sixtus IV., ex autore Vitæ Sixti IV. to. 3. par. 2. Rer. Ital. Scriptor., ac Rodulphio lib. 2. fol. 208., Panvinioque in Vita ejusdem Sixti, quo tempore interfuit et Concilio Florentino an. 1438. ex Actis dicti Concilii, et Waddingo ad eum an. n. 2. Venetiis existens anno 1456. scripsit

Formalitates incipientes: *Distinctio est duplex, videlicet rationis, quæ est per intellectum.*

Tabulam super Conflatum Francisci de Mayronis alphabetice. Incipit *Absolutum potest manere absque respectu* etc.: cujus in fine legitur: *scripta, et completa per Fr. Jacobum de Justinopoli Ordinis Minor. in loco S. Nicolai de Venetiis die* 17. *Augusti* 1459. Memoratur hæc *Tabula* a Villoto etiam, et Rodulphio, ex quo liquet, hunc esse *Jacobum Textorem.*

Expositionem quoque confecit *in primas Quæstiones ejusdem Conflati Mayroniani* incip. *De quolibet affirmatio, vel negatio, et de nullo q. Hic liber dividitur in proœmium, et tractatum.* Extant hæc tria Asisii mss. chartac. in fol. in Archivo sac. Conven., et prope finem adducit autor 5. *gradus distinctionis formalis Magistri Francisci de Savona* olim ejus discipuli. Utrum scriptum sit mancum, vel autor non perfecerit Opus, ignoro.

Sermones quosdam de Conceptione B. V. scripsisse notat cit. Rodulph. lib. 3. fol. 322.

Non omittam, uti anno 1379. *Jacobus Textoris Clericus Cameræ Papæ Urbani VI.* interfuit Romæ, nominaturque in quodam monumento nuper in fine Operis

Digitized by Google

Operis *de Vir. Illustr. Forolivien.* ab Eq. Georgio V. Marchesio publicato, forsan hujus nostri avus, vel consanguineus.

Waddingus hunc auctorem dicit quidem Senensem, minime autem confundit cum Jacobo de Tundo, de quo separatim agit. *Sermones de Conceptione B. V.* a Rodulphio ei attributi, quum incipiant ipso Rodulphio teste *Necdum erant abyssi*, iidem sunt ac ii quos notat Waddingus.

MCMLXVI.

JACOBUS THIELMANNUS Germanus scripsit ante an. 1638.

Opus de Vitis SS. Ordinis Minor., cujus tomum 2. citat Arturus Monasteriensis in Martyrologio Franciscano in notis ad Vitam B. Jacobi de Oldo apud Act. SS. Collect. Bolland. die 18. April., nisi sit *Cornelius Thielmanus*, de quo supra actum est.

MCMLXVII.

JACOBUS TORTUS Mevanias provinciæ S. Francisci, Umbriæque Regul. Observ. circa an. 1580. composuit

Tractatum per modum quæstionis de Indulgentia Portiunculæ, seu *S. Mariæ Angelorum prope Asisium* si fides danda est Octavio de S. Francisco Dalmatæ Episc. Asisien. in Opusculo, cui titulum fecit: *Lumi Serafici*, cap. 9., ubi tradit extare ms. Romæ in Archivo S. Isidori Ord. Minor. in libro inscripto *Miscellanea Ordinis*, et pag. 147. ejusdem tractatus fragmentum adducit: sed autor suspectus est, ejusque judicium contortum. Waddingus enim, cui omnium maxime explorata erant cuncta Cœnobii S. Isidori, potissimumque ea, quæ ad libros, et Ordinis Minorum notitiam attinent, alte de hoc *Jacobo*, ejusque *Tractatu* silet, unde vereor falsum esse *Octavii* pronunciatum. Hunc non habet Joan. a S. Anton., nec alius Franciscanus.

MCMLXVIII. 1002.

JACOBUS TRISANTO = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in prov. Tusciæ Custod. Florentiæ, et loco Castri Florentini ait: *habet et alium Fratrem Jacobum de Trisanto, qui* XXXII. *Quadragesimalia, et multos alios Sermones tam Dominicales, quam Festivos ad prædicandum peregit*: et 32. *Quadragesimalia* habet etiam Rodulphius lib. 3. fol. 322., et Gonzaga par. 1., etsi citat. Rodulphius lib. 2. fol. 261. scripsit XXII. *Quadragesimalia, et varios Sermones*; Willotus tamen in Athenis Franciscanis dixit *Quadragesimalia* XII., quem secutus est Possevinus in Appar. sac., et Waddingus hoc loco; quamquam supra in *Jacobo de Grissanto*, qui idem est, habet *Quadragesimalia quadragintaduo*: tanta est interdum Scriptorum inconstantia, aut oscitantia. Extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustr. num. 767. codex vetustus in 4. parvo, sed mancus in medio, et in fine, in cujus exteriori frontispicio scriptum corrupte legitur:

Sermones Fr. Jacobi Petrisancti pro *de Trisanto*; incipitque prologus: *In illa die stillabunt montes dulcedinem* etc. *Sicut dicit Cassiodorus super Psalm., licet Deus cunctos dies creavit, singulariter tamen hunc diem fecisse dicitur, qui divina nativitate factus est* etc. *Unde sicut hodie præ reverentia tanti festi ter populus venit ad Ecclesiam, sic et pro qualibet hora sermonem facere constitui: et sicut de singulis aliis Sanctis tres tantum sermones composui* (7. tamen sermones de S. Francisco fecit), *ita de Sancto Sanctorum, de Domino Jesu Christo tres ternos facere proposui* etc. In tertio sermone *primi ternarii* de S. Francisco memorat *Joannem Imp. CPolitanum* miro modo factum Minoritam, uti et *Fr. Guidonem de Monteferetro* olim nobilem, astutum, et prudentissimum; nec non *Sanctum fratrem Ludovicum Regem Siciliæ, et Hierusalem*, quem constat obiisse an. 1299. m. Augusti. Scripsit etiam

Epitomen 4. librorum Sententiarum ex variis Doctoribus excerptam, quæ ms. habetur ibid. num. 775. in 4. cod. veteri incipiens: *Cupientes aliquid de penuria* etc. *Hic liber primaria sui divisione dividitur in partes tres* etc. Et in fine primi Sentent. legitur: *Explicit quædam Lectura primi Sententiarum compilata ex sententiis venerabilium Doctorum Domini Albanensis* (i: Bonaventuræ), *fratris Alexandri antiqui Doctoris de Ordine Minorum, et fratris Riccardi de eodem Ordine, fratris Thomæ de Aquino, et fratris Petri de Terantasio, qui fuit primum Papa Innocentius de Ordine Prædicatorum, et fratris Ægidii de Ordine Heremitarum, et aliquorum aliorum* etc. In fine secundi libri extat: *Expliciunt Sententiæ, et veritates collectæ, et extractæ de scriptis Ven. Doctoris Dom. Albanensis, fratris Riccardi, et fratris Petri de Travibus, et fratris Petri de Terantasio, et fratris Thomæ de Aquino super secundo Sententiarum.* In fine vero 4. libri: *Hæc est quædam compilatio veritatum excerpta per fratrem Jacobum de Trisancti Ord. Min. provinciæ Tusciæ de quarto Sententiarum ex scriptis Venerabilium Doctorum fratris Bonaventuræ, fratris Riccardi, fratris Vgonis, et fratris Thomæ de Aquino.* Ex quibus elicitur, vel elici posse videtur, scripsisse eum et ante annum 1323., quo Thomas Aquinas SS. fastis adscriptus fuit, et post an. 1308., quo Joannes Scotus, quem non semel citare solet, vivendi finem fecit; vel etiam post an. 1316., quo *Ægidius Romanus* obiisse fertur. In pluries memorato Inventario Asisien. refertur: *Primus liber abbreviatus super Sententias* incipiens: *Cupientes aliquid de penuria* etc. *Hic liber primaria sui divisione* etc. in 2. solario occid. Sacrarii Conventus; qui modo asservatur ms. pergam. in fol. in Tabulario ejusdem loci; sed falso in illo Inventario adscribitur Riccardo.

Obiit in Castro Florentino, a quo parum distat *Trisanti* locus, ejusque corpus jacet in Ecclesia Monialium S. Claræ, teste Anton. a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., qui pariter tradit floruisse circa an. 1300., a quo accepit Joan. a S. Anton. *Beati* titulum habet apud quosdam, teste Josepho Maria Brocchi in Vitis SS., et BB. Florentin.

* JACOBUS DE TUNDO = v. *Jacobus Senensis* supra.

MCMLXIX. 1003.

JACOBUS TYRAS =

MCMLXX. 1004.

JACOBUS UNGARELLUS = non *Vagarellus* Regul. Observ. concionator suo tempore magni fructus, ac fervoris an. 1507. Ferrariæ *Montem Pietatis* erigi curavit, et an. 1505. in majori Ecclesia *Societates* Nominis Dei, et Crucifixi die 8. Decembris instituit, uti legitur apud M. Antonium Guerrinum in Compend. Hist. Eccles. Ferrar. lib. 3. pag. 135., et lib. 1. pag. 14.; de eo et Paulus Bonolus in Hist. Forolivien. lib. 11., ubi et *epitaphium* ejus refertur in hunc modum apud Ecclesiam S. Hieronymi sui Ordinis: *Hic jacet Corpus Beati Patris Fratris Jacobi Ungarelli de Padua Ordin. Min. Religionis Observantiæ prædicatoris eximii. Obiit* MDXVII. Waddingus autem accepit a Gonzaga par. 2. Scripsit etiam

De malitiis, et impietatibus Judæorum modernorum

Digitized by Google

rum ad Leonem X. P. M. : habetur ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 286. plut. 20. cod. 52.

Castigationes, et Additiones ad Summam Angelicam prodierunt primo Venetiis 1492. in 4. apud Georgium, non *Gregorium*, de Arrivabenis; ut habet Waddingus in *Angelo a Clavasio*, postea Hagenoæ 1505. in fol. typis Jo: Reiman, ac Lugduni 1592. per Joan. de Prato ex Joan. a S. Anton. to. 1., deinde etiam Venetiis an. 1578. per Ægidium Regazolam, uti notavi supra in *Angelo a Clavasio*, quem vide.

Additiones Jacobi Ungarelli ad Summam Angelicam non extant in editione huius Summæ veneta anni 1492, neque in lugdunensi Joannis de Prato, quæ prodiit an. 1492 non autem 1592, neque verisimiliter in aliis usque ad annum 1525, quo x hal. februarias simul cum Summa impressæ sunt Venetiis in Ædibus Bernardini Stagnini de Tridino Montisferrati, in 8.

1005.

* JACOBUS N. = hic est *Jacobus Bambini* Florentin. Convent., de quo supra actum est, quod non advertit nec Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 104.

* JACOPONUS A TUDERTO = V. *Jacobus de Benedictis.*

* JAIMUS vox hispanica = V. *Jacobus.*

MCMLXXI.

JANUARIUS ROCCHUS Min. Conv. provinciæ Neapolitanæ, Guardianus, et Commiss. Gener. Conventus S. Laurentii Neapoli, teste Joan. a S. Anton. to. 2., edidit italica lingua Opusculum

De ortu, vita, doctrina, morte, et miraculis D. Antonii Patavini cusum Neapoli an. 1635. per Lazarum Scorigium in 8., et postea 1644. apud Camillum Cavallum, quod citat Franciscus Anton. de Leonibus in sua Chordigerorum Instructione cap. 4. pun. 4. pag. 61. Hic latuit Franchinum.

MCMLXXII. 1006.

JANUS LATINIUS = *Janus Lacinius* vocatur in fine 2. partis autorum, qui scripserunt de *Alchimia*, typis edit. Ven. 155. in 8., ubi citatur liber *Collectaneorum Jani Lacinii Minoritæ non otiosi* : quanquam existimo nomen suppositum, non verum. Est autem *Lacinium* promontorium Calabriæ antiquis, nunc *Capo delle Colonne* diœces. Crotonensis; unde puto hunc fuisse *Fr. Joannem Crotonatem*, et latere voluisse sub nomine *Jani Lacinii.* Etiam Rodulphius lib. 3. fol. 322. dicit *Lacinium*, et *Polychronæum*, idest longævum, multorumque annorum, non *Phiaoneum*, ut habet Waddingus; subditque Rodulphius *Margaritam* pretiosam non triviali indagine, sed Philosophicis sententiis elaboratam.

Eius *Artis chimicæ collectanea* etc. cusa sunt etiam Norimbergæ an. 1554. in 8. m. typis Gottifredi Haym.

De Tertio Ordine S. P. Francisci scripsisse tradit Vernon in Annal. ejusdem T. O. Syllabo 2. De eo et Lassor Orbis universi par. 2. fol. 199.

MCMLXXIII. 1007.

JEREMIAS BUCHIUS = Min. Conv. sac. Theol. Doctor, et verbi Dei prædicator eximius, quem quidam etiam cognomine *Delminii*, et *Gorzotti* extitisse tradunt forsan ratione matris, aut cognationis, teste Josepho Caputaleo in Utino Illustr. par. 1. pag. 265. et 171., qui in quibusdam a Franchino dissentit, cum asserat bis Venetam, ter Hetruscam provinciam esse moderatum, a Francisco I. Magno Hetruriæ Duce ad Maximilianum II. Imperatorem ablegatum, inde Pragam digressum contra Lutheranos publice, strenueque de rebus fidei catholicæ disceptasse, mox in Italiam reversum Florentiæ supremum diem obiisse in Templo S. Crucis humatum. Franchinus vero in Bibliosophia num. 183. habet, bis provinciæ Tusciæ Ministerium obtinuisse an. 1573., et 1579., Romamque repetentem an. 1587. die 14. Novembr. Roncilione decessisse. Extant Aldi Manucci ad eum an. 1585. Romæ, et an. 1587. Florentiæ commorantem plures epistolæ. in quibus appellatur *Hieremias Buchia:* de eo et Rodulphius lib. 2 et 3., ac Possevinus in Appar. sac., et ipsemet in fine secundæ partis Conf. VIII. Bartholomæi Pisani an. 1590. Bononiæ impres. texit *Catalogum* suorum Operum.

Expositionem in Orationem Jeremiæ Prophetæ: Recordare Domine etc.; et *in Canticum Zachariæ: Benedictus Dominus* etc. Jacobus Manuccius Patritius Florent. vulgavit Florentiæ an. 1573. in 4. per Barthol. Sermartellum Francisco Mediceo magno Hetruriæ Principi dicatam, ille ipse, qui superiori anno ibid. vulgaverat et *Expositionem in psalmos* 14., et 21. Joannæ Hetrur. Ducissæ nuncupatam in 4.

Librum Corformitatum S. Francisci ad Christum a Bartholomæo Pisano compositum; nec non

Librum Conformitatum B. Mariæ Virginis ad Christum ejusdem autoris recensuit, supplevitque, quos ederet; sed eo morte prævento, alterum pubblicavit *Lucius Anguissola* Bononiæ 1590. in fol., alterum vero *Guido Bartholuccius* Venetiis 1596. in 4., ut refert Franchinus in Biblios. num. 230., et 247.

Conciones Quadragesimales quoque scripsit, sed non prodierunt; quas quidem pluribus in locis habuit præsertim Florentiæ magno auditorum concursu, uti narrat cit. Jacobus Manuccius in epist. ad Franciscum Mediceum.

MCMLXXIV.

JEREMIAS FUCCIUS Foroliviensis Tertii Ord. S. Franc. Reg. Observ. sac. Theolog. Magister, et concionator, vir versu, et prosa præstans, et in patria sui Cœnobii diu moderator edidit vulgari, italicaque lingua

Sermonem panegyricum hoc titulo: *Il Leone eletto.* Bononiæ 1647. typis IIII. de Ducia.

Vitam B. Jeremiæ Lambertenghi Comensis Tert. Ord. S. Franc. Forolivii, et Bononiæ an. 1653. per Carolum Zeneri, et Venetiis 1671. per Cataneum.

Carmen Italiæ occasione contagii. Forolivii anno 1656., al. 1658. typis Cimatti italice.

Il corteggio delle api versu italico *in promotione Francisci Paulucii ad Purpuram Cardin.* Ibid. an. 1657. typis Pauli Saporetti.

Vitam Serræ Dei Franciscæ a Serena Tertiariæ. Venetiis 1670. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 109.

De hoc agunt Paulus Bonolus Hist. Foroliv. autor coævus, Æques Georgius Marchesius in Memor. Histor. Acad. Philergit., cui adscriptus erat hic scriptor, par. 3., qui addit extitisse eum etiam suæ provinciæ Rectorem, et Bordonus in Chronologio 3. Ordin. cap. 38.

1008.

JESUALDUS PANORMITANUS = V. *Gesualdus Bononia* Panormitanus, de quo dictum est supra: nam ita legendum est; quippe non a nomine *Jesu*, sed Longobardicum nomen est compositum, ut *Gesalbertus* etc.: nec *Coloniensis* provinciæ fuit, sed Siciliæ. Sannig, et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 109. Waddingum excepit, et diversum credidit a *Gesualdo.*

MCMLXXV.

Digitized by Google

MCMLXXV.

IGNATIUS AB APIRO in Piceno diœces. Camerinen. oppido Ord. Capuccin. græcis, hebraicisque literis eruditus, Missionariusque Apostolicus in Insula Cretensi, ibidem obiit Caneæ an. 1559. multis miraculis coruscans ex Boverio in Annal. Capuccin. ad eum an. Scripsit

Nonnulla hebraici, et græci sermonis Opera, quorum titulum habere non potuit autor Biblioth. Capuccin., nec Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 110.

MCMLXXVI.

IGNATIUS AURELIANENSIS Gallus Capuccinus an. 1638. cum esset Aleppi in Syria, ex latino italice vertit

Libros de Imitatione Christi Thomæ a Kempis adscriptos; qui habentur mss. Florentiæ in Biblioth. Mediceo-Palatina ex Indice confecto a Stephano Evodio Assemano pag. 133. cod. 81. Hanc versionem edidit Romæ typis sac. Congr. de Propaganda Fide anno 1663. Fr. Cœlestinus a S. Liduina Carmelita Excalceat., sibi tamen adscriptam ex eodem Assemano.

MCMLXXVII.

IGNATIUS A CASNIGO, al. Cisnago provin. Brixien. Min. Capuccin. vir pius in Rhetia viam stravit suis evangelico sacrarum Missionum operi, scripsitque

Opusculum ad modum Catechismi pro erudiendis, et instruendis rudibus in mysteriis catholicæ fidei sine nomine autoris, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Capuccin., qui addit obiisse an. 1630., magno sui desiderio illis populis relicto.

MCMLXXVIII. 1009.

IGNATIUS GARGIA = laudatur ab Antonio Daza in suo de Stygmatibus S. Francisci libro anno 1617. edito. De eo Marracius, et alii apud Petrum de Alva col. 674. *Militiæ*. Edidit

Libellum ad exercitium spirituale Viæ Crucis, cujus meminit Fr. Andreas Noguera in Memoriali latino ejusdem provin. Majoricen.

Concionem ad Fratres Tertiarios Salmantinos in eorum publica processione, ac Viæ Crucis visitatione Salmanticæ 1616. in 8. per Didacum Gussio.

Concionem de Annunciatione habitam ad Hispalen. Ecclesiam. Hispali 1618. in 4. typis Alphonsi Rodriguez Gamarra ex Joan. a S. Anton.

MCMLXXIX. 1010.

IGNATIUS LE GAULT = Recollectus, provin. S. Dionysii, seu Parisien., an. 1637. erat Vicarius Generalis ex Arturo in Martyrol. Franciscano; typisque dedit

De Sanctitate Romanæ Ecclesiæ, quod Opus laudatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. die 5. Febr. §. 2.

Conciones de Adventu, et Quadragesima tomis pluribus in 8. gallice.

De Dominicis, et Sanctis per annum Sermones prodierunt Parisiis an. 1628. in 8. ex Petro de Alva col. 674. Militiæ, et Joan. a S. Anton.

MCMLXXX. 1011.

IGNATIUS LUPUS = edidit insuper

Novam lucem in edictum S. Inquisitionis ad praxim Sacramenti Pœnitentiæ.

Theologia mistica insegnata da Gesù Cristo co suoi interni tocchi. Ibidem an. 1659. in 8. apud HH. Rubei ex Scœna Literat. Bergom. Donati Calvi par. 1., ubi et docet obiisse eum an. 1659. die 6. Octobris ætatis suæ an. 75., Religionis vero 56.; longumque refert epitaphium ei positum. De eo et Joan. a S. Anton. to. 2., sed errat in anno obitus.

1012.

ILDEBRANDINUS TUSCAN. = in veteri Indice Biblioth. S. Crucis Florent. ita legitur scam. 33. n. 760. versus claustrum: *Tractatus Domunculæ fratris Aldobrandi de Tuscanella: Tractatus Pater noster: de Sacerdotio novo; de scala: Tractatus plurimorum Sanctorum: de cruce: de peccato: de cognitione: de passione Christi: de Virgine Maria: de pœnitentia, et peccato: de mortuis: de decem præceptis*: quæ Opuscula non amplius ibi extant.

Habentur Asisii in Tabulario S. Francisci quatuor codd. miscell. mss., in quibus aliquot ex recensitis in Florentino Bibliothecæ S. Crucis veteri Indice continentur. Primus codex pergam. in 8. post cujusdam *Summulam de casibus* compilatam *de dictis Sapientum, et maxime Raymundi* incipientem: *Nota* VI. *tantum casus, quos debet Sacerdos mittere ad Episcopum* etc., quo modo incipit et illa Bartholomæi Mediolanen., et Clari Aretini, de quibus supra, habet statim: *Pater noster, qui es in cœlis* etc. *Circa orationem Dominicam quærendum est primo an sit conveniens orare* etc. Postea subditur Opusculum *de* XII. *articulis fidei* incipiens: *Funiculus triplex difficile rumpitur* etc.: *Funiculus, quo a terra trahimur ad cœlum, est fides* etc.: et post nonnulla extat et *Tractatus de Pœnitentia* ejusdem *Fratris Ildebrandini* incipiens: *Pœnitemini igitur, et convertimini, ut deleantur vestra peccata. Ad agendum de Pœnitentia, debemus considerare* etc.

In altero cod. Asis. habetur ejus *Expositio Pater noster, et Credo*, cum Opusculis *S. Thomæ Aquinatis*, de articulis fidei, et 7. Ecclesiæ Sacramentis, ac expositione orationis Dominicæ. Utrobique autem dicitur *Ordinis Prædicatorum.*

In tertio cod. ms. chart. in fol. habetur ejus *Expositio in Credo in Deum* incip. *Funiculus triplex* etc., in cujus fine legitur: *Explicit Tractatus super Credo in Deum editus a Fr. Aldibrandino de Tuscanella Ordinis Fratrum Prædicatorum*: extatque post Fr. Gulielmi de Militona *Postillam in Apocalypsim*: atque *Expositionem in Canticum B. V. Magnificat* incip. *Super illo verbo psal. Deus canticum novum cantabo tibi* etc.: *et Stabat Mater juxta crucem Jhesu ejus in passione hodierna* etc.: quæ duo Opuscula forsan sunt ejusdem Ildebrandini.

Codex 4. tandem in 8. habet tit. *Scala spiritualis de* XII. *articulis fidei compilata a Fr. Ald. de Tuscanella Ord. Fr. Prædicatorum. Funiculus triplex difficile rumpitur. Funiculus iste, quo a terra* etc. Postea sequuntur nonnulli *Sermones de conversione peccatoris*, et *de B. V. Maria* eodem charact. incip. *Factum est discumbente eo in domo justi* etc.: quos nescio, an ad eumdem autorem pertineant.

In Symbolum Apostolorum: *Funiculus triplex* etc. sine nomine autoris extat ms. pergam. in 8. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; sub nomine *Fr. Ildebrandini* extat ms. Ravennæ in 8. pergam. in Biblioth. S. Franc. In Regesto denique Biblioth. S. Franc. Utini an. 1397. edito habetur *Scala super Symbolum Apostolorum Fr. Aldovrandini O. M.*, sed puto errorem amanuensis, et legendum Ord. Prædicat., uti habent codices Asisienses. Revera etiam Quetif, et Echard to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. an. 1314. hunc suis accensent

Digitized by Google

sent in *Aldebrandino de Tuscanella*; eique adscribunt *Sermones de Tempore* incip. *Dominus legifer noster* etc.: *Sermones de Sanctis*: *Tractatus super* x. *legis præcepta*: et *Vitam S. Dominici* in 8. partes divisam, quam non invenisse se scribunt. V. *Aldovrandus Tuscanus*.

MCMLXXXI. 1013.

ILDEPHONSUS BRIZENNO = factus est Episcopus *Nicaraguæ* in America Meridionali Peruanoque regno an. 1644. ex Reg. Vatic., et ex Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 315. sub nomine *Alphonsi*; postea translatus est Sudam Venezuele, seu de Caracas ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 39., qui to. 2. pag. 211. in *Jo: a Ripa* citat ejus

Apparatum historicum. Edidit etiam

Apologiam de Vita, et doctrina Jo. Scoti Doctoris Subtilis, ac B. Amadei, quæ præmittitur to. 1. Controversiarum. De eo agit etiam Petrus de Alva col. 76. Militiæ univ. Obiit anno 1667. in oppido S. Jacobi de Leon.

MCMLXXXII. 1014.

ILDEPHONSUS DE POZZUOLO = de quo Nicolaus Antonius, Petrus de Alva, et Joan. a S. Anton. to. 2. v. *Alphonsus Pozuelo*.

1015.

ILDEPHONSUS A SANZOLES = *V. Franciscus a Sanzoles*, de quo supra, qui idem est.

MCMLXXXIII. 1016.

ILDEPHONSUS A VASCONES = ex oppido Aguillar de Campo.

Antidotum animæ prodiit Matriti 1624. in 8. typis Jo: Gonzalez ex Jo. a S. Anton. to. 1. pag. 52. v. *Alphonsus*, qui perperam dicit *Victimam animæ*.

Expulsio ignorantiæ, et admonitio pœnitentium. Hispali 1619. apud Matthiam Clavijo, et 1625. vel 1628. apud Simonem Faxardum; Matriti 1619., et 1620. typis Viduæ Alphonsi Martini; Barcinone apud Sebastianum Materad 1622., et Valentiæ 1623. apud Joan. Garriz ex cit. Joan. a S. Anton.

Ars pro subsidio agonizantium. Hispali an. 1626.: et postea omnia simul Matriti 1667. in 4. typis Francisci Nieto ex eodem in utraque sua Bibliotheca.

MCMLXXXIV. 1017.

ILLUMINATA BEMBA = filia Laurentii Bembi Senatoris Veneti, Ferraria Bononiam se contulit cum *S. Catharina*, ubi et decessit an. 1483. non sine sanctitatis opinione, de qua Gonzaga par. 2., et ex eo autor 4. partis Chron. S. Franc. lib. 2. cap. 13. Ejus *Speculum* laudat Christophorus Mansueti in Vita dictæ S. Catharinæ cap. 37.

MCMLXXXV.

ILLUMINATUS AYGUINUS Brixianus Regul. Observ. Musices facultatis studiosus edidit librum hoc titulo:

La Illuminata di tutti i tuoni del canto fermo. Venetiis an. 1562. in 4. typis Antonii Gardani.

Il Tesoro illuminato di tutti i tuoni del canto figurato. Ibidem an. 1581. in 4. ex officina Jo: Varisci: quos libros vidi apud nostros Bononiæ.

MCMLXXXVI.

ILLUMINATUS MESSANENSIS Siculus Capuccinus, concionator, Theologus, ac Visitator Generalis regni Castellæ edidit

Orationem de Immacul. Virgin. Mariæ Conceptione quam habuit Romæ an. 1618. coram Paulo V. Pont. Max., uti testantur autores Biblioth. Capuccin., et Siculæ, et ex his Joan. a S. Anton.

MCMLXXXVII. 1018.

ILLUMINATUS MORONUS = quem Bibliotheca Slusiana edita Romæ an. 1690. per errorem vocat *Petrum Moronium* apud Joan. a S. Anton. to. 2., anno 1635. e Theatinorum Instituto, cui anno 1615. se addixerat, ad illud Strict. Observ. Minorum transiit, annoque 1658. factus est Theologus Card. Alderani Cybo Episcopi Æsini, apud quem insequenti anno e vita excessit die 17. Septembris, parum, ut ferunt, feliciter; cum edidisset

Centum responsa centum quæsitis, quæ illi in dies deferebantur solvenda etc. Venet. primum anno 1645. typis Combi, postea Mediolani an. 1682. tomis 2. in fol.

Biga duas vehens controversias ab adversariorum imposturis vindicatas præsertim contra *Fr. Sanctorum* Melphiensem ejusdem Instituti. Bergomi an. 1651. per M. Anton. Rubeum.

Risposte alli quesiti etc. *sopra il legato del Signor Marieni per la Terra di Palazzuolo*. Ibidem anno 1657.

Specchio piccolo, ma fedele, che rappresenta alcuni difetti emendati nella frequenza della Confessione, e Communione. Ibidem an. 1658. ex Donato Calvo in Scœna Liter. Bergom. par. 1.

Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. ad diem 20. Junii in fine Vitæ Venerabilis Sororis Ceciliæ Castellæ Juvanellæ ait se de ea Virgine tradere id, quod diffuse de ea scripserant *Illuminatus Moroni*, et *Theodorus Caputferreum* sui Ordinis Theologi illustres: videtur igitur scripsisse

Vitam Ven. Sororis Cæciliæ Castellæ a Gandino T. O. S. Franc. vitæ sanctitate conspicuæ an. 1641. defunctæ.

MCMLXXXVIII. 1019.

INNOCENTIUS NEAPOLITANUS = forsan idem ac *Innocentius Salvius* infra, scripsit post an. 1627.

MCMLXXXIX.

INNOCENTIUS ROMERUS a Carminiola in Subalpinis diœces. Taurinensis Reg. Obser. vir pietati magis quam doctrinæ deditus, et Monialibus Clarissis a sacris Confessionibus scripsit vulgari sermone

De origine devotionis Coronæ B. Virginis ex 70. Ave conflatæ. Monteregali anno 1626.

Additiones devotioni D. Antonii Patavini. Ibid. ex Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., et Joan. a S. Anton.

MCMXC.

INNOCENTIUS SALVIUS, quem Joan. a S. Anton. dicit patria Neapolitanum, sed forte erronee, quia de eo nihil habet Toppius in sua Biblioth. Neapol., Reg. Observ. alumnus, bonarum disciplinarum amicus edidit varias *Orationes*; ejusque typis extat italice

Oratio in adventu Joan. Baptistæ a Campania Minorum de Observantia Generalis Ministri. Mediolani an. 1633. in 4., nec non

Apes Barberinæ Protectrices Ordinis Minor. Observan., et Reformat. italico sermone ibidem eodem anno in 4. ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 340., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2., qui etiam ex Francisco

Digitized by Google

cisco Maria Pagnottio in *Maria Triumphante* Coron. 2. n. 582. edidisse prodit

Stellarium B. Virginis. Florentiæ 1637.

MCMXCI. 1020.

INNOCENTIUS SBORCHIUS = ab Alviano in Umbria oppido Regul. Observ. humanioribus literis excultus.

MCMXCII.

JOACHIMUS MULLERUS Coloniensis, ni fallor, scripsit

Librum Miraculorum B. Mariæ Virginis; ut ipsemet Waddingus habet in indice nominum, cognominum, nationum, et materiarum tit. *Theologia Exemplaris*, ac de *B. Virgine*, qui tamen in Operis corpore ipsius est oblitus.

MCMXCIII. 1021.

JOACHIMUS A PUTEO = de quo et Bordonus in Chronolog. 3. Ord. S. Franc. cap. 38. *Joannes Puteanus* citatur ab Arturo in indice Martyrol. Francisc., nisi sit alius a *Joachimo Puteano:* de eo et Joan. a S. Anton. ex Waddingo, et Vernon.

MCMXCIV.

JOANNA A S. ANTONIO Hispana ex oppido Chozas Toletanæ diœces. socia V. M. Hieronymæ ab Assumptione, de qua supra, in Monasterio S. Elisabeth Regum Toleti scripsit vernacule

Notitias veritatis, seu *de Vita suorum patrum, ac fratrum, gratiisque a Deo acceptis.*

De favoribus pluribus a Deipara Virgine acceptis.

LII. *attributa divina metaphorica, ac mystica.*

XXVI. *attributa mysteriorum Christi, ac Christiparæ:* asservantur mss. in dicto Cœnobio, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 115.

MCMXCV.

JOANNA A CRUCE Vasquez Toletana 3. Ord. S. Francisci et Monasterii S. Mariæ de Cruce prope Illescas diœcesis Toletanæ Abbatissa, obiit opinione sanctitatis die 3. Maji an. 1534., agiturque de ejus Canonizatione. Collecti habentur

Sermones num. 71. *varii* ab ea habiti in variis diebus festis, servanturque mss. in Monasterio S. Mariæ de Cruce ex ejus Vita publicata a Fr. Bartholomæo Cimarella 4. par. Chron. S. Franc. lib. 2. Habentur etiam hi sermones inter extravagantes Bibliothecæ Regiæ Scorialis hispanico titulo: *El Conorte* sub V. A. 13. in fol., ex quibus duos Petrus de Alva transcripsit, ut ipse testatur col. 698. Militiæ univ., et tab. 1.

De eo agunt Gonzaga par. 3., et Villegas in Addit. 3. par. Flor. SS., Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 3. Maji §. 6., Antonius Daza, Petrus Navarra, et novissime Joan. a S. Anton. to. 2. In ejus autem *Sermones* judicium, et censuram tulit Franciscus a Sosa Minorita, ut refert Waddingus supra in *Francisco a Sosa*, estque initio partis 4. Chron. S. Franc. a Bartholomæo Cimarella anno 1621. editorum. Jo: de Aragon Castellæ provinciæ, et causæ ejus Romæ Postulator edidit *Propugnaculum B. Joannæ a Cruce* Messanæ an. 1715. in fol.; et Matriti in Arch. Ordinis habetur ms. *Censura, et responsiones in libros de vita, et miraculis* ejus, teste Jo: a S. Anton. v. *Jo: de Aragon.*

MCMXCVI. 1022.

JOANNA DE JUSSIE = *de Tussie* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 116.

MCMXCVII.

JOANNA RODRIGUEZ Toletana in Monasterio S. Elisabeth ejusdem urbis Tertii Ordin. virtutibus, ac visionibus illustris suo obtemperans Confessario scripsit

Librum de revelationibus a Deo acceptis idiomate hispano, teste Fr. Luca Yanguas in ejus Vita fol. 6.

Obiit an. 1505. die 6. Januarii in prædicto Monasterio sepulta non sine sanctitatis opinione. Ejus meminit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum, Marcus Ulyssipon., Gonzaga, Arturus ad eum diem §. 5., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MCMXCVIII.

JOANNELLUS MELPHITENSIS prov. Apuliæ sac. Theologiæ, ac Philosophiæ Professor an. 1450. scripsit

Tractatum de terminis confundentibus, eorumque explicatione incip. *Aperi pectus omne* etc. ms. chart. in 4. cum quibusdam aliorum Opusculis servatur Asisii in Archivo Conventus S. Francisci.

MCMXCIX.

JOANNES ABREU Hispanus provinciæ S. Evangelii Reg. Observ. in America concionator typis dedit vernacule

Concionem de Maria dolorosa. Mexici an. 1528. in 8. per Joseph Bernardum de Hogal.

Concionem de Domina nostra de Ergoña in suo Mexicano Cœnobio habitam, et ibi quoque impressam.

Opusculum de Sepulchro Christi Domini jam approbatum a Censoribus, teste Joan. a S. Anton.

Concio de Maria dolorosa forte prodiit Mexici an. 1628, quum ars typographica post annum 1528 in Mexicum introducta sit, nec autor vel typographus nominetur apud I. G. Icazbalceta, Bibliografia Mexicana del siglo XVI. México, 1886.

MM.

JOANNES ACCURSIUS Wolfriser Germanus Min. Conv. sac. Theolog. Magister, et provin. Austriæ Minister edidit

Opusculum inscriptum: *Funiculus triplex pro Chordigeris.* Viennæ Austriæ anno 1624. in 8., teste Franchino in Biblios. n. 166.

MMI. 1023.

JOANNES ÆGIDIUS = cum hic dicatur sub *Alphonso X.* Astronomo, qui ab anno 1252. ad 1284. regnavit, vixisse, eique charus, et familiaris extitisse, propterea floruit ante annum 1300., etsi potuerit post tempus illud supervixisse: ceteroquin autores varii, quos oscitanter secutus est Waddingus, hunc in plures diviserunt modo *Ægidium Zamoram*, modo *Ægidium Hispanum*, modo *Joannem Zamara*, et modo *Joan. Ægidium Zamoren.* memorantes, qui reipsa unus fuit, vocaturque *Joannes Ægidii* Zamorensis Hispanus, uti recte nuncupat hoc loco.

Fratris Joannis Ægidii Ministri Fratrum Minorum Portugalliæ Tractatus de præconiis Hispaniæ ad informationem Principum, et Magnorum incipiens: *Serenissimo Domino suo Infanti Sancio illustrissimi Aldefonsi Regis filio, et hæredi etc.*: et finiens: *vivit, et regnat Deus per infinita secula. Amen*: extabat Asisii in IV. sekario

Digitized by Google

solario orient. ex Inventario ejusdem Biblioth. confecto an. 1381. Habetur ms. Salmanticæ in Biblioth. majoris Collegii S. Bartholomæi plut. et num. 203., Matriti in Biblioth. Regia in fol., et in Biblioth. D. Jo: Emmanuelis Pantojo in oppido Cabañas non longe ab Occania, nec non Zamoræ cum aliis apud Minoritas. Continet volumen istud x. *tractatus*, in quibus agit de Hispaniæ populatione, fertilitate, fortitudine, liberalitate, sanctitate, doctrina, juribus Magnorum, de apologiis Principum, deque ejus civitatibus, et oppidis, teste Joan. a S. Anton. to. 2. Incipit: *Quemadmodum sanguis* etc., et in fine prologi ait: *Hæc autem scribuntur propter mores, et non propter historias, quia de historiis jam actum est in aliis libris nostris.*

Armarium, seu *Archivium omnium Scripturarum*, cujus tom. 2., ut putat cit. Joan. a S. Anton. solummodo extat ms. in dicta Zamorensi S. Francisci Biblioth., non semel adducit Alfonsus a Spina in *Fortalit. fidei* præsertim lib. 3. consid. 7. erud. 1., et consid. 9. expuls. 4.

Chronicon generale digestum est jussu duorum Regum *Alphonsorum*, quorum alter devicit Algeziram Insulanum, alter dictus est *Sapiens*, Opusque valde probatur Floriano Ocampo, aliisque Hispaniæ scriptoribus, inquit Possevinus in Bibliotheca selecta de Histor., sed error est in nomine Regum, nam eorum alter obiit anno 1284., alter vero an. 1350.

Opus generale, et speciale: de animalibus, avibus, arboribus, piscibus, aquis, substantiis, coloribus, odoribus, saporibus, sensibus, eorumque objectis, musicis instrumentis, ponderibus, mensuris, lapidibus, metallis, emplastris, pilulis, unguentis, infirmitatum signis etc.: *de quibus absque præjudicio sententiæ melioris aliqua disseruntur secundum dicta, et sententias sapientum:* ut ipsemet scribit to. 2. *Armarii* in fine indicis lib. 6. lit. F.

Artis Musicæ liber ms. extat Romæ in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157.

Quæstio Logicalis extat ms. in Biblioth. S. Victoris Paris. ex Catalogo cit. Montfaucon pag. 1372.

Liber Meditationum de summe primo, et summe glorioso Deo ad Abbatem Vallisoleti incip. *Generosi, ac speciosi* ms. in 4. extat in Toletana Biblioth. S. Joannis Regum sub II. n. 14. ex Append. Joan. a S. Anton.

Prosodia, seu de accentu liber incipiens: *Suo suus, dilecto dilectus, Hispano Hispanus, Zamorensi Zamorensis, Fra. Facundo Fra. Johannes Ægidii pacis concordiam* etc. Ita prologus, seu epistola: Opus vero: *Recolentes, quod omne bonum communicatum* etc.: habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. versus claustr. cod. 676. in fol. post Opus *Dictaminis* cujusdam Fr. B. Extat etiam Paris. in fol. in Biblioth. olim Card. de Montchal Archiep. Tolosani cod. membr. 312., nunc in Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 157. cum titulo: *Tractatus de accentu, et dubitabilibus quæstionibus Bibliorum.* Asisii quoque in Tabulario Conventus S. Francisci reperitur *Tractatus de accentu, et de dubitabilibus Bibliæ* incip. *Suo suus, dilecto dilectus* etc. ms. pergam. in 8. inter diversorum Opuscula.

Summa Fr. Joannis Ægidii de correctione Bibliæ extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri Indice ejusdem Bibliothecæ an. 1421. confecto, et a me nuper lecto in Tabulario illius Cœnobii. In mox memorato codice Florentino habentur post *Prosodiam* quatuor *Opuscula* sine nomine autoris, et diverso charactere super correctione *sacrorum Bibliorum*, quorum primum incipit: *Cum animadverterem, quamplurimos se miscere quæstionibus infinitis, et circa hujusmodi crebrius occupari, et paucos vel vacare literæ veritati, cum tamen litera sit fundamentum spiritualis ædificii*: et paulo post subdit: *pauca propria nomina posui, quia hæc aliter correcta in uno libello descripsi, et quia pro posse studeo brevitati; ideo in hac correctione. . . . pro vitanda prolixitate a correctione hujusmodi supersedi proponens omnia talia, quæ hic ommisi, addere operi latiori . . . . Si quid corrigendum juste probaveris, fraterna caritate corrigas, et emendes. Cum intentionis nostræ sit canonem cum prologis Bibliæ quatenus Jeronymus secundum Hebræos, non quatenus secundum 70. transtulit, corrigere, et a correctione aliorum prologorum supersedere.* Post longam vero præfationem incipit Opusculum: *Desiderii accepi epistolas. a. non literas. translatam in latinum* etc.: quo brevibus expleto, sequitur Opus magnum ita incipiens

Literarum sacrarum latino interprete beato Jeronymo in epistola ad Summam (leg. ad Suniam) *et Fretelam de græca correctione Psalterii* etc.: qua præfatione præmissa, Opus inchoat autor: *Genesis* 1. *ca. a. terra autem erat inanis, et vacua* etc.: confertque lectionem latinam cum græca, et hebraica valde diligenter, et fuse. Habetur etiam ms. pergam. in fol. Asisii in Archivo Conventus S. Franc., memoraturque in veteri illius Biblioth. Inventario an. 1381. m. Januar. confecto jussu P. Mag. Ludovici Generalis Ministri, et a me lecto, his verbis: *In quarto banco Correctura Bibliæ Parisiensis cum postillis, et cathena, cujus principium est: Litterarum sacrarum latino interprete B. Hieronymo in epist. ad Suniam, et Fretelam etc.: finis vero: et infra. Pars ejus de libro vitæ.* Huic Operi in citato cod. Florentino tertium mole non inferius subjicitur his verbis incipiens:

Quoniam quædam glossæ mentionem faciunt de literis, et vocabulis hebraïs, et græcis, et hujusmodi ignorantur a Latinis etc.: idcirco ab autore docentur, et exponuntur, ut in sacra Scriptura habentur, ac intelligi debeant. Habetur Paris. in Biblioth. olim Cardin. de Montchal *Fr. Joannis Ægidii Ordinis Eremitarum S. Augustini Expositio vocabulorum Biblicorum ordine alphabetico*: sed cum sit pars ejusdem codicis, ubi extat *tractatus de accentu* etc. n. 312. ex Montfaucon supra relatus, quem *tractatum* constat esse Joan. *Ægidii* Ordin. Minor., ejusdem erit et hæc *Expositio vocabulorum*, præsertim cum Gandulphus Erem. S. Augustini hunc scriptorem non habeat inter suos. Tandem in codice Florentino sequitur 4. Opusculum, cujus est initium hujusmodi:

Incipit epistola S. Jeronymi ad Paulinum de omnibus divinæ Historiæ libris etc.: et continet correctionem, et expositionem sac. Bibliorum juxta varios autores. An hoc, et duo priora quoque Opuscula ad hunc *Joannem Ægidii* pertineant, et, si non omnia, quænam ejus sint, non facile dixerim. V. *Christophorus de Cugneriis* supra.

Summa de casibus, quam Waddingus supra ex Rodulphio lib. 3. adscripsit *Ægidio Zamoræ Hispano* veluti diverso, ad hunc ipsum pertinet. Gabriel Barletta in serm. de Conceptione B. Virgin., item Vincentius Bandellus de singul. Concept. Christi citant *Ægidium Hispanum* Minoritam in *Summa sua cap. de Maria.*

Opusculum de Jesu Nazareno ms. in 4. parvo extat Florentiæ

Digitized by Google

Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus claustr. num. 737. hoc titulo: *Incipit prologus in librum Jesu Nazareni filii summi Regis primogeniti, et hæredis, quem edidit Fr. Johannes Egidii de Ordine Fratrum Minorum* etc. *In nomine Jesu omne genuflectatur cælestium* etc. *In hujus seculi vita labili* etc.

De Jesu, et Maria Opus, cujus tit. *Incipit meditatio proœmialis in librum de Jesu, et Maria, quem ordinavit Fr. Joannes Egidius de Ordine Fratrum Minorum ex verbis divinorum eloquiorum, et ex dictis, et scriptis orthodoxorum Doctorum absque præjudicio*, ms. membr. extat Salmanticæ in Biblioth. Collegii majoris S. Bartholomæi plut., et n. 324., in cujus prologo autor recenset XIII. *Operis capita* ab ejus Incarnatione, seu Conceptione usque ad Spiritus Sancti missionem.

Legenda Sanctorum per ordinem alphabeti incipiens: *Almifluus æterni Patris filius* ms. in 8. asservatur in Bibliotheca Pantoja, teste Joan. a S. Anton., qui to. 2. pag. 117. merito refellit Adrianum Bailet *de judicio libror.* to. 1. par. 2. cap. 7. §. 5. hujus Egidii Opera negantem.

Sermones Sanctorum incip. *Philosophia est divinarum rerum speculatio*, quos Waddingus ex Rodulphio attribuit *Egidio Hispano* tamquam ab hoc diverso, spectant ad istum, de quo loquimur. Asisii enim in Bibliotheca secreta Conventus S. Franc. juxta Inventarium illius loci an. 1381. confectum renovatumque, v. solario occid. extabant olim mss. *Fratris Joannis Egidii Hispani Sermones pro aliquibus Solemnitatibus specialibus, et commune Sanctorum* incip. *Philosophia est divinarum, humanarumque speculatio*: et finien. *de avaritia* 272. Cardinalis etiam Joan. a Turrecremata in tract. de Verit. Concept. B. V. par. 6. cap. 32. adducit, laudatque *Egidium Zamorram* Franciscanum de eo inquiens: *quod juxta ordinem alphabeti mira scripsit tam de Chronicis, quam de doctrinalibus, quam etiam de moralibus.*

Vita S. Nicolai Martyris in oppido de Ledesma, seu Metissæ incip. *Nicolaus genitus fuit* etc. ms. in Regia Biblioth. Scorialis II. D. 5.

Vita S. P. Francisci incip. *Francisci beatissimi*, quam vidit, et legit Petrus de Alva tab. 1., ex *Legenda majori* S. Bonaventuræ fere tota decerpta.

Scala cœli Joannis Egidii citatur a Joanne Garetio in lib. de *Sacramento Eucharistiæ* an. 1560. elucubrato clas. 1. sub an. 1406., quo manifeste erratur, nisi sit alius; nam non defuerunt, qui ad eum annum statuunt vixisse quemdam *Joannem Egidium* Ord. Prædic., qui tamen erat *Joan. a S. Egidio* Anglus, de quo Echardus to. 1. Scriptor. O. P.

Liber Medicis notus tit. *Thesaurus pauperum* Joanni Egidio Minoritæ Theologo, et arte medendi nobili tribuitur, incipiens: *In nomine sanctæ, ed individuæ Trinitatis* etc., qui prodiit Lugduni an. 1525. in fol. per Jacobum Myt, teste Petro Mussancio in *Face Cronologica* titulo *Medicina* ab an. 1200. ad 1300., et Joan. a S. Anton. cit. dubitat, an sit diversus ab hoc Hispano; sed videndum ne sit potius *Joannis Genesii Parmensis*, quem constat, quædam *de Medicina* scripsisse. Ceterum *Thesaurus pauperum* a nonnullis tribuitur etiam *Petro Hispano* postea *Joan. XXI.* Papæ: constat nihilominus ex hujus *Joannis Egidii Opere generali* supramemorato ipsum et *medicinam*, et pharmaca calluisse.

* JOANNES AINSA Hispanus = v. *Jo: ab Ayora.*

Vitam V. P. Fr. Dominici Gallart anno 1595. defuncti, ut ex Chron. Anton. Dazæ refert Nicolaus Anton. to. 1., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMII.

JOANNES ALANUS Doctor Parisiensis circa an. 1390. contra Joannem de Montesono O. P., ejusque asseclas scripsit

Tractatum de Conceptione B. V. Mariæ, qui habetur Paris. ms. in Biblioth. Colbert. cod. 624., teste Petro de Alva in *Nodo indissolub.* pag. 210., et in Armament. Seraph. Vide, an sit idem, ac *Alanus Brito*, de quo supra.

* JOANNES ALANUS, de quo Joannes a S. Anton. to. 2., est *Janus Minor Scemensis* nomine *Joannes Messenius* Ostrogothus Phil. Doctor, et Poeta Laureat., eloquentiæ, et J. U. Professor Upsalensis, Regiique Dicasterii Holmiensis Assessor, qui vulgavit

Retorsionem imposturarum, quibus inclitam Scecorum, Gothorumque nationem insectatur Petrus Parvus Rosefontanus Danus. Holmiæ 1611., et 1614. sub nomine *Jani Minoris*, teste Frider. Gotthilf. Freytag in Analectis litter. de libr. rar. pag. 657., ubi addit *Willielmum Westhovium* Equitem Danum confutasse Jo: Messenium libro inscripto: *Jani Minimi expositio veritatis historicæ contra scythicam Jani Minoris in P. Parvum Retorsionem.* Hinc ex illa voce, vel agnomine *Minoris* creditus est iste *Ordinis Minorum*; cujus sunt etiam

Disputationes de dialectis græcis, ac pronunciatione ejusdem linguæ. Hafniæ an. 1609. et 1623. in 4; et

De Gentium quarumdam origine, et primatu, præcipue de Cimbrorum ortu, migrationibus etc. Ibidem an. 1628. in 4.

MMIII.

JOANNES ALBENTIMILLIENSIS vulgo *Ventimiglia* Ligur suæ provinciæ Genuensis Capuccinorum, nec non Romanæ Vicarius provincialis vir doctrina, ac prudentia excellens, sanctitatis etiam fama clarus obiit an. 1650., forsan leg. 1560., cum italicum fecisset

Librum de VII. *Tribulationibus Ordinis S. Francisci latine primum descriptis a Fr. Angelo de Cingalo, et ab eodem decerptis ex originali ms. ipsius P. Angeli, quod asservatur in Cœnobio Fratrum Minorum de Observantia loci Clarari provinciæ Genuensis ab an. 1521. die 24. Julii:* ut refert autor Biblioth. Capuccin., Boverius to. 1. Annal. Capuccin., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2. Crediderim hunc primo fuisse Minoritam Regul. Observ., et postea sub initium Reformationis Capuccin. ad istos transiisse.

MMIV.

JOANNES ALBERGHINUS Panormitanus Tertii Ordinis S. Francisci sac. Theologiæ Doctor, suæ provinciæ Minister, Ecclesiastes minime vulgaris, nec non S. Officii in regno Siciliæ *Qualificator* scripsit, et publicavit

Manuale Qualificatorum sanctissimæ Inquisitionis, in quo omnia, quæ ad illud tribunal, ac hæresum censuram pertinent, breri methodo adducuntur. Panormi anno 1642. in 4. typis Decii Cyrilli, et Cæsaraugustæ 1671. in 4. typis Augustini Verges: quod citatur ab Antonio Cottonio in *Summario* Summæ Dianæ.

Breve Chronicon Tertii Ordinis S. Francisci; atque etiam

Opera Theologiæ Scholasticæ, et Moralis mss. post se reliquit, cum e vivis excesserit in patria an. 1644. die 26. Septembris honoribus insigni viro dignis humatus ex Francisco Bordonio in Chronol. 3. Ord. cap. 25. n. 79., et cap. 38., nec non Coronel. Biblioth. univer.

Digitized by Google

univer. to. 2., Vernon Annal. 3. Ord., et Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ.

MMV. 1024.

JOANNES ALCOZER = citatur a Bartholomæo Gavanto in suo Opere de *Cæremoniis Eccles.;* sed hoc loco a Waddingo confunditur cum *Francisco de Alcocer,* de quo supra actum est; *Confessionarium* enim cusum Cordubæ anno 1592. tribuit etiam ipsi *Francisco,* quem dicit provinciæ S. Jacobi, hunc autem asserit provinciæ Aragoniæ, et facile est, Joannem edidisse tantum *tractatum de Cæremoniis Missæ,* cetera esse *Francisci,* ut ait etiam Joannes a S. Antonio to. 2.

Cæremoniale Missale prodiit Cæsaraugustæ an. 1607. in 8. hispano sermone.

MMVI.

JOANNES ALEMANNI Florentinus socius, et discipulus B. Amadei Lusitani cum aliis, de quibus in *Bonaventura Cremonensi,* scripsit *Vitam sui Magistri Amadei.*

MMVII.

JOANNES ALOYSIUS, al. Ludovicus Barbieri Bononien. Strict. Observ. italice edidit

Dialogos VIII. *de morte, et anima separata,* adjectis *Dialogis* X. *de Paradiso,* et IX. *de inferno.* Bononiæ 1602. in 8. typis HH. Jo: Rossi 3. editio, et iterum ibidem 1613. pariter in 8. iisdem typis ex appen. Joan. a S. Antonio v. *Jo: Ludovicus.*

Dialogos de morte, et animabus separatis prodiisse Bononiæ an. 1581., et 1602. in 8. apud Rubeum habent Bramaldus, et Orlandus de Scriptor. Bononien.

Invectiva, qua morti damnatus, spesque destitutus in viam salutis reducatur. Bononiæ an. 1581. in 8. apud Peregrinum Bonardum italice.

Ex catalogo librorum impressorum bibliothecæ Musæi Britannici extat primi operis et hæc editio: *Della Morte et dell'Anime separate dialoghi otto, con una nuova aggiunta dell'istesso autore di* XIX. *Dialoghi cioè dieci del Paradiso, et nove dell'Inferno. Bologna, 1600,* 8. Idem opus prodiit etiam, iuxta Mazzuchellium, Alexandriæ apud Herculem Quincianum an. 1596 in 4, et Brixiæ an. 1603 in 8.

MMVIII. 1025.

JOANNES DE ALVERNIA = Firmanus patria, *Alvernicola* vero cognominatus ab incolatu, ubi et obiit an. 1322. die 10. Augusti; de eoque plura Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2., Waddingus in Annal. Min. ad eum annum, et Arturus in Martyrol. Francisc., nec non S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 7. §. 15.

Præfatio ejus *pro Missa de S. Francisco* approbata fuit in *Capitulo generali Asisii* celebrato per *Dominum Ægidium Cardinalem, et Generalem Vicarium Domini Papæ, atque Legatum a Latere; concessumque, ut possit dici in omnibus festivitatibus Ordinis, et in Missa, ubi fit commemoratio S. Francisci;* ut habet Anonymus Minorita, qui paulo post an. 1450. scripsit *Rubricas Eccles.* penes me ms. ad diem 4. Octobris; quod *Capitulum* illud esse puto, quod an. 1354. coactum fuit.

Alia quædam scripsisse eum ad *Historiam Franciscanam* attinentia, videtur haberi ex illis cit. Pisani verbis Confor. XIV. par. 2. *de quibus dicit Fr. Joannes de Alvernia: qui Frater Masseus irit Perusium, et fuit cum B. Francisco, quando dictam Indulgentiam* (de Portiuncula Asisien.) *a Papa Honorio obtinuit:* Rodulphius etiam lib. 2. fol. 251. ait in margine *Joannem* Alvernicolam testatum reliquisse de veritate *Indulgentiæ Asisien.,* ut est et apud Franciscum Bartholi autorem coævum in Hist. dictæ Indulgentiæ.

** *Dicta quædam super animæ judicio,* et

Collectio sententiarum ex SS. Patribus et Philosophis; mss. Florentiæ in Biblioth. Riccard. **

MMIX. 1026.

JOANNES AMALIN =

MMX. 1027.

JOANNES ANDREÆ = cujus nec tempus, nec patria, aut regio indicatur.

Hieronymianum editum fuit an. 1346., et typis datum an. 1482., ut ex Analectis Litter. de libris rarior. Freytag pag. 1126. in append. Orlandus etiam Bononien. de Orig., et progressu Typograph. par. 2. pag. 350. scribit *Hieronymianum, seu de laudibus S. Hieronymi lib.* 4. prodiisse an. 1482. in fol. sine loco impressionis; Opus tamen adjudicat *Joanni Andreæ Jurisconsulto* Bononien., sicut et S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 21. cap. 7. §. 3. ad an. 1348., quo cum ex peste occubuisse tradit. Possevinus in Appar. sac. to. 2. præter memoratum *Joannem Andreæ J. V. D. Bononien.* alium ex Pocciantio Florentino *Joannem Andreæ Florentinum* memorat præter alia Opera edidisse etiam *de laudibus S. Hieronymi libros* 4. incip. *Hieronymum jugiter* etc. Extat Ferrariæ in Biblioth. Cœnobii S. Francisci Min. Conv. ms. liber in fol. *Distinctionum super Psalterium Magistri Petri Lombardi,* in cujus fine habetur *Memoriale,* seu *Catalogus librorum,* quos penes se scribit habuisse *Fr. Joannes Andreas Ordinis Minorum de Conventu Cumano anno* MCCCLXXXVIII. *die* XX. *Septembr.;* hic ne, vel alius, non dixerim. Illud quidem existimo, *Hieronymianum* Opus Joannis Andreæ J.C. *de laudibus B. Hieronymi* egisse; illud vero Joannis Andreæ Minoritæ *Compendium Operum B. Hieronymi* retulisse, ideoque diversa Opera esse: et quidem me dudum Florentiæ in nostra S. Crucis Bibliotheca ms. vidisse memini codicem sine nomine autoris *Epitomen Epistolarum S. Hieronymi* continentem. Ceterum quod Asisii tradit apud nostros Waddingus extare *Hieronymianum,* non est Joannis Andreæ Minoritæ, sed *Jo: Andreæ J. C.* celebris, ut ego animadverti ex lectione Operis, quod ms. chart. in fol. extat in Arch. illius S. Franc. Conventus, incipitque: *Hieronymianum hoc Opus per Johannem Andreæ urgente devotione compositum* etc.: et prope finem citat suam *Novellam,* quam se scripsisse dicit.

** In testamento Nicolai de Romanis Auximatis, de quo suo loco, facto Avenione anno 1363. die 26. Novembris, Auximi apud nostros asservato, legitur: *item lego Ecclesiæ beatæ Mariæ Majoris de Urbe librum meum Jeronimianum, et tabulam per me compositam super eo, et librum meum Epistolarum ipsius beati Jeronimi in armario dictæ Ecclesiæ ad communem utilitatem Clericorum ipsius Ecclesiæ perpetuo retinenda.* **

MMXI. 1028.

JOANNES A S. ANDREA = Strict. Observ., de quo videatur Joan. a S. Anton. in Biblioth. PP. Discalceat. Minor., ubi exscribit Waddingum, et Nicolaum Anton.

Ejus *Arbor spiritualis* impressa est Matriti 1621. per Joan. Sanchez ex appen. Joan. a S. Anton.

MMXII.

Digitized by Google

MMXII.

JOANNES ANGELI antiquior Gallus, vel Belga circa annum 1482. ecclesiastes haud ignobilis habebatur, Tornacique in Gallia Belgica *quadragesimales conciones* habuit, ut legimus apud Joannem Majorem in 4. dist. 17. q. 6.; et dist. 24. q. 3. conclus. 3.; et cum nimiam fecisset *Rom. Pontificis* potestatem supra *Episcopos*, et *Curatos*, seu *Parochos*, proscriptus fuit Universitatis Parisiensis, non Romana censura, inquit autor *Hist. Ecclesiasticæ* gallice conscriptæ, ut fertur, a Dupinio sec. xv. an. 1483., et Carolus du Plessis in Collectione Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1482.

MMXIII. 1029.

JOANNES AB ANGELIS = Strict. Observ., de quo legendus Joan. a S. Anton.

Variæ Considerationes in Cantica Canticorum prodierunt Matriti ex Typographia Regia in 4., diciturque autor Discalceat., et *Mariæ Imperatricis* a sacris concionibus, in cujus Operis laudem versus concinnavit hispanicos *Fr. Petrus de Montaña* concionator provinciæ S. Joseph.

Manuale vitæ perfectæ, adjecto Rosario principalium mysteriorum vitæ, passionis, ac mortis dulcissimi nostri Redemptoris. Matriti typis Regiis.

Lucta spiritualis, et amica inter Deum, et animam christianam. Valentiæ 1600. apud Patritium Mey; et Matriti eodem anno in 8. apud Petrum Madrigal. Opusculum valde commendatum a V. M. Anna de Simeone virtutibus, et miraculis celebri.

Tractatus de præsentia Dei prodiit etiam Cæsaraugustæ an. 1615. in 16. mutata aliquantulum inscriptione; et Matriti an. 1624. apud Joan. Sanchez.

De fructuosa ratione meditandi, orandique præclaræ observationes, et saluberrima præcepta ex Continuat. Annal. Min. to. 18. ad an. 1541. n. 16.

Psalterium spirituale, seu *Exercitium quotidianum.* Matriti 1604. in 8. typis Joan. Flanienco.

Viridarium spirituale animæ religiosæ ad Philippum III. Ibid. 1609. in 8. typis iisdem, et 1610. typis Regiis ex Joan. a S. Anton.; de eo agunt Petrus de Alva, Medina, et Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan.

Dialogorum de conquirendo regno Dei quod intra nos est versionem, auctore Iulio Zanchino de Castiglionchio, impressam Brixiæ per fratres de Sabio an. 1608 in 8, testatur se vidisse I. C. García (Ensayo de una tipografía Complutense, Madrid 1889, p. 241), quin dicat utrum versio latina sit an italica. Italicam eam esse coniici potest ex pluribus huiusmodi versionibus ex hispanico ab eodem Zanchino confectis. *Manuale vitæ perfectæ*, ut ex titulo apparet editionis Matritensis anni 1608 a C. Pérez Pastor relato (Bibliografía Madrileña. Madrid, 1891, p. 236), est huius operis altera pars.

1030.

JOANNES ANGLICUS = quatuor *Anglicos Joannes* hoc loco Waddingus miscet, conglomeratque, Joannem *Cantianum*, Joannem *Foxal*, Joannem *Guallensem*, et Joannem *Pekam*, de quibus suo loco separatim agitur. Legatio ad Anglos sub Innocentio IV. spectat ad Joannem *Cantianum;* expositio Universalium Scoti ad Joannem *Foxal;* reliqua Opera partim ad *Guallensem*, partim vero ad *Peckam*, ut videbitur; *Rosarium* vero *B. Virginis Mariæ*, scilicet de IV. ejusdem Festivitatibus *Natiritate, Annunciatione, Purificatione, et Assumptione*, quod videtur scriptum ante an. 1300., cum non habeat de *Conceptione*, et sine fundamento Pitseus adscripserit alii Joanni Anglico a memoratis diverso, forsan est *Joannis Guallensis.*

MMXIV. 1031.

JOANNES N. ANGLUS = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptoribus Ordinis Minorum inquit: *Summam Joanninam fecit Frater Johannes Lector*: quem et floruisse in Anglia circa annum 1344. scribit idemmet Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 8. ex Mariano, aitque cognominatum *Lectorem.* Est autem alia a *Summa Joannina* Fr. Joan. Ord. Prædic., ne quis alterum furti, vel suppositionis alterum reprehendat.

Quæstiones casuales Fratris Lectoris Ord. Fr. Minor. ms. cod. 300. annorum habetur in Biblioth. S. Martini Turonen. ex catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1339., quæ nescio, an hujus Joannis sint.

Marcus Ulyssiponensis par. 2. Chron. S. Franc. l. 8. huic tribuit *Directorium Juris*, quod Opus est *Petri Quesvel* Angli, de quo infra. Non est autem hic confundendus cum *Joanne Lectore Erfordiensi*, sive *Joanne de Saxonia*, qui pariter fecit *Summam*, et de quo infra.

MMXV. 1032.

JOANNES ANTONIUS BRANDUS = non Salernitanus, sed Salemitanus ab oppido Salemis diœcesis Mazariensis *Theologus insignis, Concionator celeber, et Poeta clarus* ex Francisco Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 25. n. 74., celebraturque a Leonardo Rolandino J. V. D. Siculo *Variarum Imaginum* libro, ac Roccho Pyrrho in Not. Mazar.

Carmen de Rosario B. Virginis italice prodiit Romæ an. 1601. apud Carolum Vulliettum in 16. cum *Sermone* Bernardi Sabiæ super eodem, et altero Bonaventuræ Battaleæ eiusdem Instituti, de quibus suo loco, ex Joan. a S. Antonio to. 1. pag. 218.

Literæ ad Rempublicam Venetam Apostolico interdicto subjectam italice cusæ sunt Viterbii an. 1607.

Chronicon Rom. Pontificum prodiit Romæ 1608. in 4. typis Hieronymi Discipuli, et ab autore correctum, ac iconibus adornatum ibidem 1627. in 4. per Franciscum Corbeletti italice, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 97. verbo *Antonius Brandi.*

Carmina eius *nonnulla latina, et italica* habentur in cit. libris *Variarum Imaginum* Leonardi Rolandini J. V. D. Panormi an. 1595. impressis pag. 44.

Obiit anno non 1626., ut Waddingus, neque die 20 Maji, ut Pyrrhus scripsit; sed die 13. Maji anno 1608. ex cit. Bordono ca. 25. n. 2., qui de eo agit etiam cap. 38., et ex epitaphio a Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex eo a Joan. a S. Anton. in append. to. 3. relato, quod ipsi, et *Jo: Baptistæ Provenzano* Drepanensi Generali Ministro ejusdem Ordinis positum fuit an. 1614. hujuscemodi:

« Hic jacent duo lumina Fratrum Tertii Ordinis « S. Francisci: Reverendissimus Pater Magister Joan- « nes Baptista Provenzanus Siculus Drepanensis, et « P. M. Joannes Antonius Siculus a Salem, sanctis « moribus, et meritis præclari, in verbi Dei, et scien- « tiis summopere versati. Quorum secundus cum esset « Definitor Generalis obiit XIII. Maji M. DC. VIII ætatis « suæ LIII. Primus tamen bis ad Generalatus digni- « tatem electus etc. lapidem hunc libenti animo di- « cavit idibus Maji anno M. DC. XIV.

In poematis *Rosario di Maria Vergine* editione romana anni 1601 extant triginta eius carmina italica (*sonetti*) et nonnulla latina.

Opusculum

Digitized by Google

Opusculum, minus recte ita enuntiatum *Literae ad Rempublicam Venetam*, prodiit, saltem in editione Viterbiensi, sub hoc titulo: *Accorgimento fatto a i clarissimi signori venetiani.* Iuxta Mazzuchellium impressum est eodem anno etiam Panormi per Io. Ant. de Franciscis, in 4.

Chronicon Rom. Pontificum est opus italicum inscriptum *La Cronologia de' Sommi Pontefici*, originaliter ignoti auctoris, non autem Io. Ant. Brandi, ab eo vero revisum, ab erroribus expurgatum et omnino renovatum, ut legitur in editione quæ prodiit Romæ apud Gulielmum Facciottum an. 1605 in fol. Impressum est etiam ibidem apud Iacobum Mascardum an. 1622 in 4.

Vita S. Philippi Argyrensis italice conscripta edita est Romæ an. 1606 in 16, deinde Panormi an. 1623 et an. 1646.

MMXVI.

JOANNES ANTONIUS BRASCHINUS Faventinus Min. Conv. sac. Theol. Magister, et ecclesiastes suo tempore clarissimus, de quo autor æqualis P. Rodulphius agit lib. 2. fol. 268., interfuit Tridentino Concilio, in quo hortatu Pii IV. plures *conciones* habuit; Theologus etiam a S. Carolo Borromæo adhibitus anno 1571. Mediolani præsens fuit translationi S. Barnabæ ab eodem S. Carolo factæ, teste Puccinello in Vita dicti S. Barnabæ apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 2. Junii die 11., ubi mendose dicitur *Jo: Antonius Fantini.* Franciscus vero Zava Cremonensis literas ad eum dedit to. 2. epist. lib. 8.; sed et anno 1572. Monachii in Bavaria apud illius urbis Ducem *conciones quadragesimales*, et paulo ante Florentiæ in Æde S. Laurentii habuisse invenitur: tandem an. 1582. m. Augusto Dertonæ, ubi Rector, Lector, et concionator erat, vitæ finem posuit.

Meditationes quasdam non minus doctas, quam utiles composuit, quæ prodierunt lingua vernacula Mediolani an. 1586. edit. 2., teste Franchino in Biblios. n. 169.

Conciones quadragesimales, aliasque varias, quibus adeo celebratus fuit, vel tempus, vel hominum incuria obliteravit.

Sermo ejus italice *de reditu S. Petri* ad Patres Concilii Tridentini habitus impressus est sub nomine *Jo: Antonii Claverii Faventini*; quare crediderim reipsa cognomine fuisse *Claverio* vulgo *Chiodarolo*, dictum vero *Braschinum*, vel quod esset nepos, aut affinis, vel etiam alumnus Philippi Braschi Faventini ejusdem Ordinis in Universitate Ferrariensi Metaphysices professoris an. 1557. vita functi 41. ætatis suæ anno; cujus summa cum laude meminit pluribus in locis Bartholomæus Riccius epist. vol. 2. lib. 4., et vol. 1. lib. 8., ac lib. 1., ubi et epitaphium struxit in ea ad Julium Magnanum Francisc. Gener. epistola, et quem non tacuit cit. Rodulphius lib. 2. fol. 268.

MMXVII. 1033.

JOANNES ANTONIUS DELPHINUS = de eo egit Waddingus etiam supra in *Antonio Delphino* Possevinum secutus. Hieronymus Magius in epist. libris *de mundi exustione, dieque judicii* præmissa hunc dicit *Theologiæ, et Philosophiæ disciplina præclarissimum*, uti et lib. 5. cap. 13. Etiam Carolus Sigonius in Vita *Onuphrii Zarabini* Canonici Regularis S. Salvatoris hujus Delphini discipuli, et suo tempore concionatoris celeberrimi Delphinum appellat *maximum Philosophum, et Theologum*; cujus autoritate utitur Thomas Elysius Ord. Præd. in suo *Piorum Clypeo.*

De potestate Ecclesiastica prodiit primum Venetiis an. 1549. in 8. ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bononiæ; et post etiam Coloniæ an. 1580. ex Indice Biblioth. Barber., et Possevino in Appar. sac.

De cultu Dei, et Sanctorum impress. Bononiæ anno. 1549. in 8. ex cit. Ind. Bonon., et Ferrar., qui duo libri cum alio de *Notis Ecclesiæ* Coloniæ itidem cum superiori impresso ex cit. Possevino constituunt tomum *de Ecclesia inter PP. Orthodoxos, atque Protestantes hæreticos* tribus libris distinctum.

De causis, et significationibus ignearum flammarum, putoris, et sonitus, quæ nunc efficiuntur, et apparent Cremonæ ad Sigismundum Picenardum Cremonensem Jurisprud. Stud. Bononiæ an. 1551. in 4. typis Anselmi Giaccarelli. Extat Bononiæ, Ferrariæ, ac Ravennæ in Bibliothecis S. Francisci. Eo tempore erat Bononiæ, apud suos, et in Collegio Hispanorum Regens, et Lector.

Oratio in Communibus Franciscanorum Comitiis Genuæ habita an. 1553., et Bononiæ impressa eodem anno 4. kal. Junii per eumdem in 4. incip. *Dicturo mihi hodie apud vos, clarissimi viri, de civitate hac vestra* etc., dicataque ab autore est *Aurelio Grimaldo sacrarum legum studioso* Bononiæ idibus Maji. Extat Ravennæ in Biblioth. S. Francisci.

De Matrimonio, et cælibatu libris 2. Camerini 1554. in fol. typis Antonii Giojosi.

Didactica methodus rerum Logicalium ad Hieronymum Saulium Genuen. Archiepisc. et Bononiæ Prolegatum. Bononiæ 1554. in 8. per Anselmum Giaccarellum ex Franchino, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.

Dialectica, seu *Opuscula Logicalia.* Ibidem in 8. an. 1555., quod Opus citat Mastrius Instit. Logicalium tract. 1. cap. 6. num. 24., et in quod lusit eleganter *Alexander Buletta* Florentinus ejusdem Instituti Regul. hendecasyllabis:

« Imo quod latuit diu profundo,
« Delphinus tulit huc: voca Simonem,
« Invita, manibus fove; sagenam
« Huc tende; et capies genus vel omne
« Piscium; fugiet nec ipse Protheus:

ut legimus in initio dictæ Dialecticæ.

De tractandis in Concilio Œcumenico epistola diffusa non *ad Julium III. Summum Pontificem* an. 1555. mortuum, ut ait Waddingus supra in *Antonio Delphino*, et Franchinus; sed ad *Rodulphum Pium Card. Carpensem* Ord. Protectorem an. 1560., cum in epistola ad eum data commemoret *Pium IV.* eo anno assumptum, vel coronatum, et Concilii Tridentini continuationem ab illo indictam, seque ab eodem ad illud evocatum. Romæ anno 1561. in 4. typis Alexii Laurentiani ex Ind. Biblioth. Barber., Bonon., et Ferrarien. S. Francisci, et iterum an. 1588. ex Joan a S. Antonio.

De cælestibus globis, et ipsorum motibus contra Philosophorum, et Astrologorum sententiam ad Camillum Palæottum Senatorem Bononien. impress. Bononiæ anno 1559. in 8. per Benaccios, et Rubeos ex Franchino, et Ind. Biblioth. Bononien. S. Franc. Citat hunc librum Fr. Antonius Castel Minorita Hispanus in 2. Senten. quæst. 12. n. 68.

De Nobilitate ad Fridericum Gonzagam impress. Bononiæ per Anton. Giaccarellum, et Peregrinum Bonardum in 8. absque anno; quod vidi Bononiæ in nostra S. Franc. Bibliotheca, memoratque Jeremias Buchius in Addit. ad Pisani Conform. S. Franc. Confor. VIII. *Horatius Civalla* Maceraten., de quo supra actum est, *Adnotationes* fecit ad hujus librum *de Nobilitate, et varia Marchiæ nomenclatura*, ediditque Perusii

Digitized by Google

rusii an. 1622. ex Ciatto apud Franchinum in Biblios. num. 239.

Commentaria in epistolam ad Hebræos impressa Romæ an. 1587. typis Bartholomæi Crassi in 4.

Commentaria in Evangelium S. Joannis. Ibidem eodem anno in 4. opera, et additionibus Card. Constantii Sarnani ex Franchino, et ipsomet Waddingo supra in *Antonio Delphino*, ac ex Ludovico Dupino sec. XVI.

De divina providentia libri tres. Ibidem an. 1588. in 4. ex Possevino in Appar. sac., et ipso Waddingo.

Expositio textus Aristotelis in libros Physicorum facta Patavii an. 1543. Extat ms. in fol. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci Min. Conv., ubi et ms. habetur ejus *Expositio libror. de Cœlo, et Mundo* a P. M. Sylvio Ferrarien. an. 1559. ejus discipulo dictata Ferrariæ.

Universa Peripateticorum Philosophia in locos communes redacta memoratur ab ipsomet in *Opusculo de cœlestibus globis*, seu in *epistola* ad Camillum Palæottum eidem Opusculo præfixa inquiens: *quod similiter in eo libro feci, in quo universam Peripateticorum Philosophiam in communes locos, quanto potui studio, redegi.* Forte pars est Operis *de locis Theologicis, et Peripateticis*, quod memoratur a Joan. a S. Anton, to. 3. in append.

Interfuit *Concilio Tridentino* non sub *Pio IV.*, ut ait Franchinus, sed sub *Paulo III.*, quemadmodum prodidit Franciscus Vicedominus in *epistola* an. 1548. libro *de Potestate Ecclesiastica* supramemorato præfixa: et an. 1547. suæ provinciæ Bononien. Præfecturam assumpsit; anno vero 1553. in Universitate Bononiensi Metaphysicam est interpretatus, ubi et decessit hoc *epitaphio* in Ecclesia sui Ordinis erecto decoratus:

« Jo: Anton. Delphino a Casali majori Metaph.
« hic in Cœnobio, tum in publica Bonon. Academia
« Professori, primo Provinciali, et in universa Divi
« Francisci familia Præfecto; qui vixit an. 56. m. 6.
« d. 10. Obiit 1560.

Obiit autem die 5. Septembris *crudeli febre oppressus cum incredibili omnium mœrore, et lacrymis; et die Sabbati honorifice sepultus est: cujus anima ad cœlos evolavit; sancte enim vixit, et sanctissime mortuus est*: ut ex Reges. Gen. Ordinis exscripsit cit. Franchinus in Biblios. n. 168., qui et habet, eum natum non *Rompeani* vico, ut ex Rodulphio Waddingus scripsit, sed Pomponiaci, vulgo *Pomponesco* oppido in agro Cremonensi, sed ditionis domus Gonzagæ Sablonetæ, Bozzolique Dominæ. De eo agunt Rodulphius cit. lib. 2. et 3., qui ejus effigiei pag. 323. hos subnectit versus:

Quis te docte sinat tacitum Delphine, tot inter
Præstantem Sophiæ, conspicuumque partes?

Alidosius in Doctor. Bonon. pag. 86., et Arisius in Cremona Liter. to. 2., ac Jo. a S. Anton.

De salutari omnium rerum, ac præsertim hominum Progressu Libri quinque prodierunt Camerini apud Antonium Gioiosum, non autem Guiossum, ut est apud Waddingum.

Opuscula *De Nobilitate* et *De varia Provinciæ Marchiæ Nomenclatura brevis ac dilucida Narratio*, castigata variisque additionibus per fratrem Horatium Civallum illustriora reddita, in lucem primum edita sunt Perusiæ apud Petrumpaulum Orlandum an. 1590 in 4.

Scripsit etiam: *De adventu Iesu Christi domini ac Dei nostri*, ad Hieronymum Saulium Genuæ archiepiscopum. Bononiæ Apud Peregrinum Bonardum die XXIII Mensis Novembris 1555, in 8; quod opusculum extat Romæ in bibliotheca Angelica.

1034.

JOANNES ANTONIUS FAVENTINUS = idem est ac *Joannes Antonius Braschinus*, de quo supra.

MMXVIII.

JOANNES ANTONIUS PATAVINUS sac. Theol. Magister, et Antonii Trombettæ celeberrimi Theologi discipulus, anno 1509. dicitur *Capellanus*, et *Auditor* Dominici Grimani Episcopi Albanen. Cardinalis S. Marci, Patriarchæ Aquilejen., et Ord. Min. Protectoris in 3. parte Firmamentorum 3. Ordin. f. 59. Edi curavit

Quæstiones Quolibetales Metaphysicæ Antonii Trombettæ sui magistri cum nonnullis *Tractatibus* ejusdem Trombettæ Venetiis an. 1493. in fol. typis Hieronymi Paganini, ut dictum est supra in *Antonio Trombetta.* Et an. 1500. unus fuit ex illis, qui *Constitutiones Alexandrinas* pro Ordine Minorum condiderant in Comitiis Interamnæ coactis, ut in fine dictarum Constitutionum habetur.

MMXIX.

IOANNES ANTONIUS RHODIUS patritius Scyllacensis in Calabria vir non minus genere, quam virtutibus clarus, suæque provinciæ Min. Conv. Præfectus, *Orator*, ac *Poeta* egregius florebat anno 1580., testimonio autoris synchroni Petri Rodulphii lib. 2. fol. 279. in Custodia Cutroni, scripsitque *nonnulla*, quæ ad nos non pervenerunt, vel adhuc certe latent.

MMXX.

JOANNES APERTE Hispanus prov. Aragoniæ Reg. Observ. Lector emeritus, ac Definitor scripsit hispano idiomate, et vulgavit

Relationem celebritatum pro electione R. P. Fr. Petri Manero in Viceommissarium familiæ Cismontanæ una cum duabus concionibus. Cæsaraugustæ an. 1649. in 4. typis Nosochomii Generalis S. Mariæ de Gratia. Hujus autoris sub tit. *quidam Franciscanus* meminit Petrus de Alva col. 1269. Militiæ, ut observavit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 123.

MMXXI.

JOANNES APOBOLYMÆUS (vox græca, quæ latine sonat *abjectitius*, seu contemtitius) natione Bavarus edidit

Antilutherana, seu *Confutationem centum locorum Lutheri.* Antuerpiæ anno 1528., teste Aub. Miræo in Scriptor. Eccles. sec. 16. n. 35., et apud Biblioth. Tellerianam fol. 105.

Alias dicitur etiam *Findeling* Stauronerius ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMXXII. 1035.

JOANNES AQUENSIS = Regul. Observ. provinciæ Coloniensis. Joan. a S. Anton. nihil addidit Waddingo.

MMXXIII.

JOANNES DE AQUIANO, vulgo *Evian* oppido Sabaudiæ ad lacum Lemanum sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis an. 1375. declaratus scripsit

Commentarium in 4. Sententiar. libros, ut elicitur ex autore synchrono Dionysio Cisterciensi in suo *Principio primi Senten.* Opusculo, quod extat in fine *Commentarii* ejusdem Dionysii in quatuor Senten. libros anno 1502. Parisiis evulgati; de quo et apud Bulæum in sec.

Digitized by Google

in sec. VI. Univers. Parisien. fit mentio: an autem alia scripserit, incompertum est mihi.

* JOANNES AQUILANUS Reg. Observ. Theologus, et concionator illustris, de quo agit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 123., est *Jo: a S. Demetrio*, de quo Waddingus infra.

MMXXIV.

JOANNES DE ARAGON Hispanus prov. S. Gregorii Discalceat. in Philippinis edidit

Concionem super votum solemne defensionis Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis a prædicta provincia factum. Manilæ an. 1643. in 4. una cum

Variis de Immaculata Conceptione Virginis; teste Joan. a S. Anton.

MMXXV.

JOANNES DE ARAUZ Hispanus prov. Compostell. Reg. Observ. alumnus, ac *Episcopus Guadicensis* elucubravit, teste Joan. a S. Anton.,

Conciones de S. P. Francisco, quas Salmanticæ legit Petrus de Alva;

Concionem de Annunciatione B. Virginis in sacrario Toletano, quæ typis prodiit cum aliis;

Concionem de S. Teresia in ejus Beatificatione habitam; quæ extat in libro de Solemnitatibus ejusdem impresso Matriti 1615. in 4.

Concio de Annunciatione B. Virginis impressa est Matriti an. 1617 in 4 cum opere Petri de Herrera: Descripcion de la Capilla de Nª Sª del Sagrario que erigió en la Iglesia de Toledo el... Cardenal D. B. de Sandoval y Rojas... y Relon de la Sta Imagen: con las fiestas de su traslacion.

MMXXVI. 1036.

JOANNES DE ARGAMANES = al. de Argumanes a nonnullis dictus *Speculator* Reg. Observ. suæ *provinciæ Vicarius* erat an. 1508. et 1509. ex literis Julii II. in *Monum. Ordin. Minor.* tract. 1., et Joan. Baptista Moles in *Memoriali* provinciæ S. Gabrielis Reformat., citaturque a Roderico in Quæst. Regular. et Canon. to. 2. q. 87. art. 5., et q. 94. art. 1., nec non to. 1. q. 17. art. 8.; et de eo etiam in Annal. Min., et a Rodulphio lib. 3., aliisque post eum, atque in Chronicis prov. S. Jacobi, et provin. Angelorum l. 10. cap. 9. Scripsit etiam

Reglas para rezar el Officio divin ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan.

Tractatus de valore Indulgentiarum prodiit Hispali an. 1539. per Jacobum Cromberger ex Joan. a S. Anton.

MMXXVII.

JOANNES AB ARMIS Bononien. Regul. Observ. alumnus, et Francisci Panigarolæ discipulus vir non minus religione, quam literis ornatus, inprimisque concionator egregius, et apud suos provincialis Ministri munere functus edidit hetrusco, et eleganti stylo

Orationem in funere Francisci Panigarolæ Astensis Episcopi præceptoris sui. Florentiæ anno 1595. in 4. typis Joan. Anton. Testæ ex Ind. Biblioth. Barber., Fontanino, et Biblioth. Ital. pag. 159.

Homilias Francisci Panigarolæ in Evangelia Dominicarum post Pentecosten usque ad Adventum Domini Romæ an. 1580. *habitas* recognovit, typisque publicavit Venetiis an. 1600. apud Jacobum Vincentium, et Ric. Amadinum in 8. ex Ind. Biblioth. Bononien., et Ferrarien. S. Francisci.

Meminit hujus viri Fr. Stephanus Mediolanensis ejusdem Instituti in epistola, quam anno 1609. præmisit editioni *Prædicatoris Panigarolæ*, seu *Paraphrasis in Demetrium*, asseritque Brixiæ mortem oppetiisse; Waddingus in *Francisco Panigarola* pag. 130.; Tisserius in Catalogo Autorum fol. 160., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMXXVIII.

JOANNES ARNALDI Gallus sac. Theol. Doctor, ecclesiastes, et Historiographus eximius ob raras animi dotes an. 1411. a Joanne XXIII. Episcopus Sarlatensis assumitur; quinquennioque post ex hac vita migravit Parisiis, ubi in magno Minoritarum Cœnobio sequens epitaphium a Gonzaga par. 1. de eo Cœnobio disserente relatum accepit:

« Hic jacet R. in Christo Pater, et Dominus « Fr. Joannes Arnaldi de provincia Turoniæ Conven- « tus Niorti quondam Episcopus Sarlatensis sac. Theo- « logiæ Doctor eximius, ac suis temporibus Historicus « præmaximus, Confessorque illustrissimi Principis « Joannis primi Ducis Bituriæ, qui obiit 1416. die « Maji sexta. »

Summa de Notis per Fr. Joannem Arnaldi extat ms. in Biblioth. S. Martini Turonen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1339. n. 166. An autem alia scripserit, et quænam ea sint, me sane latet.

1037.

JOANNES ASCULANUS = hic est *Hieronymus Asculanus*, de quo dictum est supra in *Hieronymo Piceno*, ostensumque, a pluribus ante Possevinum vocatum fuisse *Joannem*; Opera autem ipsa eumdem esse produnt.

MMXXIX.

JOANNES DE ATTIGNIACO Gallus provinciæ Franciæ vir doctus, et diversarum linguarum cognitione instructus una cum *Christophoro Cugnerio* ejusdem loci, et eruditionis viro, nonnullisque aliis Cœnobii Parisiensis *sacra Biblia* recognovit, et ad fidem textuum græci, hebraicique reduxit anno 1380., ut habet Waddingus in Annal. Minor. ad eum annum num. 28. In Inventario librorum Biblioth. sac. Conv. Asisien. an. 1381. m. Januario confecto habetur: *Correctura Bibliæ Parisiensis cum postibus, et cathena, cujus principium est: Literarum sacrarum latino interprete Beato Hieronymo in epist. ad Suniam, et Fretelam* etc.: *finis vero: et infra: Pars ejus de libro vitæ;* quod Opus nunc extat ms. pergam. in fol. in Archi. dicti Conventus, habeturque etiam Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 24. versus claustrum cod. 676., de quo dixi supra in *Joanne Egidio*; puto autem *Correcturam* istam huic esse verosimilius adscribendam.

MMXXX. 1038.

JOANNES AUGUSTINUS = *Casoni* cognomento Observ. Reform. a *Specie* in Ligustica ora oppido, vel portu, teste Raphaele Soprano de Scriptor. Liguriæ, qui hunc dicit *Regul. Observ.* alumnum non composuisse, sed characteribus ab eo in metallo formatis dedisse typis eos libros mss., qui quotidie a Religiosis viris adhibentur in Choro ad divina Officia peragenda, et ad hymnos, psalmosque canendos, titulo indito:

Hymni novi in novum cantum redacti tomis 2.

Diurnale pro divina Psalmodia.

Manuale

Digitized by Google

Manuale Choricanum ab utriusque sexus Choricistis concupitum. Genuæ anno 1649. in 8. typis Farroni. Joan. a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum.

MMXXXI.

JOANNES AUXITANUS Gallus edidit librum *de origine, et successione Comitatus Bononiensis ad mare* gallice, qui ms. extat Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 2434. tit.

Origine, et succession de la Comté de Boulogne par Fr. Jean d'Aucy Religieux Observantin de S. François, teste Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 960: sed quo tempore vixerit, mihi incompertum est. Forsan leg. *de Aux* al. *Auscis* urbe Aquitaniæ: est et *Auchi,* al. *Auxi,* latinis *Alciacum* castrum Marchionatus titulo insignitum in Artesia, ac finibus Picardiæ ex Baudrando edit. 1705., et Martinerio.

Apud Jac. Le Long, Biblioth. hist. de la France, ed. 2, t. III, p. 598 n. 38844 habetur hoc opus ms.:

Histoire des Ducs de Lorraine, sous le titre de Cronique, par Jean d'Aucy, Cordelier, Confesseur des Ducs François et Charles, in fol. Ex ultimis verbis colligitur auctorem vixisse Francisci I et Caroli II Lotharingiæ ducum tempore (1544-1608), vel Francisci II et Caroli III (1625-1634).

MMXXXII. 1039.

JOANNES AB AYLLON = de quo Didacus Cordubensis Chron. prov. XII. Apostol. lib. 6. cap. 7., edidit etiam

Historiam Dominæ nostræ de Aranzazu prosa. Limæ 1646. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 117., et Nicolao Antonio.

MMXXXIII. 1040.

JOANNES AB AYORA = J. V. D., factus Minorita in provincia Angelorum in Americam se transtulit, provinciæque Mechoacan majori Prælatura, ac duobus Episcopatibus recusatis, ad Philippinas Insulas cum aliis Missionariis se transtulit, ubi Manilen. Cœnobium Discalceat. prov. S. Gregorii rexit, et primus Apostolus fuit provinciarum Panai, Patigasimam, et Itocos, ubi sanctitatis nota obdormivit in Domino; cum scripsisset

Artem, et Dictionarium de illarum Insularum idiomatibus. Agit de eo Joan. a S. Anton. to. 2. ex Antonio de Llave, Marcello Ribadeneyra, Joan. Torquemada. Vivebat circa finem seculi XVI. An hic *Jo. Ainsa* Hispanus Reg. Observ.? qui edidit

Vitam V. P. Fr. Dominici Gallart an. 1595. defuncti, ut ex Chron. Anton. Dazæ refert Nicolaus Anton. to. 1., et ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.

Juxta Comitem *de la Viñaza* (Bibliografía Española de Lenguas indígenas de América, Madrid 1892, pag. 245) obiit Jo. ab Ayora die 3 Augusti an. 1581; quare cum auctore vitæ Fr. Dominici Gallart confundi nequit.

MMXXXIV. 1041.

JOANNES BALANIUS = *Ballainus* Apulus provinciæ S. Nicolai Min. Convent. sac. Theol. Doctore didit

Orationem in Incarnati Verbi Natale Panegyricam ad Matthæum Durellum Bergomen. sac. Theol. Doctorem eruditissimum ejusdem Ordinis. Venetiis anno 1566. in 4. per Cominum de Tridino ex Ind. Biblioth. Bonon. S. Francisci.

In Acta Apostolorum pneumata quædam perquam elegantissima juxta doctissimas Joannis Feri in eadem enarrationes: habentur in fine *Enarrationum Jo: Feri Minoritæ in Acta Apostolorum* edit. Venetæ 1568. in 8. typis Jacobi Picenini, et Joan. Mariæ Leni.

Quatuor Senten. libros S. Bonaventuræ castigacos, emendatosque, addito *quintuplici Indice* ad Felitem Card. Perettum. Venetiis an. 1573. tomis 4. in 8. typis Georgii Angelerii, quam editionem et Angelus Rocca an. 1580., et anno 1596. editores Romani secuti recuderunt.

Expositionem S. Bonaventuræ in lib. Sapientiæ, et Lamentat. Jeremiæ primus in lucem emisit Venetiis an. 1574. in 8. typis Francisci Salvioni.

Summam Theologicam Alexandri de Ales recognitam, et pene novo ordine indicibus pluribus, et annotationibus locupletatam vulgavit Venetiis anno 1576. tomis 4. in fol. per Franciscum de Franciscis Antonio Camillo Min. Conv. Generali dicatam.

Logicam, et Philosophiam Petri Tatareti Parisien. castigavit, dicatamque Joanni Pico Camertino Ord. Min. Conv. Apostolico Vicario emisit Venetiis anno 1571. in 8. apud HH. Melchioris Sessæ.

Breves castigationes in Compendium Theologiæ modo S. Bonaventuræ, et modo Alberto M. adjudicatum habentur ad calcem ejusdem *Compendii Theologici* editionis Venetæ 1578., et 1588., ubi apparet, quantum utraque lingua latina, et græca præstaret. De eo agit et Franchinus in Biblios. n. 184., et Jo: a S. Anton.

MMXXXV.

JOANNES BAPTISTA ABRINCENSIS Romæ in Biblioth. Vaticana amanuensis librorum græcorum, deinde in provincia Turoniæ Capuccinis adnumeratus, maximo charitatis zelo Apostolicis Missionibus se addixit; obiitque anno 1629. ex Boverio in Annal., autore Biblioth. Capuccin., et Joan. a S. Anton. Scripsit autem

Libros duos Controversiarum de SS. Eucharistiæ Sacramento, de Primatu Summi Pontificis, et aliis materiis ad fidem spectantibus; qui tamen ob immaturam autoris mortem remanserunt mss.

MMXXXVI.

JOANNES BAPTISTA ALEXIUS Bononiensis Conv. sac. Theol. Magister composuit

Vitam S. Antonii Patarini, quam citat P. Santes Burdegati Minorita in Vita ejusdem S. Antonii Patavini an. 1663. impressa, et P. M. Joseph Pasquetti Patavinus Convent. in libro *de Miraculis S. Antonii* ab anno 1666. ad 1686. patratis in monito ad Lectorem. Hujus autoris etiam Franchinus meminit in Biblios n. 248. de *Francisco Seggiario* disserens, cujus *Orationem de S. Antonio* tradit eum Bononiæ publicasse anno 1636. Opus typis cusum, cui hæc Oratio inserta est, ita refert:

Lodi del Glorioso S. Antonio da Padoa Corona prima, raccolte da Fra Gio. Battista Alessi da Bologna Min. Conventuale, capo della Congregazione de Suffragii eretta in S. Francesco di Bologna sotto la protezzione della gloriosa Vergine Incoronata, e di esso Santo. Bononiæ an. 1636. in 4. per Jacobum Monti; suntque *conciones* variorum autorum, et alia in laudem D. Antonii Patavini collecta, Antonioque Card. Barberino dicata.

MMXXXVII.

JOANNES BAPTISTA ANDEGAVENSIS primo Senator, postea Capuccinus provinciæ Turoniæ, concionator, ac Theologus, multa scripsit

De sacra Theologia, et ad alias sacras scientias spectantia, quæ immatura morte præventus limare, et typis

Digitized by Google

typis dare nequivit: servantur tamen in Cœnobio Pictavien. provinciæ Turoniæ, ubi obiit an. 1620. De eo multa tradit Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuc., autor Biblioth. eorumdem Capuccinor., et ex his Joan. a S. Anton.

MMXXXVIII.

JOANNES BAPTISTA A S. ANIANO provinciæ Turonensis Gallus Ordinis Capuccinorum Præfectus Missionum Palestinæ, Syriæ, et Maronitarum, moderator, et a sacris Confessionibus Monialium S. Claræ Maronitarum Montis Libani in Palestinæ, Syriæque finibus in arabicum idioma vertit anno 164...

Officium B. Mariæ Virginis, nonnullosque alios libros spirituales pro iisdem Monialibus S. Claræ, uti scripto tradidit M. Febure in *Speculo,* al. *Theatro Turciæ* cap. 30. art. 2. sect. 1. Scripsit etiam arabico idiomate

Dialogos de Religionis catholicæ mysteriis.

Catechisticas lectiones pro erudiendis infidelibus.

Meditationes varias spirituales pro Monialibus Maronitis Ordinis S. Claræ.

Regulam S. Claræ cum Expositione, et Annotationibus; ex autore Biblioth. Capuccinor., a quo Joannes a S. Anton. to. 2.: sed neuter ætatem, qua vixerit, prodidit.

MMXXXIX.

JOANNES BAPTISTA AQUILACIUS Italus Strict. Observ. elucubravit

Relationem, et arborem provinciæ VII. *Martyrum,* seu Calabriæ, quam penes se ms. habuisse dicit Petrus de Alva col. 723. Militiæ univ.; quem exscripsit Jo: a S. Anton. Quo tempore vixerit, non dicitur; et legendum puto *Squilatius*, idest *Scyllatius*, vel *Scyllatinus* ab urbe vulgo *Squillaci.*

MMXL.

JOANNES BAPTISTA BAZIN Gallus Baccalaureus Sorbonicus, ac Definitor provin. S. Bonaventuræ Regul. Observ. vernacule vulgavit

Memoriale provinciæ S. Bonaventuræ. Lugduni 1629. in 12., teste Jacobo Le Long in Biblioth. Histor. Franciæ lib. 2. §. 4., et Jo: a S. Anton.

Vitam S. Joannis a Capistrano etiam gallice 16... in 12. apud Benedictum Vignieu.

Opus a Sbaralea *Memoriale provinciæ S. Bonaventuræ* inscriptum a Jacobo Le Long ita refertur: *Quelques Remarques sur le grand couvent de Saint-Bonaventure de Lyon. Lyon, de la Roche, 1692, in 12.*

Vitæ S. Joannis a Capistrano, quæ ex Jo. a S. Antonio prodiit apud Benedictum Vignieu an. 1692, extat Parisiis in bibliotheca Nationali (ut ex eius catalogo, IX, col. 239) hæc editio: *Abrégé de la vie de saint Jean de Capistran et de saint Jean Paschal Baylon, ... composé par un docteur en théologie de la Faculté de Paris religieux du Grand' couvent des Cordeliers. Paris L. Guérin, 1693, in 8.* Juxta eundem catalogum ei debetur etiam

Praxis recollectionis annuæ, ad usum Fratrum Minorum de Observantia provinciarum Galliæ. Lugduni; et veneunt Parisiis, apud A. Dezallier, 1686, in 12; et iuxta Pérennes, Dictionn. de bibliographie cath., II, col. 269,

Eclaircissements sur la sainte messe, justifié par l'Ecriture, les conciles et les Pères. Paris, Delaroche, 1688, in 12. Eodem teste tertia pars huius operis prodiit Lugduni an. 1687 sub titulo: *La Grande Messe et la manière de l'entendre et d'y assister saintement selon l'esprit de Jésus-Christ et de l'Eglise.*

MMXLI.

JOANNES BAPTISTA BERARDI Lemniacensis in agro Veronensi Min. Conv. provinciæ S. Antonii sac. Theol. Magister, utraque lingua satis excultus, et bonarum literarum studiosissimus evulgavit

Carmina latina, et italica lib. 1. *ad V. C. Marcum Dandulum patritium Venetum.* Veronæ an. 1598. per Franciscum dalle Donne.

Orationem de præstantia humanarum literarum. Venetiis an. 1608. in 4. per Franciscum Rampazetum.

Orationes de temperantia, justitia, et fortitudine super Vitam D. Nicolai Episcopi. Ibidem an. 1610. in 4., ut est apud Franchinum in append. ad Bibliosoph. pag. 586.

* JOANNES BAPTISTA BERARDICELLI = V. *Joannes Baptista de Larino* infra.

* JOANNES BAPTISTA DE BOIS a Waddingo recensetur in indice *cognominum*; et in indice materiarum §. *Theologia Polemica* ait scripsisse *Epitomen Bellarmini:* sed iste *Ordinis Minimorum* fuit, non *Minorum*; ideoque illic abradendus est.

* JOANNES BAPTISTA CAMPANIENSIS = V. *Joannes Baptista Viscus* infra.

MMXLII. 1042.

JOANNES BAPTISTA CANOTUS = leg. *Cavotus*, cui an. 1596. die 4. Febr. ab Angelo Aversano Ministro Gen. facta est potestas prælo committendi *novem* ejus *Sermones* una cum *Quadragesimali Francisci Panigarolæ*, ut legitur in fine primæ partis dicti *Quadragesimalis* impressi Romæ anno 1596. typis Stephani Paolini ex Ind. etiam Biblioth. Bononien. S. Francisci.

Sermones in sex Sabbata quadragesimalia prodierunt Romæ 1596. una cum

Sermonibus tribus de Resurrectione Domini in 4. to. 2.

Lectiones 33. in cap. 1. *Job habitæ Romæ in Æde Aracœli ad populum* la tineprodierunt Romæ an. 1617. in 4. typis Spadæ apud Stephanum Paulinum, diciturque Theologus, et concionator Generalis prov. Romanæ. Extant ibidem in Biblioth. Conv. SS. XII. Apostolorum.

Lectiones in cap. 1. *epist. S. Jacobi.* Ibid. anno 1629. in 4.

De hoc viro agunt Toppius, Le Long, Dupinus, et Jo: a S. Anton.

MMXLIII.

JOANNES BAPTISTA CANTONUS Mediolanensis Ordinis Capuccinorum clarus concionator, et Theologus edidit

Declarationem omnium mysteriorum Missæ. Mediolani 1642., teste autore Biblioth. Capuccin., qui et Franciscanam citat Biblioth., et Waddingum, cum tamen de hoc nullum in Catalogo scriptorum verbum faciat Waddingus.

MMXLIV.

JOANNES BAPTISTA CARAMBA Catanensis provinciæ Siciliæ *Tertii Ordinis Claustralis* S. Francisci Theologus, concionatorque eximius, et vir eruditissimus cum esset, ad plures annos extitit Lector Monachorum Cassinensium S. Nicolai de Arena Catanæ, reliquitque post se

Volumen super sacram Scripturam, quod ms. asservatur in Bibliotheca eorumdem Monachorum, teste Francisco Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38., qui et cap. 25. num. 16. eum a memoria præ ceteris summopere laudat, refertque Joannis Baptistæ Grossi J. U. D. maximum de eo encomium in Catanensi Decachordo

Digitized by Google

cachordo tomo 1. chor. 2. mod. 8. excur. 4. hujuscemodi: *omnium disciplinarum apicem doctissimi cujusque judicio consecutus, Theologus ipso etiam Senatus nostri judicio eximius: verbi Dei præco dissertissimus; scriptor vero sive latina, sive hebraica lingua elegantissimus, ac succi plenus; in patria Academia sac. Theologiæ semel, et iterum publice professus, mirabilem, quam de ingenio ipsius, et doctrina opinionem Roma ipsa ingeniorum asylum conceperat, mirabilius superavit anno* 1628. *mense Junio, quando de singulis quibusque scientiis Geometria, Astrologia, Astronomia, sacra Scriptura, Theologia, omni Philosophia, ac Medicina problematice, et in utramque partem ad tres continuos dies pro Generalibus Ordinis sui Comitiis campum subiit solus: et iterum an.* 1638. *idipsum iniens certamen sacram Scripturam omnem agitavit ipse dux, ipse miles nullo alio auspice, quam doctrina et ingenii excellentia. Ejus item ingenii vim, candoremque Opera, quæ composuit, brevi publici juris fienda demonstrant.* Obiit an. 1645. in prædicto Monasterio S. Nicolai de Arena ex Mongitore in Biblioth. Sicula, et Jo: a S. Anton.

MMXLV. 1043.

JOANNES BAPTISTA CHIODINUS = a Monte Milone diœcesis Maceratensis pluribus sui Ordinis rectis Gymnasiis factus est contra hæreticam pravitatem Belluni, Cenetæque Inquisitor, quo munere abdicato, se in Cœnobium Tuscanellæ in Hetruria transtulit, vivendique finem fecit Gradulis diœcesis Montisflasconis in Cœnobio jam an. 1652. suppresso ex Theulo in Appar. Minor. lib. 3. cap. 8., cum edidisset etiam

De nobilitate Domus Burghesiæ versu latino, vulgarique ex Theulo in Triumpho Seraph.

De praxi Musicæ compositionis, quam vulgo *Contrapunto* vocant; vel *Artem practicam Musices* italico idiomate, quam citat Tevus in *Textore Musico* par. 2. cap. 8., et par. 3. cap. 18.

In Libros Aristotelis de anima ex Franchino in Bibliosophia num. 173., et cit. Theulo. Cum autem esset Venetiis Lector apud Sanctum Nicolaum, typis dedit

Speculum, et declarationem ad praxim 4. librorum Rhetoricæ, et Poeticæ Aristotelis etc. Venetiis an. 1613 in 8. apud Fratres Dei.

Disputationes 50. de Nobilitate civili, et salutis ad aures Philosophorum, et Theologorum cum *Odis* in laudem Familiæ Perettæ. Ibid. an. 1614.

Praxim sphæricam tribus libris dispositam cum quæstionibus ad sententiam Scoti ad libros Metheororum Aristotelis. Ibidem an. 1615. Extat in nostra Asisiati Bibliotheca.

Pupillæ Philosophiæ Aristotelis Metheororum, et parvorum naturalium cum lucidissimis quæstionibus ad sententiam Scoti libros decem Principi Sulmonen. D. Marco Antonio Burghesio Pauli V. nepoti dicat. Ibidem typis Ambrosii Dei anno 1617. Extat Ravennæ in nostra S. Francisci Bibliotheca.

Lumen doctrinæ Scoti: in quo de specie intelligibili, de formalitatibus, modis intrinsecis, primis, secundisque intentionibus, ideis divinis etc. agitur. Ibidem 1617. iisdemque typis; ibique autor alia *Opera* pollicetur. Augustinus Superbus, qui eo tempore scribebat, in suo ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. fol. 89. addit scripsisse etiam

Super Logicam, et super Regulas Grammaticales.

** *Thalamus rationalis disputationum Grammaticæ, Orthographiæ, Prosodiæ, Rhetoricæ, epistolarum, tragediarum, et comœdiarum.* Venetiis an. 1619. typis Petri de Farris in 8. **

Opus *La Nobilta Burghesia Romana Cantata et Descritta in Versi et Prose in Latino, et in Volgare Idioma*, quatuor libris comprehensum, prodiit in 4 pars Maceratæ ex typographia Martelliniana per Gregorium Arnazzinum an. 1619, pars vero Venetiis apud Antonium Turrinum an. 1620.

Ars practica Musices ex Tevo, op. cit. par. 3. cap. 18, videtur latine et italice conscripta; iuxta Corn. a Beughem (Bibliogr. mathem., Amstelod. 1688, p. 315) in germanicam linguam traducta impressa est cum aliis musicis operibus Francofurti an. 1652 in 4.

MMXLVI. 1044.

JOANNES BAPTISTA DE COLLE VETERI = Ordin. Capuccin. provinciæ Romanæ, de quo Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin.; Act. SS. Collectores Bollandii to. 4. Maji die 18. post *Vitam S. Felicis Capuccini* referunt

Miracula alia ex ms. *Collectione Fr. Joannis Baptistæ de Colleveteri*, et aliis mss. Cœnobii Romani. Joan. a S. Antonio exscribit Waddingum.

MMXLVII.

JOANNES BAPTISTA CRISTADORUS Panormitanus Min. Conv. Theologus, et ecclesiastes haud vulgaris, Messanense, Melitense, Panormitanumque sui Ordinis Gymnasia rexit, humanioribusque literis deditus cum esset, edidit italico idiomate

Orationem funebrem in obitu Vincentii Giancardi Panormitani Ord. Prædic. Siciliæ provinciæ Moderatoris ab autore tunc Panormitano Regente habitam die 12. *Decembris* 1631., impress. Panormi an. 1632. in 4. typis Decii Cyrilli cura Fr. Hieronymi Cristadori ejus fratris germani Ordinis Prædic., extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Orationem funebrem in exequiis Serenissimæ D. Catharinæ Emmanuelæ de Sabaudia. Ibidem an. 1641. in 4. apud Alphonsum de Isola.

Relationem solemnis festivitatis Immaculatæ Conceptionis V. M. in Panormitana S. Francisci Min. Conv. Æde celebratæ. Ibidem impres. an. 1643. ex Franchino.

Triumphum Immaculatæ Conceptionis una cum diademate XII. *Stellarum, ac* XII. *privilegiis Virginis* in altera celebritate Panormi facta an. 1644. Ibidem anno 1644. apud eumdem Alphonsum de Isola.

Humilem exaltatum, seu *Vitam B. Gherardi Valentini ad Horatium Giancardum a Consiliis Regiis.* Ibidem an. 1644. in 4. ex Franchino in Biblios. num. 174. Opus est in 7. libros partitum, et cusum per Alphonsum de Isola; cujus meminit autor synchronus Philippus Cagliola in provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 4. manif. 2. pag. 146., dicitque *eleganter* scriptum.

Orationum funebrium tomum 1. ex eodem Franchino, et Philippo Cagliola explor. 3. manifest. 2. p. 95., et 98., ubi et prodit eo tempore rerum fidei in Sicilia *Qualificatorem* extitisse.

Breve Compendium totius sac. Theologiæ Subtilis Scoti. ms.

Conciones annuas, quadragesimales, et panegyricas italice mss. reliquit morte præreptus, quæ contigit an. 1651. ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Antonio.

MMXLVIII. 1045.

JOANNES BAPTISTA CULLA = Regul. Observ. citatur a Francisco Saguntino in sua *Regulæ Min.* Expositione an. 1613. vulgata cap. 2. tex. 1. §. 2., et cap. 3. tex. 4. §. 2., et videtur scripsisse hispanice. Edidit etiam

Expositionem

Digitized by Google

Expositionem secundæ Regulæ Clarissarum hispano idiomate. Extat ms. in 8. in Archivo Hispalen. Conventus S. Antonii, teste Joan. a S. Anton.

MMXLIX.

JOANNES BAPTISTA DESVOIS Gallus, composuit

Epitomen disputationum de controversiis Christianæ fidei Roberti Bellarmini. Parisiis an. 1603, in 4., teste Petro de Alva col. 725. Militiæ, Lequile in Catalogo scriptor., ex his Joan. a S. Anton.

** Sed forsan hic est *Jo: Baptista de Bois Ord.* Minimorum, de quo supra. **

MML.

JOANNES BAPTISTA ESTENSIS, al. Atestinus, antea *Alphonsus III.* Dux Mutinæ Cæsaris Estensis, et Virginiæ Mediceæ filius, defuncta Isabella Sabaudiæ ejus uxore, an. 1629. ætatis suæ 38. dimisso principatu, terrenisque contemptis Capuccinorum habitum suscepit in Tirolensi provincia, scripsitque

Epistolas spirituales miræ devotionis; nec non

Fasciculum spiritualium orationum, teste autore Biblioth. Capuccinorum, qui addit eum insignis probitatis fama clarum piissime obiisse an. 1644. die 24. Maji ætatis suæ 53. in Castri novi Cœnobio a se erecto.; cujus Vita prodiit Romæ an. 1646. in 4. De eo et Joan. a S. Anton.

MMLI.

JOANNES BAPTISTA EUGENII patritius Reatinus Regul. Observ. an. circiter 1514., vel paulo post composuit

Vitam B. Thomæ Florentini, al. Liranen. a Scarlino nuncupati an. 1447. vita functi, ut ex Annal. Waddingi scribit Benedictus Mazzara in Legendario Franciscano ad diem 31. Octobr. Waddingus ad an. 1447. n. 38. vocat *Joannem Baptistam Eusebii.*

MMLII. 1046.

JOANNES BAPTISTA Fernandez = de quo et Nicolaus Antonius, et Joan. a S. Anton.

** De hoc agit iterum Waddingus supra v. *Baptista Fernandez.* **

MMLIII.

JOANNES BAPTISTA FEYO Lusitanus Regul. Observ. condidit lusitane

Kalendarium perpetuum cum solutionibus dubiorum ad divinum Officium attinentibus. Ulyssipone 1588. in 8. typis Antonii Ribeyro.

Kalendarium perpetuum cum XXXVI. *Tabulis* latine. Ibidem ex to. 5. Chron. provinciæ Portugalliæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2.; laudatur etiam ab Antonio Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

MMLIV. 1047.

JOANNES BAPTISTA FLORENTINUS = de quo Terrinca, et Joan. a S. Anton.

MMLV.

JOANNES BAPTISTA GARCIA ex Castella Reg. Obersv. e latino hispane vertit

Compendium Decretorum sac. Congregationis Rituum ad Missæ sacrificium attinentium a Bartholomæo Gavanto conscriptum. Matriti 1649. in 8. ex Regia Officina: de quo Joan. a S. Anton.

MMLVI. 1048.

JOANNES BAPTISTA GRIMALDUS =

Psaltes Parthenicus singulis anni diebus extat in Archivo Curiæ Aracælitanæ, teste Petro de Alva col. 726. Militiæ Univ., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMLVII.

JOANNES BAPTISTA HISPANUS Regul. Observ., in America Guardianus Tlasiluci

Libri Turibii Motolitæ Minoritæ de vita, et morte trium Juvenum urbis Tlascalæ ex primariis civibus, quorum nomina sunt Christophorus, Antonius, et Joannes, qui pro Christi fide passi sunt, ex hispanico in mexicanum idioma transtulit, vulgavitque Tlasiluci an. 1601. in 8. per Didacum Lopez Davalos, teste Antonio Leone in Biblioth. Hispan., et Occident. Habet hunc scriptorem Waddingus in indice *nominum.*

Libri Turibii Motolinii *de vita et morte trium iuvenum urbis Tlascalæ* etc. versio mexicana debetur Joanni Baptistæ Mexicano, de quo infra.

MMLVIII. 1049.

JOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS = de quo legenda Biblioth. Scriptor. Capuccin.

MMLIX.

JOANNES BAPTISTA JALUNA Minæus provinciæ Siculæ, Custodiæque Syracusanæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, Astrologusque magni nominis edidit

Introductionem, regulas, tractatumque artis Astrologicæ, teste Philippo Cagliola in Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manifest. 4. pag. 131. de loco Minæi perstante ab anno 1454. verba faciente, qui citat Rocchum Pyrrhum in Not. Syracus. fol. 260. De hoc et Mongitor in Biblioth. Sicula to. 1., et ex eo Joan. a S. Antonio.

MMLX. 1050.

JOANNES BAPTISTA DE LAGUNAS = edidit

Artem addiscendi linguam tarascam, et doctrinam christianam ex Torquemada, Nicolao Antonio, Antonio de Leone, et Joan. a S. Anton.

MMLXI. 1051.

JOANNES BAPTISTA DE LARINO = *Berardicelli* cognomento Apulus provinciæ S. Angeli, sac. Theolog. Magister, et suæ provinciæ, nec non provinciæ S. Nicolai Minister, inde Ordinis Socius, et mox Vicarius Generalis an. 1632., tandem ejusdem Ordinis supremam Præfecturam ab anno 1635. ad 1647. tenuit; de quo agitur in Vita B. Joseph a Cupertino Dominici Bernini cap. 7. pag. 98. primæ editionis: ejus

Variæ epistolæ pastorales leguntur cusæ pluries, et diversis in locis, ut Bononiæ, et Venetiis an. 1632 typis Juliani etc.

Manuale Minor. Conventualium. Venetiis 1633. in 8., et Neapoli 1639. in 12. typis Vid. Lazari Scorigii, et alibi ex Franchino in Biblios. n. 171.; de quo et Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 126., et 130.

Opusculum *Manuale de Frati Minori Conventuali nel quale con molta facilità, e brevità s'ammaestrano i Frati dell'Ordine, e specialmente i giovani, et i Novitij di quanto si richiede al loro instituto religioso, spirituale e morale* prodiit etiam Perusiæ ex typographia episcopali apud Angelum Bartoli an. 1637 in 16.

MMLXII.

Digitized by Google

MMLXII. 1052.

JOANNES BAPTISTA DE MADRIGAL = Strict. Observ. Hispanus Discalc., edidit

Tractatum mysteriorum Missæ. Conchæ anno 1600. in 8.

Introductio spiritualis, et animæ thesaurus impress. Matriti an. 1603. a Petro de Madrigal *octo Tractatus* complectitur, in quorum primo agitur *de Confessione Pœnitentium:* in 2. *de Confessione Confessariorum:* in 3. *de excellentia SS. Sacramenti:* in 4. *de mysteriis Missæ:* in 5. *de meditationibus passionis Christi, et utilitate ac modo talis meditationis:* in 6. *de attinentibus ad perfectionem Christiani:* in 7. *de amore Dei:* et in 8. *de assumentibus nomen Dei in vanum.*

Obiit anno circiter 1600. Matriti in Conventu S Bernardini sepultus, de quo Arturus in Martyrol. Franciscano ad diem 24. Junii in addit., Tiburtius Navarro de fructibus posthumis S. Petri de Alcantara cap. 2., et Joannes a S. Antonio in utraque Bibliotheca agunt.

Discursuum prædicabilium, qui, ut *Homiliarium Evangelicum,* sunt hispanice conscripti, anno 1606 prodiit Matriti per Michaelem Serranum de Vargas tomus primus sub titulo: *Discursos predicables de las Dominicas de Adviento y Fiestas de Santos, hasta la quaresma.* Discursus ad reliquam anni partem pertinentes, et iam, ut patet ex approbatione fratris Gregorii Ruyz huic primo tomo præmissa, ad impressionem parati, nescio an unquam prodierint. Epistola nuncupatoria primi tomi est ipsius auctoris et data die 4 Octobris anni 1605; quare falsum est eum obiisse circa annum 1600.

MMLXIII.

JOANNES BAPTISTA MANILENSIS provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis Discalceat. Minister congregatis universæ provinciæ Vocalibus an. 1622. die 15. Julii juramentum, ac votum emisit propugnandi Immaculatam Deiparæ Conceptionem, et

Statuta pro regimine ejusdem provinciæ condidit, ediditque Manilæ an. 1623. in 4. ex Ant. de la Llave in Chron. præfatæ provinciæ trien. 14. cap. 1., et Joan a S. Anton.

MMLXIV.

JOANNES BAPTISTA A S. MARCELLO Romanæ provin. Reformatæ Custos, et sac. Theol. Professor vernacule confecit Opusculum tit.

Septem flammæ amoris cœlestis. Romæ 1645. in 16. per Franciscum Cavalli: et

Novendiale pro Natali Dominico. Ibidem ex Lantuscæ Relatione prædictæ provinciæ apud Joan. a S.Anton.

MMLXV.

JOANNES BAPTISTA A MATELICA provinciæ Piceni Regul. Observ. composuit italico sermone Opus asceticum

De anima contemplante divinam omnipotentiam in mundi creatione impress. an. 1648. ex *Relatione* dictæ provinciæ ms. in Archivo Ordinis Matriti asservata, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMLXVI. 1053.

JOANNES BAPTISTA MESTRIUS =

MMLXVII. 1054.

JOANNES BAPTISTA MEXICANUS =

Eruditæ admonitiones, sive advertentiæ etc. prodierunt latino, et hispano idiomate Mexici 1599., et 1601. typis Ludovici Ocharte.

Confessionarium, sive *Summa casuum, cum præparatione ad Eucharistiam.* Præterea ejus etiam sunt

Libellus parvus de Indulgentiis Regularibus concessis impress. Tlatilulci typis Didaci Lopezii de Avalos.

Catechismus hispano, et mexicano idiomate. Ibid.

Tractatus de contemptu mundi cum hieroglyficis, et imaginibus ad detestationem culpæ. Ibidem. Forte est liber 3. Ludovici Rodriguez ab eo suppletus 20. capitibus, de quo infra.

Speculum spirituale. Ibidem.

Mors trium puerorum Ascalensium pro fide occisorum. Ibidem.

Doctrina Christiana per singulos dies hebdomadæ divisa cum Orationibus SS. Trinitatis. Ibidem.

Libellus de sermonibus a parentibus filiis, et filiabus faciendis. Ibidem anno 1601. in 8.

Vita, et Miracula S. Antonii Patavini. Ibidem.

Tractatus de miseria, et vitæ humanæ brevitate. Ibidem, et Mexici an. 1604. in 8.

Dictionarium Ecclesiasticum mexicano idiomate juxta prologum supradicti Operis *Eruditæ Admonitiones* etc.

Expositio Decalogi idiomate eodem mexicano ex prædicto prologo.

Sermones 26. *super Epistolas, et Dominicas Adventus* valde utiles, et eruditissimi una cum duobus *de Conceptione,* et *duobus de S. Andrea Apostolo.* Mexici anno 1606. in 4. Agunt de hoc viro Torquemada, Antonius de Leon in Bibliotheca Indica, Petrus de Alva col. 729. Militiæ, Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., et tandem Joan. a S. Anton.

Advertencias para los Confessores de los Naturales; mexicano et hispano idiomate, et duabus partibus in 8, quarum prima prodiit *en Mexico en el Convento de Sanctiago Tlatilulco por M. Ocharte año 1600,* alteram (ut in fine habetur) excudebat Ludovicus Ocharte Figueroa Mexici in Regio Collegio sanctæ Crucis sancti Jacobi de Tlatilulco anno Domini 1601. Opus *Eruditæ admonitiones, sive advertentiæ* etc., sub eo saltem titulo, quo a Waddingo, a nullo recentiori bibliographo indicatur.

Confessionario en lengua Mexicana y Castellana. Con muchas advertencias muy necessarias para los Confessores. En Sanctiago Tlatilulco por Melchior Ocharte. Año de 1599, in 8. Videtur iterum prodiisse addita *præparatione ad eucharistiam.*

La Vida y Muerte de tres niños de Tlaxcalla, que murieron por la confesion de la Fe: segun que la escribió en romance el P. Fr. Toribio Motolinia... traducida en lengua mexicana. En Mexico por Diego Lopez Daualos, 1601, in 8. Ms. originale extat Mexici in Museo Nationali.

Libellus de sermonibus etc. idem est ac liber: *Huehuetlahtolli que contiene las pláticas que los padres y madres hicieron á sus hijos y á sus hijas,* etc. Hæ instructiones morales sunt opus veterum oratorum mexicanorum, quas iuxta textum originalem Joannes Baptista recognovit et edidit.

Vida y milagros del bien auenturado Sanct Antonio de Padua... en lengua Mexicana. Impressa est Mexici in domo Didaci Lopez Davalos an. 1605, in-8.

Sermonario en lengua Mexicana. Primera parte. En casa de Diego Lopez Daualos, y a su costa Año 1606, in-4. In prologo ipse auctor pleraque sua opera indicat, quorum quædam deperdita iam videntur.

Natus est Joannes Baptista an. 1555; S. Francisci habitum Mexici in magno conventu indutus per plures annos theologiam docuit, fuitque variorum conventuum guardianus et provinciæ S. Evangelii definitor. Quo anno obierit incertum est, sed an. 1613 iam e vivis excesserat. De eo consulendi: Beristain de Souza J. M., Biblioteca Hispano-Americana Septentrional, Mexico 1816-21 vel Amecameca 1883, t. 1; Fr. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia geogr. stor. etnogr. Sanfrancescana, Prato 1879, n. 66; Comte de la Viñaza, Bibliografía Espanola de Lenguas indígenas de América, Madrid 1892: præcipue

Digitized by Google

cipue vero J. Garcia Icazbalceta, Bibliografía Mexicana del siglo XVI. Primera parte. México 1886, pp. 349-365.

MMLXVIII. 1055.

JOANNES BAPTISTA MOLES = cujus

Memoriale excusum Matriti 1592. per Petrum de Madrigal, et postea additionibus auctum extat in Archivo suæ provinciæ. Italice vero factum a Baretio Baretii Cremonensi legitur in 4. parte Chron. S. Francisci edita Venetiis anno 1608. lib. 1. a cap. 1. usque ad 12.

Pars 2. Memorialis historici suæ provinciæ; ms. asservatur in Arch. illius provinciæ.

Epitomes Historiæ Seraphicæ etc. ms. in 4. extat in Biblioth. Pinciana Regul. Observ.

Tractatus de spiritu prophetico S. Francisci prodiit typis Petri Madrigal.

Genealogica, Historica familiæ de Molis ad suorum consanguineorum efflagitatum, quæ ms. extat in Biblioth. Conventus Camiensis suæ provinciæ ex Jo: a S. Anton.

MMLXIX. 1056.

JOANNES BAPTISTA DE MONZA = al. Modœtia, scripsit italico idiomate ex Joanne a S. Anton.

MMLXX.

JOANNES BAPTISTA PAX Bergomensis Strict Observ. ihstitutum an. 1608. amplexus, concionibus verbique Dei prædicationi operam impendit, et cantum planum egregie, si quis unquam, ac excellenter calluit, et sui Ordinis Cœnobia plura moderatus est. scripsit etiam

Compendium Vitæ B. Joannis Capistranensis italico sermone, quod vulgavit Bergomi an. 1622. typis Valerii Venturæ; et

Apologiam pro Religione Reformata S. Francisci contra quosdam illi detrahentes.

Obiit in patria an. 1630. pestilentiæ morbo sublatus die 26. Julii ex Scæna Liter. Bergom. Donati Calvi par. 1.

MMLXXI. 1057.

JOANNES BAPTISTA DE PERUSIO = cognomine *Tramontanus*, de quo in Biblioth. Scriptor. Capuccinor. Dionysius Genuen. v. *Jo: Baptista Tramontanus*, edidit etiam

Visionem habitam in translatione Reliquiarum SS. Herculani Martyris, Petri Abbatis, et Brevinatis Confessoris facta Perusii die 17. Maji an. 1609. carmine hetrusco ibid. impress. an. 1610.

Carminum sacrorum, ac moralium hetrusca lingua to. 1. Romæ an. 1625.

Sacram cathenam hetrusco carmine. Venetiis apud Jacobum Sarsinam in 12. absque anno editionis, teste Petro de Alva col. 730. Militiæ. De eo Jacobillus, Leo Allatius de Apibus Urbanis, et Jo: a S. Anton.

Vita B. Felicis de Cantalicio, quæ iuxta Dionysium Genuensem et Bernardum a Bononia prodiit italice Romæ an. 1626, gallice vero Lugduni an. 1628, habetur latine, saltem ex parte, in Actis Sanctorum, Mali t. IV, pp. 234-240.

Opus a Sbaralea *Sacra Cathena* dictum iuxta J. B. Vermiglioli, Biografia degli Scrittori Perugini, etc., t. II (Perugia 1829), p. 169, titulum habet *La Sacra cetra*. Eodem teste scripsit etiam poema

Le bende ovvero il Maurizio. Venezia, 1629, per il Sarsina; et

Augurato Trionfo della Terra Santa dalli tre famosi Poeti Epici Ariosto, Tasso, e Bracciolini; ms.

* JOANNES BAPTISTA PETRUCCIUS, quem hoc loco Jo: a S. Anton. interponit ex Anton. Terrincano, neque Senensis fuit, neque Minorita, sed Theanensis patria, et nulli Regularium instituto adscriptus, germanus quidem frater *Jacobi Petrucci* Minoritæ, de quo supra, ut videre est apud Waddingum ipsum, qui hujus Archiepiscopi Opus Poeticum typis dedit, et Ughellum Ital. sac. to. 9., Toppium, aliosque.

MMLXXII.

JOANNES BAPTISTA PROVENZANUS Drepanensis provinciæ Siciliæ *Tertii Ordinis Claustralis*, Theologus, bisque Minister Generalis sui Ordinis, morum gravitate, et vitæ sanctimonia clarus Romæ defunctus est die 10. Aprilis anno 1614. apud Ædem SS. Cosmæ, et Damiani humatus cum *epitaphio* supra in *Joanne Antonio Brando* relato, cum edidisset italice

Constitutiones generales ad usum suorum Fratrum. Romæ an. 1602. in 4. typis Cameræ Apostol. Opus forsan idem cum *Statutis* editis Regii an. 1601. in 4., ut notavit Joan. a S. Anton.

Mira J. M., Bibliografia Siciliana, vol. II (Palermo 1834), p. 253, hunc librum notat

Costitutioni generali romane dei frati del terz'ordine di S. Francesco regolari osservanti, fatti (sic) *nell'anno 1606. in 4. Roma presso la stamperia camerale, 1607.*

MMLXXIII.

JOANNES BAPTISTA A ROCCA Sabaudus Capuccinorum Ordinis VIR pius, et a sacris Confessionibus Joannis Francisci de Sales Episcopi Chalcedonensis, et Coadjutoris *S. Francisci de Sales* ejus fratris germani Episcopi Gebennen., scripsit

Vitam ejusdem Joannis Francisci Salesii Episcopi Chalcedonen. anno 1635. *die* 8. *Junii defuncti*: sed morte præventus edere nequivit, quemadmodum testatur Petrus Hyacinthus Galitia in Vita S. Francisci de Sales lib. 4. cap. 6.

MMLXXIV. 1058.

JOANNES BAPTISTA SANCHEZ =

Patronatum Marchionum de Cañete scripsit hispano sermone.

MMLXXV.

JOANNES BAPTISTA TAURINENSIS in Subalpinis Reg. Observ. alumnus scripsit

Vitam B. Francisci Beccariæ Ticinensis ejusdem Instituti, qui an. 1454. vivere desiit, ut refert Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemontanor.; sed quando scripserit, nequaquam edisserit; nisi sit illa, quæ legitur par. 3. Chron. S. Francisci lib. 3. cap. 41. usque ad 57., ex Speculo tamen, et Mariano Florentino. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

* JOANNES BAPTISTA TRAMONTANUS = Vide supra *Joannes Baptista Perusinus.*

1059.

JOANNES BAPTISTA TRIESTIUS = de quo supra actum est in *Eugenio Triestio.*

MMLXXVI. 1060.

JOANNES BAPTISTA DE VINONES = Strict. Observ. patria Hispalensis, professione Laicus, de quo Nicolaus Anton., Chron. prov. Angelor., et Joan. a S. Anton.

MMLXXVII.

Digitized by Google

MMLXXVII.

JOANNES BAPTISTA VISCUS a *Campanea* citerioris Principatus urbe sub Salernitana Metropoli Strict. Observ. Institutum secutus ita moribus, doctrina, virtuteque profecit, ut et summam totius Ordinis Minor. Observ., et Reformat. Præfecturam an. 1633. sit adeptus; et postmodum Episcopus Dertusensis in Catalaunia an. 1640. declaratus fuerit, demumque ad Puteolanam in Campania Ecclesiam translatus an. 1653., ubi decennio expleto, ex hac vita migravit: cum autem privatus adhuc Matriti degeret, hortatu *Margaritæ Austriacæ* Maximiliani II. Imper. filiæ, et Philippi IV. Hispaniarum Regis amitæ Ordinis S. Claræ et *Margaritæ a Cruce* nuncupatæ fecit

Tractatum pro Immaculata B. Virginis Conceptione asserenda, ultimaque hujus opinionis decisione: pro qua re et *Commissarius* in urbe Roma constitutus dicurit ab Ughello to. 6. Ital. sac. in Puteolanis Episc. num. LVII. Venetæ editionis. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 27. ait: *Tractatum de Immaculata Conceptione* non complevisse testimonio Marracii in append. ad suam Biblioth. Marianam. Edidit etiam

Epistolam ad Ordinem suum pietate, et doctrina refertam; et

Methodum, qua rigorem Regulæ in omnibus Provinciis, institutis exercitiorum spiritualium singularibus studiis, ad prima principia reducere optabat, ex Joan. a S. Anton., quam Petrus Marchant penes se habere confitetur.

Campaniensem nostrum citat Joseph Lealis Veronensis ejusdem Instituti in suis *Pædiis Theologicis* pædia 7. disp. 3. n. 35., agitque de eo etiam Gubernatis to. 1. Orbis Seraphici lib. 3. §. 64.

MMLXXVIII. 1061.

JOANNES BAPTISTA UNGARESIUS = de quo et Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont., et Joan. a S. Anton.

MMLXXIX.

JOANNES BARCO Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. Lector emeritus Complutensis, cujus uti censoris *Concionum Didaci de Vega* meminit Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. concionat. cap. 91., unde lucet, quo tempore vivebat. Celebris ecclesiastes fuit; scripsitque

Concionum, multipliciumque consiliorum tomos 2. in fol., qui mss. asservantur in Biblioth. Dominæ nostræ de Saliceto ejusdem provinciæ ex Nicolao Antonio to. 2. Biblioth. Hispan. ex Fr. Petro de Salazar in Chron. memoratæ provin., ac lib. 3. Historiæ Cœnobii præfati de Saliceto, cujus meminit et Waddingus, sed inter Anonymos.

MMLXXX.

JOANNES BARRAUD Gallus Burdigalensis Regular. Observ. cum adhuc studiis operam daret, in præstantem stylum digessit, ampliavitque

Opus Formalitatum Scoti a Joanne Vallono ejusdem Instituti compositum, et una cum textu Syrrecti, indiceque copioso imprimi curavit Parisiis an. 1585. in 8. typis Gulielmi Bichonii ex Joan. a S. Anton.

Vide infra *Joannes Battandus*.

MMLXXXI. 1062.

JOANNES DE BARWIC = al. *Berrich* oppido ad ostium Tuedæ fluminis, quod nunc in Anglia censetur ad Northumbriam pertinens, cum alias fuerit in Marchia Scotiæ provincia ab Anglis Scotis ereptum; hinc non immerito Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 2. num. 147. hunc scriptorem suis Scotis accenset. Ejus ex Pitsæo de Scriptor. Angl. meminit Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1334. n. 27., Possevinus in Appar. sac., sed sine Instituto Regul., et autor Hist. Universit. Oxonien. to. 1. fol. 74. Obiit autem Stanfordiæ in Comitatu Lincolniensi circa an. 1340., non 1640., ut per errorem habet Joan. a S. Anton.

MMLXXXII. 1063.

JOANNES DE BASSOLIIS = quantum conjicere possum, natione Gallus, et facile est quoque fuisse de *Rhemis*, ubi colitur *S. Basolus Confessor* ex Martyrol. Romano, et ubi Lector fuit, ut legitur in fine Operis in 4. Senten. ms. in hunc modum: *Explicit Lectura Fratris Joannis de Bassolis super quarto Sententiarum lecta ab eodem Rhemis anno* MCCCXIII., teste Matthæo Ferchio in Vita Scoti cap. 12., et inde Waddingo in Annal. Min. ad eum annum num. 16., nisi sit error in notis numericis; nam idem Waddingus in Vita Scoti Operibus ejusdem Doctoris edit. Lugdunen. an. 1639. præmissa cap. 19. observat Bassolii opera in nonnullis Galliæ Bibliothecis haberi mss., quorum in fine legitur, ab eo perlecta fuisse *Rhemis anno* MCCCXLIII. Eisengrenius omnium, qui tum fuere, doctissimum, Oratorem facundum, et Theologorum nulli secundum appellat. In lib. 4. dist. 16. q. 2. Scoti §. *Responsio* citatur quidem *Jo. de Basolis*, sed illa additio est, ut etiam notatur in margine.

In 4. libros Sententiarum Opus prodiit cura *Fr. Anastasii Turrioni de Sanmarino in almo Gymnasio Parisiensi Lectoris Ordin. Minorum* castigatum ab *Orontio Fineo* ex epist. dicti Anastasii data Parisiis die 14. Augusti an. 1517. ad Dominicum Cardinalem Grimanum Patriar. Aquilejen.; nec non epist. ipsius Orontii Finei ad Michaelem Lingonen. Episcop. anno 1516., et 1517. tomis 4. in fol. per Franciscum Regnault, et Joan. Frellon typis Nicolai de Pratis. Ille *Anastasius* autem an. 1521. factus est suæ provinciæ Marchiæ Minister Maceratæ.

Miscellanea ejus extant mss. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 510.; item

Loci Philosophici ibidem mss. ex Catalogo cit. pag. 517.

An hic autem sit ille *Joannes Minorita*, qui pro Religiosis Mendicantibus scripsit contra *Joannem de Poliaco*, cum in Biblioth. S. Victoris Parisien. Canon. Regul. l. 5. fol. 174. habeantur mss. *Solutiones ejusdem de Poliaco contra replicationes Fratris Joannis Minoris*, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1320. in Joanne de Poliaco; an vero fuerit *Joannes a Ripis*, mihi incompertum. Etenim plures hanc spartam adornasse videntur; siquidem inter mss. codices Basileensis Bibliothecæ extant *Jacobitarum* (idest Prædicatorum) *et Minorum oppositiones contra M. Joannem de Poliaco*: ut legimus in *sacris Arcanis Bibliothecarum insignium retectis* a Theophilo Spizelio an. 1668. Augustæ Vindelicor. impressis.

Hic auctor, quem alii gallum campanum, alii hispanum, alii denique scotum volunt, decessisse fertur c. an. 1347. Eius *Miscellanea* numquam impressa esse videntur.

MMLXXXIII. 1064.

JOANNES BATTANDUS = quem Possevinus in Appar. sac. dicit *Batandum*, sed qui al. vocatur *Barraud*, vertit solum

Quartum,

Digitized by Google

Quartum, et quintum librum Epistolarum Antonii Guevaræ, vulgavitque Parisiis 1584. in 8. apud Robertum Fizalier, cum duos primos libros vertisset Joannes de Guterry, et tertium Antonius Pinetus, teste Antonio Verderio, al. *Verdier* in sua Biblioth. apud Joan. a S. Antonio to. 1. pag. 107. in *Antonio Guevara.*

Apud eumdem Joannem a S. Anton. to. 2. error irrepsit, cum hoc loco scribit: *sub nomine Joannis Batta Barberio prodiit Romæ an.* 1616. *in* 4. *Compendium Vitæ S. Joannis Capistran.*; ille enim est *Joan. Baptista Barberius* alius ab isto, ejusque *Compendium* etc. prodiit Romæ 1661.

Partialis versio gallica epistolarum Antonii Guevaræ, de qua hic loquitur Sbarales, solum quartum librum, ut puto, comprehendit, cum nullam earundem viderim editionem plus quam quatuor libros habentem, nec titulus *Le Quatriesme et dernier Livre des Epistres dorées* etc., sub quo prodiit, alium librum præter quartum indicare videatur. Eam autem deberi Joanni Barraud, de quo supra, patet ex ipso Antonio du Verdier (La Bibliotheque, Lyon 1585, pag. 638), et confirmatur ex catalogo Bibliothecæ Nationalis parisiensis, qui uni eidemque auctori Joanni de Barraud et illam inscribit et parisiensem Lecturae Jo. Vallonis super formalitatibus Scoti editionem anni 1585, Joanni de Barraud burdigalensi certe tribuendam.

1065.

JOANNES BEEKENHAUD =

Repertorium, seu *Tabulam*, Indicemque magnum confecit *in* 4. *Sententiarum libros S. Bonaventuræ*, castigatis insuper textibus et ipsius Bonaventuræ, et Magistri Senten.; universum Opus misit ad Joannem Tinctorem Bambergen. Ecclesiæ clarum ecclesiastem, et S. Bonaventuræ studiosum an. 1491. excusum per Anton. Cobergensem Norimbergen. in fol., et postea Parisiis 1499. in 8. per Joan. Anton. de Birretis; sed *Minorita* non fuit, ut ex ejus literis ad Nicolaum Tinctorem, et hujus ad illum datis, ibique præmissis apparet. Possevinus in Appar. sac. to. 2. hunc habet quidem sine Instituto Regul., sed errat, dum ait eum scripsisse in S. Bonav. *Comment. super quarto lib. Sentent.*

Nec *Commentarium* S. Bonaventuræ *super quatuor libros Sententiarum*, nec *Tabula* in eum Joannis Beckenhaub seu Bekenhaub, sic enim cognomen legitur in antiquis editionibus, umquam prodiisse videtur per Jo. Anton. de Birretis, qui insuper Papiæ et Venetiis impressit, non vero Parisiis.

* JOANNES A BENAVENTE, quem hic refert Joan. a S. Antonio, est *Alfonsus Benavides*, de quo supra.

MMLXXXIV. 1066.

JOANNES BENEDICTUS = cujus

Summa prodiit Lugduni 1684. in fol. parvo, et 1593., deinde Parisiis 1587. in fol. ex Joan. a S. Anton., Dupino sec. 17., et Petro de Alva in Militia univ. Waddingus ad an. 1396. n. 4. dicit *Lavalensem*, ejusque *Summam* quindecies editam.

La triomphante victorie de la Vierge Marie sur sept malins esprits finalement chasses du corps d'une femme dans l'Eglise des Cordeliers de Lyon. decrite par le R. P. J. Benedicti Cordelier. Lugduni anno 1611. in 12.

Summa (*La Somme des Pechez et le remede d'iceux*, etc.) iuxta Antonium du Verdier (La bibliotheque, Lyon 1585, p. 651) prodiit Lugduni per Carolum Pesnot an. 1584 in 4, quæ editio probabiliter est prima. Impressa est etiam: ex catalogo bibliothecæ Musei Britannici Parisiis an. 1595 in fol.; ex catalogo bibliothecæ Nationalis parisiensis ibidem an. 1601 in 4; ex Pérennès (Dictionn. de bibliogr. cathol., II col. 661), correcta et aucta a doctoribus facultatis theologicæ parisiensis, ibidem an. 1602 in fol.

MMLXXXV.

JOANNES BERGH Germanus Regul. Observ. Commissarius Generalis, Archiepiscopus Cameracensis, Catholici Regis Legatus ad Monasteriensis tractatus scripsit sequentes:

Responsum Christianum ad 4. *quæstiones propositas occasione processus, ac edictorum Imper. Ferdinandi II. contra hæreticos* an. 1630. in 4. absque loco impressionis; incip. *Propositio prima.*

Lucerna fidei per Fratres Minores S. Francisci Regul. Observ. novissime accensa in Palatinatu, et nonnullis provinciis Germaniæ incip. *Serium Salvatoris*, extat cum superiori Opere.

Exemplar Prælatorum, sive exhortatio de qualitatibus Præati ad PP. Vocales provinciæ Saxoniæ S. Crucis Regul. Observ. Osnaburgi 1631. typis Martini Manii.

Obiit autem Ratisbonæ an. 1647. apud Clarissas tumulatus ex Joan. a. S. Anton. to 2.; nescio autem, an sit ille *Hermannus Bergh* supra relatus; tempus certe, Institutum, provinciaque conveniunt. Sic et Willotus dicit *Joannem Bonetum* qui vocabatur *Nicolaus.*

A P. B. Gams in suo opere " Series Episcoporum ecclesiæ Catholicæ „ Joannes Bergh inter archiepiscopos cameracenses non recensetur, et confusus hic videtur quoad plures vitæ circumstantias cum Josepho Bergaigne Strict. Observ., commissario generali, archiepiscopo cameracensi, Catholici regis legato ad Monasterienses, defuncto Monasterii an. 1647 et apud Clarissas tumulato. Cf. *Josephus Bergaigne* apud Waddingum, et S. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, pp. 185-186.

MMLXXXVI.

JOANNES BERMUDO Hispanus Astigi in Bætica natus, Regul. Observ., Musicæ artis peritus edidit vernacule

Expositionem instrumentorum musicalium ad Joannem III. Portugalliæ Regem. Granatæ an. 1555., et Ursaone apud Joan. Leonem an. 1649. in 4., teste Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hispan.; sed Joannes a S. Anton. to. 2. fatetur, editionem a se inspectam factam esse Orsonæ an. 1555. in fol. typis Joannis de Leon in 6. libros divisam, et Comiti de Miranda nuncupatam; in prologo vero epistolari ait, facere spem *aliorum Operum*, quæ an confecta fuerint, ignoratur.

Operis musici Joannis Bermudo tres revera editiones extant: granatensis anni 1555, quae quot libros contineat nescio; et duæ Ursaone per Joannem de Leon impressæ. Ex his prima prodiit an. 1549 die 17ª Septembris, quæ tamen nihil aliud continet quam primum librum; altera an. 1555 die 13ª Julii, continens quinque priores libros, etsi in titulo sex libri nuntientur. Teste Mariano Soriano Fuéntes (Historia de la musica española, II p. 120, n. 2) Matriti in bibliotheca nationali extat ms. originale quatuor priorum librorum. Scripsit etiam

El Arte Tripharia. Ossuna, Juan de Leon, 1550, in 4.

Cf. Brunet, Manuel du libraire, 5 edit., I col. 791, et Supplément, II col. 986; Eitner, Biogr.-Bibliogr. Quellen-Lexikon der Musiker, I, pag. 464.

MMLXXXVII. 1067.

JOANNES DE BERNAL = Regul. Observ.

MMLXXXVIII.

Digitized by Google

MMLXXXVIII.

JOANNES BERLIEZ Chamberiensis provinciæ S. Bonaventuræ poeta latinus insignis dicitur ab Augustino Superbo autore coævo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Minor. to. 2. de poetis; sed quid scripserit, non exponit: vivebat igitur initio seculi XVII.

MMLXXXIX.

JOANNES A S. BERNARDINO Lusitanus prov. Portugalliæ Regul. Observ. Lector emeritus, Regius concionator, nec non Ordinis Procurator in Urbe edidit sermone lusitano

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ in Regio Sacello habitam. Ulyssipone 1641. in 4. per Anton. Alvarez.

Concionem Dominica 2. Adventus habitam ad Ecclesiam Ulyssiponensem. Ibidem.

Orationem funebrem in obitu D. Duartis Germani fratris D. Joannis IV. Lusitaniæ Regis ad eamdem Ecclesiam. Ibidem an. 1650. in 4.

Meminit hujus auctoris Petrus de Alva col. 734. Militiæ, et Joan. a S. Anton.

MMXC.

JOANNES BERNARDINUS A GUARDAGRILLIS Aprutinus provinciæ S. Bernardini Min. Conv. edidit italico sermone

Practicam sacramentalem impress. Neapoli anno 1626. in 4. per Secundinum Roncaliolum ex Franchino in Bibliosoph. num. 58., qui ex August. Superbo tradit obiisse Adriæ an. 1627., et evulgasse *Compendium casuum conscientiæ pro Parochis, et Confessoribus* italice; habetque tantum sub nomine *Bernardini*; sed num. 176. appellat *Joannem Bernardinum*, ut et Nicolaus Toppius de Scriptor. Neapolit. apud Joan. a S. Anton. to. 2., qui tamen to. 1. pag. 210. vocat *Bernardinum Guardagrilli* ex Coronel. Biblioth. univ. to. 4. num. 1690.

MMXCI.*

JOANNES DE BERTOLDIS de Serravalle diœces. Ariminen. sac. Theol. Magister an. 1395. Florentiæ Studiorum sui Ordinis Regens, et an. 1390. a Bonifacio IX. constitutus fuerat *Lector libror. 4. Senten.* in Scholis Gymnasii Apostolici, et an. 1398. Hierosolymam se contulit ad Christi sanctum Sepulchrum: deinde factus Minister provinciæ Marchiæ; postmodum creatus Episcopus Firmanus an. 1412., interfuit Concilio Constantiensi, ubi an. 1416. die Corporis Domini *Sermonem* habuit hoc themate: *Caro mea vere est cibus Joan. 6.* ex Supplem. Conc. Labb. nuper Lucæ edito to. 4. col. 203., ubi legimus: *Sermo Episcopi Firmani Ord. Minorum in festo Corporis Christi* etc. In eodem pariter Concilio edidit die 1. Januar. an. 1417.

Latinum Commentarium super Comœdiam Dantis, quod ms. servatur Romæ in Biblioth. Vatic. mss. Cappon. num. 1. *editum a Rev. in Chr. Patre, et D. D. Fr. Joanne de Seravalle Ariminen. diœce. Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopo, et Principe Firmano sacræ Theologiæ Professore de Ordine Minorum assumpto:* teste D. Josepho Garampi Ariminen. Basilicæ Vaticanæ Canonico, et Archivi secreti Apostolici Præfecto in *Memor. Ecclesiasticis ad Hist. et cultum B. Claræ Ariminen. spectantibus* an. 1755. Romæ vulgatis in indice v. *Serravalle* pag. 553. Anno 1419. factus est Episcopus Fanen. ex Ughello, qui immerito dicit Ord. S. Aug.; obiitque anno 1445. die 13. Februar. ex Chron. Ariminen. to. 15. Rer. Italic. Scriptor.

** Scribit Leopoldus del Migliore, *Joannem a Serravalle* publice Theologiam Florentiæ legentem a Republica conductum postulatum fuisse ab Innocentio VIII., ut eius opera in Rom. Curia uteretur. Forsan legendum ab Innocentio VII., nisi sit alius. **

Operis Joannis de Bertoldis in Dantis Comœdiam, quod translatione et commentario constat, præter codicem Capponianum duo alii reperiuntur: unus integer Londinii in bibliotheca Musei Britannici; alter, integram quidem translationem continens sed commentarium solius Inferni, Agriæ in bibliotheca archiepiscopali. Juxta codicem Capponianum fratres Marcellinus a Civetia et Theophilus Domenichelli M. O. anno 1891 illud ediderunt Prati ex Officina libraria Giachetti, Filii et Soc. in fol. sub titulo: *Fratris Johannis de Serravalle Ord. Min. episcopi et principis Firmani Translatio et Comentum totius libri Dantis Aldigherii cum textu italico fratris Bartholomæi a Colle eiusdem Ordinis nunc primum edita.* Ex conclusionibus translationis et commentarii apparet, totum opus compositum esse a Joanne ut Amedeo de Salutiis cardinali et Nicolao Bubwych atque Roberto Halam episcopis morem gereret; translationem inceptam esse mense ianuario 1416, completam mense maio eiusdem anni; commentarium inceptum die 1ª februarii 1416, completum vero die 6ª (in principio codicis legitur *die 16ª*) ianuarii 1417.

Ex ipso Chronico Ariminensi a Sbaralea memorato obiit Joannes die 3ª februarii an. 1445. De eo præter cl. editores in op. cit. conferri potest M. Catalanus, De Ecclesia Firmana (Firmi, 1783), pp. 235-239.

MMXCII.

JOANNES BILLI a S. Marino ex Horatio Civalla in mss. Monum. provinciæ Marchiæ, Minor. Convent. sac. Theol. Mag., et Patavini Gymnasii Regens scripsit

Commentarios in Moralem Aristotelis; ex Petro Rodulphio Hist. Seraph. fol. 258., et Waddingo in Annal. ad an. 1292. num. 28., a quibus dicitur *Jo: Pilo:* forte leg. *Pico*, qui florebat an. 152. .

MMXCIII. 1068.

JOANNES BLANCONA = Tolesanus.

Chronicorum Marci Ulyssipon. prima pars ex italico in gallicum sermonem versa fuit a *Domino Samuel* Parisino Romæ moram trahente an. 1599., cui tres alias partes addidit *Fr. Joannes Blancona*, vulgavitque Parisiis anno 1604., teste Francisco Cionaccio in Hist. B. Humilianæ de Cerchiis par. 3. cap. 5. num. 1., qui num. 2. addit *G. C. T. D.* secundam dictorum *Chronicorum* partem ex italico gallicam fecisse, quam cum aliis partibus Blancona an. 1601. Parisiis publicari curavit; eique *aliqua* addidisse notavit Arturus ad diem 1. Augusti in Martyrol. Franciscano.

Vitam Gabrielis Mariæ edidit Tolosæ an. 1627., teste Arturo in Addition. ad Martyrolog. Franciscanum, ubi dicitur *Joannes Franciscus.*

Fr. Seraphini Radii Ordin. Prædicat. Vitas SS., et BB. ejusdem Ordin. Prædic. ex italica lingua pariter transtulit in gallicam, vulgavitque Parisiis an. 1616. in 4. apud Adrianum Taupinart ex Echardo in Scripter. Ord. Præd. to. 2. p. 387.

Mariale P. Philippi Diez ex hispano gallicum fecit, impressitque Parisiis an. 1609. in 8., teste Petro de Alva col. 736. Militiæ univ.

Chronicorum Ord. Minorum quarta pars a Barezzi edita prodiit etiam iuxta Joannis Blanconæ versionem Parisiis apud R. Fouet an. 1627 in 4. Huic parti, non autem secundæ Marci Ulyssiponensis, eum aliqua addidisse notavit Arturus ad diem 1 Augusti in Martyrol. Franciscano. Eidem sequentes versiones debentur:

Conceptions

Digitized by Google

Conceptions de l'Escriture sainete sur le Magnificat, du R. d'on Caesar Calderari... Traduites d'italien avec addition du Gloria Patri, etc. *du mesme autheur.* Paris, L. Sonnius, 1599, in 8.

Déclaration du Jubilé de l'an sainct (ex italico Sebastiani Fabrini). Paris, 1600, in 16.

Miroir d'oraison... composé par le R. P. F. Bernardin de Balbano... translaté du toscan. Paris, Vve G. Chaudière, 1601, in 16.

Conceptions sur l'Oraison Dominicale du P. Cyprian Giambelli; et deux autres Discours sur le même sujet. Trad. de l'italien. Paris, Guillaume Chaudière, 1603, in 8.

La Vie spirituelle de la vertueuse et dévote Angelique de Foligni, gentil femme italienne (écrite par elle même). Paris, Regnauld Chaudière, 1604, in 8.

Les Divines Voyes du Ciel (ex italico D. Gabrielis Inchino). Paris, 1604, in 8.

Le Souvenir de la mort (auctore P. Bartholomeo De Angelis)... *Traduict d'italien.* Paris, Jean le Bouc, 1608, in 16.

Troisiesme partie de l'Oraison mentale du R. P. Mathias Belintani de Salo,... traduicte d'italien. Paris, Vve G. Chaudière, 1609, in 16.

La Vie miraculeuse de la séraphique et dévote Ste Catherine de Siene (auctore Raymundo de Vineis Capuano O. P.), *avec ses divines méditations sur la passion de Notre Seigneur pour chacun jour de la sepmaine. Traduict d'italien...* Lyon, P. Rigaud, 1615, in 8; et sine loco, an. 1632, in 8.

MMXCIV. 1069.

JOANNES BLANCUS =

1070.

JOANNES DE BLESA = idem est, ac *Bernardus de Bessa,* vel *de Blesa,* de quo supra actum est, dictumque modo *Joannem,* et modo *Bernardum* appellatum esse.

MMXCV. 1071.

JOANNES BLOMENDAL = provinciæ Colonien., patria Susatensis dicitur ab Hist. ejusdem prov. fol. 150., egregius ecclesiastes, et magni nominis vir floruit sub Joanne XXII., teste Ciacconio apud Wadding. in Annal. Min. ad an. 1334. num. 25.; scripsit etiam *Sermones elegantes de B. Maria Virgine pro ejus festivitatibus,* Marracio teste in Biblioth. Mariana.

Sermones de Tempore incipiunt: *Sume arma tua,* ex Trithemio in Catal. Scriptor. Eccles., quorum nonnullos mss. in Biblioth. Bruxellen. Collegii Soc. Jesu vidit Petrus de Alva, ut ipsemet testatur apud Joan. a S. Anton. Præterea ejusdem

Commentaria in psalmos, et

De Missæ Sacrificio, referuntur a cit. Histor. provin. Colonien.

MMXCVI.

JOANNES BLONDUS, al. *de Blonde* Gallus Belgicus Tertii Ordin. S. Franc. sac. Theolog. Professor florebat an. 1423., et 1427., teste Francisco Bordono in Chronol. 3. Ordin. cap. 34. n. 9. ex Reg. Vatic. apud Waddin. in Annal. Min. ad eos annos n. 14., et 41. Excitavit autem Cœnobium Calvarii prope muros Brugen. Audomaren. diœces., teste eodem Waddingo in Annal. ad an. 1427. n. 44.; ejusque dicuntur esse

Summarium sacræ facultatis, et

Disceptationes Theologicæ, Philosophicæque ex Possevino in Appar. sacro to. 2., qui tamen Institutum Regul., ut non semel facere consuevit, reticet; et floruisse scribit an. 1248., numeris inversis pro 1428.

Chronica Normandiæ correcta per Joannem Blondum gallice habentur mss. Paris. in Biblioth. olim Coisliniana, nunc Sangerman. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1073.; sed an ad istum Blondum attineant, ignoro.

MMXCVII. 1072.

JOANNES BOBADILLA = Regul. Observ. vir doctissimus, genere, literis, ac religione illustris dicitur ab autore synchrono Emanuele Roderico in Quæst. Regul. et Canon. to. 1. quæst. 5. art. 1., qui addit, an. 1582. die festo S. P. Francisci in Regio Cœnobio Toletano S. Joannis Regum coram numerosissima doctissimorum virorum multitudine ostendisse *Regulam S. Francisci esse juris divini;* ea intelligas parte, qua *S. Evangelium D. N. J. C.* continet. Scripsit etiam

Tridentini Concilii expositionem, quæ ms. servatur in Cœnobio Salicetano ejusdem provinciæ, teste Fr. Petro Gonzales de Mendoza Saguntino Episcopo lib. 3. Hist. ejusdem Cœnobii Salicet. pag. 679.

In Symbolum Apostol. Commentar., qui asservatur ibidem ex eodem autore Hist. apud Joan. a S. Anton.

MMXCVIII. 1073.

JOANNES BONERUS =

MMXCIX. 1074.

JOANNES DE BONILLA = cujus

Tractatus prodiit hispanice prius Salmanticæ 1580. in 16. apud Petrum de Lasso ex Biblioth. Hispan. Nicolai Antonii par. 2. to. 2. pag. 274., ubi de Anonymis agit; prodiit et Salmanticæ eodem anno; deinde Coloniæ 1626., teste Dupino; nec non Antuerpiæ eodem anno in 16., teste Jo: a S. Antonio; et italice conversus opera Fr. Julii Zanchini Florentiæ typis Marescotti ex eodem Joan. a S. Anton.

Breve tratado dõde se declara quam necessaria sea la paz del Alma, y como se pueda alcançar. Additus est in editione Petri Lasso a Sbaralea citata opusculo: Consuelo y Oratorio Spiritual, de obras devotas y contemplativas: para exercitarse el buen Christiano. Quam approbationes ut imprimeretur sint mensis februarii an. 1568, probabiliter extant alie editiones anteriores. Juxta Nicolaum Antonium anno 1580 prodiit etiam Compluti apud Joannem Iñiguez in 8. In italicam linguam per fr. Julium Zanchinum conversus impressus est an. 1597; recenter editus est gallice Turonis ex typ. J. Bouserez an. 1863 in 32. anglice cura H. Collins Londinii ex typ. Derby an. 1876 in 12

MMC. 1075.

JOANNES BONVISIUS = patria Lucensis ex nobili familia Regul. Observ., qui obiit anno non 1492., ut scribit Joan. a S. Anton., sed 1472. die 21. Maji magna sanctitatis opinione; quare de eo agunt Act. SS. Collect. Bolland. ad eum diem, et titulo *Beati* condecoratum ostendunt; de eoque etiam Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 38. usque ad 43., ubi ejus *dicta de virtutibus humilitatis, abstinentiæ* etc. referuntur ex Mariano, aliisque, et subditur cap. 43. plura etiam reliquisse ab eo dicta ad animæ instructionem, quæ incuria perierunt. Ejus *Vitam,* et gesta scripsit Franciscus Lugnanus ejusdem Instituti, ut dictum est supra; et in Annal. Min. fuse scribitur de eodem, sicut etiam ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Maji § 3.

MMCI.

B. JOANNES BORELLUS Parmensis, quem quidam cum *Jo: Genesio Quaja* Parmensi confundunt, ut ipse Waddingus infra in *Joanne Genesio:* ex Fr. Salimbene Parmen. in Chron. mss. pag. 134. *Parisiis Scripturas legit, in Conventu Bononiæ Lector fuit, et in Conventu Neapolitano;* cumque doctrina, et religione polleret,

Digitized by Google

polleret, a Crescentio Generali Ministro missus ad Concilium Lugdunense I. anno 1245. celebratum, biennio post mense Augusti an. 1247. creatus est Ordinis Minister Generalis in Comitiis Generalibus Lugduni coactis. Deinde anno 1249. ablegatus ad Joannem Vatacium Imperatorem, et Manuelem Patriarcham Græcorum ut *Angelus Pacis*, rem prospere peregit; cumque Ordinem decennio rexisset, cedens officio Ministri Gener., sibi S. Bonaventuram substitui curavit an. 1257. mense Februarii; ipse vero ad humile tuguriolum Græcii in Valle Reatina a S. Francisco constructum se recepit, ibique vitam sanctam traduxit a Joanne XXI. magno in honore habitus; cumque Nicolaus IV, eum secundo ad Græcos mitteret Legatum, in itinere moritur Camerini anno 1289. die 19. Martii apud suos honorifice humatus, cum miraculis clarus decesserit. A B. Francisco Fabrianensi in suo Chron. ms. dicitur *vir eximius, et sanctitate præclarus, magnus in scientia sac. Theologiæ, et magnus vitæ merito, quem Deus in pne multis decoravit miraculis, et signorum prodigiis.* Agitur de eo in Chron. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 38., et 57., apud Rodulphium lib. 1. fol. 116., in Annal. Min. Waddingi, et Act. SS. Collect. Bolland. mense Martii. Scripsit, teste Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min.,

In Theologia, et super Sententias (idest Comment. *in 4. Sententiarum libros*, et *Quolibeta*); et

Super Bibliam; et plura devota composuit, videlicet

Officium Passionis, sc. Regem Christum Crucifixum: et

De beneficiis Creatoris: hæc cit. Pisanus, Jac. Philippus Bergomas lib. 13. Supplem., aliique plures. Extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ms. *Postilla super M. Magistri Johannis de Parma* iuxta veterem illius Biblioth. Indicem scriptum anno 1437. pag. 66., hujusne, vel alterius incertum. *Officium* autem 5. *Plagarum Jesu Christi* incip. *Regem Christum crucifixum*, sub nomine S. Bonaventuræ prodiit Venetiis an. 1592. in multis simile illi *de passione Domini* inter Opera S. Doctoris excuso; an autem hujus, vel illius sit, disquirant eruditiores.

Commercium B. Francisci cum domina paupertate finiens: *prosperitas stultorum perdet eos* etc., extabat olim ms. Asisii in v. solario orient. Sacrarii Conven. S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. confecto, sed sine nomine autoris: huic tamen tribuitur in Chron. antiquis, a Mariano, et in Firmamento Ordinis. Vulgari sermone translatum legitur in Marci Ulyssipon. Chronicis S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 58., 59., et 60.

De conversatione Religiosorum etiam ei adscribit Rodulphius citatus.

Sermones plures ad Fratres, quorum unum ex Speculo, et Mariano exhibet cit. Marcus cap. 38. Chron., qui etiam cap. 29. ei attribuit *librum de Vitis SS. Fratrum Minorum* ad modum *Dialogi* incip. *Venerabilium gesta Patrum* etc., idque ex Chronicis antiquis an. 1370. scriptis, cujus libri, inquit, major pars amissa est; de quo tamen dixi in *Crescentio Esino.*

Epistola ejus *pastoralis* una cum Humberto Ord. Prædicat. Generali Religiosis utriusque Ordinis data Mediolani anno 1255. refertur a S. Antonino Chron. part. 3. tit. 23. cap. 13. §. 5., et a Marco cit. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 42. ex Mariano.

Evangelium æternum a nonnullis huic attribuitur, sed per errorem; estque *Gerardi a Burgo S. Donnini* ex Salimbene Parmensi, de quo supra.

** Cultum ab immemorabili ipsi exhibitum approbavit Apostolica Sedes; *Vitam*que ejus scripsit Fr. Irenæus Affò Regul. Observ. editam Parmæ an. 1777. in 4. typis Regiis, qui etiam de eo agit in Litter. Parmen. **

Sacrum Commercium beati Francisci etc. primum impressum est *In Ambrosiana urbe Mediolanensi per Joannem Antonium de Castellione an. 1539 pridie nonas Novembris.* In præfatione huius rarissimæ editionis, cuius exemplar extat in bibliotheca Ambrosiana, opusculum b. Joanni Parmensi tribuitur, diciturque conscriptum mense Julii an. 1227, *ut apparet in quodam exemplari vetustissimo, a quo libellus hic excerptus est.* Prodiit iterum, sed parum accurate et absque ullo critico apparatu, cura Edoardi Alvisi sub titulo *Nota al Canto XI (versi 43-75) del Paradiso di Dante Alighieri* in Collezione di Opuscoli Danteschi inediti o rari, N. 12. Città di Castello, S. Lapi, 1894. Denique editum est a P. Edoardo Alinconiensi Ord. Cap. et in Analectis eiusdem Ord. et separatim Romæ an. 1900, adiuncta ex codice Vallicellanæ bibliothecæ B. 131 sæc. XV fidelissima versione italica inedita. Hæc optima editio ad fidem codicis Casanatensis 3560 sæc. XIII exeuntis vel XIV ineuntis exacta est, collatis tribus codicibus sæc. XV, ratione etiam habita versionis prædictæ nec non alterius versionis italicæ antiquioris quidem sed minus fidelis, quæ curantibus Petro Fanfani et Henrico Bindi cum titulo *Meditatione sulla povertà di S. Francesco. Scrittura inedita del secolo* XIV prodiit Pistoriæ ex typ. Cino an. 1847.

Cum ex *Sacri Commercii* codicibus, qui pene omnes auctoris nomen reticent, Casanatensis et duo sæculi XV in bibliothecis Bodleiana et civitatis Senensis extantes (quibus addi verisimiliter potest et alius, codex nempe ex quo editio anni 1539 facta est) dicant illud mense Julii an. 1227, quo tempore b. Joannes Parmensis nondum Ordinem S. Francisci erat ingressus, compositum esse: cum præterea fratres Salimbene Parmensis atque Hubertinus de Casali eodem viro familiariter usi et Bartholomæus Pisanus de eo vel de *Sacro Commercio* loquentes hoc ei non attribuant, videtur b. Joanni Parmensi idem adscribi non posse. Consulatur P. Edoardus Alinconiensis in editione citata, qui haud improbabiliter putat dicti opusculi auctorem fuisse Joannem Parentem electum in ministrum generalem Ordinis mense Maii an. 1227.

Huius beati viri, cui Burallus potius cognomen fuit quam Borellus, recenter edidit vitam italice P. Aloisius de Parma, iam Ord. Min. generalis minister (2 ed. Quaracchi, tipogr. del Collegio di S. Bonaventura, 1900, in 12). De eo egit etiam Renatus de Nantes O. Cap. (sub titulis: Le Bx Jean de Parme, Le Bx Jean de Parme et le Joachimisme) in Études Franciscaines, XV (Paris, 1906), pp. 148-167, 277-300.

* JOANNES BORRITON scripsit, quo tempore, quo loco, provinciaque non refertur,

Comment. in libros Sententiarum, ut ex Ludovico de Miranda in Opere de *Conceptione Virginis* q. 19. scribit Joan. a S. Anton. to. 2.; at ego mendum reputo, et reponendum *Gulielmus Vorrilon*; non semel enim hæc nota *Fr.* legitur pro *Jo*: idest *Joannes.*

MMCII.

JOANNES BORROES Anglus sac. Theologiæ Doctor Parisien. floruit seculo XIV., et a Mariano con numeratur inter eos, qui *Scriptis* suis sodalitium Minoriticum illustrarunt, teste ipsomet Waddingo in Annal. Minor. ad an. 1344. num. 8.; sed quid scripto tradiderit, nemo significavit, neque quo tempore certo vixerit.

MMCIII. 1076.

JOANNES BOSCATELLUS = Gallus, ut videtur, et Regul. Observ., cujus

Dialogus de facili ratione recitandi divini Officii prodiit anno 1550. ex Possevino in Appar. sac. to. 2.

MMCIV. 1077.

JOANNES BOSQUILONUS =

MMCV.

Digitized by Google

MMCV. 1078.

JOANNES BOUCHER = scripsit librum

De magnificentiis divinis Virgini factis in Montana Judææ. Parisiis 1620. in 8., teste Petro de Alva col. 209. Militiæ univ. apud Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 243., ubi nomen ignoravit. Forsan autem idem est cum opere *Sermonum in canticum B. Virginis* recensito a Waddingo.

Coronam mysticam, seu arma pietatis adversus omnia impietatis, hæresumque genera. Tornaci anno 1624. in 4. ex Coron. Biblioth. univ. to. 6., et Joan. a S. Anton.

Triumphum christianæ Religionis Opus eruditum, gallice, sicut superius, scriptum. Parisiis 1628. ex Dupin. Citat hoc Opus lib. 6. divisum P. Ludovicus Dolensis Capuccinus in libro *de modo conjunctionis concursuum Dei, et creaturæ* par. 4. cap. 5. num. 14.

Operis *Le Bouquet sacré* recensentur inter plures alias hæ editiones (quæ, excepta prima quæ est in 4, omnes sunt in 8): Nancy, 1615; Paris, 1616; Caen, J. Mangeant, 1618; Paris, D. Moreau, 1620, in qua dicitur illud *augmenté et enrichi par l'auteur d'un excellent discours de la noblesse sur la creation des chevaliers du St Sépulchre;* Rouen, Vefve de Th. Daré, 1623; Paris, A. Bacot, 1623; Paris, impr. de M. Henault, 1627; Troyes, J. Balduc, 1645; Rouen, J. Séjourné, 1645; Rouen, J. Machuel, 1656; Lyon, C. Langlois, 1679; Rouen, La Besogne, 1698. Ex Catalogo Bibliothecæ Musei Britannici prodiit fortasse et Limoni (Poitiers) anno 1613.

Sermones in Canticum B. Virginis a Waddingo indicatos idem esse ac opus *de magnificentiis divinis* etc. a Sbaralea memoratum ex ipso libri titulo patet, quem hic subiungimus: *Les Magnificences divines chantées par la Vierge S. sur les Montagnes de Judée et preschées dans l'Eglise des PP. Cordelliers de Paris.* Editio parisiensis anni 1620 prodiit apud A. Estienne; extat et hæc: Paris chez Denis Moreau, 1624, in 8.

In Salutationem Angelicam meditationes sub titulo *Angeliques pensées à la Vierge* impressæ sunt Parisiis an. 1626.

Sermones in Dominicas totius anni hunc titulum præsefe-runt: *Sermons ou Thrésors de la pieté chrestienne cachez dans les Euangiles des Dimanches de l'Année.* Eorum editiones: Paris, 1623; Paris, chez Louis Boullengier, 1626; Rouen, M. de Préaulx, 1629; in 8.

Quadragesimale, i. e. *Sermons pour tous les iours de Careme*, prodiit posthumum cura Fr. Ludovici Gaultier Parisiis apud Carolum Rouillard an. 1631 et an. 1635, in 8. Auctor, ut ex licentia pro impressione guardiani magni conventus parisiensis patet, iam obierat die 29 iulii 1631.

Opus iuxta Waddingum inscriptum *Veritates Christianæ* a nullo bibliographo indicatur, nisi idem sit ac opus a Sbaralea ultimo loco memoratum, quod editum est sub hoc titulo: *Les Triomphes de la Religion Chrestienne, contenans les resolutions de trois cens soixante et six Questions, sur le subject de la Foy, de l'Escriture Ste, de la Creation du Monde, de la Redemption du genre humain, de la Divine Prouidence, et de l'immortalité de l'Ame, Proposées par Typhon Maistre des Impies et Libertins de ce temps, et respondues par Delithee. Diuisez en six Liures* etc.

Opera spiritualia (Les Œuvres spirituelles) prodierunt Parisiis apud Dionysium Moreau an. 1621 in 8.

Corona mystica (*Couronne mystique* etc.) non est eius, sed Joannis Boucher parisiensis et canonici tornacensis. Scripsit autem præterea:

L'Epitome des merveilles de Dieu Presché durant l'Octaue du S. Sacrement dans l'Eglise des PP. Cordelies (sic) *de Paris en l'an. 1619.* A Paris Chez Denis Moreau, s. a., in 8.

L'Olympe Francoys à Monseigneur M. Messire Nicolas de Verdun, Chevalier Conseiller du Roy ... Premier President en son Parlement de Paris etc. A Paris Chez Denys Moreau, 1621, in 4; et iuxta « Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale » (Paris, 1897 sqq.):

Versionem gallicam *Vitæ S. Francisci* auctore D. Bonaventura (Poictiers, 1609, in 8).

Oraison funèbre de ... Emery de Barbezières, chevalier de deux ordres du Roy ... comte de Civray ... declamée à Marigné le 9 juin. Poictiers, impr. de J. Thoreau, 1609, in 12.

Plainte apologétique à monseigneur, monseigneur l'illustrissime cardinal de Rets, évêque de Paris. Paris, D. Moreau 1619, in 8.

Epistre consolatoire à Mgr M. le premier président, sur le trépas de Mme la première présidente, son espouse. Sine loco et anno, in 8.

Oraison funèbre sur le trespas de Mme M. Charlotte Du Gué, en son vivant espouse de Mgr messire Nicolas de Verdun... Paris, D. Moreau, 1622, in 4 et in 8; et iuxta Pérennès (Dictionn. de bibliogr. cath.):

Le Mariage sacré de l'époux et de l'épouse. Paris, 1603. in 12.

Les Trois Triomphes, savoir d'amour et de mort sur la vie, et de la vie sur la mort. Paris, 1608, in 12.

La Deroute de fortune et des enfans infortunez. Le Mans, 1616, in 8.

Natus est Bisontione, et vivebat adhuc an. 1628.

MMCVI.

JOANNES BRAMOSELLA a Candelara oppido provinciæ Piceni Min. Conv. sacræ Theolog. Magister, et Orator haud inelegans, edidit

Orationem in funere P. M. Prosperi Urbani Urbinatis Min. Conv. habitam Urbini die 14. *Augusti an.* 1609., dicatamque Francisco Mariæ de Ruvere Duci Urbini, et ibi impressam an. 1610. in 4. per Ragusios ex Franchino in Bibl. osoph.

MMCVII. 1079.

JOANNES BRANDO =

MMCVIII. 1080.

JOANNES BREARD =

Controversiæ etc. sub hoc titulo prodierunt: *Conference tenue à Chastellerault du dernier jour de juillet au neufviesme d'aoust dernier, ensemble la réfutation des erreurs, impostures et impertinences y adjoustées par les ministres dudit lieu...* (1618). Poictiers, A. Mesnier et J. Thoreau, s. a., in 8.

MMCIX.

JOANNES BRIXIENSIS Ordinis Capuccinorum ex Joan. a S. Anton. scripsit

Volumen Orationum jaculatoriarum ad excitandum in se divinum amorem italice, et latine, quo precandi genere ille familiariter utebatur, impress. pluries Brixiæ, Bergomi, et Bononiæ sub nomine cujusdam *Religiosi* Servi Dei. Obiit in patria anno 1632.

MMCX.

JOANNES BRIXIUS Gallus, al. Sabaudus, Minister provinciæ Franciæ, Doctor Parisiensis, teste Rossotto in Scriptor. Pedemontanis, quem perperam Joan. a S. Anton. *Pedemontanum* facit *Episcopumque Dulcinensem* citans Paulum Britium in Monumen. provinciæ Subalpinæ lib. 3. fol. 294., et Rossottum dictum, qui confundunt hunc *Gallum*, cum Italo *Joanne Brixiensi* patria Episcopo Dulchiniensi in Epiro an. 1411. assumpto. Scripsit autem

Tractatum de justitia, et validitate Decretorum Eugenii IV. circa dissolutionem Concilii Basileensis anno 1433.; et

Tractatum pro æquitate Decretorum contra Conventualium relaxationem, ac Scriptorum S. Joannis a Capistrano pro Constitutionibus Martinianis contra quemdam Philippum Berbegallum insulsarum glossarum, ac seditiosæ reformationis autorem ex memorato Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 139., qui tamen ignoravit, edidisse etiam

Tractatum pro Decreti Constantiensis æquitate editi pro Regul. Observ., quem indicat Waddingus, et breviator Waddingi Franciscus Haroldus in Annal. Min.

Digitized by Google

Min. ad an. 1433. num. 11. et num. 2. Autor *Querimoniæ propositæ* in Concilio Constantiensi, et vulgatæ in Monumentis Ordin. Min., et in Firmamento trium Ordinum, nec non autor *Apologiæ defensoriæ status Fratr. Min. de Observ.* ibidem impressæ affert titulum ejusdem *Tractatus*, seu *Quæstionis*, qui est hujusmodi: *Utrum Decretum sac. Concilii Constantiensis dividens Fratres Minores provinciarum Franciæ, Burgundiæ, et Turoniæ de Observantia nuncupatos a Ministris, et aliis earumdem provinciarum Prælatis sit rationabile:* aitque haberi eam *Quæstionem* post *Decretum Constantiense* dro Fratribus Observantibus; autorem vero vocat *Fr. Joannem Brixium* olim famosum *Doctorem Parisiensem*-qui ex *Ministro provinciæ Franciæ* Conventualium re, formationis cupidus ad Observantes transierat: cujus et meminit Marianus apud Waddingum in Annal. Minor. ad an. 1344. n. 9., ubi etiam *Joannes Brixiensis* appellatur; quare suspicor fuisse eum non *Braidensem*, ut vult Rossottus, sed vel Gratianopolitanum, ubi viguit familia *Bressia*, ex qua seculo XVI. fuit *Mauritius Bressius* Mathematicus Regius, et Parisiis illius facultatis Professor, vel ex *Bressia* Galliæ provincia, vu go *le Bresse* inter Sabaudiam, Burgundiam, Delphinatum, et Lugdunensem Præfecturam in Allobrogibus sita sub ditione Ducis Sabaudiæ. Citat hunc *Joannem Br xium* Joannes Matere in Dialogo chronol. Charit. par. 3. num. 20.

MMCXI. 1081.

JOANNES BRUGNANUS = *Brugmanus* Coloniensis provinciæ Vicarius, et unus ex primis fundatoribus illius provinciæ Reformatæ, ardentissimo paupertatis zelo, propheticoque spiritu clarus, quem Waddingus ipse in Annal. Minor. ad annum. 1455. n. 112., et 113. aliqua in veneratione apud Neomagenses habitum scribit; et Papebrochius in Act. SS. to. 2. April. ad diem 14. testatur, inter Catholicos Hollandiæ circumferri exempla quadantenus impleri cæpta de rebus multis olim ab eo prophetico spiritu prolatis; qui et notavit D. *Dionysium Carthusianum* ei nuncupasse Opus *de doctrina, et regulis vitæ Christianorum;* vocatque *Joannem Brugman Reg. Observ.*

Vitam S. Lydwinæ Virg. scripsit ter; et scripta primum prodiit Coloniæ an. 1483., et biennio post Lovanii sine autoris nomine, incip. *In Hollandia quædam civitas* etc. *Altera Vita*, cui titulus: *Incipit Vita cujusdam S. Virginis nomine Liedwich* etc., *quam conscripsit originaliter Venerabilis P. Fr. Joannes Brugman Ordinis Minorum de Observantia per Hollandiam Provincialis, cir verbo, et vita valde spectabilis:* in fine vero legitur: *Scriptum, et completum anno Dom.* MCCCCXCIX. *circa principium ejusdem anni per F. Jacobum de Colonia, alias de Aldenrade professum Carthusiensem, et Seniorem domus S. Albani Martyris prope Treviros:* quæ Vita in 45. capita partitur, daturque a Bollandiis tom. 2. Aprilis ad diem 14. notis illustrata: et ex hac epitomen confecit *Thomas a Kempis*, quæ habetur inter Opera ejusdem Thome anno 1600., et 1607., aliasque publicata, nec non inter Surianas SS. Vitas an. 1618. cusas. *Tertia* tandem *Vita* an. 1456. elucubrata, cum esset Lector in Cœnobio Audomarensi, in tres partes dividitur, daturque pariter a citatis Bollandiis; cum jam antea prodiisset an. 1498. in 4. Schedani cum titulo *Tertiæ Translationis* ab autore imposito, et a Surio contractius edita in Vitis SS., et in to. 7. posthumo injecta; postmodum etiam variis in linguis evulgata ex citato Papebrochio in Comment. prævio ad *Vitam* dictæ Sanctæ Virg. §. 1. n. 6, cujus vitæ aliam *Epitomen* fecit *Franciscus Haræus* in Vitis SS., teste Wossio de Scriptor. Histor. Latin. lib. 3. cap. 6. De hoc viro Ferreolus Locrius in Catalogo Scriptorum Artesiæ.

Anno 1854 prodiit Amstelodami duobus voll. in 8, auctore G. Moll, Johannes Brugman en het Godsdienstig Leven Onzer Vaderen in de Vijftiende eeuw, grootendeels volgens handschriften geschetst. In hoc opere hæc nostri auctoris scripta inveniuntur:

Sermones (attamen non integri) Hagæ Comitum prædicati an. 1457 in sacello conventus S. Elisabeth atque Amstelodami die 4 Octobris 1462, et *Sermo* allegoricus super v. 5 ps. XXII: " Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me „; lingua belgica.

Carmina sacra duo eadem lingua, iam in variis collectionibus edita, quorum causa Johannes Brugman optimis poetis sacris sui temporis annumerari meretur.

Epistola ad quosdam fratres (alias *ad quendam fratrem*) *domus Domini Florencii*, et *Epistola ad Dominum Egbertum Patrem huius domus* (Domini Florencii), scriptæ ex Noviomago mense novembri an. 1470 ad consolandum Fratres vitæ communis Daventriæ commorantes de persecutionibus quibus afficiebantur.

Vita Jesu Christi, lingua belgica.

Videtur scripsisse etiam opusculum cui titulus *De Ruinis observantiæ*, adhuc ineditum.

Cf. S. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, pp. 1-6; p. Schlager O. M., Joannes Brugman ein Reformator des 15. Jahrhunderts aus dem Franziskanerorden, in Der Catholicon an. 1902, pp. 119-132, 232-256.

MMCXII.

JOANNES BRUNUS Scotus, teste Jacobo Le Long in Biblioth. sacra pag. 654., edidit

In benedictiones Patriarcharum Commentaria, et quæstiones analiticas: Opus egregium. Venetiis 1610., et 1604. in 8.

Fuit hic auctor Ordinis Minimorum, non vero Minorum; cf. editiones op. cit.

MMCXIII. 1082.

JOANNES BRUSTHEMIUS = Belga provinciæ Colonien. florebat an. 1505., fuitque Ordinis Minor. Convent., non *Recollectorum*, ut scribit Joan. a S. Anton., quia eo anno Recollecti nondum illuc se contulerant. De eo Sanderus, et Jacobus Le Long lib. 2. Biblioth. Gallicæ.

Res gestæ Episcoporum Leodiensium et Ducum Brabantiæ a temporibus sancti Materni ad annum 1542; extat ms. magno volumine in 4 Bruxellis in bibliotheca Nationali. Eius minimam partem edidit E. H. Reusens Leodii an. 1866 in "Bulletin de l'Institut archéologique Liégeois„ et separatim, sub titulo *É. de la Marck, Prince-Evêque de Liege, extrait de la Chronique de J. de Brusthem (1506-1538)*; compendium vero, cum titulo *Catalogues et Acta Episcoporum Leodiensium, Principum Tungrensium, Ducum quoque Brabantiorum a Joanne Brusthenio collectore*, F. A. de Reiffenberg in "Chronique rimée de Philippe Mouskes„ t. 1 (Bruxelles, 1836), pp. 562-602. Cf. S. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. etc., pp. 66-68.

1083.

JOANNES BURDIGALENSIS = idem est, ac *Jacobus Burdigalensis* supra relatus. Autor Biblioth. Capuccin., et Imbonatus secuti sunt utrobique Waddingum, et istos Joannes a S. Anton.

Errat Sbaralea unum eumdemque scriptorem reputans Joannem Burdigalensem ac Jacobum Burdigalensem supra relatum. Juxta P. Eluardum Alinconiensem Ord. Cap. (Miscellanea Francescana, vol. XI, Foligno 1909, pp. 51-54) Joannes Burdigalensis, in provincia Tolosate Ordinem Capuccinorum ingressus die 13 Dec. 1624, ex necrologio provinciæ Aquitaniæ, cui divisa in duas an. 1640 provincia Tolosate adscriptus est, obiit

Burdigalæ

Digitized by Google

Burdigalæ an. 1650. Cum in eodem necrologio dicatur hebraicæ linguæ multum incubuisse, opus de hac lingua, quod et Jacobo Burdigalensi tribuitur, probabiliter suum est. Procul dubio autem ei debetur opus sequens

Scriptores ecclesiastici Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum. Burdigalæ, 1649, in 8; specimen bibliographicum sat imperfectum sed rarissimum, quod extat Lucernæ in Archivo eiusdem Ordinis.

MMCXIV. 1084.

JOANNES BYL = de quo et in Annal. Min. ad an. 1540. n. 23.

MMCXV.

JOANNES CALDERON Hispanus prov. Aragoniæ Regul. Observ. Lector emeritus edidit latine

Fragmentum Chronici, sive omnimodæ Historiæ Lucii Flavii Dextri Barcinonensis. Cæsaraugustæ 1619. in 4. per Joannem de Naja.

Tractatum super miraculum Imaginis Conceptionis in charta effigiatæ minime a voracissimo incendio in villa de Zuera Cæsaraugust. diœcesis combustæ, nec deformatæ. Cæsaraugustæ 1622. in 4. ex Joan. a S. Anton.

MMCXVI.

JOANNES A CALVELLO provinciæ Basilicatæ in regno Neapolitano edidit

Epitomen quamdam regularum grammaticalium pro tyronibus impres. an. 1645. ex Relatione ejusdem provinciæ apud Joan. a S. Anton.

1685.

JOANNES A CAMBIA = Rodulphius lib. 3. fol. 322. habet: *Fr. Joannes de Cambia, vel de Combis, vulgo Gantois Insulensis Picardus* etc.: unde et alii, ut Possevinus in Appar. sac. *Joannes de Cambia, sive de Cobiex, vulgo dictus Gantois Insulensis Belga* etc.: sed hic confunditur *Joannes de Combis* cum *Joanne Picardo*, de quibus agitur infra suis locis; ille *Compendium Theologiæ* S. Bonaventuræ attributum publicavit; hic vero *Thesaurum Theologorum.*

MMCXVII.

JOANNES DE CAMERA Hispanus Complutensis provinciæ Castellæ Reg. Observ. Lector Jubilatus, et Academiæ Complutensis Theologorum Decanus edidit

Quæstiones selectas, et Theoremata theologicarum veritatum: nec non Apologeticum sermonem pro hujus veritatis defensione, quod Paulus V., et quilibet a Cardinalibus S. R. E. electus in Papam, et nobis traditus, et in Cathedra Petri sedens de fide, et de jure divino Christi Vicarius, ac Petri successor, verusque Papa est. Compluti 1607. in fol. typis Ludovici Martinez Grande, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2.

Liber de Trinitate in 4. scriptus Compluti an. 1589. habetur Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub. II. n. 32., teste eodem in append.

Centurias quoque rerum Theologicarum scripsit ex Petro Gonzales lib. 3. Hist. Dominæ nostræ de Saliceto pag. 678. apud Nicol. Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., nisi sint *Marci de Camera.*

* JOANNES CAMERS = V. *Joannes Ricutius.* Citatur a Salmasio in Prolegom., et ad 1. epist. Exercit. Plin. in Solinum.

MMCXVIII.

JOANNES CANALIS, vel a Canali patritius Ferrariensis, et frater *Oddonis* J. C. celeberrimi, cujus fit mentio in variis Cœnobii Ferrarien. S. Francisci monumentis an. 1347., et 1359., quorum ultimum fuit *Jacobi* fratris sui testamentum, quo et ipse *fideicommissarius* est institutus: anno 1345. moram trahebat Mutinæ, memoraturque a Joanne de Bazano in veteri Chronico Mutinensi to. 15. Rer. Italic. Script. vulgato his verbis: *anno* 1345. *die Dominico XXV. Junii quidam Frater Joannes de Ferraria Ordinis Minorum ipsa die Mutinæ in domo dictorum Fratrum prædicavit.* Postmodum Clemens VI. an. 1350. eum in suum Pœnitentiarium assumpsit ex literis apud Waddin. in Annal. Min. ad eum annum n. 4., ubi dicitur *Mutinensis*, quod in ea urbe commoraretur, plurimumque a Pontifice commendari refertur. Factus est demum Episcopus *Syrensis*, al. *Syronensis* in mari Ægeo, vulgo Archipelago sub Archiep. Athenien., annoque 1365. erat *Coadjutor* Bernardi Episcopi Ferrarien. ex monumentis Ecclesiæ Ferrarien., vel certe exercuit Pontificalia in ea civitate. Scripsit, quantum conjicimus,

Conciones, et Sermones, sed qui periisse creduntur: ut et, si qua alia scripserit, ignoratur.

Alius ex hac familia, et Instituto vixit seculo XVI., ut mox dicetur.

MMCXIX. 1086.

JOANNES CANALES = *a Curribus* illi cognomen fuit, ut ex pluribus monumentis Cœnobii S. Franc. Ferrarien. a me inspectis apparet: primus, qui *Canalem* dixit, fuit Aug. Superbus in Catalogo Viror. Illustrium Ferrarien.: verum *Joannes a Canali* an. 1520. *Theologorum* Collegio Ferrar. aggregatus an. 1542. vitæ finem posuit, cum in præcedenti anno testamentum Pontificia dispensatione condidisset ex dicti Cœnobii Ferrarien. documentis. *Joannes* vero *qd. Donati a Curribus* circa an. 1459. sac. Theol. Magister declaratus in Collegium quoque Theologicum suæ patriæ cooptatus est, et Ferrariensis Gymnasii, Universitatisque Theologicæ facultatis Professor, ut ex Hist. dicti Gymnasii nuper a cl. Viro Ferrante Borsetto publicata lucet. Obiit autem Bononiæ an. 1462. mense Martio ex præfatis Ferrarien. Monumentis.

Opus de cœlesti vita; de natura animæ, ejusque immortalitate; de Paradiso, animaque felicitate; et de inferno, animaque cruciatu 4 libris distributum, et ab autore Borso Duci nuncupatum vulgavit Venetiis an. 1494. in fol. Antonius Cauchorius Artium, et Medicinæ Doctor apud Venetos pro Rodulpho Malatesta Ariminen. Principe Orator typis Matthæi Capcasæ Parmensis; extatque ms. Urbini in Ducali Biblioth., teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem Appar. sac. posito.

Opus quadragesimale prodiit Florentiæ an. 1494. ut habet Orlandus de Origine, et progres. Typographiæ par. 1. et 2., qui addit et ejusdem Opus *de cœlesti vita* etc. prodiisse ibidem eodem anno; alibi vero scribit excusum Parmæ an. 1494., sed lapsum vereor, eo quod Typographus Parmensis erat, qui Venetiis excudit.

Sermones multos impressit Venetiis an. 1539., ut scribit Waddingus supra in *Hieronymo Cavallo*, quem adnotavi non esse alium a *Joanne Canali.*

Commentarium de Ferraria, ac Principibus Atestinis usque ad annum 1454. protractum, et Duci Borso dicatum extat ms. Mutinæ in Ducali Bibliotheca, cujus *Excerpta*, seu partem publicavit dudum cl. Muratorius to. 20. Rer. Italic. Scriptor., et ex stylo lucet esse eumdem autorem, etsi plerique diversum fecerint; atque ille est, quem Sardus, Pigna, aliique scriptores Ferrarienses citare sæpe solent nomine *Joannis Minoritæ.*

Liber nouiter editus. De celesti vita. In quo infrascripta continentur. In primis. De natura Anime rationalis. De immortalitate Anime. De inferno et cruciatu Anime. De paradyso et felicitate

Digitized by Google

licitate Animæ. Sine loco (sed Venetiis), per Matthæum Capcasam Parmensem, 1494 die XIX Decembris, in fol. Aliæ editiones, saltem sæculi XV, verisimiliter non extant.

Operis quadragesimalis editio florentina anni 1494 a recentioribus bibliographis non indicatur, neque aliam invenire potui.

Dubito an ii *Sermones multi*, qui Venetiis impressi dicuntur an. 1530, *Joannis a Curribus* non sint. An *Joannis a Canali*, qui eo tempore florebat?

Commentario de Ferraria etc. hunc titulum ipse auctor indidit: *Excerpta ex Annalium Libris Illustris Familiæ Marchionum Estensium. Excerpta* appellavit eo quod, ut notavit Muratorius, defloratis Annalibus familiæ Estensis per alios conscriptis, inde librum suum efformavit. Incipit hic ab origine Ferrariæ ac Estensis prosapiæ; ab anno autem 1409 ad 1454 edius est a Muratorio.

MMCXX. 1087.

JOANNES CANONICUS = Rodulphius lib. 3. ait vocatum fuisse *Marbres*, quæ vox gallica Latinis est *marmor;* et paulo post memorat *Joannem Mabræ ex Catalonia, qui scripsit quæstiones in libros Physic.* Et Pitseus quidem *Anglum* hunc facit in Scriptor. Angliæ ad an. 1320., eumque secutus est Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 1.; sed eum fuisse ex *Catalonia*, ut ait Rodulphius, suadere videntur verba illa sub initium quæstionis in libri 1. Physic. §. *circa primum* hujuscemodi: *Est una solemnis opinio cujusdam subtilis Bacchalaurei Cathalani, qui ita super primum Sententiarum ponit* etc.: postmodum adducit alios Doctores *Aureolum, Mayronem, Thomam Aquinatem* etc.; sed ante omnes *Cathalanum* proponit. Errant etiam, qui tradunt, eum non *Canonicum*, sed *Canon* appellatum fuisse apud Possevinum, et cit. Waddingum; nam ipsemet lib. 2. Physic. quæst. 4. hanc efformat argumentationem: *Joannes est albus, et est Canonicus; ergo est albus Canonicus.* Franciscus Sampson, qui scripsit anno 1470., et 1471., lib. 1. quæst. 2., et lib. 5. quæst. 1. citat Joan. Canonicum, et ejus Opus Physicum; ipse vero in hoc ipso Opere Physico cum citet *Franciscum de Marchia, Ocham, Gerardum Odonis*, et *Landulphum* Minoritas, quos constat an. 1350., vel circiter obiisse, liquet etiam, quo tempore clarebat, scribebatque. Hujus meminit Trithemius, qui legendus est, omisit autem Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana.

Quæstiones in 8. libros Physic. Aristotelis, quarum prologus incipit: *Venite ad me omnes, qui laboratis* etc.: Opus vero: *Quæritur igitur primo, utrum substantia finita* etc.; prodierunt primum Patavii an. 1475. in fol.; inde Venetiis 1481. in fol. cura *Fr. Francisci de Benzonibus* Minoritæ Convent. sac. Theol. Baccalaurei, et *Octaviani Scoti* de Modœtia ex Joan. a S. Anton., et etiam ex editione extante Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolor., et an. 1492. ex Orlando de Orig., et progres. Typograph.; iterum Venetiis an. 1516. cura, atque studio Lucæ Olchinensis Philosophi Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum dicatæ; et tandem ibidem anno 1520. in fol. ex Indice Biblioth. S. Franc. Bonon.

Reperitur Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 83. cod. 20. rara editio: *Joannis Marbres Cathalani Magistri in artibus Tholosæ, et Canonici Dertusensis quæstiones super octo libros Physicorum Aristotelis* impres. Paduæ an. 1475. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 401. Quæ si vera sunt, postea dimissa seculari Canonicatus dignitate, Religionem S. Francisci ingressum esse dicendum est, vel ex Minorita Canonicum evasisse.

In Regesto Ordinis Min. Conv. titulo *provin. Aragoniæ* pag. 226., et 231. sub an. 1509. die 27. Martii, et 13. Junii memoratur quædam lis inter *R. Magistrum Jo. Canones*, et Fr. Franciscum Reys in Conventu *Montis Albi*, qui erat 6. Custodiæ Hilerden. in prov. Aragoniæ, cujus Custodiæ 3. locus erat *Dertusien.* ex Polychronico, et Barthol. Pisano; et pag. 233. ejusdem Regesti *P. Magister Joannes Canones* instituitur Custos eodem an. 1509. 24 Junii.

Quæstiones in octo libros Physicorum Aristotelis prodierunt etiam: apud Villam S. Albani (in Anglia) an. 1481, in fol.; correctæ cura olim fr. Francisci de Benzonibus de Crema, sine loci nota sed Venetiis, per Bonetum Locatellum, sumptibus Octaviani Scoti, an. 1487 XVII kal. novembris, in fol.; et ex catalogo Musei Britannici, sine loci nota sed pariter Venetiis, an. 1505, in fol. — Verba de libri auctore, quæ in editione patavina ad calcem operis leguntur, non extant in editionibus venetis ann. 1481, 1487, 1492, 1516, 1520. Reliquas duas editiones non vidi.

MMCXXI. 1088.

JOANNES CANTIANUS = anno 1230. factus Minister provinciæ Saxoniæ ex Waddingo ad eum ann. 16. jussu Gregorii IX. an. 1234. constituit B. Agnetem Bohemam in Abbatissam constructi ab ea Monasterii, et an. 1246. eodem officio fungens egit *Collectorem* subsidii Apostolici in regnis Angliæ, Scotiæ, et Hiberniæ ex litteris Innocentii IV. apud Waddingum in Annal. ad eum an. num. 5. Vivebat adhuc anno 1266., quo erat *Cappellanus Pontificius* ex literis: *Laudabilis honestatis* etc. die 23. Maji. Scripsit autem

Constitutiones pro Hospitali S. Francisci Pragen. autoritate Apostolica ex literis: *Vota devotorum* etc. Gregorii IX. an. 1238. die 22. April.

Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. versus claustr. cod. 677. in 4. habetur Opus ms. *de Mysteriis rerum, quæ fiunt in Ecclesia*, versu hexametro ad Fulconem Episcopum Londoniæ incipiens:

Ad mare ne videar latices deferre; camino
Igniculum; densis vel frondes addere sylvis:

cum perpetuis notis margineis, et interlinearibus, factum an. 1245., ut ipsemet tradit in fine, ubi et mortem *Alexandri Alensis*, ejusque laudes fuse describit: cum autem se dicat *Joannem* Operis autorem, existimo hunc esse, de quo ferunt scripsisse his temporibus *lib. 1. Rubricarum*, idest cæremoniarum, rituumque Ecclesiæ. Huic codici adnectitur ibi *Doctrinale Alexandri* de Villadei.

Hic forsam est ille Anglicus memoratus a Waddingo ad an. 1230. n. 7., qui *Legendam S. Francisci* a Thoma de Celano jussu Gregorii IX. descriptam ad metrum gravis, et docti carminis heroici reduxit. De eo ex Chronicis antiquis Ordinis agitur apud Marcum Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 1. cap. 48., qui et quamdam ejus narrationem recitat, vocatque magnæ autoritatis virum.

De auctore huius *Legendæ* cf. Arch. Franc. Hist., f. II, 209 ss.

MMCXXII.

JOANNES CAPET Germanus provinciæ Coloniæ vir gravis, et doctus florebat an. 1469, fuitque commensalis Cardinalis Raymundi per Germaniam S. A. Legati, et Friderici III. aliquando Nuncius ad Albertum Austriæ Archiducem Imper. fratrem: cum esset orator, et verbi divini præco celebratus, composuit

Sermones quadragesimales, variosque, quorum nonnullos in Confluentiæ Cœnobio ad Rhenum, et Mosellam asservari, in quibus testatur, se B. Joannem Capistranen. audivisse concionantem, et miracula patrantem inspexisse, memoriæ prodidit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1331. num. 22.

Refertur

Digitized by Google

Refertur a Possevino in Appar. sac. quidam *Joannes Capetius*, qui nonnulla typis mandasse fertur; sed alium ab isto reputo.

Raymundus Cardinalis Gurcensis an. 1503 fecit imprimere Maguntiæ (typis Joannis Schöffer in 4) *informationem de genealogia beatissime virginis christi sponse Barbare cum uno sermone theologali.* Hic, qui circa eamdem beatam virginem versatur, ita inscribitur: *Sermo septem conclusionum fratris Johannis capet ordinis minorum de observantia sacre theologie professoris.* Huiusmodi libellus prodiit etiam sine ulla nota Coloniæ per Ulricum Zell, in 4. — Idem Cardinalis auctoris nostri imprimendos curavit

Sermonem de ortu, conversatione, virtutibus preclarissimis et martyrio beatissime virginis Christi sponse Katherine Spiræ 1503, in 4.

Sermonem de valore orationis hominis justi (continentem XII *conclusiones theologales et questionem unam de purgatorio)* Coloniæ (per Hermannum Bumgart) 1503, in 4.

Extat præterea Joannis Capet typis edita

Determinatio seu opinio super crucibus et aliis dominice passionis signis, modernis temporibus apparentibus in majori numero et tempore, quam unquam fecerint, quæ prodiit sine ulla nota, forsan Coloniæ, in 4.

MMCXXIII. 1089.

S. JOANNES CAPISTRANUS = natus non in oppido *Brutiorum*, sed Aprutii ex nobili *Chiolorum* familia, patre Theutonico, Itala vero matre, jurisprudentiæ studiis operam dedit, laureamque Perusii suscepit in V. J.; habitu vero, et Instituto Minorum adoptato, religione, ac sanctimonia, doctrinaque adeo profecit, ut Leo X. an. 1514. indulserit et Capistrani, et in tota Sulmonensi diœcesi de eo tamquam *Beato* Missam, et Officium ab universo Clero celebrari posse ad preces Fr. Christophori Numaji Vicarii Gen. ex monumento apud Rodulphium lib. 2. fol. 115., et Alexander VIII. anno 1690. *Sanctorum albo* adscripserit, cum obiisset anno 1456. Villaci in Pannonia die 23. Octobris ætatis suæ anno 71. Albertus Krantius Saxon. lib. 11. cap. 35. hæc de eo habet: *Joannes in Germaniam descendit prædicans magno zelo verbum Dei in Austria, Bavaria, Sveria, Thuringia, et Saxonia. Nam in civitate Magdeburgensi in novo foro maxima ad illum confluente multitudine, cum esset linguæ germanicæ non gnarus, latine prædicabat Latinis in tertiam horam, populo solis gestibus ejus, quos ante non viderat, satis vehementer commoto. Moti sunt omnes, et usque adeo permoti, ut fœminæ abusum in ornatu, viri ludos, quibus tempora perdunt, schaccorum, alearumque in unum contulerint, et eodem loco igne subdito concremarint*: et Hieronymus Platus de bono status Relig. cap. 30. refert, eum anno circiter 1450. *duodecim millia infidelium, plureque præterea schismaticos aggregasse ad Ecclesiam catholicam*: sed et Æneas Sylvius in Europa cap. 23. narrat, eum in Moravia Dei verbum seminantem, et in Hussitarum errores invehentem *Baronis non parvi nominis, quem Ezernahoram vocabant*, conversionem obtinuisse; *qui relicta priore perfidia, cum duobus millibus subditorum veritatem Romanæ Sedis amplexus est.* Ejus elogium affert Rodulphius lib. 1. fol. 114.; de eoque etiam Fl. Blondus in Italia Illustr., ubi *Capistranum* oppidum recenset; et Robertus Leciensis Episcopus Aquinas serm. de S. Bernardino cap. 2. eum inter 20. Ordin. Minor. famosissimos Italiæ *concionatores* enumerat. Scripsit

Contra Hussitas lib. 1. ex Trithemio de Scriptor. Eccles. ad an. 1450.; forsam idem, ac *contra Judæos, et hæreticos*, inquit Joan. a S. Anton.; sed ego credo esse illud Waddingi *contra Rockizanam de fidei veritate.*

De autoritate Papæ, et Concilii adversus Basilicen. Concil. prodiit Venetiis etiam an. 1580. in 4. apud Antonium Ferrarium ex Possevino in Appar. sacro to. 2., et Joan. a S. Anton.

De Religione tractatum ipsemet citat in suo *de Antichristo libro* de 7. temporibus, ac 5. petitione Orationis Dominicæ disserens.

De sanguine Christi: ita habet Waddingus, non *de Sapientia Christi*, ut scribit Joan. a S. Anton. Extat ms. in fol. parvo Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolor., et scriptus fuit sub Gulielmo Casalen. Ordin. Minor. Ministro Gen., qui ab anno 1430. usque ad an. 1443. rexit Ordinem, cum ei suum Opus submittat corrigendum: habet tit. *Tractatus de sanguine Christi pretioso per modum disputationis.* Incipit autem: *An Christi sanguis necessarius ad esse hominis post mortem Christi fuerit separatus a divinitate. Magister Franciscus de Maironis in sermone de Resurrectione Domini, qui incipit: Domine probasti me: inter alia dicit* etc.: et finit: *similiter in Ecclesia Torari.*

Sermonem ad Clerum in Synodo Tridentina ms. haberi in Biblioth. Gothana scribit Montfaucon in Catalogo to 1. pag. 599.

Defensorium ejus citat Nicolaus Auximanus autor synchronos in *Supplemento* Pisanellæ edito anno 1444. v. *Usus clarium.* Possevinus in Appar. sac. dicit *Defensorium Tertii Ord. Franciscani* extare ms. Producit S. Antoninus in *Summa* par. 3. tit. 23. cap. 5. §. 4 *tractatum de Fratribus Tertii Ordinis S. Francisci*, autorisque adhuc viventis cum laude meminit, eum in jure, ac Theologia peritum indigitans: et Franciscus Bordonius in Chronol. 3. Ord. cap. 4. n. 17. compositum fuisse dicit Mediolani an. 1440.; memoratque eumdem et B. Dionysius Carthusianus in *Comment.* super Regula 3. Ord. S. Franc. cap. 21.

De usu cujuscumque ornatus Opusculum incipiens: *Quoniam, ut ait Deus, quam angusta porta est* etc. extat Romæ in cit. cod. Biblioth. SS. XII. Apostolorum Min. Conv.

Tractatus de mulierum ornatu ms. Taurini in Biblioth. Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1396. una cum Opusculo

De excommunicatione ex cit. Montfaucon.

De judicio universali futuro, et Antichristo, ac de bello spirituali ad Placidum Abbatem scriptum an. 1430, vulgavit Antonius Amicus a Fossa Aquilæ Venetiis 1578. in 8. ex Officina Petri Deuchini: 1573. in 16. ait Joan. a S. Anton.

De usuris, et contractibus extat ms. etiam Lipsiæ in Paulina Biblioth. cod. 41. ex Catalogo illius Biblioth., citaturque ab autore suppari Alexandro Ariosto in Enchiridio par. 3. Habetur hic *tractatus* in tres partes divisus etiam Romæ in Biblioth. SS. Apostolorum ms. in fol. parvo; incip. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Matt. 6. Ut discutiamus thesaurizationis materiam* etc. Huic tractatui in cit. cod. subjungitur *Compilatio distinctionum, et causarum decreti Gratiani* incipiens: *Satis dictaret humana ratio* etc.; an autem ejusdem autoris, non ausim affirmare.

De perjurio incip. *Nunc autem de peccato perjurii* etc. habetur in cod. Biblioth. SS. XII. Apostol. primo loco cit.

De confessione facienda proprio Sacerdoti: habetur Taurini in Biblioth. Regia *Expositio Canonis: omnis utriusque sexus* ex cit. Catalogo Montfaucon.

De pœnis Inferni, et Purgatorii ex Bellarmino de Scriptor. Ecclesiast.

De cupiditate lib. 3. ex Trithemio ms. extat, idemque est cum illo *de Usuris* supra.

De Passione Domini lib. 1. ex eodem Trithemio, extatque

Digitized by Google

extatque ms. apud Minores Samborsenses Libellus membran. characteris antiqui ita inscriptus: *Tota Passio D. N. J. C. est breviter compilata a me Capistrano secundum authenticos Doctores*: incip. *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum, et quæremus eum tecum*, teste Amando Hermann in Capistrano triumphante pag. 806.

De Conceptione Beatissimæ Mariæ Virginis etiam ex Bernardino de Bustis serm. 5. de Conceptione par. 1., Bellarmino, P. Quirino, et aliis.

Sermones de Tempore lib. 1. in 4. asservatur Matriti in Biblioth. Cœnobii Reg. Observ. sub L. num. 135. ex Joan. a S. Anton.

Epistolæ multæ ad diversos partim a Waddingo in Annal., partim a Gubernatis in Orbe Seraphico, et fere omnes a laudato Hermann publici juris factæ sunt.

Epistola ad Johannem de Rockenzana, et alia de protestatione Turcorum in regno Hungariæ anno 1456. habentur mss. in Lipsiensi Bibliotheca ex Catalogo ejusdem Biblioth. pag. 318., et 394.

Epistola ad Universitatem Viennensem, qua exponit felices catholicæ fidei progressus in Moravia; Universitatemque rogat, ut aliquot doctos viros ad se mittat, qui publicæ suæ cum Rockizano Hussita concertationi intersint; una cum alia

Epistola de publicis et promiscuis balneis Religiosorum vulgata est a P. Bernardo Pezio in *Bibliotheca Ascetica* to. 8. Ratisponæ an. 1725. pag. 562. et seqq.

Epistolæ de rebus Turcicis mss. in Biblioth. Gothana ex Catalogo Montfaucon una cum

Sermone ad Clerum in Synodo Tridentina to. 1. pag. 599.

Sermonem habuit *Romæ* coram Martino V. an. 1427. *pro cultu SS. Nominis Jesu, in quo cujusdam Antigenii* (nomen effictum) *reassumpsit, et solvit argumenta* 85., Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 4. cap. 5. scribit 400., pro defensione S. Bernardini. Hujus plura publicavit Armandus Hermann sect. 6. cap. 6. pag. 94.

Sermones quadragesimales habentur mss. Coloniæ apud Prædicatores in fol., et apud Augustinianos in 4., teste Petro de Alva, et Jo: a S. Anton.

De Primatu Petri extat ms. una cum suprascripto Opusculo *de Bello spirituali* apud PP. Polonos ex cit. Hermann.

Tractatus de sortilegiis;

De Sacramento Pœnitentiæ;

De Sacramento Eucharistiæ;

De Baptismo; et

De Latrone pendente ad dexteram Christi; horum omnium meminit ipse Sanctus variis in locis.

Materia notata ex XXX. *sermonibus ejus ad populum in Lipsia habitis* extat ms. in eadem Biblioth. Lipsien. cod. 41. ex pag. 230. ejusdem Biblioth. Catalogi.

Tractatus de pestilentiis, et medicinis occasione pestis, quæ in exercitibus grassabatur, compositus, habetur ms. Lipsiæ in eadem Biblioth. Paulina cod. 45. in 4. ex Catalogo pag. 135.

Tractatum edidit *non dirimendum esse Matrimonium inter Franciscum Sfortiam, et Blancam Ducis Mediolanen. filiam contractum* jussu Marchionis Ferrarien. Nicolai III. adversus centum J. V. Doctores, evicitque, ne dissolveretur ex cit. Marco Ulyssipon. lib. 4. cap. 5., ubi et plura ejus Opera recenset. Forsan est *tractatus de Matrimonio per modum consilii* inter tractatus juris to. 9.

Ejus *Summa* ms. habetur Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518.

Constitutiones pro Ordine Min. Observ. factæ an. 1443. *in Monte Alvernia*, cum Vicarius Cismontanus ejusdem Ordinis fuisset declaratus, habentur in Firmamento trium Ordinum edit. Ven. 1513. par. 3., et to. 3. Orbis Seraphici a pag. 95.; ejusque etiam dicuntur esse

Adversus Joannem Rokizanum hæreticum Hussitam ad Magnates Bohemiæ incip. *Credo Magnifici* etc. habetur apud cit. Hermann pag. 371. Hoc puto esse Opus *contra Hussitas*, de quo supra, nisi sit sequens *Libellus contra Magistrum Joannem de Rokesana* incip. *Salutem in Salvatore omnium electorum* etc., qui extat Romæ in Bibliotheca SS. XII. Apostol. post *tractatum de sanguine Christi*, et scriptus fuit Ægræ sub Nicolao V. an. 1451., in quo asserit, se fusius hæc in alio *tractatu* scripsisse. Huic libello sequuntur *Responsiones* ad Epistolas Joannis Borotti, et Sacerdotum de Cremiczia hæreticorum, et libellus contra Joannem Fauvatzovium Marchionatus Moraviæ Capitaneum, et sequaces hæreticos.

Canones extracti de corpore juris citantur ab ipsomet in lib. *de Antichristo*, ubi inquit: *Circa quod vide, quæ scripsi in c. Fraternitati de Cler. c. non resid., ubi plene tractavi de autoritate Papæ: et in c. De gestis eo tit., ubi tractavi, quid Papa circa Cardinales, et quid Cardinales contra Papam agere possint: et quæ scripsi in c. Cum olim de Cleric. Conjug., ubi tractavi, an Papa possit dispensare cum Monacho super voto castitatis: et in c. Joannes eo tit., ubi plene tractavi, an Papa dispenset cum bigamo: et in d. c., cum olim tractavi copiose, an Papa possit legitimare in terris Imperii; et ibi scripsi autoritatem Papæ circa Imperatorem.* etc. Ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1382. *Canones pœnitentiales extracti e corpore juris* habentur mss. Metis in Biblioth. Cathedral. Eccl. num. 282.

Compendium resolutionum super totum corpus Decretalium forsan est *Canonum Collectio*, quæ ms. extat Taurini in fol. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1398.

Constitutiones Martinianæ an. 1436. a Martino V. approbatæ juxta Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 49. ex Mariano, et Monum.

Vitam S. Bernardini Senensis sui præceptoris composuit, quæ legitur præfixa Operibus ejusdem S. Bernardini edit. Ven. anno 1591. a Petro Rodulphio curatæ, et Jo: de la Haye Lugduni 1636., et 1650., itemque Ven. 1745.

Chronica Fr. Joannis de Capistrano ex exemplari ms. Jacobi Boncompagni transcripta anno Domini 1586. — *Incipiunt Chronicæ Fr. Joannis de Capistrano ex Chronicis Hieronymi, et Eusebii Cæsarien., Quintilii, et aliorum. Præclarus Doctor, et verax S. Ecclesiæ, et sanctæ fidei christianæ, et sanctæ Scripturæ scriptor S. Hieronymus* etc. mss. in fol. extant Romæ in Biblioth. Corsinia. ** Sed *Joannis Capistrani Chronicon* ab Alphonso Ciccarello effictum fuisse scribit Leo Allatius in Opusculo de autoribus a Ciccarello confictis pag. 318. **

Repetitiones aliquot in jure civili cusæ sunt Venetiis an. 1587., teste Oudino to. 3. Comment., et Joan. a S. Anton., qui addit haberi etiam inter Repetitiones Juris.

Additiones in Comment. super libros Decretalium Guidonis Papæ Venetiis anno 1588. in fol. ex Indice Biblioth. Barberinæ. Est autem *Guido Papa*, qui *Clementis IV.* nomen tulit.

Orationem habuit disertam Uratislaviæ occasione Matrimonii Casimiri, et Elisabethæ filiæ Alberti olim Hungariæ, Bohemiæ, ac Romanorum Regis fer. 2. post Assumptionem B. V., themate proposito: *Hæc dies, quam fecit Dominus*: teste Rodulphio lib. 2. fol. 191.

Omnia ejus Opera in tomos 17. in fol. digesta, diuturnoque

Digitized by Google

diuturnoque 20. annorum labore collecta, ac notis illustrata prælo parabat an. 1714. Fr. Joan. Anton. a Sessa Siculus Minorita, teste Anton. Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ in append. ad to. 1.; anno vero 1700. prodiit typis Colon. *Capistranus Triumphans*, seu *Historia fundamentalis de S. Joanne Capistrano* edita a Fr. Amando Hermann ejusdem Ordinis.

Vita S. Jo: a Capistrano italice a Theophilo scripta prodiit Comi in 4.: in cujus fine legitur: *Impressa nel inclita citade de Como nel anno del Signore* M. CCCC. LXXVIIII.

Operis *de Papæ et Concilii, sive Ecclesiæ auctoritate* editio tertia prodiit Neapoli apud Joannem Jacobum Carlinum in 4, cum *Speculo Clericorum* et *Defensorio Tertii Ordinis Sancti Francisci*, cura fratris Antonii Marthæ Padulani, non tamen an. 1613, ut in fronte habetur, sed non ante an. 1617 et verisimiliter hoc anno, quum epistola editoris nuncupatoria directa sit ad Jacobum Bagnacaballensem Minorum Conventualium ministrum generalem, qui ad hoc officium anno 1617 electus est, data vero die 20 Nov. eiusdem anni.

Sermo ad Clerum in Synodo Tridentina, seu *Speculum Clericorum*, non extat iuxta Montfaucon ms. in bibliotheca Gothana, sed in Basileensi (Bibliotheca Bibliothecarum mss. nova, I, 612); reperitur etiam in codice Vaticanæ Palatino Latino 368, sæc. xv, foll. 249-281.

Juxta Waddingum videtur Antonius Amicius edidisse anno 1580 cum *Defensorio Tertii Ordinis* et *Speculo Clericorum* tractatum *de instructione seu directione simplicium sacerdotum;* quod falsum est, edidit enim *De Papæ et Concilii, sive Ecclesiæ Auctoritate. Speculum* autem dicatur Ferdinando Mediceo Card. a *fratre Joanne Francisco Arzignanensi*, Defensorium Joanni a *Calasio*.

Opus *de iudicio universali* etc. vulgavit primum Antonius Amicius Venetiis apud Petrum Dehuchinum anno 1578 in 16, dicans illud Christophoro a Capite Fontium Min. Ord. generali ministro epistola data idibus Junii 1576; non extat igitur editio anni 1573. Sat dubia mihi videtur altera editio veneta anni 1578 a Waddingo indicata.

Tractatus de cupiditate venerabilis patris fratris Joannis de capistranis ordinis minorum et iuris-vtriusque doctoris. In quo de varijs criminibus per que aliena vsurpantur. Nec non de vsura. plenissime societateque mercatorum licita et illicita. De comparatione redditiuum perpetuorum et vitalium in pecunia aut rebus alijs cum pacto reemptionis et sine. Materia etiam monete. et complura utilia. et quotidie occurrentia continentur impressus est sæculo xv in fol. sine ulla nota, sed Coloniæ per Johannem Koelhoff circa an. 1482. Prodiit etiam Venetiis in Tractatuum universi iuris tomo 7, ff. 91-113, quam editionem indicare fortasse voluit Waddingus. Extat ms. in codice Palat. Lat. bibliothecæ Vaticanæ, sæc. xv, ff. 130-194. Dividitur in hoc codice, ut in editionibus memoratis, in duas partes principales, quarum altera in tres partes dispescitur.

Passio domini nostri ihesu cristi edita et predicata per fratrem Johannem de capistrano in zvratisiania (sic) *Anno domini* MCCCCLIII incipiens *Quo abiit dilectus tuus.... Consuetudo apud homines huius mundi est* reperitur in biblioth. Vaticana, cod. Palat. Lat. 469, sæc. xv, ff. 47 in 8.

Commentarius in Regulam Minorum italice ms. an. 1430 servatur Sulmonæ in bibliotheca civica, quem codicem diligenter descripsit Joannes Pansa in op. Varietà storico-bibliografiche.

Explicatio extravagantis Joannis XXII *primæ de verborum significatione adversus Berbegallum*, in forma epistolæ datæ ex urbe an. 1431 de mense Maii, extat inter Repetitiones in Jure Canonico Venetiis impressas apud Juntas an. 1587 in fol., vol. 6i p. 2a, ff. 56-63.

Quæ ex libro *de Antichristo* citantur a Sbaralea, non referuntur ad opus *Canones extracti de corpore iuris*, sed ad *Commentarios in aliquot titulos Tertii Decretalium*, de quibus infra. *Canones pœnitentiales extracti de corpore iuris* Metis extantes verisimiliter idem sunt ac liber *de canone pœnitentiali* supra relatus; hic enim nihil aliud continet quam elenchum canonum pœnitentialium.

Canonum Collectio ex Montfaucon Taurini existens non videtur ex ipso titulo idem esse atque *Compendium resolutionum super totum corpus Decretalium*, sed potius idem atque *Canones extracti de corpore iuris*.

Multi *sermones* S. Joannis de Capistrano continentur in codice n. 1 bibliothecæ Mutinensis S. Cataldi, partim autographo, ut videtur, cuius descriptio exhibetur in Archivo Francisc. Hist. An. I (Ad Claras Aquas, 1908), fasc. IV, pp. 623-626. *Capistrani vita* (per fr. Bernhardinum confessorem Generalis Monasterii Mariemay Ord. S. Salvatoris) *et sermones* (nonnulli) prodierunt Augustæ Vindelicorum ex officina Joannis Milleri VI idus Jan. 1519, in 4.

Octo eius *epistolæ* ad familiam Rosembergicam directæ ann. 1451, 1452, 1453, excriptæ ex Archivo Wittingaviano, editæ sunt in Actis Sanctorum Octobris, tomo x (Bruxellis, 1861), pp. 546-552. *Epistola ad baronem quendam Bohemiæ*, i. e. verisim. Ulricum de Rosemberg, data ex Ponte (Brüx) an. 1452, incip. *Scribunt sæculi dogmata*, extat apud Max Jordan, Das Königthum Georgs von Podebrad, Leipzig 1861, pp. 458-462. Aliam ad ducem Burgundiæ pro civitate Gandavensi anni 1453 edidit Kervyn de Lettenhove Bruxellis, 1863, 8 pp. in 8 (extractam ex Bull. de l'Acad. des sciences etc., Sér. II, tom. XVI, p. 216). Alia ad fr. Albertum Puchelbach Guardianum Nurembergensem refertur a Nicolao Glassberger in suis Chronicis (v. Analecta Franciscana, II, pp. 342-344). Cf. etiam Miscellanea Francescana, II (Foligno, 1887), p. 37; Serapeum, XIV (1853), pp. 161-166; Walouch, Ziwotopes swatého Jana Kapistrána. Brünn, 1858; Marcellino da Civezza, Saggio di Bibliografia Sanfrancescana (Prato, 1879), p. 80, n. 113.

In mss. S. Joannis religiose Capistrani asservatis (v. n. 18) extat *Casus* (circa matrimonium) *satis dubius et importantie magne*. Fortasse idem est ac *tractatus de non dirimendo matrimonio inter Franciscum Sfortiam* etc.

De *vita S. Bernardini Senensis*, quam nostro auctori nonnulli abiudicarunt, cf. Acta Sanctorum Octobris, t. x, p. 438, et Analecta Bollandiana, t. XXI (Bruxellis, 1902), pp. 53-57.

Repetitiones aliquot in iure canonico, non autem in iure civili quas nullas esse existimo, prodierunt in collectione " Repetitionum in Universas fere Juris Canonici partes materiasque sane frequentiores volumina sex. Venetiis, Apud Juntas, 1587, in fol. „ vol. 4°, foll. 392-402. Sunt repetitiones tres, in *rubricam* nempe *de pœnitentiis et remissionibus*, in c. *Manifesta*, et in c. *Qui presbyterum* eiusdem tituli (38i l. 5i Decretalium).

Venetiis an. 1588 prodiit apud Juntas in fol. collectio: Perillustrium doctorum tam veterum quam recentiorum in lib. Decretalium aurei Commentarii videlicet Abbatis Antiqui, Bernardi Compostellani, Guidonis Papæ, Joannis a Capistrano. Huius commentarii, qui haud recte dicuntur a Sbaralea *Additiones in Comment. super libros Decretalium Guidonis Papæ*, editi cura Antonii Amicii Aquilani, versantur circa quatuor priores titulos tertii libri Decretalium (de vita et honestate clericorum, etc.), et c. 2um *Qui presbyterum* tituli 38, quinti libri de pœnitentiis et remissionibus. Hos sequitur 33 foliis *Summula seu Lectura de iis quæ ad matrimonium pertinent et scire sunt magis necessaria confessori pro salute confitentium exquirenda*.

De editione eius operum a fr. Jo. Ant. a Sessa parata vide Acta Sanctorum Octobris, tom. x, pp. 437-439. Ex his patet Sessam adscripsisse Joanni de Capistrano (ut omittam opera sub alio titulo quidem enuntiata, sed non ita diverso ut eadem cum supra dictis esse non possint) hæc alia: *De quarta canonica; de consanguineitate et affinitate; de ieiunio; prolusionem ad amatores sapientiæ; de promovendo studio inter Minores Observantes*.

De S. Joannis mss. Capistrani asservatis cf. V. De Bartholomæis, I codici capestranesi, in Bullettino dell'Istituto stor. ital., N. 8 (Roma 1889), pp. 77-113, vel in Miscellanea Francescana, V, (Foligno 1890), pp. 5-21. Nonnulla mss. extant Vratislaviæ in bibliotheca regia, ex quibus ab Eug. Jacob recenter edita sunt (in op. Johannes von Capistrano. Breslau, Max Woywod, 1903-1907. 3 voll. in 12) *Speculum clericorum, Sermones* (2) *in synodo Wratislaviensi* (an. 1453) *prædicati, materia triginta sex sermonibus Lipsiæ prædicata* (an. 1452), *tractatus de cupiditate*.

In Actis Sanctorum Octobris tom. x, ex mss. Aracœlitanis editæ sunt: Vita fr. Joannis de Capistrano per fr. Nicolaum de Fara socium eiusdem (pp. 439-483), Vita scripta a fr. Hieronymo de Utino (pp. 483-491), Vita scripta a fr. Christophoro a Varisio (pp. 491-546). Has præcedit amplissimus Commentarius

Digitized by Google

Commentarius prævius Jos. Van Hecke (pp. 269-439). De aliis circa eius gesta scriptis cf. Potthast, Biblioth. hist. medii ævi, II, (Berlin, 1896), p. 1396; Chevalier, Répertoire, Bio-Bibliographie, II, (1907), coll. 2379-2381.

MMCXXIV. 1090.

JOANNES CARDOSUS = plures alios libros scripsisse narrat apud Nicol. Antonium to. 2. Biblioth. Hispan. Georgius Cardosus. De eo Antonius a Paiva cecinit:

» Cardosus in dulcis mutatur flumina mellis;
» Spinaque vernantes dat sine sente rosas.

Ita apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Ruth peregrina, seus sucessos, e boa ventura moralizada sobre a letra do sagrado texto. 1 Parte. Lisboa por Gerardo da Vinha, 1626, in 4. - 2 Parte. Lisboa por Manoel da Sylva, 1654, in 4. Scripsit preterea:

Tratado dos escrupulos. Lisboa por Matheos Rodrigues, 1629, in 8. - *Luzeiro da Nobreza de Espanha*, 24 voll. mss.

Obiit Olisipone die 8 Maii 1655. - Cf. D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, II, pp. 621-622.

MMCXXV.

JOANNES CARMASSONIUS Aragoniæ provinciæ alumnus, sac. Theolog. Doctor, et Ecclesiastes egregius an. 1366. cum Terræ Sanctæ provinciæ Ministerio fungeretur, Nicosiæ in Cypro interfuit morti *B. Petri Thomæ Ordin. Carmelit. Patriar. CPolitani*, cujus in exequiis pene extemporaneam habuisse fertur *Orationem*; conscripsitque insuper

Vitam gloriosi Patriarchæ Constantinopolitani Fr. Petri Thomæ Ordinis intemeratæ Virginis de Carmelo: quam e latino italicum in sermonem vertit, exhibuitque Fornarius in suo Carmeli *Memorabili Anno* to. 1. sub die 29. Januarii. Hujus Joannis meminit etiam Philippus Mazerius in Cypro regno *Cancellarius* in Vita ejusdem B. Petri Thomæ, quam ipse quoque composuit autor coævus, et Waddingus; sed nec ipse, nec Bollandus to. 2. Januarii die 29. huic Joanni, sed *Joanni Faventino* infra relato Vitam hanc attribuunt.

Vita S. Petri Thomæ, patriarchæ Constantinopolitani, legati apostolici, ex ordine B. Virg. Mariæ de Monte Carmelo. scripta ab annis trecentis per R. P. Joannem Carmessonium... Nunc demum... primum prodit. Antverpiæ, typis M. Pariis, 1666, in 8. Reperta est a pp. God. Henschenio et Dan. Papebrochio apud PP. Cœlestinos Parisiis in vetusto codice ms. adversariorum Philippi Mazzerii et dono data Danieli a Virgine Maria Ord. Carm., qui eam statim edendam curavit, deinde inseruit etiam tomo 2° sui *Speculi Carmelitani* (impresso Antuerpiæ an. 1680).

MMCXXVI. 1091.

JOANNES CAROLUS =

Joannis Caroli de Rebus Casparis a Robles Billæi in Frisia gestis Commentariorum Libri IV, *ad Catholicum Hispaniarum Regem Philippum Austriacum, Caroli V filium, nunc primum vulgati* (cura Petri Wesseling). Leovardiæ, Tobias van Dessel, 1731, in 4; recusi ibidem an. 1750, in 4.

MMCXXVII. 1092.

JOANNES CARRILLO = edidit et

Tractatum viæ Crucis, quem citat Antonius Daza ejusdem Ordinis lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

Salvator Vitalis in Chronico Seraph. Montis Alverniæ lib. 5. cap. 2. adducit *Francisci Carillii Tractatum Tertii Ord. S. Francisci*; sed forsan error est; legendumque *Fr. Joannis Carrillii.*

Historiam S. Elisabeth Reginæ Lusitaniæ typis dedit Cæsaraugustæ an. 1615. in 4. per Joannem de la Naja.

In Historia Conventus Clarissarum Matritensium, in quo tum erat *Margarita Austriaca*, recenset *Vitas* CXV. *Sanctorum, qui ex florentissima domo Austriaca prodierunt.*

Obiit Matriti an. 1616., de quo et Nicolaus Antonius, aliique apud Joan. a S. Antonio, qui pag. 321. to. 2. citat hujus autoris *to. 2. Historiæ Tertii Ord. Franciscani.*

Primera parte (-segunda) de la Historia de la Tercera orden de nuestro seraphico P. S. Francisco, con la historia del milagroso aparecimiento de la Imagen de Nuestra Señora del Monte Santo. Çaragoça, L. Sanchez. 1610-1613, 2 voll. in 4.

La Historia de santa Isabel Infanta de Aragon, y Reyna de Portugal. Por Juan de Lanaja y Quartanet Impressor del Reyno de Aragon, y de la Vniversidad de Çaragoça. Año 1625, in 4. Editio 2ª, cui inest operis apologia, auctore Leonardo de Argensola canonico Cæsaraugustano.

Relacion historica de la real fundacion del monasterio de las Descalças de S. Clara de la villa de Madrid, de las vidas de la Princesa de Portugal Doña Juana de Austria su fundadora y de la Emperatriz Maria su hermana con un breve tratado de CXV. *Santos de la Casa de Austria y sus elogios.* Madrid, L. Sanchez, 1616, in 4.

MMCXXVIII. 1093.

JOANNES DE CARTHAGENA =

Homiliæ sacræ catholicæ prodierunt Venetiis an. 1609. per Patricium Castruccium tom. 1.; tomus 2., et 3. vero Romæ an. 1611., et 1614. in fol. per Bartholomæum Zanettum ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon. Parisiis quoque anno 1618. ex Joanne a S. Antonio. ** *Homiliæ catholicæ de sacris arcanis christianæ Religioad Christum Dominum spectantibus* cum *additionibus magni momenti* post quintam editionem Romanam Venetiis an. 1614. typis Jacobi de Franciscis in 8. m. **

In quartum Sententiarum librum tomus primus prodiit Romæ an. 1607. ex Ind. Biblioth. Barber.

De ortu, progressu, et Viris Illustribus Ordinis Montis Carmeli. Antuerpiæ 1620. in 8. ex Joan. a S. Anton., et postea Coloniæ an. 1645. in 8. ex cit. Ind. Biblioth. Barber., quem *Tractatum de antiquitate Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo* vocat Waddingus supra in *Hieronymo Pancorvo*; additque ab eodem Pancorvo e latino in hispanicum translatum prodiisse Hispali an. 1623. in 8.

Tractatus de prædestinatione. Romæ 16... in 8. ex Biblioth. Slusiana.

De vita Christi Domini, ac de gestis Sanctorum meditationes ex Relatione suæ provinciæ Conceptionis, nisi sit idem cum sua praxi de *oratione mentali*, inquit Joan. a S. Anton.

Disputationem insignem scripsit *contra latentem usuram* ad Paulum V. Pont. Max. incip. *Ad interrogationem* etc., teste Haroldo apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispana, et ex eo Joan. a S. Anton.

Homiliarum catholicarum editio prima prodiit Romæ quatuor tomis in fol. ann. 1609, 1611, 1614, 1616; tomus 1us ex officina Alphonsi Ciaconii, 2us et 3us ex typographia Bartholomæi Zannetti, 4us ex typographia Jacobi Mascardi. - 1us Tomus, cui titulus est *Homiliæ catholicæ in universa Christianæ religionis arcana*, 194 homilias complectens in XVI libros dividitur, agitque de altissimo SS. Trinitatis arcano (libro 1°), de arcanis ad Christum Dominum spectantibus (libris 2°-15°), de portentosa missione Spiritus S. et eius arcanis (libro 16°). Recusus statim fuit non solum Venetiis sed et Coloniæ. Quinta eius editio cum titulo *Homiliæ Catholicæ de sacris arcanis christianæ religionis ad Christum Dominum spectantibus*, ab auctore octo homiliis locupletata, prodiit Romæ an. 1612 ex typographia Gulielmi Facciotti in fol.; editio, quæ prodiit Venetiis an. 1614 apud Jacobum de Franciscis in 4, octo aliis homiliis ab auctore aucta est. - Tomi 2us, 3us et 4us titulum habent: *Homiliæ catholicæ de sacris arcanis Deiparæ Mariæ Virginis et Josephi.* Tomus 2us septem libris agit de Virginis æterna prædestinatione et conceptione, nativitate, præsentatione, desponsatione,

Digitized by Google

satione, annunciatione, visitatione, partu et virginitate; 3us totidem libris de purificatione, de fuga in Ægyptum, de amissione Jesu in templo, de postulatione conversionis aquæ in vinum, de B. V. plangente Domini passionem, de Virginis morte sepultura et resurrectione, de eius assumptione et coronatione; 4us libris quatuor de sacris arcanis Deiparæ Virginis latentibus in festo S. Mariæ ad Nives, in eius Rosario, in festo S. Mariæ de M. Carmelo, de cultu et devotione erga B. Virginem ac D. Ioseph. Accedit velut appendix alius liber de mirandis Deiparæ Virginis tam in gratiam quam in vindictam, in quo post præfationem seu dissertationem de miraculorum natura et utilitate necnon de potestate Virginis ad ea patranda, 237 miracula eiusdem modo historico referuntur.

Disputationes in universa Christianæ religionis arcana, quas Waddingus prodiisse dicit Romæ apud Alfonsum Ciacconem an. 1609, procul dubio nihil aliud sunt quam *Homiliarum catholicarum* tomus primus supra notatus.

Praxis Orationis Mentalis, ad faciliorem eius usum reddendum omnibus et singulis statibus accomodatissima; in libros v *distributa.* Venetiis apud Jacobum de Franciscis, 1618, in 4. Non videtur potuisse inscribi *De vita Christi Domini, ac de gestis Sanctorum meditationes*, quum nec *meditationes* contineat nec *de gestis Sanctorum* aliquid habeat.

Selectarum Disputationum in quartum Sententiarum tomus primus, Romæ apud Stephanum Paulinum in 4, habet quidem in fronte annum 1607, sed operis approbatio per Andream Justinianum Ord. Præd., in eodem tomo impressa, est 13 Nov. 1608.

Opus *de Ordine B. M. V. de monte Carmelo* impressum est Coloniæ Agrippinæ an. 1643 (non autem 1645) in collectione *De ortu et progressu ac viris illustribus Ordinis Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de monte Carmelo. Tractatus Joannis Trithemii, Auberti Miræi et Joannis de Carthagena.* Nostri auctoris opusculum hunc titulum habet: *De sacra antiquitate Ordinis gloriosissimæ Dei Genitricis semper Virg. Mariæ de monte Carmelo sive Fratrum B. Mariæ Virginis Tractatus duo, quorum primus originem et laudes eius recenset: alter quorumdam sequius sentientium obiectiones refellit.*

In catalogo *Bibliotheca Slusiana* inscripto tractatus *de prædestinatione*, qui pag. 80 Joanni de Carthagena Ord. Min. tribuitur, dicitur impressus Romæ in 8 an. 1581. Idem ergo est ac *de Prædestinatione et Reprobatione Angelorum et hominum tractatus*, qui prodiit ibidem in 8 eodem anno apud Vincentium Accoltum. Sed hic tractatus est Francisci Carthagenæ.

Nostri auctoris habetur etiam typis edita:

Disputatio insignis utilis valde ac pernecessaria ad extirpandum quoddam latentis simoniæ vitium, hac tempestate nimis frequens, tam in Italia, quam in Hispania, et alijs regionibus. In qua diligenter investigatur, Sitne simonia dare pecuniam intercessori pro intercessione facienda alicui Principi ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum? Incipit: *Quamvis perplures Doctorum codices evolverim.* Secunda impressio ab auctore recognita prodiit Romæ apud Stephanum Paulinum an. 1657 in 4.

In ms. 2107 bibliothecæ Casanatensis foll. 267-284 extat eius *Responsio* (facile inedita) ad interrogationem super dispensatione pro matrimonio Roderici Henriquez subdiaconi cum Anna Henriquez eius nepote ex fratre, et sorore viventis Almirantis Castellæ. Data est in Regali Conventu S. Petri in Monte Aureo quintadecima die mensis Septembris anni 1613.

Catalogus librorum omnium facultatum qui venales reperiuntur in Officina et Societate Philippi Borde, Laurentii Arnaud et Claudii Rigaud... usque ad hunc annum 1656 (Lugduni 1656), pag. 107 *Carthagenæ* adscribit, præter Homilias Catholicas, *Conciones Quadragesimales. 8 Paris. 1632.*

In *Homiliarum catholicarum* 2° tomo editionis romanæ anni 1611 in epistola ad lectores typographus promittit se in lucem daturum alia opera a nostro auctore iam composita, nempe: opus de arcanis Evangelicæ doctrinæ in duos tomos distributum; deinde de arcanis Sanctorum, quos Ecclesia Catholica speciali festo concelebrat; postremo disputationes selectas de arcanis Dialecticæ, Philosophiæ et Metaphysicæ; demum disputationes Miscellaneas de arcanis sacræ Theologiæ, tam scholasticæ, quam moralis in quatuor volumina divisum *(sic)*.

MMCXXIX. 1094.

JOANNES A CASALI = Montisferrati provinciæ Genuensis sac. Theologiæ Doctor, cujus meminit autor æqualis Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in prov. Genuæ, Custodia Montisferrati, et *Loco Casalis*, inquiens: *hic locus habuit Fratrem Joannem Magistrum in Theologia virum sufficientem, qui plures quæstiones edidit in Theologia, et Philosophia.* Hujus autoris

Tractatus Philosophicus de motu etc. scriptus Venetiis extat Florentiæ in Biblioth. Riccardiana ms. sub L. 1. cod. chartac. in fol. num. 33., in cujus fine legitur: *Explicit... per Fratrem Johannem de Casali Ordinis Fratrum Minorum sacræ Theologiæ Doctorem in Conventu Fratrum Minorum... anno Domini* MCCCXLVI. *mei Jacopi Francisci Ser Tinghi* ex Indice illius Bibliothecæ pag. 106.

Hunc Gregorius XI. an. 1375. suum Nuncium ablegavit ad Fridericum Siciliæ Regem pro gravibus cum illius regni, tum Ecclesiæ negotiis, ut ex Reg. Vatic. prodit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum: eumque etiam commemorat Rodulphius lib. 1. fol. 98., ubi de *Deodato a Ruticino* disserit, quasi an. 1399. vive et. Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont. scribit vixisse an. 1560., eique Waddingum tribuere

Opus de velocitate, et tractu duorum corporum cusum Venetiis in fol., cum Waddingus nil hujuscemodi habeat, et forsan confunditur iste cum alio recentiori. Errat itaque Joan. a S. Anton., dum ait vixisse ad annum 1500.

Quæstio subtilis doctoris Johannis de Casali de velocitate motus alterationis impressa est cum quæstione *de modalibus* Bissani Politi et aliis opusculis Venetiis mandato et sumptibus heredum quondam D. Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum kal. Septembris 1505, in fol. Incipit: *Utrum in mobilibus ad qualitatem id semper velocius moveatur quod in equali tempore acquirit maiorem latitudinem qualitatis. Quod non arguitur sic. tunc agens distans a passo suo* etc. Explicit: *Ad hoc respondeo concedo conclusiones omnes istas tamquam possibiles. Amen deo gratias.* Ergo idem est ac opus Johanni de Casali Ord. Min. tributum in codice Riccardiano a Sbaralea citato, iuxta huius codicis descriptionem exhibitam in Archivo Franciscano Historico, An. I, fasc. I, (Ad Claras Aquas 1908), p. 116. *Quæstionem Johannis de Casali* sequitur in eadem editione *Quæstio Blasii de Parma de tactu corporum durorum.*

MMCXXX.

IOANNES A CASTILIONE provinciæ Tusciæ seculo XIII. floruit, fuitque contra hæreticam pravitatem Inquisitor in ea provincia, de quo Waddingus in Annal. Min. non semel verba facit; anno 1272. Parisiis *sermones* nonnullos habuit, quorum 13., et 99. habentur mss. in cod. Biblioth. Sorbonicæ inter sermones aliorum eo anno habitos, teste Echard to 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 269.

MMCXXXI.

JOANNES DE LA CAVA Hispanus Theologus prov. Beticæ Reg. Observ. evulgavit

Orationem ad Fratres suos in Capitulo provinciali congregatos. Granatæ an. 1609. in 4. ex cit. Joan. a S. Anton.

MMCXXXII. 1095.

JOANNES A CAULIBUS = provinciæ Tusciæ, Custodiæque Florentinæ, de quo autor coævus Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in prov. Tusciæ, Custodia Florent., et *Loco S. Geminiani* inquit: *de quo extitit oriundus Fr. Joannes de Caulibus magnus prædicator, et devotus, qui*

Meditationes super Evangelia fecit pulchras: et etiam Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. ait: *Tractatum Meditationis super Evangelia fecit Frater Joannes*

Digitized by Google

Joannes de Caulibus de S. Geminiano: non autem fecit *tractatum de triplici via Sapientiæ*, ut habet Rodulphius lib. 3. a Willoto, Possevino, Waddingo, et Joanne a S. Anton. secutus; cum enim cit. Pisanus VIII. Confor. scripsisset: *tractatum Meditationis super Evangelia fecit Frater Joannes de Caulibus de S. Geminiano: tractatum Transfige quidam Lector Mediolani: tractatum devotum de triplici via sapientiæ Fr. Hugo de provincia*; Rodulphius Pisani codicem corruptum nactus tres autores in unum confundit, et Joannem de Caulibus fecit *Lectorem Mediolani*, et scriptorem *tractatus de triplici via sapientiæ*, qui certe est *Hugonis Diniensis*, teste ipsomet Waddingo supra in *Hugone de Digna*. Hinc errant, qui tradunt hunc *Mediolani* fuisse sac. Theologiæ Professorem, ut Joan. a S. Anton., qui et putavit, hunc esse diversum a *Joan. a S. Geminiano*. Antonius Lusitanus Ord. Prædic., et ex eo Jac. Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 528. in *Joannes de S. Geminiano* hunc cum illo confundentes *Meditationes in Evangelia* Joanni sui Instituti adscribunt ex Willoto; cum tamen Willotus ex Rodulphio, Marco Ulyssipon., et Pisano loquatur de Joan. a S. Geminiano Franciscano non Dominicano. In Annal. Min. tradit Waddingus, hunc Joannem de Caulibus floruisse an. 1376.

** *Sermones fratris nostri Joannis de Sancto Geminiano in pergam. diversa littera* extabant in Biblioth. Minor. Senar. armar. E. D. ex Indice in addit. post an. 1499. factis. Habentur et in Biblioth. Riccard. **

Benedictus (Bonelli) a Cavalesio in op. Prodromus ad opera omnia S. Bonaventuræ, Bassani 1767 coll. 697-700, probare nititur esse *Joannis a Caulibus Meditationes vitæ Christi* incipientes *Inter omnia alia virtutum et laudum præconia* iam S. Bonaventuræ communiter tributas, de quibus dictum est sub n. CCLXVII.

MMCXXXIII. 1096.

JOANNES CAXTONUS = Waddingus accepit a Pitseo; sed vereor, ne sit ille *Joannes Anglus Lector*, qui fecit *Summam Joanninam*, de quo supra actum est, cum natio, tempus, et argumentum conveniant. Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Joannes Major Hadington* ait, Joannem Majorem *Caxton Angli libros* 7. latinos reddidisse: hujusne, vel alterius, nondum rescire potui.

MMCXXXIV. 1097.

JOANNES A CAZALLA = ex Lectore Emerito Reg. Observ. Episcopus factus est an. 1517. non Veræ Crucis in Indiis, sed *Verensis* in Africa, et Coadjutor Abulen. Edidit vernacule per modum dialogi

Lumen animæ, seu *de beneficiis* etc. cusum etiam Hispali eodem an. 1528. in 8. typis Joan. Cromberg.

*JOANNES DE CELAYA = V. *Joannes Zelaja*.

MMCXXXV.

JOANNES CENOMANUS Gallus an. 1272., et 1273. Parisiis nonnullos *Sermones* habuit, quorum tres, nempe 8., 18., et 195. extant mss. Parisiis in cod. Sorbon. inter aliorum sermones, teste Jacobo Echard to. 1. in Scriptor. Ord. Prædic. pag. 269. in *Egidio Aurelian.*

MMCXXXVI. 1098.

JOANNES DE LA CERDA = de quo et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

Natus est in oppido Tendilla toletanæ diœcesis. In fine tabularum operis *Vida politica de todos los estados de mugeres* testatur se incumbere ad perficiendos " otros dos Tratados de Vida Política, tocantes á la reformacion de las costumbres de diversos estados „ eosque promittit, si primum opus bene acceptum fuisset, se statim in lucem daturum. Cf. Juan Catalina García, Ensayo de una Tipografía Complutense (Madrid, 1889), p. 228, n. 736.

MMCXXXVII. 1099.

JOANNES CHRYSOSTOMUS A S. LAUDO = de quo Bordonus, et Vernon, et ex his Joan. a S. Antonio.

** De eo agit iterum Waddingus supra v. Chrysostomus a S. Laudo. **

Extat Parisiis in biblioteca Mazarina

La vie du grand Serviteur de Dieu maistre Antoine le Clerc sieur de la Forest par le P. Jean le Chrysostome, Religieux Penitent. A Paris chez Georges Josse, 1642, in 4.

MMCXXXVIII. 1100.

JOANNES CLERICUS = de quo agunt Willotus in Athenis Franciscanis, et Possevinus in Appar. sac.

MMCXXXIX. 1101.

JOANNES CLYN = cum in descriptione Conventuum Hiberniæ mentionem faciat Conventus *Coinhe*, seu *Connych* anno 1433. extructi ex Bulla Eugenii IV. apud Wadding., verum est, eum sub anno 1405. Ministri provinciæ Hiberniæ functum officio, ut habet Waddingus ad an. 1350. n. 24. ex Monum. Hibernicis. Conventus autem *Carrigen.*, cujus ipse primus Guardianus extitit, et constructus videtur circa an. 1336., ut ipse scribit Waddingus ad eum annum num. 37., multo posterius ædificatus est, cum Pisanus, qui scribebat circa an. 1390., illius non meminerit, et anno 1336. Jacobus Butlerus, latine *Pincerna*, locum solummodo donavit pro Cœnobii constructione.

Annales mss. extant in Biblioth. Comitis Clarendonii cod. 42. ex Biblioth. Bodlej. to. 3.; eosque, quos Waddingus nuncupat *Chronicon*, produxisse scribit usque ad an. 1350. in Annal. ad eum an. num. 24.

The Annals of Ireland, by Friar John Clyn... and Thady Dowling... Together with the Annals of Ross. Edited from Mss. in the library of Trinity college, Dublin, with introductory remarks, by the very rev. Richard Butler... Dublin, Irish Archæological Society, 1849, in 4.

Quoad tempus, quo hic auctor vixit, dubium discutere nequeo, qui ne opus quidem ipsum vidi. Recentiores biographi cum Waddingo conveniunt, atque Joannem Clyn obiisse tradunt c. an. 1349. Certe non nimis longe ab hoc anno eum vitam produxisse suadet annus, quo *Annales* desinunt; non videtur autem Cœnobium Carrigense multo post an. 1336 ædificatum esse, quum Waddingus in Annal. ad an. 1336 num. XXVII se sub Clemente VI an. VI (1347-48) invenisse referat uxorem Jacobi Butleri et Jacobum filium petiisse licentiam a Pontifice illud construendi.

MMCXL. 1102.

JOANNES CNYFIUS =

Comment. editum est Antuerpiæ in 8., teste Jacobo Le Long in Biblioth. sac. pag. 679. et 759. typis Steelsii ex Waddingo infra in *Jo: Guyfio*, quem videtur facere diversum, dum bis de eo agit.

MMCXLI. 1103.

JOANNES COLGANUS = cujus

Triadis Thaumaturgæ, seu Divorum Patritii, Columbæ, et Brigidæ, trium veteris et majoris Scotiæ, seu Hiberniæ, Sanctorum Insulæ, communium Patronorum acta tomis 2. prodierunt Lovanii an. 1647. in fol. ex Ind. Biblioth. Barber., et Joan. a S. Anton. to. 2. Edidit etiam

Theologiam habitam Lovanii, ibique impressam an. 1639. in 4., teste Petro de Alva col. 746. *Militiæ.*

De vita

Digitized by Google

De vita, patria, elogiis, ac doctrina Doctoris Subtilis. Antuerpiæ 1655. apud Joan. Marcellum ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit obiisse eum an. 1647., quod contrarium est Waddingo, et forsan legendum est 1657.

Triadis Thaumaturgæ . . . acta prodierunt tomo uno, qui est *de sacris Hiberniæ antiquitatibus* secundus. De iisdem autem antiquitatibus tomus quartus *Acta Sanctorum Hiberniæ mensium Aprilis Maii et Junii* complectens non videtur. dum de hoc auctore scriberet Waddingus, sudasse, ut ipse testatur, sub prælo, nam editus tandem fuisset, salte n a doctis collegis, quos Colganus adiutores operis sui habuit.

Natus est Colganus an. 1592; an. 1612 Ordinem Franciscanum Lovanii est ingressus, ibique obiit die 15 Jan. 1658. Mss. pretiosa reliquit, quæ tamen sunt adhuc inedita, videlicet

De apostolatu Hibernorum inter exteras gentes cum Indice Alphabetico de exteris sanctis (852 pp.);

De Sanctis in Anglia, Britannia Aremorica, in reliqua Gallia, in Belgio (1068 pp.);

De Sanctis in Lotharingia et Burgundia, in Germania ad senestram et desteram Rheni, in Italia (920 pp.)

Cf. J. T. Gilbert, National Mss. of Ireland. London, 1884; W. J. Doherty, Jnis-Owen and Tirconnell, being some account of Antiquites and Writers of the County of Donegal. Dublin 1895, pp. 49-52, 71-103; D. Hyde, A literary History of Ireland. New York, 1902; W. H. Grattan-Flood, in The Catholic Encyclopedia (New Jork. Robert Appleton Company, 1907 s pp.), vol. I, pp. 111-1 2; J. Mac Caffrey, ibidem, vol. IV, pp. 99-100.

MMCXLII.

JOANNES COLOMBI Gallus Avenione Pontificius Pœnitentiarius scripsit gallice

Tractatum de SS. Sacramento Altaris, qui ms. extabat Parisiis in Regia Biblioth. in 2. xyxto n. 792., teste Philippo Labbe in nova Biblioth. mss. Librorum edita Parisiis 1653. in 4., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Fortasse idem est ac Joannes Columbi O. M., de quo mentio fit apud Denifle-Chatelain, Chartularium Universitatis Parisiensis, III (Paris 1894), doc. 1545 anni 1388, ubi dicitur studens in theologia, et doc. 1572, 1576, 1577 anni 1389, in quibus vocatur sacræ theologiæ doctor vel in theologia magister.

MMCXLIII. 1104.

JOANNES COLONIENSIS = suo arbitratu, aut cujuslibet alterius Joannes a S. Antonio asserit hunc fuisse *Regul. Observ.* alumnum, cum constet fuisse *Conventualem.* Hujus autoris extant Bononiæ, Asisii, et Ferrariæ, et alibi in Bibliothecis S. Francisci

Quæstiones Magistri Joannis Scoti abbreviatæ, et ordinatæ per alphabetum super 4. libris Senten., Report., Quolibetis, Metaphysica, et de Anima; suntque quæstiones *num.* 430. impressæ initio nascentis Typographiæ *per Magistrum Vendelinum de Spira* in 4. sine anno, et loco impressionis; sed *Vendelinus* Spirensis cudebat Venetiis an. 1473.; Opusque hoc citat Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Joannes Duns Scotus.* Deinde prodierunt Basileæ an. 1510. in 4. hoc titulo:

Quæstiones Magistrales; quæ variant tamen a prima editione et numero, et loco, cum decisionibus opinantium cujusdam *Fratris Min. Observ.,* quæstionum capitibus adjunctis, notisque margineis ac *Directorio* prævio, nec non ingenti tabula, indiceque in fine per Michaelem Wildeck sacræ paginæ Professorem, majoris Ecclesiæ Basileensis quondam concionatorem, Ecclesiæque S. Petri Canonicum elaborato; editionemque fieri curavit *Fr. Daniel Meyer* ejusdem Ordinis concionator, Theologiæque Professor, quam dicavit D. *Joanni Gerviler* Theologo Basileensi, Sanctique Petri Canonico.

Comment. in 4. Senten. libros typis antiquis cusus extat Coloniæ in Bibliotheca Min. Conv.

Commentarius in 4 Sententiarum libros probabiliter nihil aliud est quam opus præcedens. De quodam *Correctorio biblico* ipsi tributo, cuius fragmenta extant in ms. 28 monasterii Einsidlensis ineuntis sæculi XVI, cf. H. Denifle, Die Handschriften der Bibel Correctorien des 13 Jahrhunderts, in Archiv für Literatur u. Kirchengeschichte des Mittelalters, IV (Freibourg-en-Brisgau, 1888), p. 545 ss.

MMCXLIV.

JOANNES COLTELLINUS a Poggiali agri Bononiensis oppido Min. Conv. sacræ Theol. Magister, et Orator insignis, qui *cum de Theologia, Poesi, Oratoria, Philosophia benemeritus esset, inventiones suas literis cum dignitate mandavit: Magistri Sententias, ac nonnullos Aristotelis libros diligenter exposuit: Poema Lyrico carmine conscripsit: extant permultæ ipsius laudationes funebres;* inquit Joannes Garzonius in Opusculo *de dignitate urbis Bononiæ* ad Ant. Galeatium Bentivolum in to. 21. Rer. Ital. Scriptor. Fuit in patria Universitate, Gymnasioque Theologiæ Professor ex Alidosio in Doct. Bonon. to. 1. pag. 77., et 88., ubi tradit, eum an. 1401. funebrem *Orationem* habuisse in obitu *Francisci Ramponi* legum Doctoris famosi coram Joanne Ravennate Archiep., urbis, Gymnasiorumque Rectoribus, aliisque civitatis primoribus: postea suæ provinciæ Ministerio functus est, quo titulo Pisanum ad Concilium accessit an. 1408., cumque a Gregorio XII. ob hoc ipsum dignitate motus pronunciaretur, ab Alexandro V. restituitur, vel confirmatur; annoque 1416. in insigni S. Petronii Basilica *conciones quadragesimales* habuit ex monumentis illius Basilicæ: quibus meritis onustus migravit ex hac vita an. 1421., teste Rodulphio lib. 2. pag. 190. dictus *Joannes Georgii* a patris nomine.

Sermones duo ad Regimen civitatis Bononiæ anno 1416., et 1417. habentur mss. Florentiæ in Biblioth. Riccardiana, una cum

Oratione ad Gismundum Rom. Imperatorem sub M. IV. cod. chartac. in fol. num. 32. ex Ind. illius Biblioth. pag. 155. Scripsit etiam ex jam dictis

Poema lyrico carmine:

Orationes funebres, variasque:

Conciones quadragesimales:

Expositionem in aliquot Aristotelis libros: et

Expositionem in aliquot libros Magistri Sententiarum.

Meminit hujus autor æqualis Fr. Bartholomæus a Puliola Bonon. in Chronico to. 18. Rer. Ital. Script. edito sub an. 1392., et Waddingus in Annal. Min., et in Censura *de Reportatis Paris. Scoti* edit. Lugdun. 1639.

MMCXLV. 1105.

JOANNES DE COMBIS = absque autoris nomine vulgavit primo an. 1554. in 12.

Compendium Theologiæ ad Ecclesiæ Lugdunensis Decanum incip.: *Veritatis Theologicæ sublimitas* etc., postea an. 1560. Venetiis per Hieronymum Cavalcalupum una cum *Terminorum Theologalium declaratione juxta S. Bonaventuræ sententiam;* in cujus Compendii præfatione fatetur, Opus adscribi multis, S. Thomæ, *S. Bonaventuræ,* Petro Tarantasiensi, et Alberto Magno; sed, ut videbitur infra, est *Petri Thomæ* Minoritæ: deinde iterum Ven. cusum est anno 1565. per Jordan. Zilettum, et Lugduni 1563., et 1568. typis Gulielmi Rovillii; iterumque Venetiis anno 1570. typis Christophori

Digitized by Google

Christophori Zanetti in 12., an. 1575. apud Petrum Deuchinum, et an. 1578. typis Egidii Ragazzolæ, et Dominici Cavalcalupi in 12. una cum castigationibus *Jo: Balainii* sub nomine *S. Bonaventuræ*, postmodum ab aliis aliter vulgatum, ut infra in suo loco dicetur.

Sermones, et *Tractatus* omittuntur a Joan. a S. Anton.

Compendium totius theologicæ veritatis septem libris digestum, accurateque cum veteribus ac approbatis exemplaribus collatum, cui accedunt multæ perutilesque annotationes cum Divi Bonaventuræ terminorum Theologalium declaratione, opera Joannis de Combis, prodiit etiam Lugduni apud Gulielmum Rovillium an. 1557 in 16, et sub titulo *Clavis seu Summa totius theologicæ veritatis* Constantiæ sumptibus Nicolai Kalt an. 1615 in 8.

MMCXLVI. 1106.

JOANNES COMES =

Opus a Waddingo huic auctori tributum idem verisimiliter est ac sequens, quod Jac. Car. Brunet (Manuel du libraire, 5 edit., III, col. 916) ex auctoritate Abbatis de Saint-Léger Jeanni Le Conte minoritæ adscribit: *Les Miracles de Notre Dame. Rouen, par Jacques Le Forestier demourant pres Saint Erblanc deuant lenseigne de la gibessiere, s. d., in 4.* In eodem volumine, coll. 1743-44, duæ editiones miraculorum B. M. V. notantur, quæ fortasse ad idem opus Joannis Comitis referuntur: altera impressa *a Lyon sur le Rosne par Claude Nourry alias le prince le* III *iour de decembre M. cinq cens* XXIII, in 4 p., ff. 44; altera nullam notam typographicam exhibens, in 4 p., ff. 82.

MMCXLVII.

JOANNES A CONCEPTIONE Lusitanus prov. Algarbiorum Reg. Observ. alumnus edidit, ut est apud Joan. a S. Anton.,

Concionem de translatione S. Vincentii Martyris. Ulyssipone anno 1641. in 4. typis Anton. Alvarez.

Concionem aliam *de Expectatione Virginis Mariæ.* Ibidem, in 4.

Tractatum de provincia Algarbiorum, cujus meminit ex Cardoso Nicolaus Antonius to. 2. Biblioth. Hispan., ms. extare dicunt.

Natus est Olisipone obiitque an. 1643. Cf. D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, II, (Lisboa 1747), p. 639.

MMCXLVIII. 1107.

JOANNES CONSILIUS = alumnus fuit Cœnobii *Tonarum* in Lotharingiæ, et Burgundiæ finibus, anno 1542. factus Minister provin. Burgundiæ, seu S. Bonaventuræ, et inde Præfectus Magni Conventus Parisiensis, Henrico II. Galliarum Regi a consiliis, sac. Confessionibus, atque concionibus, de quo Waddingus agit in Annal. Min. ad an. 1452. num. 44. De eo Rodulphius lib. 3., et alii post eum. Quidam tradiderunt obiisse eum an. 1577., quorum fides esto apud ipsos. In Biblioth. Card. Sirleti, postea Card. Ascanii Columnæ Romæ extat ms.

Consilii Galli Opus de Sacramentis in genere, teste Anton. Possevino in Biblioth. mss. ad calcem Appar. sac.

MMCXLIX. 1108.

JOANNES CONTRACTUS = hujus

Sermones incip. *Clamabunt a facie tribulantis* etc., teste Joan. a S. Anton. to. 2. excudit Jo: Koelhoff Lubecensis in fol., extabantque in Biblioth. Franciscana Lovaniensi testimonio Possevini in Appar. sac., et citati Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit, se vidisse etiam Pinciæ in Biblioth. Conv. Reg. Observ. editos sine anno. Hunc adducit Antonius Monchiacenus de *Sacrificio Missæ* fol. 133., et Joannes Garetius de *Sacramento Altaris* an. 1560. edito clas. 1., aitque efflorunisse anno 1373.

Sermones ad populum in prima editione hunc titulum præ se ferunt: *Sermones Contracti de Tempore et Sanctis per totum annum una cum Communi sanctorum utilissimo et cum aliquot sermonibus de beata virgine. De religiosis. De dedicatione et ceteris.* Impressi sunt per Johannem Koelhoff de Lubeck sine loci et anni nota, sed Coloniæ c. an. 1478.

MMCL.

JOANNES COQUIEL Gallus poesis excultor edidit *Poema de S. Patre Francisco.* Tolosæ an. 1619., ut habet Petrus de Alva tab. 1. apud Jo: a S. Anton.

1109.

JOANNES CORALDUS = ita vocatur a Francisco Willer in epistola ad Jacobum Pfortzhemium Bibliopolam præmissa *Compendio sac. Theologiæ pauperis D. Bonaventuræ* attributo, et Basileæ an. 1501. in 4. impresso: in ea enim asserit, fateturque, *illud Compendium judicio nonnullorum ascriptum Duo Fratri Johanni Coraldo Episcopo Dracon. sac. Theologiæ Professori Minorum Ordinis sub Joanne XXII. in humanis superstiti:* at sine dubio Willer in codicem depravatum impegit; neque enim sub Joanne XXII. fuit Joan. Coraldus Episcopus Dracon., sed *Joan. Rigaldus* Episcopus *Trecorien.*, ipseque autor est *Compendii Theologiæ pauperis*, ut infra ex ipsomet Waddingo.

*JOANNES CORBACCHIUS = v. *Joannes Hallerus;* a Dupino apud Jo: a S. Anton. dicitur *Hales de Corbach.*

MMCLI.

JOANNES CORONEL Hispanus ex oppido Torrija provin. Castellæ Regul. Observ. alumnus, et prov. Jucatanensis in America Apostolicus concionator, ac Definitor idiomate illorum Indorum publicavit

Discursus prædicabiles spirituales una cum articulorum fidei expositione. Mexici 1620. in 8. apud Petrum Gutierrez.

Doctrinam christianam idiomate mayo. Ibidem eodem anno in 8. per Didacum Garrido; quæ valde diffusa habetur ms. in 8. in Biblioth. Hispalen. S. Bonaventuræ sub M. num. 165.

Obiit anno 1651. die 14. Januarii in Conventu Emeritensi ejusdem provinciæ, de quo Andreas Barcia in Biblioth. Indica col. 723., et Didacus Lopez Cogolludo lib. 12. Hist. provin. Jucatan. cap. 18., et ex his Joan. a S. Anton.

Scripsit etiam *Arte para aprender la Lengua Maya.* Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia... Sanfrancescana, p. 128, n. 162. Natus est an. 1569.

MMCLII

JOANNES COSTENUS Polonus Regul. Observ. provinciæ majoris Poloniæ prædicator ferventissimus idiomate polonico typis vulgavit ex Joan. a S. Anton.

Librum pium in gratiam S. Annæ.

Plenus dierum quievit in pace an. 1613. in Conventu Lovaniensi ex Relatione Chronologica laudatæ provinciæ fol. 426.

MMCLIII.

JOANNES DE COVENNA Hispanus dedit ad Duumviros, et Senatum oppidi Almonazir de Zurita Calatavrensis Ordinis

Artem regiminis populorum: ediditque typis

Remedium peccatorum. Compluti 1572. in 12. apud Sebastianum Martinez, teste Joan. a S. Antonio. Opus eodem titulo fecit et *Joannes de Dueñas,* de quo infra

MMCLIV. 1110.

JOANNES A CRANEDONC = Germanus Regul. Observ., de quo et Joan. a S. Anton. Opus suum vulgavit

Digitized by Google

gavit Salisburgi an. 1634. in 8. typis Christophori Ketsemberger, teste ipsomet Waddingo supra in *Alfonso de Benavides;* et ex hispano latinum fecit.

MMCLV.

JOANNES CREMONENSIS floruit seculo XIV., et anno 1376. laurea Doctoris sac. Theologiæ insignitus diplomate Pontificio invenitur apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum; indeque Bononiensi Theologorum Collegio aggregatus anno 1383. ibi interfuit, cum die 6. Martii cum aliis illius Collegii Theologis lauream Magistri Theologiæ contulit *Fr. Francisco de Bardis* Florentino Ord. Min. ex Monumentis Cœnobii S. Crucis Min. Conv. Florent.; sed et provinciæ S. Antonii, Venetæque Ministerio functus est, scripsitque, quantum quidem mihi compertum est,

Vitam S. Antonii Patavini, ut refert Petrus Rodulphius Hist. Seraph. lib. 1. fol. 83. in *Vita S. Antonii* prædicti, et ex eo Sedulius, et Joan. a S. Anton.

MMCLVI. 1111.

JOANNES A CURIA NOVA = leg. a *Curtenova* prope Martinengum agri Bergomensis oppidum, cognomine vero *Verrus* Strict. Observ. Institutum an. 1606. amplexus est ætatis anno 16., concionator, et Lector Generalis, nec non suæ provinciæ Custos declaratus edidit

Theoropracticam Orationis mentalis, adjuncto exercitio ante, et post sac. Communionem faciendo. Ennipponti an. 1629. apud Danielem Agricolam ex Donato Calvo in Scena liter. Bergomen. par. 2., qui addit scripsisse etiam

De potestate Sacerdotum Regularium in seculares quoad forum conscientiæ, et administrationem Sacramentorum; an autem publicaverit, non expromit, sed dicitur prodiisse in lucem, et citatur in Syllabo AA. præfixo Amphiteatro Legali Aug. Fontanæ ex cit. Joan. a S. Anton. pag. 229., ubi de eo rectius agit ex Donato Calvo, quam pag. 143. nude sequens Waddingum.

* JOANNES A CURRIBUS = V. *Joannes Canales* supra.

MMCLVII.

JOANNES DE LA CUSTA Lusitanus edidit teste Marracio in append. ad Biblioth. Marian.

Quadragesimam sermonum in honorem V. M. Pinciæ 1616. in fol. De eo et Joan. a S. Anton.

Huius auctoris nullam mentionem facit D. Barbosa Machado in sua Bibliotheca Lusitana, qui e contra memorat (II, pp. 634-635) Joannem de Ceyta ex provincia Algarbiorum olisiponensem Catobrigæ (Setubal) defunctum an. 1633 ætatis 55, cui præter alia attribuit *Quadragena de Sermoens em louvor da Virgem Maria, e de Christo Senhor Nosso seu filho conforme os Evangelhos, que a Igreja canta em suas Festas pelo discurso do anno.* Lisboa por Pedro Crasbeeck, 1619, fol.

MMCLVIII.

JOANNES DAMPERTUS Blesensis Gallus celebris primum causarum patronus cum haberetur, ac nobilis poeta esset, S. Francisci Ordinem ingressus circa annum 1550. in Aurelianen. Monialium Monasterio (quod ibi Director, et a sacris Confessionibus erat) consenuit, quemadmodum refert Miræus in Scriptor. Eccles. sec. XVI. num. 62., qui addit

Carmina ejus post obitum edi curasse Germanum Audebertum Gallum poetam insignem, ipsiusque amicum.

Damberti poetæ de institutione Virginum libri 4. *versibus phaleuciis* mss. habentur Parisiis in Regia Biblioth. num. 6519². ex Catalogo Montfaucon pag. 764. to. 2.

Memorat hunc Julius Cæsar Scaliger, Scævola Sammarthanus in elogiis Doctorum Galliæ, et ex eo Morerus in Dictionar., a quo accepit Joan. a S. Antonio.

Joannes Dampierre. latine Dampetrus (ut etiam apud Montfaucon loco ipso a Sbaralea citato), non vero Dampertus vel Dambertus, a Scævola Sammarthano, A. Miræo, J. Berniero, L. Morero et aliis dicitur franciscanus; sed ex argumentis a J. Liron adductis probabilius putandus est, quod absolute affirmat Guyot de Fère (Nouvelle Biographie Générale. Paris, Firmin Didot Frères, 1855 ss., XII. col. 888), benedictinus, quum monasterium monialium aurelianense a Dampetro directum ad Congregationem Fontis Ebraldi (Fontevrault) Ord. S. Benedicti pertineret, Dionysius autem Faucherius monachus Lerinensis in epistola data Jo. Dampetro *Monacho* nono cal. Decembris 1537 necessitudinem inter se et Dampetrum intercedere dicat *ex eiusdem ordinis professione*, et in carmine quodam ad eumdem *monachum* vocet eum *sodalem.* Vide D. Faucherii opera in Chronologia Sanctorum et aliorum virorum Illustrium, ac Abbatum Sacræ Insulæ Lerinensis a Vinc. Barrali Salerno in unum compilata. Lugduni 1643, p. 323 (partis 2ª) et 421.

Ex carminibus eius latinis quæ sunt edita extant in Ranutii Gheri seu Jani Gruteri collectione, cui titulus: Delitiæ C. poetarum Gallorum, huius superiorisque ævi illustrium, Pars prima (1609), pp. 833-861. Quoad inedita, scimus a D. Faucherio (operum pp. 422, 424, 425) Dampetrum composuisse lepidum libellum docentem amici monentis bene reprehensiones æquo pectore ferendas, longum carmen ipsi Faucherio dicatum, et hendecasyllabos de impudico ganeone, qui unam e Christi ovibus aversam gregibus sacris vorandam secum obduxerat. Memorat Faucherius etiam volumen de re virginea et phaleucios de arte fœminei gregis regendi, quæ tamen verisimiliter idem sunt, et nihil aliud quam libri de Virginum institutione.

Extant Antissiodori (Auxerre) in publica bibliotheca in unum collecta varia carmina gallica mss. c. an. 1540 et cuidam Dampierre monacho tributa, quæ ex omnibus circumstantiis nostro Dampetro adscribenda esse videntur. Cf. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France. Départements – Tome VI. n. 89 (pp. 37-38).

De Joanne Dampierre agunt in primis J. Bernier, Histoire de Blois, Paris 1682, pp. 475-480; J. Liron, Bibliothèque Chartraine, Paris 1719, pp. 146-149.

MMCLIX. 1112.

JOANNES A DAVENTRIA = nescio, an ille sit, qui *Jo. Corbacchius* dicitur a Miræo in Scriptor. Eccles. sec. XVI. num. 43., quemque ait scripsisse *contra Anabaptistas* Coloniæ an. 1535., ut infra in *Jo: Hallero.* Scripsit præsertim contra Bernardum Rothmannum Monasterii populi seductorem ex Hist. provin. Colonien. Min. Conv. fol. 142.

Exegesis Evangelicæ veritatis prodiit Coloniæ an. 1535. in 8. una cum

Apologia contra Lutherum typis Melchioris Novesiani ex Joan. a S. Anton.

Catapulta fidei continet *de fide: de Ecclesia judice: de Eucharistiæ veritate, et utilitate: de SS. veneratione, et invocatione: de usu sac. Imaginum: de Purgatorio: de quibusdam articulis Rothmanni confutatis:* et *de infantium Baptismate.*

De eo Petrus Merseus in Annal. Episcopor. Ultrajecten. pag. 385., et Joan. a S. Anton., qui eum dicit *Regul. Observ.*

Apologiam contra Lutherum nullam esse existimo ex titulo integro *Exegesis,* qui hic est: *Exegesis absolutissima iuxta ac brevissima Euangelicæ veritatis, errorumque et mendaciorum quæ sunt cum in Confessione Lutherana Cæsa. Maiestati in comitijs Augustæ, exhibita, tum in eiusdem Apologia.* Prodiit hæc

Digitized by Google

Exegesis iterum Coloniæ apud eumdem Melchiorem Novesianum an. 1537 in 8; edita est etiam, sed sparsim, ab Andrea Fabricio Leodio in opere " Harmonia Confessionis Augustanæ, doctrinæ evangelicæ consensum declarans. „ Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1573, et iterum 1587; in fol.

MMCLX. 1113.

JOANNES DEGUE = Gallus natione. Joan. a S. Anton. exscribit Waddingum.

MMCLXI. 1114.

JOANNES A S. DEMETRIO = non Brutiorum, sed Aprutii oppido provinciæ S. Bernardini, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum. Joan. a S. Anton. exscribit Waddingum, et velut diversum facit ab Aquilano to. 2. pag. 123., quem dicit scripsisse

Quadragesimale;

Sermones varios,

Tractatum de Confessione; et

Epistolas familiares: omnia typis data Venetiis an. 1569. in 4., teste autore suppari Salvatore Massonio in dial. de *Origine Aquilæ* fol. 151. apud Toppium in Biblioth. Neapol., et Petro de Alva.

Vivebat adhuc die 3 Iulii 1568. Opera eius prodierunt sub hoc titulo: *Prediche per tvtta Qvaresima, et per alcvne principali feste dell' anno. Con alcvni sermoni, fatti parte à Religiosi, parte à Secolari. Con vn breve Compendio di confessione. Et con alcvne lettere spiritvali à diuersi amici, et in diuersi soggetti, di molto profitto, a coloro che desiderano darsi al culto diuino.* In Vinegia, 1569 (in fine: Appresso Egidio Regazzola, et Domenico Cavalcalupo compagni); in 4. Impressa sunt typis Dominici Nicolini.

MMCLXII.

JOANNES DOMINICUS HESSIUS Germanus Regul. Observ. Minister provinciæ Austriæ, et ad D. Hieronymum Viennæ concionator composuit longum, et elegans

Carmen hexametrum in librum Balthassaris Poltzmanni Præpositi Claustineuburgensis, cui titulus est: *Compendium Vitæ, miraculorum, et Canonizationis S. Leopoldi VI. Marchionis Austriæ cognomento Pii* an. 1591. vulgatum; quod sub initium dicti libri legitur.

Opuscula omnia Joannis Nasi Minoritæ Episcopi N. Suffraganei Brixinen. e teutonico idiomate latina fecit, teste Rodulphio lib. 3., et ipsomet Waddingo infra in *Joanne Nass,* qui addit, ejusdem tractatum de *Cœna Dominica* vulgasse Ingolstadii anno 1577.

Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 317. v. *Domin. Hesius* refert, scripsisse *libros* XIII., nec vidit eos libros esse *Fr. Joannis Nass* ab ipso latine factos; et addit, cum rediret a Capitulo Generali in Hispania celebrato, obiisse Ticini apud Fratres suos an. 1593. mense Decemqri ex Relatione prædictæ provinciæ ms. in Archivo Ordinis Matriti extante. Possevinus in Appar. sac. to. 2. hunc perperam dicit *Franciscum Jo. Domin.* pro *Fr. Jo. Domin.*

MMCLXIII.

JOANNES DOMINICUS PANDULFUS a S. Gemino diœcesis Narniensis oppido provinciæ S. Francisci, Umbriæque Min. Conv. humaniorum studiorum amicus prælo commisit

Geminale Compendium Rhetoricæ, et Summularum Hieronymo Cardinali Columnæ dicatum. Romæ anno 1630. in 12. per Franciscum Corbelettum ex Franchino in Biblios. num. 178.

MMCLXIV.

JOANNES DONATUS CICONDELLI a S. Angelo in Vado, al. Tipherno Metaurensi urbe in Massa Trabaria, et ducatu Urbini, quem falso Toppius, et ex eo Joan. a S. Antonio Neapolitanum faciunt, Tertii Ord. S. Franc. Regul., et in oppido Serræ S. Quirici in Piceno Grammaticæ Magister edidit

Sermones, et Oratiunculas vulgares, et literales partim latine, et partim italice. Venetiis anno 1515. in 8. per Jordanum Rusconi, et antea Senis an. 1511 in 8., teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui et libri quædam capita *sermonum peregrinorum* recenset: ut *quædam carmina in laudem Gubernatoris provinciæ. Responsio Prætoris ad ingressum suæ præturæ. Oratio pro reformatione præturæ. Oratio, quando Prator accipit, vel resignat sceptrum* etc. *Quædam interrogatiunculæ super Donatum declaratæ. Sensus vulgaris verbi activi, passivi, et impersonalis. Sensus vulgaris nominis positivi, comparativi, et superlativi* etc.

MMCLXV.

JOANNES DONATUS JANNUTIUS a Spina aurea Apulus provinciæ S. Nicolai Min. Conv. cum Romæ in S. Bonav. Collegio studiis operam navaret, edidit.

Orationem in exequiis Michaelis Principis Peretti ibi in Æde SS. XII. *Apostolorum die* 26. *Februar. an.* 1631. habitam, vulgatamque in *Collectione* pro dictis exequiis a P. M. Bonaventura Malvasia facta ibidem eodem anno typis Jacobi Mascardi in 4.

Fuit postea a Secretis Ordinis, mox Regens Neapoli, ubi obiit ex Theulo in Triumpho Seraphico. Alia etiam scripsisse ferunt, sed lucem minime aspexisse.

MMCLXVI. 1115.

JOANNES DOVETUS = Gotius provinciæ Franciæ, Custodiæque Remensis sac. Theo. *Baccalaureus* Opus inscripsit

Monotessaron Formalitatum tribus libris partitum, quod dicavit celeberrimo Doctori Theologo *H. M. N. Olivario de Francha* Ecclesiæ majoris Venetensis ecclesiasti facundissimo, ejusdemque *Conventus Guardiano* epist. data Parisiis an. 1579. Prodiit etiam Venetiis an. 1587. in 8. typis HH. Melchioris Sessæ; et in fronte Operis præmisit *epigramma,* in quo hæc habet:

« Fontani libros præclaros Rhetoricorum
« Excuses: Ciceronis Topicorum: opera
« Et lyrici: quorum jam me lectura manebat:
« Istos cum studui exponere luminibus.

Quibus videtur, his Operibus etiam adlaborasse. In hujus libri laudem cecinere *Fr. Ægidius David* Baccalaureus epigrammate, et *Fr. Stephanus Radou* Dinnanicus in sacris Bibliis Baccalaureus formatus Minoritæ hendecasyllabis.

Joannes a S. Antonio, qui hoc loco exscripsit Waddingum, adjunxit, edidisse eum etiam ex to. 1. Biblioth. Barberinæ pag. 355. *Anagrammata super nomen Augustum Christianissimi Regis Galliarum* Parisiis an. 1654. in 4. gallico idiomate; sed errorem irrepsisse ajo in Indicem præfatæ Bibliothecæ, aut alius *Joannes Doret* fuit ab isto; nam iste, qui jam anno 1579. typis edebat, non est verisimile, pervenisse ad an. 1654., quo titulus *Christianissimi* collatus est Galliarum Regi.

Formalitatum opus prodiit an. 1579 apud Joannem Poupy, non autem Parpin ut ait Waddingus, in 8. *Anagrammata* etc. debentur scriptori plane diverso et sec. XVII, scilicet Jo. Douet de Rom-Croissant. Cf. Nouvelle Biographie Générale. Paris, Firmin Didot Frères, 1855 ss., XIV, coll. 680-681. Ceterum multo ante an. 1654 titulus *Christianissimi* collatus est Galliarum Regi (v. Moroni, Dizionario, XVII, pp. 207-208).

MMCLXVII.

Digitized by Google

MMCLXVII.

JOANNES DE DUACO anno 1273. Parisiis *sermones* habuit, quorum unus num. 196. ms. habetur ibi in vetusto codice Bibliothecæ Sorboniceæ ex Echardo de Script. Ordin. Prædic. to. 1. pag. 386.

MMCLXVIII. 1116.

JOANNES DUBLIULIUS = provinciæ Germaniæ inferioris Regul. Observ. Minister an. 1579., et Definitor *ex Statutis Parisien.* illius Ordinis eo anno editis, et publicatis. De eo et Lassor, Lippenius, et Joannes a S. Antonio.

Hierosolymitanæ Peregrinationis Hodoeporicum, opus excepto primo libro pene totum polemicum, prodiit etiam Monachii an. 1661 in-4. Eius titulum integrum, argumenta septem librorum, et extractum quoddam refert Marcellinus a Civetia in "Saggio di Bibliografia..... Sanfrancescana" Prato 1879, n. 202 (pp. 152-159). Quædam exemplaria primæ editionis exhibent in fronte annum 1599 pro 1600.

* JOANNES DUEGUE, quem ex August. Wito Joannes a S. Anton. in appendice adducit, est *Joannes Degue*, de quo Waddingus supra egit.

MMCLXIX. 1117.

JOANNES DE DUENNAS = Regul. Observ.

Speculi consolationis afflictorum secunda, et quarta pars seorsum prodiit Antuerpiæ an. 1551. in 8. typis Martini Nuaj, teste Joan. a S. Anton. Ex hispano idiomate latinum fecit *Fr. Joannes Degue* Gallus eusdem Ordinis, et prælo commisit Parisiis an. 1582., ut habet Waddingus supra in *Joanne Degue*; gallice vero factum a Francisco Belleforesto cusum est Parisiis an. 1583 in 8. apud Gervasium Mallet, teste Nicolao Anton. t. 2. Biblioth. Hispan.

Remedium peccatorum, seu *Confessionarium* prodiit Pinciæ an. 1545., et 1546. in 4. apud Joannem de Villaquiran ex cit. Joan. a S. Anton. Addit memoratus autor Biblioth. Hispanæ e latino in hispanum idioma transtulisse

Speculum peccatoris S. Augustini hoc titulo: *Espejo del pecador, y tesoro del Alma* ad Joannam de Leiva Asturicæ Marchionissam. Pinciæ 1553. in 8. apud Sebastianum Martinez.

Primera, Segunda y Tercera Parte del Espeio de consolacion de tristes. En Toledo por Pero Rodriguez (in fine: Impreso en Alcala de Henares por los herederos de Juan Gracian) 1589, in fol. — *Quarta, Quinta, y Sexta Pate* (sic) *del Espeio* etc. In fine: Impresso... en Toledo, en casa de Pedro Rodriguez Impressor de libros 1589, in fol. Partes prima et quinta ex catalogo Musæi Britannici prodierunt etiam Antuerpiæ in-8, fortasse an. 1560.

MMCLXX. 1118.

JOANNES DUNS SCOTUS = cognomento *Duns*, genere *Scotus* dictus ab Antonio Andreæ in fine Metaphys., et Gulielmo Forleon in prœmio Collectarii; et in valde antiquo ms. Florentinæ S. Crucis Bibliothecæ scam. 30. versus Eccles. cod. 344. in fol. legitur in fine: *Explicit liber 3. Subtilis Doctoris Fratris Johannis Duns de Ordine Fratrum Minorum:* et in fine *Tractatus de perfectione statuum* ms. ibidem scam. 35. cod. 413. versus Ecclesiam: *Explicit Duns de perfectione* etc. De eo Cornelius a Lapide in Sap. 7. v. 22. *Spiritus intelligentiæ subtilis*, ait: *Hunc subtilitatis spiritum in speculativis sapientia præ aliis communicavit Joanni Scoto Ordinis S. Francisci, qui illum ut suum in Theologia, et Philosophia Magistrum colit, et sequitur; unde vulgo vocatur Doctor Subtilis: a Scaligero exercit. 324. vocatur lima veritatis: ab aliis eos ingeniorum, Philosophorum phœnix, et inter Philosophos quidam deus: ab aliis subtilitatis miraculum, arcanorum Apollo, Seraphicæ Religionis columen, Sorbonæ gloria. Dubitat Cardanus lib. 16. de Subtilit. quis subtilior, an Aristoteles, an Euclides, an Scotus? Porro hæc subtilitas partim ei naturalis fuit a subtilitate ingenii, qua excelluit; partim supernaturalis, opusque gratiæ, et Spiritus Sancti, cujus ipse utpote Religiosus fuit instrumentum, et organum. Unde Joannes Major in 4. dist. 38. quæst. 10. eum vocat humillimum, apostolicum, pauperrimum, imo summo Pontificatu dignum*: et D. Bernardus de Soria in Reportatis impressis Parisiis anno 1517. ita de eo canit:

Scotus adest fidei lampas, Christique Sybilla;
Interpresque Dei, castrum insuperabile veri:
Scriba Joris, mundique oculus, convica Tonantis,
Ingenii claro penetracit acumine cuncta.

Opus super IV. *libros Senten. Magistri fratris Johannis Scoti, qui Doctor Subtilis nuncupatur, de provincia Yberniæ Ordinis Minorum* incip. *Quæritur, utrum homini pro statu isto* etc. extabat olim Asisii 1. banco occid. ex Inventario veteri illius Biblioth. S. Franc. an. 1381. confecto: habetur nunc ms. pergam. in fol. valde antiquum in Archivo ejusdem sac. Conventus, in quo col. vocatur *Jo. Duns Scotus*. Extat etiam Cæsenæ in Biblioth. S. Francisci, nec non Urbini olim in Ducali, nunc Vaticana ex Ind. apud Possevinum in fine Appar. sac. Denique extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Eccles. num. 340. et seqq. in fol.; cod. 340. incipit: *Utrum homini pro statu isto sit necessarium* etc.: sed codex 342. incipit: *Cupientes aliquid* etc. *Circa prologum primi libri quæruntur 5., primum est de necessitate humanæ doctrinæ, utrum scilicet necessarium sit* etc. Secundus liber incipit: *Circa creationem* etc. *In hoc secundo tractat Magister de Deo quantum ad causalitatem* etc. Tertius incipit: *Circa Incarnationem quæro primo de possibilitate: utrum possibile fuerit* etc. Quartus incipit: *Samaritanus ille piissimus spoliatum videns hominem ab Jerusalem in Jerico descendentem* etc.: et solus hic liber habet prologum. *Expositio in quartum Senten.* scripta an. 1461. per Fr. Helfferium de Babenhusen ejusdem Ord. cod. 109. in fol. membran. Biblioth. S. Marci Ven. ex illius Indice pag. 69. *In primum Senten. scriptum Oxonien.* incip. prologus: *Circa prologum primi Sententiarum:* Quæstio prima incip. *Utrum homini pro statu isto* etc.: prodiit primo Venet. an. 1472. in fol. jussu, et sumptibus Antonii Bartholomæi Bononiensis *Antonii Trombettæ* Theologi Patavini Ord. Min. studio emendatum, de quo et Orlandus de Orig. et progres. Typographiæ parte 1. *Additiones in* 1. *Senten.* ibid. an. 1477. in fol. ex Incunabul. Typographiæ. *In 2., et 3. Senten.* ibidem anno 1474. 1477., et 1478. in fol. typis Jo: de Colonia, et Jo: Manthen de Gherretzen. *In 2. Sentent.* Venetiis an. 1481. in 4. per Jo: de Colonia, et Nic. Jenson. *In 4. Sententiarum* impress. Norimbergæ an. 1481.; et 1493. in fol. ex cit. Orlando. Idem *Scriptum Oxoniense* recognovit, emendatumque edi curavit Gratianus Brixianus Minorita Patavini Gymnasii Theologus publicus Venetiis anno 1490. tomis 3. in fol. per Bernardinum Novariensem una cum *Quolibetis, Tractatu de primo principio*, ac *Tabula generali* solemnium Scoti propositionum ex omnibus fere ejus Operibus conflata. Mox Philippus Balneocaballensis ejusdem Instituti, Venetique Gymnasiii Rector auctius margineis notis, et castigatius emisit ibidem anno 1497. per Bonetum Locatellum, et iterum anno 1503. in fol. per Bernardinum Vercellensem. Postea aliam editionem curavit Mauritius

Digitized by Google

Mauritius Hibernicus itidem Minorita ibidem anno 1506. in fol. per Simonem de Luere; nec non Antonius de Fantis Tarvisinus Artium, ac Medicinæ Doctor, addito *Marimagno Scotico*, seu *Tabu'a generali*, multiplicique ibidem anno 1515. tomis 4. in 8. per Gregorium de Gregoriis; post quem Jo: Glarola Ordin. Min. Observ. castigatius, auctiusque *Collationibus* nunquam antea impressis anno 1517. literis apud Ticinum datis fecit; quod prodiit et Lugduni anno 1520 in 8. typis Jacobi Myt; elegantioribus vero typis Venetiis per HH. Melchioris Sessæ an. 1580. to. 4. in 8. una cum *Quolibetis*, et *Collationibus*, ac Melchioris Flavii *Resolutionibus* Salvator Bartoluccius Asisias Minorita: nec non Paulinus Berti Erem. S. August. ibidem anno 1617. tomis 5. in 8. typis Jo: de Salis: pauloque post Hugo Cavellus Antuerpiæ vulgavit an. 1620. notis illustratum, præmissa Vita Scoti, et Apologia contra Bzovium typis Jo: Keerbergii: postremo Lugduni an. 1639. in fol. per Laurentium Durand cum *Commentariis* diversorum Waddingus, et socii Hibernenses. Thomas Bradwardinus Anglus, qui obiit anno 1349., de quo infra, in Opere *de causa Dei* contra Pelagianos lib. 3. cap. 52. citat Scotum in 1., et 2. Senten., et testatur, scripsisse eum *bis super Sententias*.

Reportationes Parisienses non incipiunt: *Circa prologum primi Senten.*, sed veræ incipiunt: *Utrum Deus sub propria ratione deitatis* etc.: spuriæ vero, de quibus in *Anonymo incertæ regionis* CCCXCIX., incipiunt: *Utrum Deus sub ratione divinitatis*. Earum primum librum publicavit Bartholomæus Bellati Foltrensis Min. Conv. Bononiæ studii Theologici Regens an. 1478. ibidem per Joannem de Annunciata Augustanum in fol. ex cit. Orlando. *Reportata Parisiensia* incip. *Utrum Deus sub propria ratione*, idest vera, mss. olim extabant Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Indice an. 1473. confecto pag. 21., et 70. Nunc liber 1. cum 2. ms. asservatur Romæ in Biblioth. Vaticana: 2. vero cum 4. etiam mss. ibidem extat in Biblioth. S. Francisci trans Tyberim; nam 3. desideratur, teste Waddingo in Censura dictorum *Reportatorum* edit. Lugdunen. 1639. Horum *Reportatorum* primus liber ms. habetur in Anglico Collegio Caji cum his versibus in fine:

Illud Opus scripsit Scotus, dum corpore vixit:
Parisiis dixit; et ob hoc sua fama revixit etc.,

teste ipsomet Waddingo, qui tamen erravit, dum ait, versus illos esse in fine *Scripti Oxoniensis*, quoniam *Reportata* Parisiis dixit, ideoque *Scriptum Parisiense* etiam dici solet; alterum vero *Oxoniense*. Porro vera *Reportata* citantur ab antiquis omnibus usque ad annum 1518., quo spuria prodierunt, Gregorio Ariminen. quæst. 4. prologi 1. Senten. art. 1., ubi *Scoti* adducit *Leturam primam*, subde, Oxoniensem, et *Leturam Parisiensem*, quam paulo post vocat *Reportationes*; et d. 8. lib. 1. quæst. 1., et 3. art. 1. *Reportata Parisiensia*. Antonius Andreæ in 2. dist. 37. quæst. 1.; Petrus Aquilanus 1. d. 6. quæst. 1.; Gulielmus a Missali in Scoto contracto; Jo: Foxal Anglicus quæst. 9. Univers.; Gulielmus Vorilongus; Nicolaus de Orbellis; Gratianus Brixianus in *Tabula* generali Operum Scoti v. *Subjectum*, et *Voluntas*; Joannes Coloniensis quæst. 120. *Abbrev.*; Petrus Tataretus; Pelbartus Temiswar. in Ros. Theol. par. 1. v. *Potentia* §. 2.; Mauritius Hibernicus; atque Antonius Trombetta, omnes *Reportatis* veris usi sunt.

Quodlibeta Scholastica a Thoma Penket Anglo castigata iterum prodierunt an. 1474. in fol. per Albertum de Stendalia; et Venetiis anno 1477. in fol. per Joannem de Colonia, et Joannem Manthen; et an. 1481. in 4. per Joan. de Colonia, et Nicolaum Jenson ex cit. Orlando: deinde fere semper cum *libris* 4. *Senten.* aliarum editionum proxime dictarum. Habentur autem mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. n. 345., et seqq. in fol., in Cæsenaten., Vaticanaque cum libris 4. Sententiarum, ut est dictum supra; nec non in Patavina S. Antonii, et Asisii apud nostros.

Collationes prodierunt primum opera Fr. Jo: Glarolæ Min. Observ. ex ejus epistola an. 1517. data; iterumque recognitæ per Romulum Laurentianum Florentinum Theologum Ord. Servorum Papiæ an. 1517. in 8. per Jacobum de Burgo franco una cum *Quolibetis*, et *Marimagno Scot.* Antonii de Fantis; cujus et meminit Possevinus in Appar. sac. v. *Romulus Laurent.*; postea cum aliis Scoti libris Senten. Lugduni an. 1520. in 8. typis Jacobi Myt; iterumque castigatas cum 4. Sententiar. libris, ac Quolibetis vulgavit Venetiis Salvator Bartoluccius supramemoratus an. 1580., et tandem cum omnibus Scoti Operibus Lugduni an. 1639. Notare est autem ex supradicta *Tabula alphabetica Propositionum* Scoti a Gratiano Brixiano ex 4. *Senten. libris*, *Reportatis*, *Quolibetis*, *Collationibus*, *de primo principio*, *Metaphysica*, aliisque *tractatibus* confecta, et præfixa *Scripto Oxonien.* edit. 1490. 1497., et 1503., librum *Collationum* Scoti et plures habuisse *Collationes*, quam editæ legantur, et alio ordine dispositas eas fuisse; nam v. *lux* hæc ibi legimus: *quod secundum habere in lumine medio inter lumen fidei, et lumen gratiæ potest esse scientia de credibilibus; et quomodo improbatur: Collat.* XXXVIII.; etiam v. *essentia* adducuntur verba ex *Collat. quæst.* XXXVIII.; sed verba illa habentur in *Collatione* XXI. editarum.

Grammatica speculativa, seu *de modis significandi* ms. extat Romæ in Biblioth. S. Franc. trans Tyberim; prodiitque Venetiis an. 1499. in fol. per Simonem de Luere cura Mauritii Hibernici, et ibidem anno 1519., Parisiis vero anno 1695. in *Gymnasio speculativo* August. Gothutii clas. 4. in 8.; eamque citant veteres Joan. Foxal Anglicus, Gulielmus Vorilongus in 4. Senten. lib., et Gabriel Zerbius lib. 5. Metaphys. quæst. 8. In Catalogo librorum Conventus S. Crucis Min. Conv. Viennæ an. 1593. confecto, et Romæ apud SS. XII. Apostolos asservato pag. 44. legitur: *de modis significandi, seu summum speculum*. Plures autem hujusmodi Grammaticæ speculativæ editæ sunt: illa Scoti nomine impressa incipit: *quoniam quidem intelligere, et scire contingit in omni scientia ex cognitione principiorum* etc.; in eamque Comment. fecit *Fr. Antonius Brugnaten.* Episcopus, cognomine *Palietinus* Min. Conv. a Fr. August. Gothutio vulgatos an. 1604. ex Joan a S. Anton. to 1. pag. 97. Alia *Grammatica speculativa* sine nomine autoris in fol. incipiens: *Secundum quod dicit Aristoteles in* 1. *cœli, et mundi: modicus error in principiis est magnus in effectibus* etc. *Primo quærendum est de inventione Grammaticæ* etc.: habetur ms. in nostra Asisiati Bibliotheca; et in illa S. Marci Ven. extat Opus *de modo significandi* incip. *Quum cujuslibet artificis essentialia* etc. sine nomine autoris cod. 488. inter Philologos, et Grammaticos cum aliis Opusculis, ut *Doctrinale, sive precepta grammaticalia cum commentariis* incip. *Scribere Clericulis paro doctrinale novel um* etc. et in fine extat: *Explicit doctrinale una cum Commento scripta in* MCCCCL., et *expletum in* MCCCCII. *die ultimo Decembri hora Vespertina in civitate Paduæ in Conventu Fratrum Servorum S. Mariæ*: de quo opere vide *Alexander de Villadei*.

In Organum Aristotelis quæstiones Scoti vulgavit Mauritius Hibernicus Venetiis an. 1508. in fol. per Bonetum Locatellum; mox et an. 1512. per Philippum Pincium

Digitized by Google

Pincium; et 1520. per HH. Octaviani Scoti, et antea etiam an. 1500. per Simonem de Luere.

Elenchorum librum castigavit, et excudi curavit Oliverius Jontus e Monte Gallorum Artium, et Medicinæ Bononiæ Professor Venetiis an. 1499. in 4. per Jo: Hertzog, vocatque *sublime divini Scoti Opus*. Prodierat antea Venetiis anno 1493. ex libro tit. *Incunabula Typographiæ*.

Universam Scoti Logicam emendatam, notisque illustratam edidit Constantius Sarnanus Min. Conv. Venetiis an. 1583. in 8. per Franciscum de Franciscis: mox et anno 1586., et 1590., et 1610. per Anton. Turinum; postea castigatiorem emisit ibidem anno 1619. in 8. Antonius Roccus typis Antonii Juliani.

In Physicam Aristotelis 8. *libris* Scotum scripsisse testatur Salvator Bartoluccius in *Vita Scoti* 4. Senten. libris ejusdem Doctoris præfixa edit. Venet. 1580., et Damianus Giner Hispanus in Vita ejusdem Scoti anno 1593. præmissa Comment. in 4. Senten. Scoti, et 1598. Valentiæ vulgata to. 1. Præterea *Jo. Scoti Physica, seu de naturæ divisione* habetur ms. in Bibl'oth. Monasterii S. Michaelis in Periculo Maris ex Catalogo Montfaucon to 2. pag. 1360. n. 197. Biblioth. mss. In *censura* tamen Waddingi Operi in *Physicam Aristotelis* apposita in edit. Lugdunen. an. 1639. dicitur inventum hoc Opus Neapoli in Biblioth. S. Laurentii Min. Conv. sub nomine *Marsilii Inguen;* quod se vidisse scribit et Bartolomæus Amicus Phys. Tractatu 5. q. 4. dub. 3.; etiam Antonius Roccus Marsus in præfat. ad 8. libros Physicorum Venet. an. 1623. editos perhibet, *quæstiones in* 8. *libros Physic.*, quæ sub Scoti nomine nuper vulgatæ fuerant, esse *Marsilii Inguen Nominalis*; cujus Opus jam Lugduni fuerat impressum an. 1513. a Joan. Marion; Mastrius denique de Generat., et Corrupt. disput. 4. quæst. 3. numero 20. affirmat, hanc *Physicam* sub nomine *Marsilii Inguen* extare apud nostros et Neapoli, et Bononiæ. Verum ea, quam ego Bononiæ vidi apud nostros excusam Venetiis anno 1521. in fol. per HH. Octaviani Scoti sub nomine *Marsilii Inguen* cura Augustini Montefalconii Erem. S. Augustini, incip. *Divina favente misericordia* etc.: quæ vero edita est anno 1617. in 4. Venetiis per Guerilium cum *Comment.* Francisci Pitigiani Minoritæ, et postea Lugduni 1639. incipit *Utrum de rebus naturalibus sit scientia:* nisi forte huic desit prologus; nam utramque conferre mihi non licuit. Marsilium autem hunc floruisse an. 1494. Heidelbergen. Gymnasio instituto, autor est Possevinus in Appar. sac.; tamen idem Possevinus in ipso Appar. an. 1602. completo v. *Jo. Duns Scotus* tradit hunc scripsisse *Comment. in* 8. *libros Physic.*, idque antequam typis ederetur sub ejusdem Scoti nomine: quare non est facile definire, an per errorem huic magis, quam illi sit Opus vendicatum.

Quæstiones in libros de anima incip. *Quæritur utrum sensus tactus* etc. extabant olim Asisii 1. banco occid. ex memorato ejusdem Indice; habentur etiam Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518. cum 4. *libris Senten.* ejusdem, et Urbini in Ducali Biblioth., nunc Vaticana; extant denique Patavii in Biblioth. S. Antonii una cum *Quolibetis, Quæstionibus in Metaphysicam*, et *libris in Scriptum Oxonien.* codex antiquiss., teste Ferchio in Discept. Scot. Prodierunt autem Venetiis an. 1517. in fol. per HH. Octaviani Scoti cura, ac studio Hieronymi Nucciarelli Romani; postea castigatiores, auctasque, et scholiis illustratas publicavit non Venetiis, ut ait Joan. a S. Anton., sed Lugduni Hugo Cavellus an. 1625. in 4., quæ iterum cusæ fuerunt Venetiis an. 1641. in 4. typis Marci Ginammi, præter Lugdunen. editionem anni 1639. Has citat Gulielmus Vorilongus in 2. dist. 3. q. 1., et Mauritius Hibernicus in notis ad Opera Scoti in 1. d. 17. q. 2., et de primo principio. Commentarios autem in eas egit Hugo Carbonellus Minorita Gallus an. 1620.

Tractatus de primo principio extabat in eodem cod. Asisien. citato *Quæstionum de anima* ex Indice; habetur etiam ms. Chamberii in Biblioth. S. Francisci, teste Ferchio in Apologia in Bzovium num. 411., citaturque a synchronis autoribus Petro Thomæ tract. de dist. prædicam., Jo. Canonico lib. 2. Physic. q. 3., Joan. Baccone 2. Senten. dist. 1. q. 2. art. 4., et Adamo Goddam lib. 1. Sent. d. 2.; typis autem prodiit anno 1490. Venetiis cura Gratiani Brixiani, ut supra dictum est, et postea ibidem pluries cum aliis Scoti Operibus studio etiam, et labore Mauritii Hibernici, nec non Hugonis Cavelli anno 1625. typis Marci Ginammi; et tandem Lugduni an. 1639.

Theoremata citantur ab ipsomet Scoto in *Tractatu de primo principio* cap. 4. concl. 10., et a Joan. Canonico lib. 1. Physic. q. 3.; prodierunt autem Venetiis anno 1497., et 1499. apud Joan. Hertzog studio Mauritii Hibernici, et alias pluries fere semper cum tractatu *de primo principio*, uti anno 1514. Venetiis apud Lazarum Soardum, et ibidem an. 1625. per Marcum Ginammum studio Hugonis Cavelli; tandemque Lugduni an. 1639.: quorum initium est: *Intellectionem intelligibile præcedit:* non autem: *Tertio principaliter circa dicta Doctoris*, ut ait Waddingus; id enim est initium *Commentarii* Mauritii Hibernici super iisdem Theorematibus.

Expositionem in Metaphysicam Aristotelis Scotum edidisse, Opusque autographum Dunfrisii in Scotia asservatum furore Knosii Bibliothecas omnes catholicas in Scotia concremantis periisse scribit Thomas Dempsterus apud Ferchium in Vita Scoti n. 40., et in Discuss. Scot. de Comment. Metaphys. n. 2., ipseque Scotus eam citat in 4. dist. 11. q. 3., et crebro in suis Quæstion. Metaphysic.; quæ vero sub ejus nomine pluries impressa legitur, *Antonii Andreæ* esse evincunt ea, quæ attulit Matthæus Ferchius in *Discuss. Scot.*, et quæ dixi supra in *Antonio Andrea*, qui et ipse citat Scoti *Expositionem Metaphysic.* lib. de sex Principiis cap. *de habitu*.

Quæstiones librorum 9. *Metaphysices* Aristotelis mss. dupl. extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Ecclesiam num. 346. in fol. post *Quolibeta*, et num. 348.; cod. 345. desinit in quæstione: *Utrum differentia, quam assignat Aristoteles inter potentias rationales, et irrationales, sit conveniens:* et in verbis: *assignantis differentiam prædictam;* sed codex 348. interpolatus, mancusque maxime in fine apparet. *Quæstiones in Metaphysicam* habentur etiam mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii, ut dictum est paulo ante, easque citat autor suppar, ac discipulus Joan. de Janduno lib. 7. cap. 1., Scoti tamen nomine suppresso, quod tamen expressit alius autor suppar Petrus Aquilanus dictus *Scotellus* in 3. dist. 8. q. 1. Prodierunt autem primum Venetiis anno 1497. in fol. studio Mauritii Hibernici una cum tractatibus *de primo principio*, et *Theorematum* Scoti; mox et ibidem anno 1499.; postmodum anno 1505. prodierunt *quæstiones in* 10., *et* 12. *librum* seorsum per Simonem de Luere in fol.; in *librum* enim XI. *quæstiones* forsan perierunt, vel adhuc latent; si quidem fatetur cit. Mauritius in prologo ad has Quæstiones, in aliquibus codd. mss. haberi *quæstiones* ad singulos 12. *libros;* cur igitur eas omnes ipse non ediderit, aut illas non vidit, aut habere non potuit: nam etiam Hugo Cavellus an. 1625. Venetis

Digitized by Google

Venetis typis Marci Ginammi publicavit tantum *quæstiones in 9. libros* in fol. cum suis Scholiis; Waddingus tamen an. 1639. in edit. Lugdunen. in omnes 12. libros, excepto XI., ipsas quæstiones publici juris fecit. Certe autor *Quæstionum abbreviatarum Scoti* Joannes Coloniensis supra relatus in indice num. 407. al. 401. habet: *Utrum unum, et multa opponantur ut contraria ex Metaphys. lib.* X. *quæst.* 2.; et num. 200. al. 189. *Utrum generatio, et corruptio sit mutatio successiva ex Metaphys. lib.* XI. *quæst.* 1.; num. vero 32. al. 41. *Utrum Angelus moveat cœlum effective ex Metaphys. lib.* XII. *quæst.* 2. Sed et Gabriel Zerbius autor antiquus in sua Metaphysices expositione Sisto IV. dicata testatur, Scotum in omnes 12. libros Metaphys. *Quæstiones* conscripsisse, cum ibi eas sæpe citet usque ad XII. librum, verbaque etiam interdum adducat, qui tamen lib. 2. quæst. 23. §. *Propter primum* admonet his verbis: *Considerandum tamen diligenter circa determinata in hoc* XII., *et determinanda, quod series determinationum adductarum in quæstionibus Sco. super isto 12. non videtur conformis modo procedendi ejusdem in aliis libris, ut patet cuique exercitato in doctrina ejus: quare judicandum puto, quod quæstiones, quæ communiter reperiuntur super* XII. *libro in Metaphys. Scoti, vel ab eo non sunt editæ, vel si eas composuit, doctrinam secutus est communem: quod facile est videre propter dissimilem modum procedendi, et verborum diversitatem.* Has plane quæstiones vulnus accepisse temporum excursu, hinc elicio, quod cit. Joannes Colonien. in Quæstion. abbrev. Scoti indice num. 222., al. 219. habet: *Utrum in immobilibus sit causa efficiens, et finalis* ex Sco. *Metaphys. lib. 3. quæst. prima;* et num. 221. al. 194. *Utrum genus prædicetur per se de differentia ex Metaphys. lib. 3. quæst. 2.;* at in editis Quæstion. Metaphys. Scoti lib. 3. una tantum quæstio legitur: *Utrum genus prædicatur per se de differentia;* altera desideratur, quarum utræque conflant 3. librum Quæstionum Metaphys. *Antonii Andreæ.* Scotus ipse in 4. quæst. libri 5. Metaphys. videtur citasse quæst. 3. lib. 3., quæ quidem non extat, dum inquit: *hoc confirmatur per illud tertii hujus quæst. 3. unum numero dicere, aut singulare, nihil differt:* et Lucius Paulus Rosellus Patavinus Doctor in notis margineis ad quæst. 8. libri X. Metaphys. Joannis de Janduno, quam vulgavit Venetiis anno 1525. ad §. *Notandum* ait: *ista fuit glossa Subtilis Scoti in 5. suæ Metaphys.; omne ens omni enti comparatum aut est idem, aut diversum; aut est identitas, aut diversitas:* quæ verba in lib. 5. Metaphys. Scoti invenire non potui. Similiter Gratianus Brixianus in *Tabula Generali* propositionum Scoti, quam paulo ante dixi præmisisse eum 4. Senten. libris anno 1490. alphabetice, v. *cognitio; denominatio; differentia; forma; movere; potentia* quæstiones quasdam adducit ex *Quæstion. Metaphys.* Scoti, quæ parum mihi cum editis cohærere videntur. Daniel Meyer in decisione quæstionis 41. ait, se quæstionem eam, quæ in 1. edit. est 32., in nullo Opere Scoti invenire potuisse; ideo quod typis non viderit nisi 9. *quæstionum libros* Metaphys. anno 1497. editos. In decisione qq. 189., quæ in edit. 1. est 200., et 219., quæ in 1. edit. est 222., atque 401., quæ in 1. edit. est 407 ait eas Scotum non ponere, sed primam haberi ex lib. 2. Metaphys. Antonii Andreæ quæst. 1., et tertiam ex lib. 10. ejusdem; quia non vidit lib. XI. Metaphys. Scoti, ut Joannes Colonien. viderat, qui et ex Scoti Metaphys. libro 3. quæst. 1. accepit quæstionem 219. al. 222., et quæstionem 401. al 407. ex lib. 10. quæs. 2. Sed et in decis. quæst. 194., in 1. edit. 221., ait eam ponere Scotum lib. 3. Metaphys. quæst. unica; cum Jo: Colonien. dicat ex quæst. 2. lib. 3.

Tractatum de paupertate Christi, et Apostolorum Scotum scripsisse tradit quidem autor *Firmamenti trium Ordinum* in fine *Defensorii Ocham;* sed falsum est, eum *tractatum* ibi haberi, et forsan aut non extat; aut idem est cum tractatu de *Perfectione statuum;* aut ad eum non pertinet; plures enim fuerunt ex Scotia Fratres hujus nominis Ord. Minor., et *controversia de paupertate Christi* orta est primum anno 1321. longe post obitum *Doctoris Subtilis.*

Tractatus de perfectione statuum habetur ms. etiam in Oxoniensi Biblioth. Collegii Mertonensis ex to. 2. Biblioth. Bodlej par. 2. cod. 532.; et Florentiæ in Biblioth. S. Cruc's ms. scam. 35. versus Eccles. cod. 413. in 4. post tractatus *Conyngton,* et *Pekan* de perfectione Evangel., incipitque: *Quod status Prælatorum Ecclesiasticorum præsupponit alium* etc.: et in fine: *Explicit Dons de perfectione* etc.: *cujus anima requescat in pace, et in æterna gloria. Amen.* Opusculum ejusdem argumenti confecisse *Hugonem Pratensem Panzeram,* ipsumque penes se ms. habuisse scribit Waddingus supra de eo agens.

Tractatus de credit's, qui perperam inter *Theoremata* collocatus legitur, estque *cap.* 14. 15. *et* 16. eorumdem Theorematum; et de quo Mauritius Hibernicus in *annotat.* ad illud cap. 14. dubitavit, an ille *tractatus* seorsum collocari deberet, cum intelligeret, nihil ferme connexionis habere cum *Theorematis;* reliquitque nihilo secius, vel immiscuit primus eisdem Theorematis, et hucusque inter illa invenitur; est in futuris editionibus segregandus: nam ipsemet Scotus in tract. de primo principio cap. 4. concl. 9. citat hunc suum *tractatum de creditis* veluti distinctum a *Theorematis,* quæ ibidem ipse adducit concl. 10., et etiam Gabriel Zerbius lib. 3. Metaphys. quæst. 3., et alibi non semel Scoti *Theoremata* citat; lib. vero 12. quæst. 11., et 20. §. *propter tertium* profert *tractatum de creditis.*

Quæstiones miscellaneæ = In supramemorata *Tabula generali* Gratiani Brixiani super Operibus Scoti v. *æqualitas* habetur: *Quomodo æqualia fundamenta erunt duo æqualia puta alba. Jac. quæst.* XII. Item *quomodo fundari potest ista æqualitas super duo alba: ibidem art. 1.* Item v. *memoria* legitur: *quod memoria secundum quod dicit quidquid pertinet ad primam partem imaginis, comprehendit non solum primum actum intellectus, sed etiam primum actum voluntatis. Jac. quæst.* 1. *art.* 1. Item v. *perfectio* quæritur: *utrum perfectiones creaturarum virtualiter contentæ in essentia divina, secundum quod habent ibi esse proprium, et distinctum inter se, et ab essentia, præcedant rationes ideales. Jac. quæst. 6.* Et etiam v. *voluntas* extant hæc: *utrum supposito, quod voluntas sit activa, et passiva respectu actus activi, et passivi, fundetur super eamdem rem, vel super aliam. Jac. quæst.* 16.; nempe propositiones desumptæ ex *tractatu Jac.*

Comment. in Evangelium secundum Matthæum ex to. 1. Biblioth. Bodlej fol. 10.

Comment. super Epistolas Pauli incip. *Circa Epistolam Pauli ad Romanos,* ex Possevino in Appar. sac.; cujus fragmentum valde eruditum, ac sensu profundum, sed obscurum, ac tenebricosum testatur se legisse Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ.

Comment. in Apocalypsim ex to. 1. Biblioth. Bodlej fol. 70.

Postilla, seu Comment. *Jo. Duns Scoti Doctoris Subtilis Ord. Min. in Cantic. Canticor.* incip. *Osculetur me*

Digitized by Google

me osculo oris sui. Hæc est vox Synagogæ etc. decem libris conclusa prodiit anno 164. cura *Fr. Pauli Reatini* Regul. Observ. Lectoris Generalis in fol. Vidi Opus Romæ apud nostros sine anno, et loco editionis, utpote mancum in principio; cusum tamen cernitur sub Innocentio X.

Quæstio super prologum valde notabilis pro stabili firmamento fidei catholicæ Ecclesiæ ex to. 2. Biblioth. Bodlej fol. 41.

Tractatus de cognitione Dei ex Trithemio, et Pitseo, qui ex Possevino in Appar. sac. incipit: *Quia summa nobis.*

Scoti Duns Joannis Ord. Min. tractatus de Spiritus Sancti processione adversus Græcos in 4., *et alia græce* ms. habetur Taurini in Biblioth. Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1401.; sed reor esse Opera Joan. Scoti Erigeni.

De restitutione rerum ablatarum Scoti ms. extat Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 3. cod. 7. post nonnullos *tractatus Francisci Mayroni* ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 249., nisi sit error scribæ.

Disputatio Scoti super artem alchimiæ habetur ms. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 64. olim Biblioth. Colbertinæ una cum *Raymundi Lulli*, aliorumque de hac materia tractatibus ex cit. Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 781.

Discipulis Scoti adnumerantur etiam *Nicolaus Bonetus Doctor proficuus* ex Gulielmo Vorilongo in 2. Senten. d. 3., ac *Anfridus*, seu *Gaufredus Gonterius* Brito ex eod. in 4. dist. 45., et *Joannes Scorps* Anglus juxta Jacobum Philippum Bergomen. lib. 13. sub anno 1302. Supplementi anno 1486. editi, qui et *Gualterum Burleum*, et *Joan. Jandunum* illis accenset; *atque alios quamplurimos, quorum ingeniis mirum in modum Philosophia crevit*, inquit ille: iisque adjungi potest *Petrus Thomæ* dictus Doctor *Invincibilis*, de quo suo loco agetur; nec non *Jacobus Asculanus* dictus *Doctor Profundus*, de quo jam dictum est.

Coævi scriptores, qui eum citare cœperunt, sunt Joannes Andreæ J. C. clarissimus Bonon. de summa Trinit., et Fide cathol. in Clemen. 1., Guido de Monterocheri Gallus par. 2. *Manipuli Curatorum* cap. 4. tract. 4., aliique plures ex suis, exterisque Doctoribus: primus vero, qui in eum calamum strinxisse legatur, fuit Thomas Anglicus Ord. Prædic. eo tempore in vivis degens; cujus *Liber propugnatorius super* 1. *Sententiar. contra Jo: Scotum Ord. Minor.* prodiit primo Vicentiæ in fol. an. 1485. absque nomine Typographi.

Exteri, qui aut partim, aut omnino Scoti doctrinam, et Opera illustrarunt, aut suspexerunt, omnium primus occurrit Gualterus *Burleus*, qui in Scoti Logicam Comment. egit, teste Possevino in Appar. sac. v. *Gualterus Burleus*. Thomas Penket Anglus Erem. S. Aug. *Lectiones ad Scotum* edidit; cujus adeo studiosus fuit, ut ejus Opera memoria optime teneret, inquit æqualis autor ejusdem Instituti Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Histor. lib. 15. sub anno 1483., et Possevinus in Appar. sac. v. *Thomas Penket. Joannes Lopis* Hispanus Valentinus vulgavit *Speculum Formalitatum Scoti* an. 1505. Neapoli typis Sigismundi Meyer, ** atque *Viridarium virtutum* ex Scoti sententiis contextum an. 1509. typis eisdem **: erat Medicinæ, et Theologiæ Doctor ex Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan. *Pompelianus Cæsariensis Scotista acutissimus* dicitur initio Lecturæ Pauli Scriptoris in lib. Senten. Scoti an. 1506. Carpi editæ, ubi et ejus *decastichon* in laudem Scriptoris habetur. *Jacobus Almoinus* Gallus Senonensis scripsit ad mentem Scoti in 4. Senten. librum a 14. distin. usque ad 37. editum Paris. an. 1526 per Claudium Chevallon in 8., extatque Bononiæ in Biblioth. S. Franc. *Joannes de Magistris* Ven. 1487., et *Petrus Tataretus* Doctores Parisienses in verba Scoti jurarunt; alter in totam Philosophiam, alter vero in universam et Philosophiam, et Theologiam Commentaries ediderunt. *Dominicus Grimanus* vir doctissimus S. R. E. Cardinalis Episc. Portuen. et Patriar. Aquilejen. in libro Senten. Scoti Comment. scripsit, teste Anton. Trombetta in epist. ad eum data, Quæstionibusque Metaphys. ipsi anno 1502. dicatis præmissa. *Martinus Molenfelt* Livonus composuit in via Scoti *Tractatum obligatoriorum*, qui prodiit Basileæ in fine tractatuum Logicæ, et Philosophiæ Petri Tatareti in fol. *Sebastianus Badoarius* V. Cl. Venetorum Senator adeo sub disciplina *Pauli Pergulensis* Philosophi clarissimi profecit, ut ejus Magister testaretur, neminem suo tempore extitisse, qui *in doctrina Joan. Scoti Doctoris Subtilis, et Francisci Mayroni eum antecelleret*, uti narrat Nicoletus Vernias Theatinus Philosophus Patavinus in epist. ad eum data, præfixaque Physicorum libris Gualterii Burlei, quos ipse Venetiis an. 1482., et 1491. publicavit. *Antonius Roccus* Marsus Doctor Philosophus, Theologusque Venetæ Academiæ universam Philosophiam ad mentem Scoti vulgavit Venetiis an. 1623. *Joannes Sharpe* Anglus circa finem seculi XIV. scripsit in *Quolibeta Scoti*, teste Possevino in Appar. sac. v. *Joa. Sharpe. Joannes Aquabella* Ferrarien. Ord. Servor. B. V. Theologus, sui Ordinis Prior, seu Vicarius Generalis, et an. 1455. Collegio Theologorum suæ patriæ cooptatus, doctrinæ Scoticæ propugnator acerrimus fuit ex August. Superbo in Appar. Illustri Ferrarien. par. 1. *Stephanus de Flandria* ejusdem Ordinis vir magnæ doctrinæ edidit *Logicam*, et *Quæstionem de Subjecto, ac propria passione* ad mentem Scoti an. circiter 1495. cusam, quæ extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. *Angelus* etiam *Arctinus* ejusdem Ord. Servorum Prior Generalis extitit Scoti acutus interpres ex Jacobi Comitis Purliliarum epist. lib. 6. ad Franciscum Marcellum, et alia Anton. de Fantis ad ipsum anno 1513. suo *Marimagno* Scotico præmissa; et *Gasparinus Borrus* Venetus pariter Ord. Servor. *in Magistr. Senten.* juxta mentem Scoti scripsit, testimonio Possevini in Appar. sac. ex Francisco Sansovino, idque circa annum 1476. *Gabriel Zerbius* Veronensis Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor an. 1482. *Metaphysicam* Bononiæ publicavit magis ex Scoto, quam ex aliis explicatam; et ad calcem adjecit *Tractatum de distinctionibus* ex Theorem. Scoti. *Romulus Laurentianus* Florentinus pariter Ord. Servor. Theologus illustris, et acutus in Ticinensi Academia *Dialecticam* juxta mentem Scoti explicavit, docuitque circa annum 1520. ex Cerrachino in Fastis Theologicis Florent. Collegii. *Leonardus* item *Nugarolus* Veronen. patritius, et Vicentinus Theologus, Philosophusque, necnon Protonotarius Apostolicus elucubravit in via Scoti *tractatum de beatitudine* Vicentiæ impress. an. 1485., cujus in principio Scotum vocat suum singularissimum Magistrum. *Joannes Rhetorfortis*, vulgo Rutherford Scotus Glascuensis sodalis olim Georgii Buchanani Conimbricæ in Lusitania edidit *Collationem D. Thomæ Aquinatis, et Scoti*, teste Thoma Dempstero Histor. Eccles. Scot. lib. 16. num. 169., qui addit eo Opere *nihil laboriosius, aut doctius. Joannes Baptista Mantuanus* Carmelita clarissimus, Theologus, et poeta edidit *Introductorium Subtilis Scoti* lib. 1. ex Trithemio apud Petrum Lucium in Biblioth. Carmel., et longe ante *Joan. Gerson* in 2. lectione Consider. sanct. scripserat de Scoto *Placuit hujus Doctoris inter ceteros meminisse, dum hæc*

Digitized by Google

dum hæc loquor, magis monitione doctrinali, quam subtili inquisitione: quoniam ipse Doctor non singularitate contentiosa vincendi, sed humilitate concordandi uti mihi visus est. Gregorius item *Pomusaureus* Episcopus Larinensis edidit Comment. *in Magistrum Senten.* juxta mentem Scoti seculo præcedenti, uti literis mandavit et Bartholomæus Mastrius in Vita Scoti Logicæ suæ præfixa: quibus accedat *Gulielmus Camerarius* Presbyter Congregat. Oratorii D. J. C. Doctor Parisiensis an. 1630. suis Disputat. Philosoph. Parisiis excusis. *Antonius Contarenus* Patriarcha Venetus, et *Christophorus Marcellus* Archiepiscopus Corcyrensis nobiles Scotistæ ex literis Antonii de Fantis ad eos *Tabulæ generali* Operum Scoti præfixis. *Antonius* ipse *de Fantis* Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor quam Scoto addictus fuerit, memorata *Tabula* generalis fidem sine dubio facit. *Joannes Quintana* Aragonius Prior Sorbonicus, et Caroli V. a sacris Confessionibus, qui anno 1533. Dietæ Ratispon. interfuit ex Simone Fontano Hist. lib. 13., doctrinæ Scoti clarus interpres fuit, ut ex epist. Alphonsi a Villasancta, quæ in fronte libri Senten. Gulielmi Rubion an. 1518. Paris. editi habetur, innotescit; uti et *Jo. Montesdoca* Hispanus Carpi sub Alberto Pio Principe anno 1509. stipendio ductus, ut habent ejus literæ Comment. Gratiani Brixiani in 2. Senten. librum præfixæ; nec non *Lucas Petroschi* in Universit. Cracoviensi initio seculi XVII. ex Franchino in Biblioso. pag. 88. *Hieronymus* vero *ab Augusto* Scotista inclitus, qui edidit *de forma, et materiæ proprietat.*, teste Bartholomæo Mastrio de Gener., et Corrupt. disput. 1. quæst. 2. art. 1., et de Meteoris disput. 4. quæst. 3. art. 2. num. 74., atque disput. 3. quæst. 3. n. 50. *Joan. Savius* Venetus extitit Scotista vehemens, testimonio Matthæi Ferchii Patavini Theologi in Apologia contra Jovium lib. 3. cap. 32. *Michael Apostolius* Græcus sub Friderico III. Imper. scripsit *Responsionem* ad eos, qui Occidentales in primis *Scotum* Orientalibus præcellere dixerunt in Philosophia, et Theologia; quam extare ms. græce in Biblioth. Heidelbergen. adnotavit Possevinus in Catalogo Biblioth. mss. in fine Appar. sac. Et quidem *Petrus Marsus* in proœmio libror. Ciceronis de Officiis *Scotum* appellat *omnium Theologorum acutissimum; Julius* vero *Cæsar Scaliger* in Exercit. inter ingenia hominum acutissima præcipua dixit Aristotelem, et Scotum: ejus acumen laudat etiam *Joannes Morinus* de Sacramento Pœnitentiæ lib. 3. cap. 10. num. 14., et seqq. *Hieronymus Cardanus* lib. 16. de Subtilit. Scotum inter 12. Viros ingenio excellentes recenset. *Augustinus Niphus* Suessanus celeberrimus Philosophus in Metaphysices præfatione Scotum dicit *recentiorum Metaphysicorum principem:* et *Petrus Pomponatius* Mantuanus de immortalitate animæ cap. 15. *omnium subtilissimum, inque primis religiosissimum:* a *Symphoriano Champerio* in Galenum lib. 1. cap. 5. *quasi quidam christianus Plato;* nec ejus laudes tacuit *Rodulphus Agricola* lib. 2. de Invent. cap. 15.; *Dux invictissimus* ab *Oliverio Jonto* Bononiæ Philosophiæ ac Medicinæ Professore in præfat. ad libros Elenchorum Ven. 1499. excusos; *Theologiæ princeps, et monarcha* a *Dominico Bollano* Doctore Philosopho in epist. ad Nicolaum Marcellum tractatui suo de Conceptione V. M. præmissa. *Hieronymus de Ferrariis Fantonus* Ord. Prædicat. Ferrarien. Inquisitor hæreticæ pravitatis *Repertorium* locupletissimum tam libror. Sentent., quam Quolibet. Scoti composuit, quod prodiit Venetiis an. 1588. in 4. apud Melchiorem Sessam opera Fr. Julii Hyssopii ejusdem Ord. Prædicat. Lectoris Patavini. *Michael Oyerus* S. T. M. Ordin. S. Augustini *Panegyricam orationem* in laudem sapientiæ, et sanctimoniæ vitæ Scoti composuit ab Universit. Lovanien., et Duacen., ubi et vulgata typis fuit, approbatam.

Subtilis Doctoris titulo cohonestarunt Joan. de *Janduno* lib. 1. Physic. quæst. 6., Robertus *Holkot* Ord. Prædic. in lib. Sapien. cap. 17. lect. 189., et Joan. *Bacconus* Carmelita in 1. dist. 4. quæst. 1. art. 2., Gulielmus *Rubion* in 1. dist. 8., Joan. *Canonicus*, Gulielmus *Okam*, Franciscus *Mayronus*, Petrus *Aquilanus* Antonius *Andreæ* etc.

Petrus *Virgilius* Cassianus Minorita Conven. an. 1649. publicavit apparentes in *universam Philosophiam* Scoti *contradictiones*, et Paduanus *Grassus* Barlettanus anno 1544. Enchiridion Scholasticum *Contradictionum Quolibetalium:* Jacobus *Pierius* anno 1521. notavit *Contradictiones in* 1. *et* 2. *Senten.*, et Jacobinus *Bargius* an. 1560. in 1. Senten. 131., quæ videntur, *contradictiones* declaravit, jurisque publici fecit, præter illas Guidi *Bartolucci*, quæ vulgatæ leguntur in edit. Lugdun. an. 1639. Operum Scoti, ubi et cetera *contradictiones* dissolutæ, et explicatæ publicari poterant.

Rumor, vel potius error, *Scotum* obiisse apoplexia, ortus est ex illo epigrammate

» Tempora post Christi propria dulcedine lethum
» Venit atrox raptim carcere composito:

quasi raptus sit ad tumulum ob apoplexiam; cum adverbium *raptim* ætatem denotet, non modum mortis, ut in primo ejus antiquiori epitaphio: *in teneris annis fuit:* nempe juvenis obiit, et morte in ætate tenera, veloci, et immatura adveniente; deinde illud epigramma conditum est in 3. translatione, seu revisione ossium Scoti sub Sixto IV., in duobus antiquioribus epitaphiis nihil de morte subitanea oletur. Ubi vero ex hac vita migravit Scotus, sepultus est *ad introitum Sacristiæ*, inquit Gotifredus Monachus S. Pantaleonis Hist. Colonien., et Trithemius in Chronico Hirsaugiensi cum epitaphio: *Clauditur hic rivus, fons Ecclesiæ, via, virus* etc. Anno vero 1387., vel circiter translatum est ejus corpus ad medium Chori sub nola, additique versus: *Hic Lector Scotus Subtilis sit bene notus* etc.: Carmen enim leoninum intra seculum XIV. regnavit simul, et cessavit etiam. Postmodum sub Sixto IV. circa an. 1476. recognitum est ejus sepulchrum, atque ossa; et adiectum epitaphium: *Parisius plora, mæstis incede lacernis* etc.: et alterum: *Doctor Subtilis solvens sua lustra Joannes* etc.: iterum an. 1509. ossium recognitio facta est, et translatio, additique versus: *Ante oculos saxum Doctorem deprimit ingens* etc.; alia anno 1619., et tandem altera an. 1642. De quibus agitur in Annal. Min., excepta secunda, et ultima; de qua secunda loquitur Chronicon Colonien. ab A. Milmano an. 1499. editum. De hujus Viri *cultu* immemorabili non solum a domesticis, sed et ab exteris ipsi præstito multa collegit, disseritque Arturus in Martyrol. Franciscano ad diem 8. Novembr. § 10. et 12., et nuper Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth. Franciscanæ fol. 153., qui et pag. 455. recensens *Elucidatores* ejus Operum nec patria, nec Instituto conjunctos, etsi non omnes, memorat etiam *Cælestinum Hermann* Ord. S. Benedicti, qui edidit *Theologiam selectam Scotisticam* tomis 3. in 4. Augustæ Vindelicor. an. 1720. typis Joan. Jacobi Lotteri; additque *Joannem a Ribera* Hispanum Soc. Jesu Salmanticensis Collegii alumnum *Panegyrim* in ejusdem Scoti laudem versibus latinis condidisse incip. *Subtilem quæ plectra ducem* etc.; quam ms. penes se habuisse scribit loco cit.; aliamque prosa *Stephanum Broelmem* Lovanien. Academiæ Doctorem, et Lectorem quam sæpissime laudatam a Samaniego in ejus Vita.

Digitized by Google

I. *Scriptum Oxoniense in quatuor libros Sententiarum.*

A. Codices mss., ex plurimis nonnulli, omnes tamen saeculo XV anteriores.

Assisienses biblioth. civicæ: n. 137 in 4um librum, n. 190 in 2um (Mazzatinti G., Inventari dei mss. delle bibliot. d'Italia, IV, Forlì 1894, pp. 46, 53).

Cæsenates biblioth. Malatestianæ: plut. XVII cod. II super 1um librum, et cod. IV super 4um (Muccioli J. M., Catalogus codd. mss. Malatest. Cæsen. bibliothecæ, I, Cæsenæ 1780, pp. 67-68; Zazzeri R., Sui codici e libri a stampa della bibl. Malatest. di Cesena ecc., Cesena 1887, pp. 151-152).

Cantabrigienses: collegii Gonville et Caius n. 49 in 1um librum, n. 285 in 4um, n. 307 in 2um (Montague Rhodes James, A descript. catalogue of the mss. in the Libr. of Gonville and Caius College, I, Cambridge 1907, pp. 40, 332, 352); collegii S. Petri n. 17 in 4um librum (Id., A descript. catal. of the mss. in the Libr. of Peterhouse, Cambridge 1899, p. 39).

Catinensis, biblioth. Universitatis 84, in libros 1um et 2um (Fava M., Codices latini Catinenses, in Studi ital. di Filologia classica, V, p. 431, et etiam separatim).

Cracoviensis, biblioth. Universitatis 1408, super 3um librum (Wislocki W., Catalogus codd. mss. biblioth. Univers. Jagell. Cracoviensis, I, Cracoviæ 1877, p. 348).

Erfordiensis biblioth. Regiæ, ex collectione Amploniana Cod. F. 121, super 1um librum (Schum W., Beschreibendes Verzeichniss des Amplonianischen Handschriften-Sammlung zu Erfurt, Berlin 1887, p. 83).

Florentini biblioth. Medicæ Laurentianæ: Plut. XXXI Cod. II in 1um librum, Cod. III (sæc. XIV ineuntis) in eundem, Cod. V in 2um, Cod. VI in 3um et 4um (Bandini A. M., Catalogus codd. latin. biblioth. Med. Laurentianæ, IV, Florentiæ 1777, coll. 703-705); et ex collectione Medicea Fesulana Cod. CL in 4um librum (Id., Biblioth. Leopoldina Laurentiana, III, Florentiæ 1793, col. 94).

Metensis, biblioth. Civitatis n. 38, super 4um librum (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. des Départements, V, Paris 1879, p. 17).

Monacensis, biblioth. Regiæ Lat. 8717 in 2um librum (Catalogus codd. lat. biblioth. Regiæ Monacensis, Tomi 2i p. 1a, Monachii 1874, cod. 401).

Oxonienses: collegii Balliolensis CCVIII in libros 2um et 3um, CCCII in 1um; collegii Mertonensis LXVI in 1um et 4um; collegii Lincolniensis VI in 4um (Coxe H. O., Catalogus codd. mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxonii 1852, pars 1i).

Parisienses: biblioth. Nationalis Cod. Lat. 3061 in 1um librum et 2um, 3062 in 3um et 4um, 3114 in 4 libros (Catalogus codd. mss. biblioth. regiæ, III, Parisiis 1744, pp. 366 et 371); biblioth. Arsenalis 367 in 3um librum (Martin H., Catalogue des mss. de la biblioth. de l'Arsenal, I, Paris 1885, p. 230); biblioth. Mazarinæ 881 in libros 1um, 2um et 3um, 883 in 2um, 884 in 4um (Molinier A., Catalogue des mss. de la biblioth. Mazarine, I, Paris 1885, pp. 413-414).

Patavini biblioth. S. Antonii: 174 in 1um librum; 171, 172, 178 in 1um et 2um; 175 in 2um et 3um; 114, 176, 177 in 4um; 173 in 4 libros (Minciotti L. M., Catal. dei codd. mss. della bibliot. di S. Ant. di Padova, Padova 1842; Josa A. M., I codd. mss. della bibliot. Antoniana di Padova, Padova 1886, pp. 200-202).

Pragenses biblioth. Universitatis: 1713 in 2um librum, 1817 in 3um (Truhlár J., Catalogus codd. mss. lat. qui in C. R. biblioth. publ. atque Universitatis Pragensis asservantur. Pars posterior, Pragæ 1906).

Romani biblioth. Vaticanæ: Vat. Lat. 871, 874, 875 (saeculi XIV ineuntis) in 1um librum; 876, 877, 878 (ann. 1336-1337) in 1um et 2um; 879 in 2um; 880 in 3um; 881 in 4um; 883 (saeculi XIII) in 4 libros; 887 in 3um et 4um.

Taurinensis, biblioth. Universitatis CLXXXIX, in 2 priores libros (Pasinus J., Codd. mss. biblioth. regii Taurin. Athenæi. Pars altera, Taurini 1749, p. 52).

Trecensis, biblioth. publicæ 277, in libros 1um et 2um (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. des Départements, II, Paris 1855, pag. 136).

Vindobonenses biblioth. Palatinæ: 1423 in 1um et 2um, 1560 in 3um, 1416 et 1539 in 4um (Tabulæ codd. manu script. præter græcos et orientales in biblioth. Palat. Vindobon asservatorum, I, Vindobonæ 1864; Denis M., Codd. mss. theolog. biblioth. Palat. Vindobonensis, vol. 2i p. 2, Vindobonæ 1800, codd. CCCCLXXXV, CCCCLXXXIX, CCCCXCIII, CCCCXCIV.

Vorcestrienses biblioth. Capitularis ecclesiæ Cathedralis: Cod. F. 39 in 2um et 3um, F. 60 in 3um (J. Kestell Floyer, Catalogue of mss. preserved in the Chapter Libr. of Worcester Cathedral, Oxford 1906, pag. 18 et 28-29).

B. Editiones antiquæ partiales.

Scriptum in primum librum Sententiarum: — a) sine loco (verisim. Venetiis), per Leonardum Aurl, 1472; in fol. (Hain L., Repert. bibliogr., n. 6424; Denis M., Annalium Typograph. M. Maittaire Supplem., p. 17, ex biblioth. Cœnobii Montis S. Georgii O. S. B. in Tyroli). — b) cum additionibus in fine, nonnullis tamen textui insertis: sine loco (Venetiis), per Vindelinum Spirensem die V novembris 1472. Frater Rufinus ordinis cordiferorum in sacra theologia bachelarius emendavit; in fol. (Hain, 6422). — c) ab Antonio Trombeta theologo patavino ordinis Minorum emendatum: Venetiis, Antonii bononiensis, Joannis genuensis et Christophori Bellapiera veneti iussu et sumptibus, 1472 XIII kal. decembres; in fol. (Hain, 6423).

In secundum librum: emendante Thoma Penket anglico ordinis Heremitarum S. Augustini, sine loco (Patavii), per Albertum de Stendael, 1474; in fol. (Hain, 6426).

In tertium librum: sine loco (in S. Urso prope Vicentiam), Iohannes de Reno, 1473; in fol. (Hain, 6427).

In quartum librum: — a) sine loco et typographo (Argentorati per C. W. civem argentinensem), 1474, in fol. (Hain, 6430). — b) addita in fine summaria recapitulatione totius quarti scripti sumpta ex collectario Guillermi Varrilionis de ordine fratrum minorum: Parisiis, Michael Martinus (Gente Alemani) atque Udalricus, scilicet Michael Friburger, Martinus Crantz et Udalricus Gering, sine anno (c. 1475), in fol. (Hain, 6428). — c) cum textu Petri Lombardi, ex emendatione Joannis Grillot et Antonii Capelli sacræ theologiæ professorum ordinis S. Francisci, qui præposuerunt singulis quæstionibus brevem totius quæstionis sententiam et subdiderunt tabulam analyticam omnium contentorum: Parisiis per Andream Bocard, impensis Johannis Richart, Johannis Petit et Durandi Gerleri, 1497 die XXIII Novembris, in fol. (Hain, 6431).

C. Editiones generales antiquæ.

Sæc. XV. — a) Venetiis ductu et impensa Joannis Coloniæ agrippinensis sociique eius Johannis Manthen de Gherretzem, 1477 XXVI Julii, 1478 VII idus Januarii, 1477, et sine anno, 4 pp. in fol., Thoma Penket opus recognoscente, adiutore adhibito Bartholomæo Bellato (Hain, 6416). In fine primæ partis eædem Additiones extant, quæ in editione an. 1472 Vindelini Spirensis, indicatis insuper locis quibus dictæ Additiones solebant annecti; in fine secundæ opusculum B. Bellati exhibens, cum aliorum doctorum ac philosophorum opinionibus, conclusiones omnes Scoti ad secundum Sententiarum librum pertinentes. — b) Nurembergæ ductu et impensis Antonii Koburger, 1481, 4 pp. in fol. (Hain, 6417), et c) Venetiis typis Johannis Herbort, ope ac impensa Joannis de Colonia, Nicolai Jenson sociorumque, 1481, 4 pp. in 4 (Hain, 6418); utraque iuxta præcedentem editionem. — d) emendante Gratiano Brixiano O. Min., cum tabula alphabetica omnium solemnium propositionum Scoti ac etiam aliorum doctorum, et cum textu Petri Lombardi, addita S. Thomæ summaria cuiuslibet distinctionis expositione, Venetiis impensa et industria Bernardini de Novaria, 1490, 4 pp. in fol. (Hain, 6419). — e) castigante, ope emendatissimi codicis parisini, Philippo de Bagnacavallo O. Min., exemptis quæ temere Scoti textui inserta erant, in integrum restitutis quæ iniuria adempta, cum annotationibus opinionum diversorum doctorum ac textuum commentorum Aristotelis in marginibus, tabula editionis an. 1490, textu Petri Lombardi, nec non opusculo Barth. Bellati in secundum librum, Venetiis mandato ac impensa Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum, XV kal. ianuarias 1497, 4 pp. in fol. (Hain, 6420).

Sæc. XVI. — Editionibus a Sbaralea memoratis (ex quibus quæ prodiit an. 1515 per Gregorium de Gregoriis est in fol. non in 8, tabulamque habet Ant. de Fantis Venetiis impressam per Petrum de Quarengiis an. 1516) hæ addi possunt: — a) Venetiis mandato ac impensa Bernardini de Tridino per Gregorium de Gregoriis, 1505, in fol., iuxta recensionem Philippi de Bagnacavallo. — b) sine loco (Parisiis), pro Johanne Granion, 1318, in fol.

Digitized by Google

1518, in fol. — c) Parisiis, in officina Jodoci Badii Ascensii, 1519, 2 voll. in fol.; editio præcedentibus accuratior, textum exhibens ab omnibus adulterinis additionibus liberum, quæ tamen in fine cuiusque libri impressæ reperiuntur. — d) Venetiis, sumptibus hæredum q. Octaviani Scoti et sociorum 1522, in fol., iuxta recognitionem Mauritii Hibernici. — e) Lugduni, in ædibus Joannis Crespin, sumptibus Jacobi q. Francisci de Giunta et socii florentini, 1530, in 8, ex castigatione Antonii de Fantis et recognitione Joannis Glarolæ cum Antonii de Fantis Tabula generali. — f) cum plurimis annotationibus, Melchioris Flavii Resolutionibus, Antonii de Fantis Epitome et Tabula generali: Venetiis, apud Joannem Baptistam et Joannem Bernardum Sessam, 1597-98, in fol.

II. *Reportata Parisiensia in libros Sententiarum* quoad distinctiones in Scripto Oxoniensi non illustratas eius operis velut complementum dici possunt, quoad reliquas vero nil aliud sunt quam eius epitome, in qua, omissis philosophicis pæne omnibus, eædem quæstiones theologicæ clarius et concisius tractantur, et ferme eodem modo resolvuntur. Scotus non eo, quo numerantur, ordine quatuor libros prælegit, sed, ut probat Waddingus in Censura de iisdem *Reportatis* suæ editioni præmissa, post primum librum interpretatus est quartum, deinde secundum, tertium postremo, quem tamen, Coloniam a superioribus proficisci iussus, non absolvit nisi usque ad distinctionem 18.

Reportatorum Parisiensium codices mss. haud multi indicantur, neque ii omnes genuina continent. Præter Vaticanum Lat. 876 sæc. XIV duos priores libros exhibentem, quo Waddingus pro sua editione usus est, notamus:

Oxonienses, collegii Balliolensis CCCII sæc. XIV 1um librum continentem, et collegii Mertonensis LXII, scriptum a. 1452 a Johanne Reynbold Alemanno de Monte Ornato, continentem librum 3um integrum ab edito cura Waddingi diversum, deinde eiusdem libri distinctiones IV-XVII Waddingi textui conformes cum subscriptione, in qua dicitur Scotus natus in quadam villicula parochiæ de Emyldon vocata Dunstan in comitatu Northumbriæ (Coxe, op. cit., pars 1).

Vindobonensem biblioth. Palatinæ 1423 (3) sæc. XIV, 1um librum *genuinum* continentem teste Denis (op. cit., vol. 2i p. 2a, cod. CCCCLXXXV).

Vorcestriensem biblioth. Capitularis ecclesiæ Cathedralis F. 69 quatuor libros complectentem sæc. XIV (Kestell Floyer, op. cit., p. 33).

Errat Sbaralea affirmans, ex subscriptione deceptus, horum *Reportatorum* primum librum extare in anglico Collegio Caii, quum revera versus relati legantur, ut ait Waddingus vel potius Pitseus a Waddingo excriptus, in fine primi libri Scripti Oxoniensis; cf. Montague Rhodes James, op. cit., I, p. 345, cod. 298.

III. *Quæstiones Quodlibetales.*

A. Codices mss. (omnes sæculi XIV):

Assisii in biblioth. Civitatis cod. 136 (Mazzatinti, op. cit., IV., p. 45).

Cæsenæ in Malatestiana, plut. XVII codd. II et IV (Muccioli, op. cit., I, pp. 67-68; Zazzeri, op. cit., pp. 151-152).

Cameraci in biblioth. publica cod. 573 (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome XVII, Paris 1891, p. 221).

Cantabrigiæ in collegio Gonville et Caius cod. 285 (Montague Rhodes James, op. cit., I, p. 332-333).

Cracoviæ in biblioth. Universitatis cod. 1408 (Wisloki, op. cit., I, p. 348).

Erfordiæ in biblioth. Regia, collectionis Amplonianæ cod. F. 368 prioris dimidii sæc. XIV (Schum, op. cit., p. 256).

Florentiæ in Laurentiana bibliothecæ S. Crucis Plut. XXXI Dext. cod. IX (Bandinius, Catalogus, IV, col. 706).

Monachii in biblioth. Regia codd. Lat. 8717 et 26309 scriptus anno 1311 (Catalogus, Tomi 2i partis 1ae cod. 401, et partis 4ae, Monachii 1881, cod. 1984).

Oxonii in collegio Lincolniensi cod. XXXVI sæc. XIV exeuntis (Coxe, op. cit., pars 1).

Parisiis in biblioth. Nationali cod. Lat. 3062 (Catalogus etc., III, p. 366); in Mazarina cod. 3511 (Molinier, op. cit., III, Paris 1890, p. 115).

Patavii in biblioth. S. Antonii cod. 173 (Josa, op. cit., p. 202).

Romæ in Vaticana cod. Vat. lat. 879.

Tolosæ in biblioth. publica cod. 739 anni 1334 (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. des Départements, VII, Paris 1885, p. 435).

Trecis in biblioth. publica cod. 994 (Ibidem, II, Paris 1855, p. 414).

Tuderti in biblioth. civica cod. 70 sæc. XIV ineuntis (Leonij Lor., Inventario dei codici della Comunale di Todi, Firenze 1879, p. 30).

Venetiis in biblioth. S. Marci, Classis X cod. 196 (Valentinelli Jos., Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum. Codd. mss. latini. IV, Venetiis 1871, p. 145).

Vindobonæ in Palatina cod. 1447 (Tabulæ etc., I, p. 239; Denis, op. cit. vol. 2i pars 2a, cod. DLXXIX).

Vorcestriæ in bibliotheca Capitulari ecclesiæ Cathedralis codd. F. 3 et F. 60 (Kestell Floyer, op. cit., pp. 2 et 28-29).

B. Editiones antiquæ.

Quæstiones quodlibetales prodierunt sexies sæc. XV: primum (non iterum, ut ait Sbaralea) sine loco, sed Patavii, per Albertum de Stendal an. 1474 (Hain, 6433); deinde, veluti quinta pars, cum editionibus integris *Scripti Oxoniensis* supra recensitis (Hain, 6434-36,6432,6437). Sæc. XVI impressæ sunt cum eiusdem *Scripti* tum editionibus a Sbaralea memoratis, tum editionibus a nobis additis.

IV. *Collationes*, præter quam in codice Vat. Lat. 876 (sæc. XIV), quo Waddingus pro sua editione usus est, extant mss. sæc. XV: Cantabrigiæ in collegio S. Petri, cod. 241 (James, op. cit., p. 292); Oxonii in collegio Balliolensi, cod. CCIX, et in Mertonensi, codd. LXV et XC (Coxe, op. cit., pars 1). Impressæ sunt etiam cum *Scripto Oxoniensi* et *Quæstionibus quodlibetalibus* Parisiis a. 1518, Venetiis a. 1522, Lugduni a. 1530, Venetiis a. 1598.

V. *Tractatus de modis significandi* i. e. *Grammatica speculativa.*

De auctore huius tractatus non una fuit veterum sententia. Trithemius, Eysengrenius, et Antonius Possevinus Scoti opera recensentes eum non memorant. Mauritius Hibernicus in præfatione ad lectorem præposita suæ editioni anni 1504 in eius laudem testatur: « omnes viri alioquin disertissimi aut Scoto aut Alberto referri volunt ». Henricus Willot (Athenæ orthodoxorum Sodalitii Franciscani, Leodii 1598, p. 220) ceteris Scoti operibus illum addens subiungit: « sed a quibusdam creditur esse Alberti de Saxonia ». Joannes Pitseus (Relationum historic. de Rebus Anglicis tom. 1us, Parisiis 1619, p. 393) Scoto adscribit, et citat cod. ms. bibliothecæ publicæ Oxoniensis. Lucas Waddingus probat non esse opus Alberti de Saxonia, esse autem opus Scoti, et hoc ex fide manuscripti a Pitseo citati, ex codice cœnobii romani S. Francisci trans Tiberim scripto a. 1456, ubi Scoto manifeste attribuitur, ex editione veneta anni 1499, quam putat omnium vetustissimam, denique ex convenientia doctrinæ a Scoto traditæ in aliis operibus certe genuinis cum doctrina exhibita a *Grammatica speculativa.*

Sub titulo « Albertus de modo significandi » recensetur hic tractatus inter codices oxonienses Thomæ Bodleii in opere « Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ ». Tom 1 (Oxoniæ 1697) p. 118, cod. 2256,9; et sub eodem titulo extat ms. Oxonii in Collegio Mertonensi (Coxe, op. cit. pars 1: Catalogus codd. mss. Coll. Mert., p. 102, cod. CCLX). Servatur etiam ms., sed Scoto tributus, Patavii in biblioth. S. Antonii cod. 25, sæc. XIV, testibus Minciotti, op. cit., et Josa, op. cit., p. 142. Alios codices, qui idem opus certe contineant, in catalogis non invenimus.

Quoad antiquas editiones prodiit 1. sub nomine Alberti: — a) apud villam S. Albani (S. Albans in Anglia) an. 1480, in 4, de qua rarissima editione Parisiis in bibliotheca Nationali extante confer Pellechet, Catal. gen. des incunables des biblioth. publ. de France, I (1897), n. 269. — b) Davantriæ per Richardum Pafroed an. 1489, 23 die Maii, in 4; editio pariter rarissima, quæ extat Cantabrigiæ in biblioth. Universitatis, et describitur a Campbell, Annales de la typogr. Néerlandaise au XV siècle, La Haye 1874, n. 73. — (c Londoniis

Digitized by Google

c) Londoniis per Winandum de Worde, sine anno, fortasse c. 1510, in 4 (Catalogus librorum impress. biblioth. Bodleianæ, I, Oxonii 1843, p. 34; Catalogue of the printed books in the Library of the British Museum, London 1881 ss., inter opera Alberti Magni). — d) Ibidem per eundem, an. 1515, in 4; ex eodem Catalogo biblioth. Bodleianæ, l. c. — Impressus est 2. sub nomine Eccardi Alberti: Londini per Julianum Notary, Johannem Barbier et J. H. c. 1497, in 4 (Proctor R., An Index to the early printed books in the British Museum:... with notes of those in the Bodleian Library, II, London 1898, n. 9822); et Antwerpiæ per Godefridum Back sine anno, sed sub finem sæc. XV (Panzer Annales Typogr., IV, 218. 112 b, ex Catalogo biblioth. Gottigensis). — 3. Prodiit sub nomine Scoti: — a) Venetiis, sine typographi nota, an. 1491 die tertio Octobris, in 4 (Hain, 6452, ex Panzer, III, 310. 1457). — b) Venetiis per Simonem de Luere, 27 Augusti 1499, in 4, nullius editoris facta mentione (Hain, 6453). — c) Cura Mauritii Hibernici, annexus eiusdem Lecturæ in quæstiones Scoti super Isagogis Porphyrii, Venetiis mandato et expensis heredum Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum quinto kalendas Aprilis 1504, in fol. — d-e) Juxta hanc editionem et cum eadem Lectura: ibidem, sine typographi nota, an. 1512 die 30 Septembris, in fol.; ibidem, mandato et espensis heredum Octaviani Scoti ac sociorum, quinto Maii 1519, in fol. Notandum quod in tribus posterioribus editionibus opus non tribuitur Scoto absolute; in fronte enim legitur: *Lectura accuratissima Mauritii Hibernici in q. doc. subtilis super ysagogis Porphyrii. Modorum quoque significandi seu grammatices speculative eiusdem subtilis Scoti: ut fama est: tractatus perutilissimus;* tractatui autem ipsi hic specialis titulus præmittitur: *Subtilissimus tractatus de modis significandi: qui grammatica speculativa dicitur: atque doctori subtili fratri Ioanni Scoto ordinis minorum inscribitur: licet Alberto de Saxonia ab aliquibus attribuatur.*

VI. *In universam Logicam Quæstiones* comprehendunt: quæstiones super Universalia Porphyrii 36, in librum Prædicamentorum Aristotelis 44, in primum et secundum librum Perihermenias 22, operis secundi Perihermenias 8, in libros Elenchorum 56, in primum et secundum librum Priorum Analyticorum 45, in primum et secundum librum Posteriorum Analyticorum 60.

A. Codices nonnulli mss.

Berolini in biblioth. Regia, cod. Phill. 1700, Super Universalia Porphyrii et libros Prædicamentorum et Perihermenias, sæc. XV (Rose Val., Verzeichniss des lateinischen Handschriften der Königlichen Bibliothek zu Berlin, I, Berlin 1893, p. 455, cod. 220).

Bruxellis in biblioth. Regia, cod. 2908, Quæstiones super libros Elenchorum et Porphyrium, sæc. XIV (Van den Gheyn J., Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale de Belgique, IV, Bruxelles 1904, p. 338).

Oxonii: in Bodleiana, cod. Ric. Rawlinson 235, Quæstiones super Universalia Porphyrii et Prædicamenta Aristotelis, sæc. XIV (Gul. D. Macray, Catalogi codd. mss. biblioth. Bodleianæ Partis 5æ fasc. 3us, Oxonii 1893, col. 184); in Collegio Balliolensi cod. CCXCI, In Prædicamenta et libros Perihermenias, scriptus per Joannem Reinbold an 1464 (Coxe, op. cit., pars 1a: Catal. codd. mss. Coll. Ball., p. 96); in Collegio Mertonensi, cod. CCLX scriptus non post an. 1452, Primum et Secundum opus super 1um librum Perihermenias, et quæstiones in libros Elenchorum (Coxe, op. cit., pars 1a: Catal. codd. mss. Coll. Mert., p. 103); in Collegio S. Mariæ Magdalenæ cod. CLXII sæc. XV, Quæstiones in Porphyrium, in Prædicamenta et libros Perihermenias (Coxe, op. cit., pars 2a: Catal. codd. mss. Coll. S. Mariæ Magd., p. 75).

Romæ in Vaticana, Vat. Lat. 870, iam a Waddingo adhibitus pro sua editione, sæc. XV ineuntis, Super Universalia Porphyrii, Prædicamenta et libros Perihermenias, additis octo quæstionibus operis secundi Perihermenias; Vat. Lat. 9402, Quæstiones super Universalia Porphyrii, sæc. XV.

Venetiis in biblioth. S. Marci, Classis X cod. 28 sæc. XV, Super Universalia Porphyrii, super librum Prædicamentorum et in libros Perihermenias (Valentinelli, op. cit., IV, p. 21-22).

Vindobonæ in biblioth. Palatina, cod. lat. 3513,16, sæc. XV, De quinque universalibus (Tabulæ etc., III, Vindobonæ 1869 p. 5).

B. Editiones antiquæ.

Operis secundi Perihermenias quæstiones octo primus edidit an. 1639 Lucas Waddingus, eas ex trium codicum vetustorum auctoritate, atque ex stylo ac methodo cum 22 primi operis quæstionibus cohærentibus Scoto attribuens. Reliquarum in universam logicam quæstionum, quas genuinas esse omnes consentiunt, pluros antiquiores editiones extant, tum partiales, tum generales.

Editiones partiales, omnes sæc. XV: — a) Quæstiones super Universalibus Porphyrii, libro Prædicamentorum et libro 1° Perihermenias Aristotelis, quibus accedunt quæstiones Antonii Andreæ super libro Sex Principiorum Gilberti Porretani. Sine ulla nota, 88 foll. in 4 (Venetiis per Rainaldum de Novimagio, c. 1479; Hain, 6441). — b) Eædem omnes, addito commento Joannis Anglici Ord. Min. super quæstionibus Scoti de universalibus. Venetiis, per Joannem Persan Dauvome, 1483, in fol. (Hain, 6442 + 1106; Pellechet, op. cit., III, n. 4473). — c) Eadem omnia, recognita ab artium doctore Nicolao Judeco Veneto. Venetiis, per Joannem et Gregorium de Gregoriis fratres, 1492, mensis Januarii die quinta, in fol. (Hain, 6444). — d) Eadem omnia. Venetiis per Bonetum Locatellum mandato Octaviani Scoti, 1492, XIII kalendas Januarii, in fol. (Hain, 6445). — e) Quæstiones super libros Elenchorum Aristotelis, cura Oliverii Jonti picentis de Monte Gallorum artium doctoris et medicinæ professoris. Sine loco et typographo (Bononiæ, per Franciscum dictum Platonem de Benedictis), 1493, in 4 (Hain, 6438). — f) Eædem, ex eiusdem recognitione. Venetiis, sine typographi nota (per Joannem Hertzog), 1499, quinto nonas Octobris, in 4 (Hain, 6439). — g) Quæstiones super Universalia Porphyrii, super librum Prædicamentorum, libros 1um et 2um Perihermenias et libros Elenchorum Aristotelis, correctore Mauritio de Portu Hibernico, annexis quæstionibus Antonii Andreæ super libro Sex principiorum Gilberti Porretani, atque expositionibus Joannis Anglici et eiusdem Mauritii super quæstionibus Scoti de universalibus. Venetiis mandato Andreæ Torresani de Asula per Simonem de Luere, XX Marcii 1500, in fol. (Hain, 6447). — h) Quæstiones super libros Priorum Analyticorum Aristotelis. Venetiis per Simonem de Luere, 16 Aprilis 1500, in 4 (De Licteriis F., Codicum sæc. XV impressorum qui in regia biblioth. Borbonica adservantur Catalogus, I, 1828, p. 263). — i) Quæstiones super libros Posteriorum Analyticorum Aristotelis, cura et ex castigatione Mathæi Campagna Ord. Min. Ibidem per eumdem, 2 Decembris 1497, in 4 (Hain. 6448).

Editiones generales: — a) emendante Mauritio de Portu Hibernico. Venetiis per Bonetum Locatellum mandato et sumptibus heredum q. Octaviani Scoti, 1508 die 8 Februarii et 24 Octobris, 2 pp. in fol. — b) ex eiusdem emendatione. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum, 1522 1 Decembris et 9 Octobris, 2 pp. in fol. — c) ex eiusdem emendatione. Venetiis mandato et sumptibus heredum Octaviani Scoti et Sociorum, 1520 die 14 Julii et 7 Aprilis, 2 pp. in fol. — d) recognitæ a Constantio a Sarnano Min. Conv. Venetiis apud Franciscum Franciscium Senensem, 1583, in 8. — e-h) iuxta eamdem recognitionem. Ibidem apud eumdem 1586 vel 1587 (ut in fronte quorundam exemplarium), in 8, et 1590 in 8 (quæ tamen editio ex exemplo quod in manibus habui eadem videtur ac editio an. 1583, exceptis quatuor foliis liminaribus recusis), et apud eius hæredes, 1600 in 8, et apud Antonium Turinum, 1610 in 8. — i) ab Antonio Rocco ab innumeris erroribus expurgatæ, addito eius Tractatu Formalitatum ad mentem doctoris subtilis. Venetiis apud Antonium Julianum, 1619, in 8.

VII. *Commentaria in* VIII *libros Physicorum* quæstiones et expositionem comprehendunt. Quæstiones primum prodierunt cura Joannis Lodovici Colom Lugduni per Johannem Marion an. 1518 (non autem 1513) die XVI Julii in fol., sub hoc titulo: *Quæstiones subtilissime Johannis Marcilij Inguen: super octo libros phisycorum: secundum nominalium viam.* Quæstiones et expositio, Joanni Duns Scoto tributæ, et accuratis annotationibus illustratæ, ex antiquissimo ms. exemplari, ut in fronte editionis dicitur, editæ primum simul sunt a Francisco

Digitized by Google

a Francisco de Pitigianis Ord. Min. de Observantia Venetiis an. 1617 apud Joannem Guerilium, in 4; recusæ Coloniæ Agrippinæ an. 1618 in 4, deinde a Waddingo an. 1639. Tum quæstiones tum expositio sunt omnino diversæ ab opere quod sub titulo *Marsilii Inguen Abbreviationes super octo libros physicorum Aristotelis* prodiit sæc. xv sine ulla nota (Hain, 10780), dein correctum ab Augustino Montefalconio Venetiis an. 1521.

Scotum in libros physicorum scripsisse testis est ipse lib. v Metaphys. q. 9 (editionis Waddingi t. iv, p. 629) et lib. ix q. 14 (ibidem, p. 788); et Henricus Willotus, Joannes Pitseus, Antonius Possevinus cum Salvatore Bartoluccio et Damiano Giner consentiunt, attribuentes doctori subtili in Physica Aristotelis libros 8. Attamen quæstiones editæ sub Scoti nomine a Franc. de Pitigianis et a Waddingo in suam Scoti editionem insertæ, iudice ipso Waddingo, spuriæ censendæ sunt, quum stilus sit facilior, methodus clarior, quam quæ Scoti soleat esse, et disserendi modus longe inferior nervoso acumine doctoris subtilis, præsertim autem quum plura loca extent Scoti doctrinæ communiter receptæ omnino contraria et Nominalibus, a quibus Scotus dissidebat, valde consentanea, nonnulla etiam fidei principiis parum consona, ut cum docetur accidentia non posse existere sine subiecto. Neque multum auctoritatis codici a Franc. de Pitigianis adhibito tribui potest, quippe qui has quæstiones lectas dicat Parisiis an. 1300, quo tempore Scotus nondum ab universitate Parisiensi bacalaureatum obtinuerat, et Oxonii moratus esse videtur. Ex doctrina, ex auctoritate vetusti codicis, quem Neapoli se vidisse testatur Bartholomæus Amicus, et editionis an. 1518, videntur rectius inscribi posse Marsilio de Inghen Occami discipulo, qui floruit anno 1394, non vero 1494, ut ex Possevino tradit Sbaralea. Nullum codicem ms. Pitseus refert, neque ego in catalogis aliquem inveni. Cantabrigiæ in biblioth. Collegii Gonville et Caius codice 511 sæc. xv (cf. James, op. cit., ii, p. 581) continetur quidem *Scotus super Physica Aristotelis*, sed est opus ab edito omnino diversum; incipit enim: *Naturalis philosophiæ principales partes sunt octo*, finit autem: *infinitus et impartibilis. Ipsi gloria per infinita secula. Amen. Explicit sentencia libri phisicorum edita a fr. Johanne Scoto doctore sacre theologie ordinis fratrum minorum.* Notandum quod in editione anni 1518, l. viii q. 1ª, non citatur Scotus in 2um Sententiarum, ut in editione Waddingi; e contra extant in libro 2º duæ aliæ quæstiones, altera (ordine 11ª) *Utrum voluntas Dei sit causa omnium quæ fiunt*, altera (ordine 17ª) *Utrum generatio generetur*, in quarum fine citantur Gregorius Ariminensis et Johannes Buridanus, scriptores qui post Scoti mortem circa medium sæculum xiv floruere.

VIII. *Quæstiones in libros Aristotelis de anima*, opus omnium consensu genuinum, sed mutilum et mancum, quum quod extat secundum et tertium librum tantum respiciat, prodierunt primum sine ulla nota, sed Papiæ per Antonium de Carcano circa an. 1490, cum Cometii hispani ordinis minorum, i. e. Gometii Vlyssiponensis, Quæstione de cuiuscumque scientiæ subiecto principaliter tamen naturalis philosophiæ (quæ editio extat Romæ in bibliothecis Vaticana, Alexandrina et Corsiniana); deinde an. 1517, ut notavit Sbaralea, cum opere Francisci Maironis « Passus super universalia et prædicamenta Aristotelis » et aliis opusculis. Reperiuntur mss. etiam:

Cantabrigiæ in collegio S. Petri (James, op. cit., p. 291, cod. 238, sæc. xv.).

Oxonii in Bodleiana inter codd. Canonicianos (Coxe H. O., Catalogi codd. mss. biblioth. Bodleianæ pars 3ª, Oxonii 1854, col. 741, cod. cccii, anni 1442), et inter codd. Ken. Digbæi (Macray G. D., Catalogi eiusdem pars 9ª, Oxonii 1883, col. 41, cod. 44, sæc. xv); et ex H. O. Coxe, Catalogus codd. mss. qui in Collegiis Aulisque Oxon. hodie adservantur, in collegiis Balliolensi (cod. cxvii, sæc. xv), Orielensi (cod. xxxv, sæc. xv ineuntis), Corporis Christi (cod. ccxxvii anni 1491), S. Mariæ Magdalenæ (cod. lxxx, sæc. xiv), Omnium Animarum (cod. lxxxvii, sæc. xv exeuntis).

Romæ in Vaticana (cod. Vat. Lat. 869, li dimidii sæc. xv); in Angelica (Narducci H., Catalogus codd. mss. præter græcos et orientales in biblioth. Angelica... Tomus prior, Romæ 1893, p. 426, cod. 1034, sæc. xv).

Vindobonæ in biblioth. Palatina (cod. 1447 sæc. xiv. — Tabulæ etc., i, pag. 239; Denis, op. cit., vol. 2i pars 2ª, col. 1301, cod. dlxxix).

ix. *Meteorologicorum libros quatuor* primus edidit ex duobus antiquis codicibus Lucas Waddingus, qui contra operis genuinitatem tria obiicit: 1. auctoritatem Pitsei tradentis scripsisse Scotum in Aristotelis Meteora librum unum; 2. titulum *Beati*, quo libro 1º, quæst. 10ª, art. 1º (edit. Waddingi pag. 23) afficitur Thomas Aquinas canonizatus an. 1323, scilicet 15 annis post mortuum Scotum; 3. citationem eodem libro, quæst. 13ª art. 3º (eiusdem edit. pag. 32) cuiusdam opinionis Thomæ Bradwardini ex eius tractatu de proportionibus, qui Thomas Bradwardinus obiit an. 1349. Duæ priores rationes satis infirmæ videntur, præsertim prima, quum ipse Pitseus codices indicet qui vel integrum opus vel saltem tres libros contineant; quoad tertiam notandum quod, etsi Thomas Bradwardinus communiter natus putetur circa an. 1290, ex eo quod procurator fuerit universitatis Oxoniensis an. 1325, nullum tamen documentum extat prohibens ne natus credatur pluribus annis ante, quin imo W. T. Hook (Lives of the Archbishops of Canterbury, London 1865, vol. iv, p. 81) communi opinioni contradicit his verbis « But is difficult to make this harmonise with some of the events of his life, which would induce as to look for an earlier date ». Cf. Hahn Seb., Thomas Bradwardinus und seine Lehre von der menschlichen Willensfreiheit in Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters, Münster 1905, vol. 5, fasc. 2, pag. 2. — Sequentes codices mss. extant, qui Scoto favent:

Oxonii in Bodleiana cod. 37 Ken. Digbæi sæc. xiv, Quæstiones super tres libros Metheororum secundum doctorem subtilem, valde mutilus in principio et nunc etiam in fine, et cod. 54 sæc. xv, quæstiones in eosdem libros continens (Catalogi codd. mss. biblioth. Bodleianæ pars 9ª, Oxonii 1883, coll. 33,54).

Ibidem in collegio Balliolensi cod. xciii sæc. xv ineuntis et cxvii sæc. xv, Quæstiones in libros tres priores; in collegio Orielensi cod. xxvi sæc. xv in quatuor libros, et cod. xxxv sæc. xv ineuntis in tres priores; in collegio S. Mariæ Magdalenæ cod. lat. xxi sæc. xv in tres libros priores; in collegio Corporis Christi cod. ccxxvii anni 1491 in eosdem. Cf. Coxe, op. cit., partes 1 et 2.

Worcestriæ in biblioth. Capitulari ecclesiæ Cathedralis cod. F. 86 sæc. xiv exeuntis, vel ineuntis sæc. xv, super quatuor libros (Kestell Floyer, op. cit., p. 44).

x. *Tractatus de primo principio* prodiit etiam sine loci nota, sed Parisiis, pro Joanne Granion an. 1518 cum *Scripto Oxoniensi*, *Collationibus* et *Theorematis*. Extat ms.

Avenione (Catal. gén. des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome xxvii. Avignon par H. L. Labande. i, Paris 1894, p. 239, cod. 328 sæc. xv).

Monachii in Regia (cod. lat. 15829 sæc. xv. — Catalogus codd. lat., tomi 2i pars 3ª, Monachii 1878, p. 39, cod. 252).

Oxonii in collegio Balliolensi (cod. ccix an. 1463), in Mertonensi (codd. lxv an. 1456 et xc sæc. xv), in collegio Novo (cod. ccxxxv sæc. xv). Cf. Coxe, op. cit., par. i.

Romæ in Vaticana (codd. Vat. lat. 869 et 3052, sæc. xv).

Codex 439 biblioth. Nationalis (olim Universitatis) Taurinensis sæc. xiv anno 1904 igne absumptus periit. Cf. Inventario dei codici superstiti greci e latini antichi della biblioteca Nazionale di Torino, in Rivista di Filologia e d'istruzione classica diretta da E. Stampini, Torino E. Loescher, An. xxxii, fasc. 3º, luglio 1904.

xi. *Conclusiones metaphysicæ* cclxxviii, opus fortasse alicuius ex Scoti discipulis, recognitæ et castigatæ et primum e tenebris in lucem editæ a Joanne Camerte Ord. Minorum, prodierunt Venetiis per Simonem de Luere expensis d. Andreæ Torresani de Asula die 6 Maii 1503 in fol. simul cum *Commentariis Joannis Scoti* (recte Antonii Andreæ) *in 12 libros Metaphysicæ Aristotelis*.

xii. *Quæstiones in Metaphysicam Aristotelis* extant mss.

Bruxellis in biblioth. Regia, cod. 2908 sæc. xiv (Van den Gheyn, op. cit., iv, p. 338).

Cantabrigiæ in collegio S. Petri, cod. 64 (ll. 1-9) sæc. xiii (James, op. cit., p. 83).

Erfordiæ

Digitized by Google

Erfordiæ in Regia, collectionis Amplonianæ cod. Q. 291 prioris dimidii sæc. XIV: *Commentum cum subtilissimis qq. insertis Jo. Schoti doctoris subtilis super totam metaphisicam Aristotelis*; sed incipit et explicit, ut in Waddingi editione quæstiones priorum novem librorum. Cf. Schum, op. cit., p. 531.

Florentiæ in Laurentiana, biblioth. S. Crucis Plut. XXXI Dext. cod. IX (ll. 1-9) sæc. XIV (Bandinius, Catalogus, IV, col. 706).

Monachii in Regia, cod. lat. 15829 (ll. 1-9) sæc. XV (Catalogus etc., tomi 2 pars 3a, cod. 252).

Oxonii in collegio Balliolensi, codd. CCXXXIV (qq. 81) sæc. XIV, et CCXCI anni 1464; in collegio Orielensi, cod. XXXV (qq. 10, priores ut videntur) sæc. XV ineuntis.

Papiæ in biblioth. Universitatis, cod. 299 anni 1471 (L. De Marchi e G. Bertolani, Inventario dei mss. della R. Biblioteca Universit. di Pavia, I, Milano 1894, p. 164).

Parisiis in Nationali, ms. lat. 16110, ex mss. Sorbonæ cod. 612, sæc. XIV (Delisle L., Inventaire des mss. de la Sorbonne conservés à la biblioth. Impériale sous le numeros 15176-16718 du fonds latin, Paris 1870, p. 39).

Romæ in Vaticana, cod. Urb. lat. 119 olim 217 (ll. 1-9) sæc. XV (Stornaiolo C., Biblioth. Apost. Vatic. Codd. Urb. Lat., Romæ 1902, p. 145); in Angelica, cod. 104 (ll. 1-9) sæc. XV ineuntis (Narducci, op. cit., I, p. 35).

Quæstiones Decimi et Duodecimi Metaphysicæ prodierunt Venetiis per Simonem de Luere die 28 Julii 1507 (non autem 1505), in 4.

XIII. *Tractatus de perfectione statuum* visus est Waddingo dubiæ genuinitatis, quum ipso teste aliqua contineat quæ multorum conflent invidiam, prudentissimi viri doctrinæ et modestiæ penitus adversa. Præter quam in codicibus a Sbaralea memoratis, Mertonensi scilicet LXV anni 1456 (Coxe, op. cit., pars I), et Laurentiano, biblioth. S. Crucis Plut. XXXVI Dext. cod. XII sæc. XIV exeuntis (Bandinius, Catalogus, t. IV, col. 718), invenitur ms. Cantabrigiæ in bibliotheca Universitatis (A Catal. of the mss. preserved in the Library of the University of Cambridge, I, Cambridge 1856, p. 103, cod. 134 sæc. XV, imperf.), et in collegio Corporis Christi (Jac. Nasmith, Catal. libr. mss. quos Collegio Corp. Christi et B. M. V. in Acad. Cantabrigiensi legavit M. Parker, Cantabrigiæ 1777, p. 106, cod. CVII, sæc. XV). Recenter prodiit impressus ad calcem operum Scoti iuxta editionem Waddingi a L. Vivès iterum editorum Parisiis ann. 1891-95, 26 voll. in 4.

XIV. Opus *in Canticum canticorum* a fr. Paulo Reatino *Joanni Duns Scoto* tributum et editum (Romæ an. 1653 per Stephanum Caballum in fol.) non est eius, sed Thomæ Cisterciensis, sub cuius nomine primum prodiit Parisiis an 1521 impensis et accuratione Jodoci Badii Ascensii. Cf. Oudin, Commentarii de scriptoribus et scriptis ecclesiasticis, tom. II, coll. 1574-77; Hauréau B., Notices et extraits de quelques mss. latins de la biblioth. Nationale, tom. 2 (Paris 1891), pp. 143-144. In Patrologia latina J. P. Migne, tom. CCVI, coll. 13-16 extat Sententia diffinitiva a Magistro S. Palatii Apost. contra Paulum Reatinum et ejus editionem prolata an. 1655.

Ex recentioribus auctoribus, qui de Scoti vita et operibus agunt, consulantur præ primis: Müller J., Biographisches über Jo. Duns Scotus (Köln 1881); — Little A. G., The Grey Friars in Oxford (Oxford 1892), pp. 219-22; — Renan E., Jean Duns Scot Frère Mineur, in Histoire littér. de la France, XXV (Paris 1869), pp. 404-467; — Döllinger (J. v.), in Wetzer u. Welte's Kirchenlexikon, X (Freiburg im Breisgau 1897), coll. 2127-33; — Minges P., in The Catholic Encyclopedia, V (New York 1909), pp. 194-99; — Seeberg R., in Realencyklopädie für protestantische Theologie u. Kirche, V (Leipzig 1898), pp. 62-75. Apud tres posteriores plura opera, quæ de Scoti doctrina esclusive tractant, indicata reperiuntur. Pro antiquioribus auctoribus conferatur præsertim U. Chevalier, Répertoire des sources historiques du Moyen Age. Bio-Bibliographie, I (Paris 1905), coll. 1249-50.

Ad Sbaraleæ textum hæc ex negligentia omissa addi debent in fine:

Asisii sub parva ænea imagine *Jo. Scoti* posita ad partem dexteram muri ingressus in Sacrarium Ecclesiæ S. Francisci legitur hæc marmorea inscriptio:

D. O. M.

« Rmo P. M. Jo: Baptista Larinate univ. Ord. S. F.
« M. C. Generale spectatiss. Subtilium principis hoc
« æneum simulacrum vetusta manu elaboratum Ad.
« R. P. M. Albert. Regula Bitunt. in prov. Barii inter
« Carm. P. Defin., ac Scoticæ doct. Profes. huic sac.
« Assis. Basil. tamquam totius Seraph. Relig. capiti
« devotion. ergo dono dedit. F. Bonav. Velitern. Sec.
« Ord. grati animi signum pos. benemer. id. Feb. M.
« DCXXXVII.

MMCLXXI.

JOANNES DURELLE Gallus edidit typis, ut est apud Bibliographiam Anissonianam, et Catalogum libror. Theologicor. Genuæ an. 1725. excusum,

Dialectichoteam, seu *Dialecticam supernaturalem*. Lugduni 1628. in 8. De eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCLXXII. 1119.

JOANNES E DUREN = *Durandus*, et *Duren* dicitur a Rodulphio; quem an. 1468. vixisse tradit Eisengrenius apud Possevinum; sed Marcus Ulyssipon. Chron S. Franc. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex Trithemio, Mariano et Monum. Ord. Min. ait claruisse sub Eugenio IV. circa an. 1445. Ex Trithemio ejus Operum

Quadragesimale incipit: *Sanctificate jejunium.*

De VII. *peccatis mortalibus* incipit: *Cum Confessor idoneus.*

De occultis vitiis incipit: *Est via, quæ videtur.* Subdit idem Trithemius, alia quoque eum scripsisse, quæ ad ejus notitiam non venerunt.

MMCLXXIII. 1120.

JOANNES EDÆUS = de cujus Vita, et eruditione scripsit Joleslæus de Viris Illustribus, ex quo Antonius Melissanus in Supplem. Annal. Min. ad an. 1406. num. 2.

Fasciculum morum citat autor *Magni Speculi Exemplorum* anno circiter 1480. elucubrati dist. 9. exemp. 50., et 206. Habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Eccles. cod. 408. in 8. sine nomine autoris, et cum titulo *Quadrigæ* in frontispicio exteriori, de quo disserui in *Bertrando a Turre*, et in cujus fine extat *Opusculum* morale alphabetice dispositum incipiens: *Abstinentiæ triplex est species: prima ciborum, et potuum moderatio* etc.: cumque frequens sit autor in exemplis Anglorum, forsan ad hunc pertinet, illudque est, quod Waddingus inscribit: *Fasciculus virtutum, et vitiorum.* V. *Bertrandus a Turre.*

Possevinus in Appar. sac. huic attribuit *Lexicon Originalium*; sed forte hunc cum *Joanne* de Erfordia confundit, nisi et hic ediderit idem argumentum; nam in Biblioth. S. Crucis Florentina scam. 28. versus claustrum num. 274. habetur codex membr. vetus ms. in 4. sine nomine autoris magnæ molis ita inscriptus *Incipit Tabula Originalium de quibusdam communibus vocabulis per alphabetum facta diversis voluminibus, et libris autenticis compilata:* incipitque alphabetice: *Abrenunciatio terrenorum. Vocabulum* 1. *Johañes Cass. in Collat. Abbatis Moysi* etc.; cujus in prima litera depictus cernitur *Frater Minorita*; finitque Opus in vocabulo *Zizania*: videtur igitur Opus Minoritæ. Sunt autem *Vocabula* num. 445., quorum ultimis octo factum est *additamentum.* Post tabulam ante Opus habentur hi versus loco prologi: *Regia majestas pie suscipe quod dat egestas = Hunc difficultas pressit, quem jam premit ætas* etc. Num *Philippi de Alemania*, de quo infra?

A. G. Little, The Grey Friars in Oxford (Oxford 1892), p. 254 indicat: *Quædam constituta* (?) *Iohannis Ede de ordine minorum.*

Digitized by Google

minorum. Inc. *Triplex fuit beneficium abrahe, viz. preeleccio, conversacio, propagacio... Quæstio utrum personarum accepcio sit peccatum.* Iuxta ipsum extant, sed incompleta, Oxonii in codice Bodleiano 815 (Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ, I, p. 143, n. 2684) cum hac nota fol. 1°: *Habetur liber complete inter fratres minores Hefordie* (sic).

MMCLXXIV. 1121.

JOANNES DE ERFORDIA = in Thuringia, quæ spectat ad provinciam Saxoniæ, cujus Thuringia est XII. Custodia; atque modo *Joannes de Erfordia*, modo *Joannes de Saxonia* appellatus, ex uno duo effecti sunt; etenim in sæpe cit. Inventario Biblioth. Asisien. S. Francisci an. 1381. confecto *Tabula juris*, quæ adscribitur *Joanni Saxoni*, legitur esse *Fr. Joannis Lectoris de Elphordia provinciæ Saxoniæ*; et *Summa Confessorum*, quæ ejusdem est Opus, dicitur ibidem esse *Joannis de Elphordia provinciæ Saxoniæ Lectoris.* Est et *Hereforda* in Anglia. Scribit Trithemius, fuisse Doctorem in divinis Scripturis illuminatum, et tam in utroque jure, quam seculari Philosophia egregie doctum; eumque floruisse longe ante an. 1350. ducitur ex Astesano, qui *Summam Astesanam* an. 1317. perfecit, misitque Joanni Cajetano Cardinali, in cujus proœmio fatetur usum se fuisse *Tabula juris Joannis Saxonis Ordinis Minorum.*

Tabula Originalium secundum Johañem de Elphordia Ordinis Minorum Doctorem juris utriusque incipiens: *Aaron. Quod jubet Aaron inaures demi* etc.: et finiens: *vocabulo superbia:* extabat olim ms. Asisii in Biblioth. Conventus S. Francisci ex veteri Inventario illius loci banco VII. orient. Habetur ms. pergam. Ravennæ in 4. magno in Biblioth. S Francisci sine nomine autoris, sicut etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 27. versus claustr. cod. 707. in fol. magnæ molis incipiens: *Aaron: quod jubet Aaron inaures demi* etc.: finiensque: *req. vo. Superbia;* incedit enim alphabetice usque ad vocabulum *zelus:* extat cum nomine autoris, eodemque initio ms. membr. in fol. Parisiis apud Augustinianos ad Pontem novum, et in Biblioth. Victor. cod. 798. in fol. m. membr., teste Jac. Echard to. 1. Biblioth. Ord. Prædicat. pag. 526. Toleti quoque reperitur in Minor. Biblioth. sub HH. n. 24. ms. incipiens: *In nomine SS. Trinitatis originis omnium rerum incipit Tabula Originalium edita, et compilata a Fr. Joanne Lectore Erfordiensi Ordinis Fratrum Minorum.* Waddingus confundit *Tabulam juris* cum *Tabula Originalium*, quam tamen diversam esse apertum erit ex dicendis. Pelbartus Temiswariensis in Rosario Theologico to. 2. v. *vinum* §. 4., et v. *terremotus* §. 20. inquit: *Item Fr. Joannes Lector Erforden. Ordinis Minorum in suo Libro dicto Originalium hæc prædicta describens subjungit* etc.: ibique de *circulis planetarum*, deque eorum distantia disserit; hæc autem ad jus nequaquam attinent.

Glossarium, seu Vocabolarium vocum, quæ in Bibliis habentur, collectum per Joannem de Erfordia ex Britone, hoc est ex Vocabolario *Gulielmi Britonis*, de quo supra, latinum extat in Biblioth. Norfolciana cod. 202. Non est confundendum Opus hoc cum *Tabula Originalium* memorata.

Tabula juris canonici, et civilis Fr. Johannis Lectoris de Elphordia prov. Saxoniæ Doctoris utriusque juris Ord. Min. compilata de VII. *libris Decretalium* incipiens: *Quoniam, sicut dicitur* XII. *q.* 2. *Devotissimam, summum bonum in rebus est justitiam colere:* Opus vero: *Abbas: Literæ impetratæ contra Abates;* et finit vocabulo *Christus* etc., et verbis: *Ecclesia ex gentibus processit* XXXII. *q.* V., *sed Paulus, et gl.* extabat Asisii ms. in banco VIII. occid.; in solario vero 1. occid. hoc titulo: *Directorium juris compilatum Parisiis* incompletum ex cit. Inventario. Extat nunc ms. pergam. in fol. in Archivo dicti Conventus; habetur etiam ms. sub titulo *Summæ* in Biblioth. S. Trinitatis Vindocinen. S. Bened., et in Oxoniensi Collegii Oriolen. cod. 72. In Bibliotheca quoque Lexovien. extat *Tabula juris canonici Joannis de Saxonia Ord. Min.* ms. num. 81. ex Catalogo Montfaucon pag. 1363. Etiam antiquus autor Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min., et post eum Jacobus Philippus Bergomas in Supplem. lib. 13. edocet, eum scripsisse *Summam juris canonici, et civilis*, quam quidem *Summam* citat Pelbartus Temiswar. in Pomerio Sermonum de SS. par. hyem. serm. 64. in Cœna Domini; nec non autor Summæ Angelicæ v. *usura* 1. num. 77. et 78., et cit. Astesanus in Summa par. 1. lib. 3. art. 5. Ex his eruitur hanc Summam diversam esse a *Tabula Originalium:* lucet etiam hanc *Tabulam*, vel *Summam* diversam esse a *Summa Confessorum*, de qua mox agam, non autem eamdem, et unam, ut putavit Oudinus sub an. 1350. to. 3. Comment., cui forte occasio fuit errandi, quod legerit apud Waddingum, et Rodulphium lib. 3. *Summam juris* incipere: *Rogatus a Fratribus:* quod est initium *Summæ Confessorum;* qui etiam Summam cum Summa confuderunt; etenim *Tabula*, seu *Summa juris canonici, et civilis* diversum initium habet ex cit. Invent. Asisien. Ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 216., et 217. etiam Hispali in Biblioth. Ecclesiæ habetur hæc *Tabula juris* ms. in fol. membr., quæ pariter incipit in prologo: *Quoniam sicut dicitur* etc.: in cujus cod. fine legitur: *Explicit Tabula juris canonici, et civilis edita et completa per Fr. Joannem de Saxonia Ord. Fr. Min. Doctorem juris utriusque cum* XII. *Collegii Doctoribus utriusque juris.*

Joannis de Elfordia provinciæ Saxoniæ Lectoris, et Doctoris utriusque juris Ordinis Minorum Summa Confessorum omnium novissima compilata de septem libris Decretalium incipiens: *Rogatus a Fratribus, quod eis formulam de confessionibus audiendis traderem:* et finiens: *utile vitiatur:* extabat ms. Asisii ex cit. Invent., et servatur nunc ms. pergam. in 4. in Archivo dicti Conventus; Parisiis quoque in Biblioth. S. Victoris hoc titulo: *In nomine sanctæ, et individuæ Trinitatis incipit Summa Confessariorum edita a Fratre Joanne de Saxonia Ordinis Fratrum Minorum Doctore utriusque juris.* Incipit autem prologus: *Rogatus a Fratribus, quod eis formularium de Confessionibus audiendis traderem* etc. *Titulus* 1. *de Confessoribus. De Confessoribus* 4. *consideranda sunt* etc.: hic codex memoratur etiam a Montfaucon to. 2. pag. 1373. Habetur et Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 7. versus claustrum num. 476. Opusque dividitur in duos libros, quorum in primo agitur de VII. peccatis capitalibus; in secundo de Decalogi præceptis: nec non Oxonii ms. in Biblioth. Collegii Oriolen. cod. 38. tit. *Joannis de Saxonia legum Doctoris Summa Confessorum.* Denique *Summa Confessorum* incipiens: *Rogatus a Fratribus* ms. in fol. membr. asservatur in Biblioth. Pinciana Regul. Observ. ex cit. Joan. a S. Anton. pag. 216.; sed errat, dum putat, de hac loqui Bergomensem lib. 13. illis verbis: *Joannes item de Saxonia Ordinis Minorum per hoc ipsum tempus et ipse aliam Summam in utroque jure edidit, licet non ejusdem pretii cum Astesano. De aliis nihil vidi.* Quibus ille intelligit *Tabulam juris canonici, et civilis*, quam recte dicit *Summam in utroque jure:* talis autem non est *Summa Confessorum.* Extat in Biblioth. Collegii Oxonii num. 824. ms. *Jo. Lectoris Summa Confessorum* ex Catalogo Montfaucon pag. 662., sed hujusne, vel alterius Ord. P. ignoro.

Summa

Digitized by Google

Summa de casibus cum ex Trithemio incipiat: *Rogatus a Fratribus*, quod est initium superioris *Summæ Confessorum*, propterea ab illa diversa non est: initium enim: *Aaron quid jubet*, est *Tabulæ Originalium*, ut dictum est.

Commentarii in 4. libros Senten. Joannis de Erfordia habentur mss. tribus tomis in fol. Lipsiæ in Biblioth. Paulina ex illius Catalogo pag. 184. *Lib. primus Senten.* incipit: *Primo quæritur, utrum Theologia sit scientia. Videtur quod non* etc.: juxta codicem ms. in 4. magno antiquum, qui extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 33. versus Eccles. num. 384.; sed qui inscribitur: *Primus Senten. Joannis de Olfadis* loco *de Erfordia*, uti est in fronte codicis, ubi alio charactere antiquo dicitur *Fr. Johannes de Erfordia Ord. Min., qui fecit Summam de Confessione.*

Glossas super Consuetudines Turonenses huic abjudicare videtur Oudinus futili ratione, quod parum conveniens, aut verisimile, ut Saxo, seu Teutonicus in *Consuetudines Turonenses* scripserit, quasi ex Saxonia, Teutoniaque multi non se conferrent temporibus illis potissimum in Galliam, et Angliam studiorum causa. Deinde est etiam *Turonium* in Prussia Saxoniæ finitima.

Commentarios in sacram Scripturam conscripsisse, et circa an. 1320., vel 1330. claruisse tradit Morerus in Diction. Gallico Hist. v. *Joan. de Saxe;* sed nescio quo autore.

Summa Joannis de Erfordia cap. *de Conceptione* citatur in serm. Gabrielis Barlettæ edition. Brixien. an. 1521., et videtur non ad *Confessionem* sacram, seu ad *casus conscientiæ* pertinere, sed ad varia argumenta, et forsan eadem est cum *Tabula Originalium.*

Tractatum de Conceptione B. M., necnon

Tractatum de ornatu Clerici, quos Possevinus in Appar. sac. attribuit *Henrico de Herfordia*, leg. *de Hervodia* Ord. Prædic., Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1350. in *Henrico de Hervordia* contendit esse hujus *Joannis Erfordiensis;* sed fallitur Oudinus, quia uterque Tractatus est Henrici Hervordien., ut ex Echardo to. 1. Fallitur etiam Possevinus, qui eidem Henrico adscribit *Summam de casibus*, de qua supra.

Commentarius in Alchabitium, quem ex to. 1. Biblioth. Bodlej fol. 81. Joannes a S. Antonio adscribit huic Joanni, est alterius *Joannis Saxonis* secularis astrologi seculo XIV. famosi, sed proscripti; sicut et *Comment. in Orationem Cicer. pro Roscio;* et *Comment.*, et *Orationes duæ de utilitate dicendi, et observandis legibus* Basileæ an. 1536. in 8. excusæ, quas ex to. 2. Biblioth. Barber. pag. 354. idem Joannes a S. Anton. huic nostro Scriptori attribuit, recentioris *Joannis Saxonis* esse judico; sapiunt enim seculum XV., vel XVI.

Agunt de eo Trithemius, Jo: Rioche, Petrus de Alva in *Pleyto de libros* pag. 78., et Dupinus sec. XIV., qui non recte scribit, hujus *Summam* non inveniri.

Tabulæ originalium extant Parisiis in Mazarina duo codd. mss., ambo sæc. XIV, quorum primus idem est ac qui ex Jac. Echard servabatur Parisiis apud Augustinianos ad pontem Novum. Cf. Molinier A., Catal. des mss. de la biblioth. Mazarine, I, Paris 1885, p. 103, n. 287 et 288.

Tabula iuris canonici et civilis continetur ms. cod. lat. 4145 biblioth. Nationalis Parisiensis sæc. XIV (Catal. codd. mss. biblioth. Regiæ, III, Parisiis 1744, p. 551), cod. 761 biblioth. publ. Rhemensis anni 1391 more gallicano (Catal. gén. des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome XXXIX (Paris 1904), p. 99. et cod. lat. 8705 biblioth. Regiæ Monacensis sæc. XIV (Catal. codd. lat. biblioth. Regiæ Monac., tomi 2i p. 1a, Monachii 1874, cod. 389). *Summa de casibus* reperitur in huius bibliothecæ cod. 8704 scripto ante a. 1331 (ibidem, cod. 388). Utriusque operis descriptionem exhibet Joh. Fr. von Schulte, Die Geschichte der Quellen und Litteratur des Canonischen Rechts, II, Stuttgart 1877, pp. 385-91.

MMCLXXV.

JOANNES ERGHOSTENUS Germanus ex Beuren oppido prov. Austriæ inferioris Capuccinus pietate illustris edidit

Exercitia pro Novitiis Capuccinorum in 8.; obiitque an. 1633. ex autore Biblioth. Capuccin., et ex Joan. a S. Anton.

MMCLXXVI.

JOANNES ESCORZA Hispanus provinciæ S. Joannis Discalc. in Valentino regno an. 1626., quo vivebat, ad prælum parata habebat vernaculo sermone:

Defensorium immunitatis Ecclesiasticæ.

Expositionem Motus proprii Gregorii XIV. super Ecclesiarum immunitate.

Consilia, ac Responsa moralia.

De temporum ratione: ex Jos. Chatino in Chron. illius provinciæ fol. 910., teste Joan. a S. Antonio.

MMCLXXVII. 1122.

JOANNES ESTELSIUS = Belga provinciæ Franciæ, vel Coloniæ, cujus tamen ante Waddingum nescio quis meminerit.

Nullus videtur extitisse scriptor franciscanus huius nominis, hic autem *Joannes Estelsius* idem esse ac Joannes Steelsius bibliopola antuerpiensis, scriptaque a Waddingo illi tributa esse opera Joannis Royardi Regul. Observ. edita a Joanne Steelsio. Vide infra *Joannes Rojardus.*

MMCLXXVIII.

JOANNES EVANGELISTA CORDUBENSIS sac. Theol. Doctor, cujus ex Mariano, ac Monumen. Ordinis meminit Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 29., aitque floruisse circa an. 1495. in provincia Tusciæ *famosum Theologum*, ad quem ex tota Italia confluebant auditores; adeo singulari scientia, et eruditione, nominisque fama pollebat: scripsit ex Bernardino de Bustis autore æquali in Mariali par. 1. serm. 9.

Tractatum de Immaculata Conceptione B. V. M.; asseritque virum doctissimum fuisse, et *Regul. Observ.* cultorem. Alia numne scripserit, pro incomperto habeo

De eo Maraccius in Biblioth., Petrus de Alva in Militia, Nicolaus Anton. to. 2. vet. Biblioth. Hispan., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCLXXIX.

JOANNES EVANGELISTA POLONUS Minor. Conv. sac. Theol. Baccalaureus elucubravit

Opusculum de Passione Domini patrio idiomate an. 1630. Cracoviæ, quemadmodum scripto tradidit Augustin. Superbus eo tempore inter vivos degens in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 88.

MMCLXXX. 1123.

JOANNES EVANGELISTA SILVADUCENSIS = utrumque Opus suum flandrice scripsit an. 1637., teste Aub. Miræo in Auctar. Eccles. Scriptor. sec. 17. num. 245. de *Cypriano Croessels* disserente; edidit etiam Opus mysticum hoc titulo:

Divisio animæ, ac spiritus, sive anagogicus sponsæ per casti amoris scalas ascensus. Lovanii 1646. ex autore Biblioth. Capucc., Dupino, et Joan. a S. Antonio.

Divisio animæ ac spiritus, sive anagogicus sponsæ ad osculum sponsi per casti amoris scalas ascensus prodiit etiam ad calcem Commentarii Liberti Fromondi in Canticum canticorum cum *notulis* eiusdem Fromondi et *Judicio* Joannis Malderi episcopi antuerpiensis Lovanii apud Hieronymum Nempæum an. 1653 in 4.

MMCLXXXI.

Digitized by Google

MMCLXXXI.

JOANNES EVERSIDEN Anglus, qui floruisse dicitur an. 1336., scripsit, quod sciatur,

Tractatum de descriptione temporum; et

Tractatum de Regibus, et Episcopis Anglis; et alia Opera, ut ex Pitseo refert Morerus in suo Dictionario Gallico, et ex eo Joan. a S. Anton.

Joannes de Everisden, sic enim nominandus erat hic auctor, ex omnibus antiquis scriptorum nomenclatoribus atque ipso Pitseo fuit monachus benedictinus, non vero franciscanus.

1124.

JOANNES FABER = qui edidit *disputationes contra Balthazarem Pacimontanum*, fuit *Joannes Faber* Svevus Vicarius in spiritualibus Episcopi Constantiensis anno 1520., et a consiliis Ferdinandi Archiducis Austriæ, qui Badensi interfuit disputationi anno 1526. contra Zuinglium, et Œcolampadium, postmodum factus Episcopus Viennensis an. 1531. obiit, decennio expleto, nulli Instituto Regul. addictus ex Hist. Cath. Simonis Fontani lib. 6. et 9., Catal. Episcopor. Viennen., et Possevino, qui plura alia ejus Opera typis edita recenset: quare nescio, unde hauserit Waddingus, hunc extitisse Minoritam. Vivebat quidem eo tempore alius *Joannes Faber* Franciscanus, qui anno 1533. erat Minister provinciæ Aquitaniæ Min. Conv. Reformatæ ex Annal. Min. Waddingi ad eum an. num. 4., et 1532. n. 8., et an. 1540. Episcopus Auriensis declaratus, et Nicolao Gaddio S. R. E. Cardinali Episcopo Sarlatensi in Gallia, Aquitaniaque Suffraganeus datus ex Pontif. Reges. Vatic.; sed nihil eum scripto tradidisse nostri, exterique memorarunt. Alius etiam *Joannes Faber* Heilbrunnensis Germanus eo ipso tempore floruisse dicitur concionator in majori Ecclesia Augustæ Vindelic. an. 1549. ex Eisingrenio apud Possevinum in Appar. sac., ac plura scripsisse, typisque tradidisse, quæ ibi legi possunt; sed *Ordinis Minorum* non asseritur. Alius itidem *Joannes Faber* Minorita senior vixit an. 1430., factusque Episcopus Naturensis eo anno, exinde translatus legitur ad Lausanen. Ecclesiam in Allobrogibus, Burgundiaque anno 1437. ex Annal. Min. Nec ambigo, quin horum aliquis nonnulla scripserit, unde Waddingus sit hallucinatus, et unum pro alio acceperit. Waddingum secuti sunt Lequile, et Joan. a S. Anton. ad verbum.

MMCLXXXII. 1125.

JOANNES FABRICA = Gallus, forsan ex provincia Aquitaniæ, Custodiaque Tolosana, ex qua fuit et *Franciscus de Fabrica*, de quo dictum est suo loco. De hoc vero agunt Rodulphius lib. 3., aliique post eum.

Tractatus ejus *super declaratione Indulgentiarum pro animabus Purgatorii concessarum* prodiit an. 1487. sine loco impressionis una cum *tractatu Nicolai Richardi super eadem re* (anno 1467. edito), *et explicatione Sixti IV.*, teste autore libri *Incunabula Typographiæ*, et Orlando de Orig., et progres. Typographiæ par. 2. pag. 329. Extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic inter libros Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 66.

Obiit Dinani in Minori Britannia, ubi erat Guardianus, anno 1487., cum esset Doctor Theologus, et a sacris Confessionibus Francisci Ducis Britanniæ, ejusque conjugis: a Sixto IV. dictus est *Corona Ordinis* ex monumen. illius loci apud autorem Supplem. Annal. Minor.

Tractatus (brevissimi quidem) *de indulgentiis pro animabus purgatorii concessis* editio anni 1487 dubia est, sed aliæ certæ indicari possunt; prodiit enim cum aliis scriptis de eodem argumento:

1. Nullo titulo præmisso et sine nota, cum signaturis per puncta expressis, in 4, Pictavii per Joannem Bouyer probabiliter c. an. 1478 (Castan A., Catalogue des incunables de la biblioth. publ. de Besançon, Besançon 1893, n. 433).

2. Cum titulo *Compilatio super relaxatione pœnarum animarum purgatorii:* — *a*) sine nota et signaturis, in fol. Delphis per Jacobum Jacobszoen van der Meer, c. 1484 (Campbell, Annales de la typogr. néerlandaise au xv siècle, La Haye 1874, n. 727; Hain, Repert. Bibliogr., 6881); *b*) Gandavi per Arnoldum Cæsaris, sine anno (c. 1485), in 4 (Campbell, op. cit., n. 1029); — *c*) sine nota et cum signaturis, in fol. (Copinger W. A., Supplement to Hain's Repert. Bibliogr., Part II Vol I, London 1898, n. 2406).

3. Cum titulo *Tractatus super declaratione indulgentiarum concessarum pro animabus in purgatorio* et sine ulla nota: — *a*) sine signaturis, in fol., Moguntiæ per Petrum Schöffer c. 1483 (Hain, 6876); — *b*) cum signaturis, in fol. (6 ff., 43 ll.), Ulmæ per Johannem Zainer c. 1486 (Hain, 6879); — *c*) cum signaturis, in fol. (6 ff., 45 ll.), Coloniæ per Ioannem Koelhoff c. 1490 (Voulliémo E., Der Buchdruck Kölns, Bonn 1903, n. 655); — *d*) cum signaturis per numeros expressis, in fol., Norimbergæ per Petrum Wagner c. 1491 (Hain, 6877); — *e*) cum signaturis, in 4, Passaviæ per Johannem Petri c. 1491 (Hain, 6880); — *f*) cum signaturis, in fol. (6 ff., 55 ll.), Basileæ per Nicolaum Kesler c. 1492 (Hain, 6878).

Hic tractatus reperitur ms. Parisiis in bibliotheca Mazarina, cod. 1733 sæc. xv (Molinier A., Catal. des mss. de la biblioth. Mazarine, II, Paris 1886, p. 207). Ms. a Sbaralea indicatus non extat in Vaticana, neque eum aliquando ibi extitisse ex Montfaucon certo deduci potest.

MMCLXXXII *bis*.

JOANNES DE FANO Picenus Minor. Conventual. sac. Theol. Baccalaureus scripsit sec. XIV.

Sermones in Psalmos, et in Evangelia, mss. Asisii in Biblioth. S. Francisci.

MMCLXXXIII. 1126.

JOANNES FANENSIS = de quo Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 15.

Commentaria in Regulam Fratrum Minor. Romæ 15..., et 1589.

De paupertate Fratrum Minorum italice prodiit Romæ an. 1555., et in hispanicum, castellanumque idioma transtulit Fr. Alphonsus Rodriquez Reform. Discalc., ut dictum est supra; prodiitque anno 1589. Antuerpiæ in *Manuali*, seu Expositione Regulæ S. Francisci ab Antonio a S. Maria facta.

Dialogus salutis etc. italice conscriptus aperto calamo fuit ab eo retractatus, cujus etiam illum tantopere pœnituit, ut sæpius dicere solitus esset, nisi libellum illum publice palinodia decantasset, penitus de sua salute illi fore desperandum; nec unquam Deo se satisfacturum, nisi se ipsum eidem *Capuccinorum* Reformationi animo, et corpore consecrasset, ut ex autore Biblioth. Capuccin. refert Joan. a S. Anton.

Opus contra Lutheri deliramenta lib. 2. italico sermone excusum est primo Bononiæ an. 1532. in 8. per Joan. Baptistam Phaellum; postea Romæ 1535., et Antuerpiæ 1538.

Artem unionis cum Deo etc. in meliorem formam redactam italice cum ejus *Vita* Dionysius de Abbatibus e Montefalco ejusdem Instituti vulgavit Romæ 1622., ut ibi dictum est ex Waddingo.

Historiam de S. Joseph, et ejus intercessione scripsit, quam citat Pistoriensis corona 3. cap. 53. pag. 706.

Obiit apud Castrum Durantis, nunc *Urbania* in ducatu Urbini Massaque Trabaria; de quo viro Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 5. Martii §. 6., Rodulphius

Digitized by Google

Rodulphius lib. 3., et alii, fusiusque Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

MMCLXXXIV.

JOANNES FASSATIUS Mediolanensis primo Ord. Prædicat., postea Capuccinus, quorum factus est Vicarius in provincia Mediolanensi; doctrina, et sanctitate clarus nonnulla composuit *Opuscula*, quorum duo vidit autor Biblioth. Capuccinor., nempe

Quæstiones aliquas in Regulam FF. Minor., et *Tractatum de oratione, et meditatione.*

Obiit Mediolani an. 1565. 6. kal. Martii, ejusque Vitam descripsit Boverius to. 1. Annal. Capuccin., de quo et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCLXXXV. 1127.

JOANNES FAVENTINUS = V. *Joannes Carmassonius* supra commemoratus, qui et ipse *Vitam B. Petri Thomæ* composuisse fertur, ne alter cum altero confusus fuerit; potuit tamen uterque idem munus obiisse.

MMCLXXXVI. 1128.

JOANNES FEDANTIOLA = habet hunc et Rodulphius lib. 3., vocatque *Ministrum* Terræ sanctæ, non *Commissarium;* sacræ etiam Theolog. Magister fuisse dicitur. *Joannes de Fidantiola* an. 1327. erat in provincia Romana contra hæreticam pravitatem *Inquisitor;* insequentique anno *Perusii* pariter, et in Umbria idem munus exercebat ex Waddingo in Annal. Min. ad eos annos num. 81., et 22.; et cum circa annum 1335. Fratribus Ordin. Minor. concessus, et constructus fuerit sacer locus Montis Sion Terræ Sanctæ a Sultano Ægypti, et Regina Sancia, forsan hic Joannes fuit illius provinciæ *Minister*. Hunc dixerim illum *Jo: Perusinum Monachum*, cujus

Descriptio Terræ Sanctæ cum indice omnium ejusdem locorum extat ms. in Biblioth. Grataroli Bergom. Medicinæ Doctoris, ut habent Possevinus in Appar. sac. v. *Joannes Perusinus Monachus;* non *Gutaroli* apud Religiosos viros sui Ordinis, ut ex Oldoino in Athenæo Perusino pag. 179. habet Joan. a S. Anton. to. 2. Hujus quoque forsan est *Anonymi fratris, ut videtur, Minoritæ liber descriptionis Terræ Sanctæ*, qui ms. una cum *Historia Jacobi de Vitriaco Hierosolymitana* abbreviata extat Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 18.

MMCLXXXVII.

JOANNES FELIX quo tempore vixerit, nondum comperi; scripsit

Defensionem Sententiarum Petri Lombardi, quæ ms. habetur in Austria in Biblioth. Vindobonen. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 563. Num est *Joan. Felix Bernabei* e S. Genesio Picenus, qui diu Viennæ moratus est, nonnulla scripsit, obiitque Episcopus Prisseren. ibidem an. 1702.?

MMCLXXXVIII. 1129.

JOANNES FERALLUS =

*JOANNES FERRARIENSIS, quem ex August. Vuite Joan. a S. Anton. in append. adducit, sentitque a Waddingo prætermitti in Catalogo, est ille *Joannes*, quem Waddingus cit. dicit *Joannem Canalem Ferrariensem.*

MMCLXXXIX.

JOANNES FERRETTUS Regiensis provinciæ Bonon. Min. Conv. sac. Theol. Magister Ticinense, Bononiense, et Patavinum sui Ordinis Gymnasia rexit; Alexandri Atestini Cardinalis nobilissimi Theologum egit, et Romæ sac. Congregat. Indicis Consultor fuit, in cujus Indice typis excuso an. 1664. dicitur *Joannes Baptista Ferrettus*. Matthæus Ferchius in *Vita Joan. Scoti* prope finem habet: *Admod. R. P. M. Joannes Ferretus Regiensis Illustriss. Card. Estensis Theologus nostro tempore in Scoto clare auditoribus imprimendo, et exprimendo parem, quantum credo, non habet;* præmiseratque suum præceptorem fuisse. Continuavit, atque quæstiones adjecit

Ad Catechismum Romanum a Hieronymo Pallanterio suo præceptore expositum, seu exponi incæptum, sed morte intercipiente, imperfectum ab eo relictum, qui ms. asservatur Regii in Biblioth. S. Franc. imperfectus etiam ob mortem similiter *Ferretti* continuatoris, ut literis mandavit Franchinus in Bibliosophia num. 186. In Actis Capituli provinciæ Bonon. Ord. Min. Conv. Parmæ an. 1620. celebrati, annoque 1621. Placentiæ typis Alexandri Bazachii impressis §. *Commissiones* injungitur nonnullis egregiis viris ejusdem provinciæ, ut quilibet *Opera sua prælo committi procuret;* quos inter P. Theologo Joanni Ferretto, ut publicet *Commentaria super Catechismum Romanum, et Vitam Revmi Pallanterii*, subde *Hieronymi Episcopi Bituntini:* sed cum neutrum prodierit in lucem, oportet eum paulo post ex hac vita decessisse.

MMCXC. 1130.

JOANNES FERUS = Regul. Observ., de quo autor synchronos Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43. Ejus Operum editioni cum incumberent Lutherani, non sine aliquo pulvere pravæ eorum doctrinæ prodierunt, ut observavit Ludovicus Bail par. 3. Bibliothecæ concionatoriæ cap. 115.; et Sixtus Senensis ejus æqualis in Biblioth. sancta lib. 6. annotat. 72. testatur, non deesse fide dignos asseverantes, hujus *Commentaria in Matthæum* post mortem autoris edita ab hæreticis fuisse depravata præsertim ad illa verba: *tibi dabo claves* etc.: quod habet et supra relatus Marcus Ulyssiponensis: neque lectu indigna sunt, quæ de hoc eximio Scriptore, ejusque animi constantia memorat Nicolaus Serarius S. J. in sua *Maguntia* lib. 1. cap. 40., et post eum Miræus in Auctario Scriptor. Eccles. sec. XVI.

Commentaria in Genesim prodierunt etiam germanice cura Jo: Flaminii.

In libros Exodi, Numerorum, Deuteronomii, Josue, et Judicum. Coloniæ 1571.

In Job 114. *concionibus explicatum.* Coloniæ 1558., Lugduni 1567., et Coloniæ germanice 1571. in 8.

In Ecclesiastem etiam Coloniæ 1556. in 8. per Birchmanum.

In psal. 31. Moguntiæ 1554. in 8.

In psalmum 66. etiam Lugduni 1667. in 8.

In Esther librum. Coloniæ 1569. in. 8. lingua germanica.

In Esdram, et Nehemiam. Moguntiæ 1569. in 8. germanice.

Sermones in tria capita posteriora Esdræ. Lugduni 1554., et 1567. in 8.

Expositio Historiarum Ezechiæ, Nabuchodonosor, et Balthasaris germanice. Moguntiæ 1567. in fol.

Sermones in Threnos Jeremiæ. Lugduni 1567. in 8.

In Jonam etiam Coloniæ germanica lingua an. 1569. in 8.

Enarrationes in Matthæum. Lugduni 1559., Moguntiæ 1559. in fol., Venet. 1560., Parisiis 1560., et 1564., Antuerpiæ 1570., Romæ 1577., et Lugduni iterum 1604., et 1610.

Enarrationes

Digitized by Google

Enarrationes in Joannis Evangelium, et primam ejus epistolam. Moguntiæ 1550. in fol., Parisiis 1552. et 1569., Lugduni 1553., 1558., et 1563., et Lovanii 1559. in fol.; emendatæ vero per Michaelem Medinam prodierunt Compluti 1569. in fol., Moguntiæ 1572., et Romæ 1577.

In Passionem Domini prodiit Lugduni an. 1557. in 8. apud Boyerium.

In epistolam Pauli ad Romanos Exegesis. Parisiis 1559. in 8., Venetiis 1566., Lugduni 1569. in fol., et Compluti 1578.

Conciones in Epistolas, et Evangelia, quæ ab Adventu ad Pascha usque in Ecclesia Christi legi consueverunt diebus Dominicis, *ad singulas Dominicas decem sermones peculiares attributi, et ut in Æde Moguntina prædicati, sic in ordinem redacti, et jam primum latinitate donati per M. Joannem Guntherum*, et Sebastiano Moguntino Archiep., et sac. Rom. Imperii Electori dicati, vulgatique Moguntiæ an. 1554. in fol. apud Franciscum Behem; quæ editio extat Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum.

Conciones Dominicales a Paschate usque ad Adventum latine factæ ab eodem Joanne Gunthero. Lugduni 1558. in 8. apud HH. Jacobi Junctæ.

Postillæ in Sanctorum festa. Lugduni 1558. in 4. apud eosdem.

In Historiam Evangelii de muliere peccatrice conciones quadragesimales in latinam linguam translatæ a Jo: Latono Canonico Regul. Lugduni 1558. in 8. per Robellium.

De Filio prodigo conciones quadragesimales. Ibidem per eumdem in 8.

Precationum libellus. Moguntiæ, et Lugduni 1552., et 1555. in 16., ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

Examen Ordinandorum. Venetiis an. 1565. per Dominicum de Farris in 8.; iterumque an. 1567. vulgavit Nicolaus Aurificus Carmelita cum nonnullis aliis ejusdem argumenti; et tertio an. 1570. in 8. ibidem typis Francisci Ziletti ex Petro Lucio in Biblioth. Carmelit.

De Obelisco Vaticano ei tribuitur in Indice Biblioth. Barberinæ; sed lapsum existimo illius, qui eum Indicem confecit.

Natus est in Suecia die 24 Junii 1495, ingressus autem ordinem S. Francisci an. 1515. De eo conferri potest H. Hurter, Nomenclator literarius theologiæ catholicæ, II (Œniponte 1906), coll. 1486-90, et præsertim N. Paulus, Johannes Wild, Ein Mainzer Domprediger des 16 Jahrunderts (Dritte Vereinschrift der Görres-Gesellschaft für 1893, Köln 1893), ubi omnia eius scripta singulatim recensentur.

* JOANNES FINDELING = V. *Jo: Apobolymæus.*

* JOANNES FIRMANUS = V. *Joan. de Alvernia.*

1131.

JOANNES FLORENTINUS = V. *Joannes Marignolla;* seu *Joannes a S. Laurentio.*

MMCXCI.

JOANNES DE FODAR Hispanus Tert. Ord. Claustr., et Secretarius Capituli Generalis Hispani, in quo admissa fuit *Regula* a Paulo III. pro provinciis Hispanis Tertiariorum confirmata, publicavit, ut est apud Joan. a S. Anton.,

Conciones varias tomis 2., quorum alterum Joanni II. Portugalliæ Regi dicavit, teste Jo: Solis in Memoriali Histor. Tertii Ord.

MMCXCII. 1132.

JOANNES FONIAN =

MMCXCIII. 1133.

JOANNES A FONTE = Hispanus Regul. Observ. Guardianum agens in Occaniæ oppido vulgavit

Orationem paræneticam pro pura, et sincera prædicatione Evangelii. Lugduni 1585. in 4. apud Guillelmum Rovillium, teste Joan. a S. Anton. to 2. Waddingus hanc Orationem tribuit *Joanni a Fonte* Gallo sed perperam, quia hic vixit an. 1483. Joan. vero a S. Anton. secutus Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan. duos facit *Joannes a Fonte* Hispanos ejusdem provinciæ, et eodem tempore scribentes, sed nullo monumento: error enim fluxit a Salazario in Chron. provin. Castellæ, qui cum *Joannem a Fonte* a Waddingo, et vetustioribus dictum natione Gallum, Hispanum crediderit, et scripserit, in eumdem errorem traxit Nicolaum Anton., et iste Joannem a S. Antonio, qui deinde et Waddingum exscribens, tres exhibuit cognominis ejusdem scriptores, qui tamen mihi duo videntur et Gallus seculi XV., et Hispanus XVI.

Librum *de spe, et timore christiano* hispanice. Compluti 1570. in 8. typis Andreæ de Angulo ex Joan. a S. Anton.

Arbor vitæ. Ibidem 1582. in 8. ex eodem.

Septemtrio animæ tribuitur eidem a cit. Salazario in Chron. laudatæ provinciæ Castellæ ex Nicolao Anton., et cit. Joan. a S. Anton.

Orationi paræneticæ præmittit auctor epistolam nuncupatoriam ad Antonium Marrique commissarium generalem cismontanum eiusdem Ordinis, in qua fatetur plus laboris, curarum, sollicitudinis et studii a se pro ea oratione impensum esse, quam pro 15 libris super Marcum Ev., aitque illam factam esse integrum corpus ex membro uno corporis commentariorum in epistolam ad Hebræos, horum autem ultimæ quæstioni prohemiali se tunc incumbere declarat.

Opus *Arbol de la vida* prodiit Compluti in domo Andreæ de Angulo an. 1572, sed non videtur impressum esse ibidem hispanica vel alia lingua an. 1582. Cf. J. C. García, Ensayo de una Tipografía Complutense, Madrid 1889.

MMCXCIV. 1134.

JOANNES DE FONTE = de quo Eisingrenius apud Possevinum tradit vixisse an. 1483., nisi sit error in numeris: ab eodem accepit Rodulphius, Gonzaga, Villotus, et post omnes Joannes a S. Anton. Multi hunc confundunt cum superiore, ut Salazar in Chron. provinciæ Castellæ, et ex eo Nicolaus Antonius.

In Magistrum Sententiarum Conclusiones habentur mss. in Biblioth. Lovanien. Soc. Jesu, teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis, et Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ, et ex hoc Joan. a S. Anton. to. 2.

Oratio paræneticæ etc. pertinet ad superiorem *Joan. de Fonte* Hispanum.

In Magistrum Sententiarum conclusiones seu *Compendium quatuor librorum sentenciarum in modum conclusionum sentencialiter compositum* prodiit primum sine ulla nota in fol. Augustæ Vindelicorum per Guntherum Zainer c. an. 1476 (Hain L., Repertorium Bibliographicum, n. 7225), deinde sine loci et typographi nota in fol. an. 1479 die decembris undecima Coloniæ per Johannem Koelhoff (Voulliéme E., Der Buchdruck Kölns, Bonn 1903, n. 656). Reperitur manuscriptum

Berolini in biblioth. regia codd. lat. 802 et 978 (Rose V., Verzeichniss der lateinischen Handschriften der Königl. Bibliothek zu Berlin, Bd. II, 2-3 Abt., Berlin 1903-05, pp. 858 et 1241).

Mellicii in biblioth. Ord. S. Benedicti cod. 24 (Catalogus codd. mss. qui in biblioth. Monasterii Mellicensis O. S. B. servantur, I, Vindobonæ 1889, p. 63).

Monachii in biblioth. regia codd. lat. 3118, 7452, 7535, 9066, 11416, 11417, 11708, 14075, 16167, 16426, 18361, 18362, 18417,

Digitized by Google

18417, 23866, 24864, 26614 (Catalogus codd. lat. biblioth. R. Monacensis, tomi 1 pp. 2-3, tomi 2 pp. 1-4, Monachii 1871 ss.).

Pragæ in biblioth. Universitatis cod. lat. 1837 (Truhlár J., Catalogus codd. mss. lat., qui in C. R. biblioth. publ. atque Universitatis Pragensis asservantur. Pars posterior, Pragæ 1906, p. 45).

Vindobonæ in biblioth. palatina codd. lat. 3596, 4428, 4593, 14465 (Tabulæ codd. mss. præter græcos et orientales in biblioth. Palat. Vindobon. asservatorum, III, Vindobonæ 1869, pp. 30, 265, 324, et VIII, ibid. 1893, pp. 54-55).

Ibidem in biblioth. Monasterii B. M. V. ad Scotos cod. 68 (Hübl A., Catalogus codd. mss. qui in biblioth. Monast. B. M. V. ad Scotos Vindobonæ servantur, Vindobonæ 1899, p. 81).

Wolfenbuttelæ in biblioth. ducali codd. 178 et 269, ex mss. Helmst. 153 ef 236 (O. von Heinemann, Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel, I Abt., Wolfenbüttel 1884, pp. 145 et 201).

Quum hi codices ad sæculum XV omnes pertineant, neque ullum antiquiorem reperire valuerim, Mellicensis autem et Monacenses 18362, 18417 sint prioris dimidii eius sæculi, Vindobonensis palatinus 4593 anni 1412 (de quo videsis Denis M., Codd. mss. theolog. bibliothecæ Palat. Vindob., vol. 2 p. 2, Vindobonæ 1800, cod. DXIV), Pragensis pariter sæc. XV ineuntis, puto hunc auctorem initio sæculi XV vel non multo ante floruisse.

MMCXCV. 1135.

JOANNES FORESTUS = de quo Marcus Ulyssiponen. Chron. par 3. lib. 6. cap. 27., Angelus Galliotus, Faustinus Tassus, Rodulphius, Gonzaga, et Bouchier agunt, et quasdam epistolas ad diversos referunt, quæ etiam leguntur 4. par. Chron. S. Franc. lib. 3. cap. 6., et seqq. Ejus Martyrium Waddingus in Annal. consignat anno 1537. ibid. num. 9.; at in Syllabo Martyrum an. 1540.

MMCXCVI.

JOANNES FORMICA Messanensis Ordinis Min. Conv. sac. Theol. doctissimus Magister an. 1397. fuit provinciæ Siciliæ Minister, teste Cagliola pag. 31., et 58. Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv., eodemque anno Salmantina in Academia publice Theologiam professus invenitur; literis mandavit

Multa Opera Theologica, ut ex Placido Samperio narrat Antoninus Mongitor to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex hoc Joan. a S. Antonio.

MMCXCVII.

JOANNES FOROSEMPRONIENSIS Picenus, et provinciæ Genuensis Min. Capuccin. pluries Definitor scripsit

Tractatum d Libro Vitae; de Beatitudine; de Angelis; et de Dæmonibus in 8.

Tractatum de casibus reservatis, et aliis rebus moralibus.

Paraphrases super Psalmos: omnia hæc latine.

Tractatum de tota Vita, et passione D. N. J. C. et forma meditationum, in 8.

De admirabili, et divina hominis structura.

Tractatum de ventis, et meteoris in 8.

De tribus mundi partibus in 8.

Compendium de mundi theatro Abrahami Ortelii: omnia hæc *Opuscula* mss. asservantur Genuæ in Biblioth. Capuccinor., apud quos ibidem decessit a. 1646., teste Dionysio Genuen. in Biblioth., de eoque et Jacobus Le Long in Biblioth. sac. fol. 796. et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCXCVIII. 1136.

JOANNES FORSANUS = ex Possevino in Appar. sac.

Resolutiones Melchioris Flavii dicuntur cusæ Parisiis an 1579. in 8. apud Guillelmum dela Nove *per Fr. Joannem Forsanum ejusdem Ordinis, et Observantiæ in Academia Franciscana Parisiensi sac. Theologiæ studio navantem in lucem, et prælo traditæ*, et Arnoldo Pontaco Vasatensi Episcopo nuncupatæ; deinde iterum impressæ ibidem an. 1600. ex P. de Alva col. 760. Militiæ.

Resolutiones in quatuor libros sententiarum Scoti, quas huic theologo tribuit Waddingus, non aliud videntur esse quam *Resolutiones Melchioris Flavii* ab eo editæ.

MMCXCIX.

JOANNES FOXAL Anglus, cujus cognomen, et tempus, quo vixit, nostris, aliisque hucusque ignota fuerunt, ille est, cujus sub nomine *Joannis Anglici* circumfertur vetus

Expositio Universalium Scoti, quæ incipit: *Creberrime, instantiusque rogatus* etc.: impressa Venetiis an. 1508., et 1512. in fol. per Bonetum Locatellum.

Ejus cognomen erui ex Mauritio Hibernico, qui sæpe eum citare solet in sua *Universalium Porphyrii Expositione* anno 1499. Ferrariæ peracta, vocatque *Fr. Joannem Foxal*, uti q. 4. §. *Quoad tertium;* q. 5. in fine; q. 9., 24., et 32.; potissimumque q. 30. §. *Secundo dubitatur*, ubi inquit: *et sic negaretur fundari aptitudo in aptitudine, ut fingit Frater Joannes Foxal hic:* quæ quidem est opinio *Joannis Anglici* in q. 30. *Universalium*. Tempus autem, quo claruit, aperte habetur ex ejus Opere memorato, seu *Expositione Universalium*, et ex *Resolut. libror. Posterior.;* in primo enim Opere q. 8. et 31. adducit *Paulum Venetum*, quem an. 1429. obiisse tradunt; in *Resolut.* autem *libror. Posterior.* non semel citat *Trombetam* 6. Metaphys. q. 1. et 4., et *Petrum Tataretum* 1. Metaphys., ac *Sanctum Bonaventuram* in 1. Senten.; dictum est etiam, Mauritium Hibernicum eum confutasse ante annum 1499.; liquet igitur floruisse eum in fine seculi XV., longeque aberrasse Pitsæum, dum in Scriptor. Anglicis ait, *Joannem Anglicum* autorem *Expos. Universalium Scoti* vixisse sub anno 1390., nisi sit reponendum 1490. Scripsit etiam antea

Expositionem aliam *Universalium Scoti* prolixiorem, quam quæ typis extat, sed incompletam, ipsomet teste in prœmio expositionis impressæ, ubi fatetur, se nunc exponere succincte, *eo quod alias in juventute supra eamdem Logicam Expositionem edidit prolixam, licet non totaliter usque ad finem deductam.*

Opusculum super libros Posteriorum composuit, illudque citat in q. 3. *Expositionis Universalium*. Parisiis in Biblioth. Regia n. 6282. extat ms. *Fr. Joannis Anglici Ordinis Minor. Opus in libros Posteriorum Aristotelis* ex catalogo Montfaucon to. 2. p. 760. Teste Joan. a S. Anton. to. 2. p. 120. *Aurea Epitomata in libros Posteriorum Analyticorum Aristotelis* incipiunt: *Omnis doctrina* etc. *Opusculum super libros Posteriorum* vulgatum fuit Venetiis an. 1509. in 4. per Lazarum Soardum opera et cum notis Jacobi Fabæ Comen. Regul. Observ. Fatetur autor in exordio se *quasdam conclusiones utiliores a diversis Doctoribus, et præcipue a Paulo Veneto* collegisse; cui Operi præmissum est ejusdem

Opusculum de primis, et secundis intentionibus juxta mentem Scoti, Mayronis, Aureoli, Boneti, et Antonii Andreæ incip. *Quoniam materia de primis* etc. cum ejusdem Jacobi Fabæ notis margineis. Extat codex Florentiæ apud nostros; quam editionem citat et Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 99. et 120., sed perperam appellat *Faber*, cum editi habeant *Faba*. Conscripsit etiam, dum esset Bononiæ Lector,

Tractatum

Digitized by Google

Tractatum majorem de formalitatibus, et distinctionibus, quem ipse citat in *Exposit. Univers.* quæst. 5., et 8., ac præsertim q. 13. inquiens: *Ego etiam alias in nostro Tractatu majori, quem edidi de Formalitatibus, et octo speciebus distinctionis, dum Bononiæ legebam, prolixe dixi.* Composuit et

Expositionem super Metaphysicam Antonii Andreæ, quam ipsemet adducit q. 32. *Exposit. Universalium* illis verbis: *et in nostra Expositione super Metaphysicam ipsius Antonii Andreæ clarebit:* quæ profecto ea est, quam Waddingus supra in *Antonio Andrea* scribit penes se ms. habuisse ignoti autoris Franciscani vetusti.

Commentarios in 12. libros Metaphys. Antonii Andreæ. Forsan et plura alia scripsisse præsertim *Theologica* verisimile est, sed eorum memoria penitus extincta est. Hic forsan est ille *Joannes Gualensis*, seu *Valensis* Anglus, cujus comitatu dignabatur B. Bernardinus Feltrensis, de quo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 227. in *Joanne Vallensi.* v. *Jo: Anglicus* supra.

Commentum super quæstionibus Scoti de universalibus prodiit cum iisdem quæstionibus et aliis Venetiis ann. 1483, 1492 bis, 1500, 1508, 1512, 1520 in fol. (de quibus editionibus vide supra, p. 66), et etiam Alosti per Theodoricum Martini an. 1489 in 4 (Campbell, Annales de la typographie néerlandaise au xv siècle, La Haye 1874, n. 656).

Parisiis in biblioth. Nationali cod. lat. 6667 anni 1501 extant *Joannis Anglici Ord. Min. Flores e libris posteriorum analyticorum Aristotelis collecti* (Catalogus codd. mss. biblioth. regiæ, IV, Parisiis 1744, p. 266).

Suspicor *Expositionem super Metaphysicam Antonii Andreæ* et *Commentarios in 12 libros Metaphysicæ Antonii Andreæ* unum idemque opus esse.

MMCC. 1137.

JOANNES A S. FRANCISCO = ab oppido Veasco regni Murciæ cum Salamanticæ studiis operam daret, Ordinem Minorum ingressus, paulo post in Americam, et provinciam S. Evangelii Mexicanam missus est, ubi multum pro illorum populorum ad Christi fidem conversione laboravit; factus proinde illius provinciæ Minister; quo in officio cum summa integritate, prudentia, ac vitæ sanctimonia se gessisset, ad Episcopatum novæ Galitiæ vocatus, negavit imparem sibi dignitatem unquam se admissurum. Post hæc ad Deum migravit Mexici an. 1556., vel numeris transpositis an. 1565. magna sanctitatis fama, uti refert Gonzaga par. 4., et ex eo autor Chron. S. Franc. par. 4. lib. 3. cap. 65., et seqq., Arturus ad diem 30. Julii §. 13., et ex his Joan. a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

MMCCI.

JOANNES A S. FRANCISCO Lusitanus Ulyssipon. prov. Algarbiorum Regul. Observ. Ecclesiastes eruditus, ac Definitor sermone materno emisit in lucem

De S. P. Francisco. Ulyssipone 1646. in. 4. per Dominicum Lopez Rosam.

De Indulgentia S. Mariæ Portiunculæ. Ibid., et eodem anno in 4. ex Officina Craesbeckiana.

Epitome rerum provinciæ Algarbiorum eodem anno laudatum a Georgio Cardoso to. 3. Agiologii Lusitani ad diem 20. Maji.

Orationem funebrem in obitu Fr. Joannis Pereyra Commissarii Apostolici. Ibidem 1660. in 4. per Henricum Valentem.

De feria quinta in Cœna Domini. Ibidem 1666. in 4. per Anton. Craesbeck.

De Beatificatione S. Rosæ. Ibidem 1669. in 4. typis Joannis de Costa.

De triumpho SS. Sacram. Eucharistiæ. Ibid. 1671 in 4. typis Dominici Carneyro.

Sanctorale. Ibidem eodem anno in fol. per eumdem.

Quadragesimale. Ibidem an. 1675. in fol. typis eisdem.

Conciones v. *de* v. *conviviis, nempe Assueri, Balthasaris, Absalonis, Herodis, ac Christi Domini* cum *concione de Purificatione;* quæ castellane redditæ a Doctore Stephano Aquilar prodierunt simul Matriti 1679. in 4. typis Andreæ Garcia in par. 2. *Laureæ Lusitanæ.*

Concionem de Christi Domini depositione a Cruce die Veneris Sancti. Conimbricæ 1696. (forte 1669.) apud Joseph Ferreyra ex Joan. a S. Anton.

Ex D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, II, Lisboa 1747, pp. 661-662, ordinem S. Francisci ingressus est Setubæ die 23 Martii 1629, obiit an. 1675, ediditque insuper

Poema heroico, victorioso sucesso e gloriosa vitoria do exercito de Portugal sobre a hostilidade da Cidade de Evora no anno 1663. Lisboa por Antonio Craesbeeck de Mello 1663, in-4.

Sermao do Santo Jubileo da Porciuncula iuxta eundem Barbosa, qui non indicat editionem anni 1646, impressus est Ulissipone in officina Crasbeeckiana an. 1649 in 4.

Georgius Cardoso loco a Sbaralea citato non dicit opus *de provincia Algarbiorum* prodiisse an. 1646, sed compositum esse an. 1647.

MMCCII.

JOANNES FRANCISCUS BLANCARDUS Cespitellensis Subalpinas ducatus Taurinensis patritia familia ortus, unusque ex præcipuis fundatoribus provinciæ S. Thomæ Strict. Observ., de quo Anton. Melissanus in Supplem. ad Annales Waddingi an. 1224. num. 5., ubi et Ducum Sabaudiæ Theologum dicit, edidit

Cœlestem Thesaurum super sacra Syndone Taurini asservata: ibidem 1625. italice, ut habet Andreas Rossottus in Syllabo scriptor. Pedemontan., et ex eo Joan. a S. Anton.

* JOANNES FRANCISCUS BLANCONA relatus a Joanne a S. Anton. est *Joannes Blancona,* de quo supra egi.

MMCCIII.

JOANNES FRANCISCUS BOCCARELLUS Setinus provinciæ Romanæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor post se reliquit

Opuscula nonnulla, quæ mss. asservari autor est Petrus Rodulphius lib. 2. Histor. Seraph. fol. 260. in provincia Romana, et Custodia Maritima, ubi eum ab ingenii, memoriæque felicitate summopere commendat; et post eum Bonav. Theulus in Appar. Minor. lib. 6., et Coron. in Biblioth. univer. to. 6.

MMCCIV.

JOANNES FRANCISCUS BONASI Bononiensis sac. Theol. Magist. Conv. edidit

Theatrum Minoriticum ad Felicem Franchinum Ministrum Generalem. Bononiæ an. 1629. typis Tebaldini in fol. expanso, quem sane inter scriptores non recensuissem, nisi a multis eum citari legissem: parum enim scripsit, et parum accurate; quippe cum *Tabulam* tantummodo, Catalogumque uno folio condiderit; eum nihilominus inter Scriptores collocavit Franchinus sæpe citatus num. 179., et Joan. a S. Anton. to. 2. ex Coron. to. 6. Biblioth. univer., sed perperam dicit eusam Opellam in 12.; citant etiam hunc Jacobillus de SS. Umbriæ, Franciscus Antonius a Leonibus in Instruct. Chordigerorum S. Franc. cap. 2. pun. 12. et cap. 4. pun. 3., ac Bolland. Act. SS. Collectores; quin quod Augustinus Superbus ei coævus, et loco vicinus in appendice

Digitized by Google

appendice sui Catalogi ms. Script. Ord. Min. vocat sac. Theologiæ Doctorem moribus, ac vitæ integritate ornatum, ac literis præstantem; aliaque subdit habuisse in promptu, quæ ederet in lucem.

MMCCV.

JOANNES FRANCISCUS BONUS Regiensis provinciæ Bononiensis Min. Conv. humanioribus literis, ac poësi in primis addictus edidit plura latine partim, partim vero vulgari, italicoque versu, nec infelici.

In laudem Expositionis v. *psalmi pœnitent. Friderici Peregrini Bononien. carmina, versus*que italice, qui leguntur in principio dictæ *Expositionis* editæ Bononiæ an. 1587. in 4. per Joan. Rubeum, et *Sixto V.* dicatæ, ex quorum initio elicitur, scripsisse eum etiam *versus* in laudem *Sixti V.*, cum canat:

« Fregiar tentai, benchè per se si fregi,
« Il gran Pastor del mondo, e i soi gran pregi.

Epigramma in laudem libri Ludovici Chartarii Philosophi Bononiensis *De primis principiis Logicam constituentibus* edit. Bononiæ 1587.

Epigrammata ejus varia leguntur in fronte Opusculi Julii Gemelli: *De* XII. *mirabilibus gyris* etc. excus. an. 1592.

In obitu Gabrielis Bosii Regiensis elegiacæ lamentationes, et alia impressa anno emortuali ejusdem Bosii: ejus et *epigramma* legitur in fronte *Conformitatum S. Francisci* an. 1599. Bononiæ editarum.

Tiresias in promotione Fr. Felicis Centini Concent. Min. ad Cardinalatum. Parmæ an. 1611. in 4. typis HH. Viotti: *carmen heroicum.*

Carmen elegiacum in ortum Principis Hetruriæ, seu *Natalitia Principis Hetruriæ.*

De laudibus Villæ Arientinæ in agro Ferrariensi, ni fallor. Hæc duo Opuscula Rodulphius autor synchronos lib. 3. dicit edita an. 1586.; agitque de eo etiam lib. 2. fol. 2. Hæc duo argumenta, eodem titulo indito, tractavit etiam *Franciscus Manfredus* Regiensis Capuccinus, quem vide supra.

De hoc Scriptore agit Franchinus Bibliosoph. num. 180., Waddingus ipse infra in *Joan. Francisco a Regio,* et Joan. a S. Anton. to. 2. ex Coron. to. 6. Biblioth. universal. Obiit 16. kal. Decembr. an. 1612.

Oda, et alcune stanze di Giovanfrancesco Buoni, da Reggio Nel parto della Serenissima Donna Giovanna d'Avstria, Granduchessa di Toscana. In Firenze, Appresso Bartolomeo Sermartelli, 1577, in 4.

Jo. Francisci Boni de laudibus villulæ Arientinæ Alcon (versibus hexametris). Venetiis, 1581, in 4. Villula ex textu ad colles Euganeos sita esse videtur. Accedunt in eadem editione: *In Hetruriæ Principis Ortu* hexametri; *Eridani Carmen Elegiacum* (de ingenti urbis Ferrariæ terræmotu).

Corona et altre Rime nella creatione di N. Signore Sisto Quinto. In Bologna, Per Gio. Rossi, 1585, in 4.

Rime in lode del Cordon Serafico... al Card. della Rovere. In Bologna, appresso Fausto Bonardo, in 4, sine anni nota, sed cum epistola auctoris nuncupatoria data die 25 Martii an. 1589.

Quinque eius carmina italica (*sonetti*) extant in *Tempio Fabricato da diversi Coltissimi, et Nobiliss. Ingegni, In lode dell'Ill.ma et Ecc.ma Donna Flavia Peretta Orsina Duchessa di Bracciano. Dedicatole da Vranio Fenice.* In Roma, Appresso Giouanni Martinello. MDXCI. in 4.

MMCCVI.

JOANNES FRANCISCUS BOURDEMARE Gallus Normannus provinciæ Parisien. Capuccinus, qui in Brasilia perplures Indos Christo regeneravit, et Philippo III. Regi Catholico summe acceptus fuit: scripsit, teste Joan. a S. Anton. to. 2.,

Relationem de populis Brasiliensibus, et de aliis pluribus rebus ad mores, et ritus illarum regionum spectantibus. Matriti 1617.

Laboribus consumptus obiit an. 1618. ex Marcellino Pisensi in Annal. Capuccin., et autore Biblioth. eorumdem.

MMCCVII.

JOANNES FRANCISCUS BRIXIANUS Reg. Observ. alumnus composuit

Tractatum de 4. Religionibus Monachorum. Rothomagi an. 1510. in 4., teste Joan. a S. Anton. in append.

MMCCVIII.

JOANNES FRANCISCUS BRIXIENSIS genere clarus, Capuccinus, et suæ provinciæ Brixiensis Minister, pietate illustris, et in Fratres benignus, scripsit vernacule

Libros de regimine Regularium, quos plurimi fecisse ferunt Cocinum S. R. Rotæ Decanum, et Card. Bellarminum.

Orationem funebrem in obitu V. P. Mathiæ Bellintani a Salodio Capuccini. Brixiae an. 1611.

Obiit in patria an. 1620. ex to. 3. Annal. Capuccin. ad eum an. §. 39., autore Biblioth. Capuccin., et ex his Joan. a S. Anton. Posset videri idem, ac *Joannes Brixiensis* supra recensitus, nisi annus mortis nonnihil interpellaret.

MMCCIX.

JOANNES FRANCISCUS CARPENSIS prov. Bononien. Regul. Observ. an. 1580. scripsit

Chronica Ordinis, teste D. Josepho Garampo Ariminen. dissert. 19. n. 7. Mem. Eccles. ad Vitam B. Claræ Ariminen. ex Raphaele Adimaro Ariminen., qui an. 1616. Opus suum edidit tit. *Sito Riminese,* qui tamen dicit, citatque *Fr. Jo: Franciscum Carpensem Min. Observ.* de B. Clara Ariminen. ante se scribentem, sed non ait, scripsisse *Chronicon Ordinis;* forsan composuit *Chronicon provinciæ Bonon.,* quod ms. asservabitur, nam vulgatum nescitur, nec ejus meminit Waddingus, aut alius, quod sciam.

MMCCX. 1138.

JOANNES FRANCISCUS COLLANTES = a Secretis Generalis sui Ordinis, et Commissarius Generalis provinciarum regni Aragoniæ dedit etiam typis

Sermonem in laudem D. Carziæ Hurtadi de Mendoza Marchionis de Cañete in Capitulo Gen. Romæ an. 1625. vulgatum a Fr. Joanne Baptista Sanchez post *Patronatum Marchionum de Cañete,* de quo supra.

Responsorium Apologeticum super jus suæ provinciæ ad præstandum ex suo Cœnobio Hierosolymitano Moniales Fundatrices in oppido de Aecilia.

Tractatum de statibus animæ ex Didaco Murillo apud Nicolaum Antonium to. 2. Biblioth. Hispan.

Tractatum de bonitate, et malitia actuum humanorum. ms. asservatur Cæsaraugustæ in Collegio S. Didaci ex Joan. a S. Anton.

MMCCXI. 1139.

JOANNES FRANCISCUS FAERNUS = Min. Conv. sac. Theolog. Doctor Ferrariæ anno 1519. die 9. Maji lauream accepit, eodemque anno ibi sacras literas publice interpretari cæpit; postea ad Ministerium provinciæ Bononiensis assumptus anno 1526. obiit Bononiæ anno 1537. die 22. Februarii ex Cavitellio in Annal. Cremonen.; de quo et Rodulphius lib. 2. in prov. Bonon.,

Digitized by Google

non., Custodiaque Parmen., et lib. 3. inter Scriptores, aliique post eum: sed Franciscus Zava Cremonen. epistol. to. 2. lib. 12. in ea ad Paulum Faernum an. 1575. data scribit: *Quàm enim hunc concionantem divine hæc civitas audivit? quàm ex hujus lateribus divinum fere ruptis verbum profluens Ferraria, Bononia, Patavium, Europa denique omnis vidit; quanta cum admiratione maximarum disputationum theatra hunc conspexerunt? Hæc oratione Faernus prosecutus. Sed erectum Templum, et ex majori, et nobiliori parte constitutum hunc mirandum, et ingeniosum Architectum ostendit, et collaudavit:* et Hieronymus Vida Episcopus Albens's autor synchronos Act. 2. Cremonen. contra Papien. testatur, hunc suo tempore in sacris literis pro oraculo habitum fuisse. Commemorat eum et nuperus Scriptor Ferrarien. Borsettus. in Histor. Ferrarien. Gymnasii par. 2. lib. 2. sub an. 1519.

** *Oratio de laudibus Perusiæ* habita in Cathedrali illius urbis 15. Maji an. 1510. prodiit ibidem eodem anno; ob eam a x viris muneratus, ex Annal. Perusin. fol. 77. **

Ex eadem familia, atque Instituto floruit *Paulus Faernus* magnus Theologus, et præceptor P. M. Aurelii Novarini ejusdem civitatis, Conventus, et Ordinis alumni, atque Archiepiscopi Ragusini, laudatus a memorato Francisco Zava epist. lib. 11. et 12., et in Carminibus, ubi ei parentalia condidit, cum obierit die 11. Julii an. 1584. ex Francisco Arisio in Cremona Litter. to. 2.

MMCCXII.

JOANNES FRANCISCUS A LONDRONIO Hispanus ex Comitum Londronii stirpe genitus, primo inter S. Jacobi Equites cooptatus, ac deinde in Italia provinciæ Brixien. Min. Capuccin. alumnus scripsit

Manuale plurimarum Orationum de Passione Domini, et de B. V. M. ms.

Obiit Tridenti sanctitatis fama sibi comparata an. 1612. ex autore Biblioth. Capuccin., et Joan. a S. Anton.

MMCCXIII.

JOANNES FRANCISCUS A MONTORIO Aprutinæ regionis oppido Ordin. Min. Conv. sac. Theol. Magister, suæque provinciæ S. Bernardini an. 1587. adlectus Minister edidit

Turrim liliatam de Regum Galliæ genealogia Henrico Regi dicatam, teste Augustino Superbo autore suppari in Catalogo ms. de Scriptor. Ord. Min. fol. 86., qui addit, obiisse in patria an. 1619., et reliquisse

Expositionem in Symbolum Apostolorum ms. in Biblioth. sui Conventus; ex quo et Franchinus in Bibliosophia num. 181. ista hæc exscripsit; sed parum attente, dum conjecit obiisse eum anno 1589.

1140.

JOANNES FRANCISCUS NUNNUS = V. infra *Joannes Nunez,* qui idem est. Joannes a S. Anton. exscripsit hoc loco Waddingi verba.

1141.

JOANNES FRANCISCUS A REGIO = V. supra *Joannes Franciscus Bonus:* hic etiam Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCCXIV. 1142.

JOANNES FRANCISCUS RHEMENSIS = Capuccinus concionator Parisien. provinciæ.

Director pacificus conscientiarum gallice scriptus in duas partes distributus prodiit iterum Parisiis an. 1643. tomis 2. in 8.

Vera perfectio hujus vitæ etc. iterum Parisiis an. 1648., et tertio Lugduni 1649.

Obiit pie Parisiis anno 1658. in Conventu S. Honorati, dum scriberet aliud *Opus de rebus spiritualibus,* teste autore Bibliothecæ Capuccin. De eo et Dupinus in Supplem., et ex his Joan. a S. Antonio.

MMCCXV.

JOANNES FRANCISCUS ROMANUS Min. Capuccin. alumnus, a sac. Congregat. de Propaganda Fide semel, et iterum ad regnum Congi Missionarius Apostolicus delegatus in summum illarum regionum bonum, italice scripsit

Historiam Missionis FF. Capuccinorum ad regnum Congi cum descriptione geographyca ejusdem regni adiectis moribus, et ritibus illius nationis. Romæ 1646., et 1647., et pluries alibi.

Obiit Romæ an. 1646., dum peste infectis Sacramenta ministraret ex Mandosio cent. 5. Biblioth. Romanæ, autore Biblioth. Capuccin., atque cum his, vel ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

1143.

JOANNES FRUGIBURGENSIS = leg. *Friburgensis,* et Episcopus *Bossinensis,* non Bodoniensis; de quo Waddingus in Annal. Min. agit quidem, sed me plane judice a Possevino deceptus, qui ut sæpe solet, eundem autorem pluries in suo Appar. sacro exposuit modo Dominicanum, modo Franciscanum, et modo nulli Instituto Regulari addictum describens; habet enim *Joannem Teutonicum a Friburgo* Episcopum Bossinen. prope Hungariam, qui scripsit *Summam:* item *Joannem Bossinensem Episcopum* Germanum, et patriâ Friburgensem Ord. Minorum, qui scripsit *Summam* 5. libris distinctam sub anno 1250., tandem *Joannem e Friburgo* Ord. Præd., qui scripsit *Summam majorem,* seu *Confessorum.* Sed reipsa *Joannes Teutonicus,* et *Friburgensis* extitit Ordinis Prædicatorum, et Episcopus Bossinensis, qui dignitate abdicata coactus est sui Ordinis supremam Præfecturam suscipere mortuus Argentorati an. 1254. ex Thoma Cantipatrensi autore æquali in lib. Apum, et Natali Alexan. in Selectis Hist. Eccl. Capit. dissert. 6. art. 4., qui advertit, *Summam Confessorum* pertinere ad alium *Joannem Friburgensem* Ord. Prædic., qui circa annum 1300. vivebat. Jo: a S. Anton. addit narratis apud Waddingum, *Summam Confessorum* prodiisse Parisiis an. 1519. in fol. apud Jo. Petit, seque vidisse eam.

MMCCXVI. 1144.

JOANNES FUCHER =

Itinerarium Catholicorum proficiscentium ad infideles convertendos summa diligentia limatum, et auctum typis dedit *Fr. Didacus Valadesius* ejusdem Instituti Hispali 1574. in 8., ut eruitur ex prologo ejusdem Valadesii.

Opuscula alia *multa,* et *varia* hunc composuisse, quæ maximi fiunt, eaque servari in Indiis Occidentalibus, Mexicanoque regno tradit cit. Valadesius, Franciscus Gonzaga, addens obiisse Mexici apud suos tumulatum, ac tempore Concilii Tridentini floruisse. De eo et Arturus ad diem 30 Septembr. §. 4., et ex his Joan. a S. Anton. In Bibliotheca Toletanæ Ecclesiæ plut. 17. num. 5. ms. asservatur ejusdem

Enchiridion Baptismi adultorum anno 1544. in 4., et

Declarationes literarum Apostolicarum concessarum Religiosis Mendicantibus novæ Hispaniae in 4., quod

Opus

Digitized by Google

Opus idem forsan est cum illo *Diversorum diplomatum Expositionis* memorato a Waddingo.

MMCCXVII.

JOANNES FURSTENHAIN Bohemus Minorum Conv. in Moravia Lector hortatu Stephani de Bruna sac. Theologiæ Doctoris, et Bohemiæ, Poloniæque Ministri composuit

Historiam ejusdem *provinciæ Bohemiæ ac Poloniæ* ab initio Ordinis usque ad an. 1503., quo vivebat; quam ms. asservari in Min. Conv. Cracoviensi Tabulario prodidit Casimirus Biernaki in Minor. Speculo art. 17. n. 2., et art. 22. num. 1. ac 20.; quaque se usum in scribendo profitetur. Citat hunc autor Supplem. Annal. Waddingi ad an. 1224. num. 3., et ex eo Joan. a S. Anton.

*JOANNES GAA = V. *Joan. de Camera.*

MMCCXVIII.

JOANNES GALAN Hispanus edidit

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Conchæ 1619. in 4., teste Petro de Alva col. 762. Militiæ univ., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMCCXIX. 1145.

JOANNES GALLICUS = de quo meminit et Bandellus Ord. Prædic. de Concept. Christi, et Raphael de Pornasio, qui citant ejus *Sermonarium solemne,* seu sermones varios: citatur etiam in sermone Gabrielis Barlettæ de Concept. B. V. edit. Brixien. anni 1521., ubi adducitur ejus *sermo de Nativ.;* sed cum multi fuerint hoc nomine, qui ex Gallia floruerunt doctrina, et sermone, ut *Joannes de Mirabello,* aliique tres, quos memorat Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 5. cap. 48. ex Firmamento, et Mariano, non est facile asserere cujus *Joannis* sint illi Sermones.

*JOANNES GAONA = V. *Joannes Geona* infra.

MMCCXX.

JOANNES GARCIA Cæsaraugustanus prov. Aragoniæ, humanarum, divinarumque literarum peritus scribebat circa annum 1615.

Collectanea Biblica ex Hieronymi miscellaneis, sive Expositiones Sacræ Scripturae ex ejus Operibus collectæ adhibitis interdum propriis notationibus: teste Fr. Didaco Murillo autore æquali in Cæsaraugustana Historia, et Jacobo Le Long in Biblioth. sac. pag. 738., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 167.

MMCCXXI. 1146.

JOANNES GARCIA = cujus meminit Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., et Joan. a S. Anton.

MMCCXXII. 1147.

JOANNES GARIA = sive Garsias, al. Garzias de Castroxeris Aragoniæ provinciæ, anno 1395. circiter jam Theologiam in studio Tolosano ordinarie legebat, ubi ultra 30. annos publice legit ex Bulla 166. Martini V. ad Episcopum S. Papuli data anno 1426., qua jubet, ut ei assignentur 200. floreni aurei; hanc ob causam puto dictum esse Tolosanum: anno 1409. constitutus *Procurator,* et *Nuncius* Universitatis Studii Tolosani accessit ad Pisanum Concilium ex actis; interfuit et Costantiensi 1414.; et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1421. refert ex Regesto Pontif. factum hunc esse *Commendatarium* nonnullorum bonorum Eccles. ob varia in dictis Conciliis munia obita; et ad an. 1426. num. 9. eum dicit *Universitatis Tolosanæ Decanum.* Antonius Brixianus Inquisitor Ord. Prædic. in sermone de *S. Vincentio Ferrerio* ait: *Magister Joannes Gratiæ* (leg. *Garziæ*) *Tolosanus* accessit, ut periculum faceret sapientiæ, et sanctimoniæ *Vincentii;* pauloque post eum dicit *Ordinis Minorum:* ipsius meminit Antonius Bonitus Cuccarus Episcopus Acernensis in Elucidario Conceptionis B. V. an. 1507. vulgato, et ante eum autor synchronos Gulielmus Verilongus in 3. Senten. dist. 3. concl. 1. his verbis: *Tractatus iste irrefragabilis Doctoris* (Alexandri Alensis) *a Tolosano Magistro Joanne de Garria huius Doctore Ordinis contra nonnullos Virgini de novo garrientes in Universitate Tolosana circa octo annos productus est:* hinc a Rodulphio lib. 3. dicitur insignis *Doctor Universitatis Tolosanæ.* Conscripsit lingua vernacula

Regimiento de Principes, seu *Opus de regimine Principum,* quod ms. extat in Biblioth. D. Ludovici de Castella; idque egit ad usum Petri Regis Aragoniæ, qui vivere desiit an. 1387. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan., ubi testatur, se ignorare hujus autoris Institutum, putatque transtulisse e latino in hispanum idioma Opus Ægidii Columnae Ord. Erem. S. Augustini; verum codex ms. Biblioth. Monast. S. Vincentii Bisuntin. cum habeat sermone gallico: *De regimine Priacipum secundum J. Fratrem Franciscanum, et secundum Ægidium Ord. S. Augu.* ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1190; instruimur ergo utrumque Opus et Joannis Garsiæ Ord. Min., et Ægidii Ord. S. Augustini translatum in gallicum idioma, unumque ab altero esse distinctum.

Exponenda S. D. N. Papae ex parte Sereniss. Aragonum, et Siciliae utriusque Regis praesente Collegio Il. DD. Cardinalium pro Magistro Joanne Garzia confessario suæ Majestatis habetur Florentiæ ms. in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 13. cod., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 277. Scribit Gonzaga reliquisse nonnulla *Opera,* quæ, quantum ego ex aliis animadverti præter recensita, sunt

Commentarii in 4. Sententiarum libros, quos citat autor illius seculi Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3., a quo tamen mendose dicitur *Magister Joannes Varro,* ejusque pronunciatum in 3. Senten. dist. 3. affertur, nimirum *Domin. Papam Alexandrum Quintum* approbasse opinionem Minorum Fratrum *de Immaculata Conceptione B. V.;* et corruptius etiam citatur a Mauritio Hilareto in sac. Ennead. Advent. hom. 30., ubi dicitur *Mag. Joan. Varzo præceptor Scoti:* quomodo Scoti præceptor, qui scripsit post tempora Alexandri V. Scoto seculo integro posterioris? confundunt igitur hi *Gulielmum Varronem, Joannem* perperam ab ipsis dictum, cum hoc *Joanne Garia.*

Librum *Regimiento de los Principes* operis Aegidii Columnæ versionem esse patet ex eius editione, quæ prodiit Hispali per Meynardum Ungut et Stanislaum Polonum die 20 Octobris an. 1494, in fol. (Hain L., Repertorium Bibliographicum, n. 112; Haebler C., Bibliografía Ibérica del siglo xv, n. 156). Huius versionis duos codd. mss., alterum Escurialensem, alterum Matritensem regium, indicat Franciscus Perezius Bayerius in notula apposita editioni 2 Bibliothecæ Hispanæ Veteris Nicolai Antonii, t. 2. p. 179. Quum in his codicibus eam versionem fecisse dicatur Johannes Garcia de Castro Xeres *Reginæ Castellæ a confessionibus,* et pro *Infante Petro Alphonsi Castellæ regis filio,* qui patri in throno successit an. 1350, et ad petitionem *Barnabæ episcopi Oxomensis,* defuncti ante d. 5 Nov. an. 1348, videtur auctor idem non esse ac Joannes Garcia theologiæ professor in Studio Tolosano, qui vivebat an. 1426. — Quod attinet ad codicem biblioth. Monast. S. Vincentii Bisuntin., versio in eo contenta, quam Sbaralea putat operis Jo. Garciæ, est versio operis diversi quidem ab opere Aegidii Columnæ, sed auctoris dominicani,

Digitized by Google

minicani, ut patet ex prologo. Cf. descriptionem ipsius codicis (Catalogue général des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome XXXII. Besançon par Aug. Castan. I, Paris 1897, p. 250, n. 434), et opus ipsum latinum editum primum Romæ an. 1570 ex codice anni 1303 inter opera S. Thomæ Aquinatis post opusculum XL, et pluries deinceps.

Exponenda Sanctitati D. N. Papæ, parte Serenissimi Ducis Aragoniæ, et Siciliæ citra et ultra Pharum Regis,... per Magistrum Joannem Garciæ Confessorem suæ Maiestatis data sunt ab Alfonso rege in Civitate Caietæ die IX mensis Octobris anno 1436 (Bandinius, op. cit., I, col. 228). Nullam igitur relationem habent cum auctore versionis prædictæ, nec probabiliter ullam etiam cum Joanne Garcia professore Tolosano.

MMCCXXIII. 1148.

JOANNES GAVINETUS = natione Gallus Min. Conv. prov. Burgundiæ.

Amicus Medicorum prodierat Lugduni 1496. in 4., et iterum cusus est ibid. an. 1559, et denuo, teste Joan. a S. Anton., Francofurti 1614. in 12.

Abbreviationis Abrahæ etc. meminit Carolus Joseph Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebraica.

Amicus medicorum prodiit et Lugduni apud Gulielmum Rouillium an. 1550 in 16. Tam in hac editione, quam in lugdunensibus ann. 1496 (de qua cf. Hain, Repertorium Bibliographicum, n. 7467) et 1508, atque francofurtensi an. 1614 (editionem lugdunensem an. 1559 non vidi), auctor vocatur Joannes Ganivetus. Accedunt in his editionibus opuscula *Cœli enarrant, Abbreviatio Abrahæ Avenezræ de luminaribus et diebus criticis, Astrologia Hippocratis*, quorum primum nulla ratione, secundum et tertium iniuria eidem auctori a Waddingo tribui videntur.

MMCCXXIV. 1149.

JOANNES GAZO = Cæsaraugustanus juxta Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan., Catalauniæ provinciæ Minister vernacule scripsit; ejusque meminit Vincentius Blascus Hist. Aragon. lib. ult. cap. 47.

*JOANNES GENESIUS, qui claruit tempore Caroli V. Imp., quique hoc loco recenseetur a Joan. a S. Anton., non Minorita fuit, neque alicui Regularium Instituto addictus, sed secularis, ut potissimum ex ejus Operibus lucet; ideoque hinc abradendus, et substituendus est *Joannes Genesius Quaja* Minorita, de quo mox.

MMCCXXV. 1150.

JOANNES GENESIUS = hic Waddingus duos confundit, unumque tantum facit, *B. Joannem Borellum*, de quo supra actum est, et hunc *Joannem Genesium Quajam;* quos probe distinxit Bonaventura Angeli, tametsi non probavit; ille vixit, floruitque doctrina, et vitæ sanctitate primo Ordinis Minorum seculo; hic vero altero, insequentique seculo: ille quid scripserit, supra jam ostensum est; iste vero scripsit, cum fuerit sac. Theologiæ Doctor,

Commentarios in plerosque libros veteris Testamenti.

Commentarios in quatuor libros sententiarum, qui habentur mss. in Biblioth. Vaticana. Extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ms. *Postilla super M. Magistri Joannis de Parma* ex veteri illius loci Catalogo an. 1437. condito pag. 66.; hujus ne, vel antiquioris *B. Joannis Borelli*, de quo supra, non satis scio; sicuti nec an *M.* indicet *super Matthæum*, an *super Magistrum Senten.*

De Incarnatione Christi ms. in Bibliotheca Vaticana.

Libellum de medicinis ms. ibidem.

De consolatione medicinarum ms. ibidem.

Librum de civitate Christi, et bona vita ms. in Vatic. ex cit. Montfaucon to. 1. pag. 130. cod. 5057., et Asisii apud nostros ms. chartaceus in fol., teste etiam Bonaventura Angeli lib. 1. Hist. Parmen. infra apud Waddingum in *Joanne Parmensi;* cui præmittitur brevis epistola autoris nuncupatoria, quæ typis edita non fuit, estque hujusmodi: *Strenuissimo militi, magnificoque Dno Dno Benedicto de Gambacurtis de Pisis Frater Joannes de Parma sac. Theologiæ Magister Ordinis Minorum y. gloriose cum omnium virtutum ornamento felici. Librum de civitate Christi, quem his diebus cum multo labore, mentisque sudore composui, celsitudini vestræ transmitto; quatenus quem rudi stilo, modicaque scientia compilare præsumpsi, felix ingenium vestrum videat in cunctis prosperis, adaugeatque gloriose. Amen. Fundamenta ejus in montibus sanctis* etc. Habetur ms. etiam Mediolani in Biblioth. Min. Conv., extabatque olim et Ferrariæ ms. in Biblioth. S. Francisci ex veteri illius Catalogo supra producto pag. 66. et 70.; cujus libri *de civitate Christi* si singulorum capitum literæ initiales simul jungantur, has dictiones reddunt: *Frater Joannes Genesius Quaja de Parma Ordine Minor Doctor:* instar Plauti, qui ita suarum *Comœdiarum* argumenta condidit, ut initiales literæ carminum Comœdiæ nomen exhibeant; et Antonii Pucci senioris Florentini, qui circa an. 1370. *Chronicon* versibus acrosticis hetruscis composuit. Porro autor in hoc libro *de civitate Christi* cap. 3. por. 11. citat *Clementinam* de Verbor. significat. *Exivi de Paradiso;* quam constat a Clemente V. editam fuisse an. 1312. in Viennensi Concilio; tam abest, ut hoc Opus adscribi queat B. Joanni Parmensi, qui anno 1289. obierat: itidem cap. 2. por. 11. asserit, se adhuc juvenem studiorum causa in Angliam transfretasse; et cap. 2. por. 1. citat *Joannis Gualensis Breviloquium* de 4. virtutibus antiquorum par. 3.

Rosarium in Genesim incipit: *Factus est* etc.; dividiturque in 4. partes, seu distinctiones: in prima agit de quibusdam generalibus hominum conditionibus; in 2. de vitiosa hominum conditione; in 3. de statu hominum virtuoso; et in 4. de gloriosa hominum vita. Extat ms. chartaceum in 4. Asisii apud nostros, cuius in fine adjecti sunt 12. primi versus Apophtegmatum:

« Felicem quisquis studii vult tangere metam,
« Regis opem summi petat, hunc reverenter adorans.

Habebatur olim Ferrariæ ms. *Rosarium Magistri Johannis de Parma* in Bibliotheca Sancti Francisci ex citato Indice pagina 68., et 70.; idemque esse puto, quod Oudinus tom. 3. Commentar. dicit *Glossarium Fratris Johannis Genesii Qualei de Parma sac. Theologiæ Professoris Ordinis Fratrum Minorum* ms. haberi Patavii in Biblioth. S. Antonii Min. Conv. ex Philippo Thomasino in Catalogo Biblioth. Patavin. mss., et ibidem in Biblioth. Erem. S. Augustini *Glossarium Fratris Johannis Quaylei Ordinis Minorum de Parma oriundi* ms. in fol. membr. ex citato Thomasini Catalogo. Mediolani quoque in Ambrosiana Biblioth. extat *Genesii Rosarium* ex Catalogo Montfaucon pag. 515. Citatur autem in *sermone* Gabrielis Barlettæ de Concept. B. V. edit. Brixien. 1521. *Joannes Genesius Parmensis in suo Rosario* c. 5.; Joannes autem a Carthagena lib. 7. hom. 15. citans hujus *Rosarium B. Virginis* sine dubio a nomine *Rosarii* deceptus est. Hæc evincunt, graviter hallucinatum Echard to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 906, ubi hunc *Joannem* Waddingo, nostrisque surripere contendit, putans nonnisi codicem unum Venetum pro se habere; sentitque non improbari posse hunc fuisse Ord. Prædic., eo quod Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 30.

habeatur

Digitized by Google

habeatur codex relatus a Montfaucon Catalogi pag. 284. to. 1. tit. *Fr Joannis Genesii Quaye de Parma sac. Theol. Magister Ordinis Prædicatorum liber de civitate Christi per eum ordinatus, et compositus ad strenuissimum militem Dnum Benedictum;* et ibidem plut. 19. ejusdem *Joannis* etc. *Ord. Prædic. Rosarium sectionibus quatuor* incip. *Factus est homo* etc.

Sermones Fr. Joannis de Parma mss. habentur Florentiæ in Biblioth. Magni Ducis ex Catalogo illius Biblioth. an. 1641. Amstelodami ab Henrico Erustio vulgato.

Quadragesimale Magistri Johannis Qualiæ de Parma extabat olim Ferrariæ ms. in Biblioth. S. Francisci ex citato ejusdem veteri Catalogo p. 68., et 79.

Opusculum Apophtegmatum Virorum illustrium carmine compositum habetur ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci in 4. post ms. librum *Epigrammatum S. Prosperi*, et ante Enchiridion Aurelii Prudentii; incipitque:

« Felicem quisquis studii vult tangere metam,
« Regis opem summi petat, hunc reverenter adorans.
« Corra a Dio chi vol bene imparare
« Il saper con reverentia domandare:

carminibus latinis, atque hetruscis, italicisque alternantibus, ut binis latinis bini versus italici, vulgaresque respondeant illorum explicandorum gratia: Latinorum autem versuum si prima elementa, vel initiales litteræ conjungantur, hanc efformant orationem, ut supra: *Frater Johanes Genesius Quaja de Parma sacræ Theologiæ Magister Ordinis Fratrum Minorum Professor illustris fecit hoc Opus ad honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, et Beati Francisci, et amore nobilis Andreæ nati celsi Domini Petri Gambacurtæ.* At *Petrus Gambacurta* factus est anno 1369. patriæ suæ Pisarum Dux, et Rector, populique defensor; quo honore functo ad 23. annos necatus est immaniter, et proditorie a Jacobo Appiano eius Scriba an. 1393., teste Leonardo Aretino, Æneæ Sylvio, Bolland. die 17. Junii in Vita B. *Petri Gambacurtæ* filii prædicti Petri, et fratris memorati Andreæ, qui ante annum 1390. ex hac vita migraverat, aliisque scriptoribus; fuitque ei præ ceteris filiis primogenitus *Andreas*, qui anno 1381. mense Julio factus est *Eques* a Galeatio Vicecomite Mediolanen. Principe, ut habetur ex Chronico Pisano to. 15. Rer. Italic. Scriptor.; unde liquet, hoc *Opusculum* scripsisse Joannem ante annum 1381., quo Andreas Gambacurta paulo post defunctus ex Vita B. Claræ Gambacurtæ apud Bolland. die 17. Aprilis cap. 1. num. 10., et cap. 3. num. 23., nondum *Eques* declaratus fuerat, et dum forsan Pisis *Joannes* morabatur, et litteras docebat. Hic namque sine dubio est ille *Fr. Joannes Parmensis sacræ Theologiæ Magister* Ordinis Minorum, qui an. 1383. Collegio Theologorum Universitatis Bononiensis adscriptus una cum aliis Theologis Bononiæ assensum præbuit, ut insignia Magisterii conferrentur *Fr. Francisco de Bardis* Florentino Ord. Min. kal. Junii ex monumentis Conventus S. Crucis Florentini Min. Conv. Habetur hoc Opusculum et Asisii ms. chartaceum in 4. apud nostres, sed fæde depravatum, inter aliorum Sermones.

Quum ex Bartholomæo Pisano (vide supra, p. 43) beatus Joannes de Parma scripserit super *Bibliam* et *Sententias*, dubitari potest, donec codices mss., si qui extant, confe-rantur, utrum quæ Joanni Quaiæ tribuuntur, sint potius Joannis Buralli. *Commentarios in quatuor libros Sententiarum* Irenæus Affò in bibliotheca Vaticana non invenit, neque ego invenire valui.

Tractatus *de incarnatione Christi* continetur codice Vatic. lat. 5129. Incipit: *Quoniam occasione cuiusdam sermonis, quem ad Clerum feceram de adventu D. N. Jesu Christi*, et exhibet multa gentilium monumenta et testimonia pro Christi divinitate.

Libellus *de medicinis* et opus *de consolatione medicinarum* non sunt Joannis Quaiæ, sed vel Joannis de Parma medici filii Alberti de Fusia, qui floruit initio sæculi XIV, vel Joannis Parmensis Canonici item medici, qui floruit circa an. 1350. Cf. Affò Ir., Memorie degli scrittori e letterati parmigiani, II, Parma 1789, pp. 42-49.

Liber de civitate Christi in codice Laurentiano XXX Plutei XX (sæc. XIV) dicitur Joannis Genesii Quaye *Ordinis Minorum*, teste A. M. Bandinio qui in suo Catalogo, I, col. 638, advertit errasse Montfauconium legendo pro *Minorum, Prædicatorum.*

Rosarium (ita ex mss., non autem *Rosarium in Genesim*) extat etiam Bruxellis in biblioth. Regia cod. 2101 (21826) scripto ante an. 1416 (Van den Gheyn J., Catalogue des mss. de la biblioth. royale de Belgique, III, Bruxelles 1903, p. 292; Études Franciscaines, XI, 1904, pp. 565-567); Romæ in Vaticana, ms. Vatic. lat. 7633 sæc. XIV exeuntis, et in Angelica cod. 522 sæc. XV (Narducci H., Catalogus codd. mss., præter græcos et orientales in biblioth. Angelica..., tom. prior, Romæ 1893, p. 232). Neque ex Bandinio (op. cit., I, col. 568), neque ex Montfauconio (Bibliotheca biblioth. mss. nova, I, p. 283) apparet in codice Laurentiano (XXIX) plutei XIX auctorem dici *Ordinis Prædicatorum.*

Fr. Joannis de Parma Sermones quadragesimales, sed in principio mutili, extant in cod. Vat. lat. 7726 anni 1401.

Sentenze morali ridotte in versi latini ed italiani da frà Gio. Genesio da Parma ex cod. misc. anni 1400 principis B. Boncompagni editæ sunt ab Henrico Narducci in Miscellanea Francescana, vol III fasc. V, Foligno 1889, pp. 131-139. Hanc editionem hæc partialis præcesserat: *Saggio di sentenze latine trasportate in poesia volgare da fr. Giovanni di Genesio di Quaglia da Parma dell'ord. de' Minori edite* (ex codice 20, pluribus foliis mutilo, biblioth. civitatis Fabriani) *e commentate da A. Z.* (Aurelio Zonghi). Fabriano, tip. di G. Crocetti, 1879, in 8. Extant mss. sæc. XV in bibliotheca civitatis S. Danielis in Foro Julii (Mazzatinti G., Inventari dei mss. delle biblioteche d'Italia, III, Forlì 1893, p. 137, n. 165), et Parisiis in Nationali (H. Omont, Nouv. Acquisitions du Département des mss. pendant les années 1905-1906, Paris 1907, n. a. lat. 1905, p. 29).

Eiusdem *Expositio super Pater noster* ms. an. 1415 extat Ravennæ in biblioth. Classensi (Mazzatinti, op. cit., IV, p. 185, n. 176).

De hoc auctore cf. Affò Ir., op. cit., II, pp. 97-103.

MMCCXXVI. 1151.

JOANNES GENNINGUS = ut in *appendice* Waddingi ad hunc librum.

MMCCXXVII. 1152.

JOANNES GEONA = præceptorem habuit celebrem Doctorem Parisien. *Petrum a Cornibus*, de quo infra agetur; ortusque generosis parentibus in Americam transmittitur, ubi provinciæ S. Evangelii Minister factus est, cum antea Mexicani Cœnobii moderator fuisset, legissetque Rethoricam, Philosophiam, et Theologiam, quemadmodum docet Gonzaga par. 4. apud autorem Chron. S. Francisci par. 4. lib. 3. cap. 74.

Dialogum de Christi passione latine scripsit ex Gonzaga, et aliis. Edidit etiam

Sermones Dominicales idiomate mexicano ex Ludovico Robolledio in Catal. Scriptor.

Apologiam adversus famigeratissimum quemdam Theologum ex eisdem ms.

Poemata in laudem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ impressa leguntur, teste Petro de Alva col. 763. Militiæ univ.; et cum plura alia scripsisset, temporis, ignisve iniquitate deperdita dicuntur a Torquemada par. 3. Hist. Mexicanæ prov. S. Evangelii cap. 23., de quo et Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan., et ex his Joan.

Digitized by Google

Joan. a S. Anton. to. 2., ubi pag. 167. docet, dicendum esse *Gaona*, non Geona.

Colloquios de la paz, y tranquilidad Christiana, en lengua Mexicana correcti et aucti a fr. Michaele de Zarate impressi sunt Mexici in domo Petri Ocharte an. 1582 in 8.

Apologia sub titulo *Antidota quarumdam Propositionum cuiusdam famigeratissimi Theologi*, nuncupata Joanni a S. Francisco ministro provinciæ S. Evangelii epistola data Mexico kal. Maii an. 1553, scripta est adversus fr. Jacobum Dacianum, qui quodam suo opusculo progressui mexicanæ missionis officiebat.

Ex operibus deperditis duo alii latini tractatus huic auctori tribuuntur, alter in *Pauli epistolas*, alter super *logica*; item versio in idioma mexicanum nonnullarum *homeliarum* S. Joannis Chrysostomi.

De Joannis Gaonæ vita et operibus cf. Joaq. García Icazbalceta, Bibliografía Mexicana del siglo XVI. Primera parte, México 1886, pp. 237-240, qui ait scripsisse eum de *Christi passione* lingua *mexicana*, obiisse autem die 27 Septembris 1560.

MMCCXXVIII. 1153.

JOANNES GERVASII = erunt, qui conseant hunc extitisse e *Castro*, nunc *Civitate Plebis* provinciæ Tusciæ, utpote dicta *Plebs S. Gervasii*, sed hæc incerta in medio linquimus. Hunc ex Mariano habet, memoratque Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. num. 8., aliique similiter; quare nescio, cur hunc patria *Florentinum*, et Ordinis *Min. Observ.* dixerit Julius Niger in Scriptor. Florentin.: cum tamen eum non habeat Bartholomæus Pisanus, reor floruisse post annum 1390.

MMCCXXIX.

JOANNES GHIZZOLA Brixianus Minor. Conv. artis Musicæ peritissimus Patavii in Templo S. Antonii, et Ravennæ apud Petrum Card. Aldobrandinum Archiepiscopum Odæi, Cantorumque præfectus cum annis multis extitisset, plurima composuit, quæ

Sacra cum concentu notarum musicarum passim in Ecclesiis eani solent: vulgavitque præsertim Venetiis anno 1608. usque ad 1624. typis Alexandri, et Jacobi Vincenti, et Mediolani an. 1613. per Philippum Lomatium. Vidi opus ejus XVI. tertiæ etiam editionis Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Augustinus Superbus autor coævus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min., ubi eum impense laudat, Bononiæ diem obiisse tradit.

En pleraque eius opera:

Madrigali a Cinque Voci. Libro Primo. In Venetia, Appresso Alessandro Rauerij, 1608; 5 pp. in 4. Primum Ghizzoli opus musicum, ut ipse in epistola nuncupatoria testatur.

Canzonette et Arie a Tre Voci. Libro Primo. Ibidem, apud eundem. 1609; 3 pp. in 4.

Madrigali et Arie per Sonare et Cantare nel Chitarone, Liuto, o Clavicembalo, a Vna, et Due Voci, col Gioco della Cieca, et vna Mascherata de Pescatori. Libro Primo. Ibidem, apud eumdem, 1609; in fol.

Integra omnium Solemnitatum Psalmodia Vespertina, octonis vocibus concinenda. Addita etiam infima pars pro Organo alternatim continuata. Mediolani, Apud hær. Simonis Tini, et Philippum Lomatium, 1609, 9 pp. in 4, cum epistola auctoris nuncupatoria data pridie cal. Octobris eiusdem anni, in qua dicit se sacræ militiæ ante aliquot annos adscriptum esse.

Il Secondo Libro de Madrigali et Arie a Vna et Due Voci per Sonare et Cantare nel Chitarone, Liuto, ò Clavicembalo. Con duoi Dialoghi, et vn Canto di Sirene con la risposta di Nettuno. Opera Sesta. Ibidem, per eosdem, 1610; in fol.

Concerti all'vso moderno a quattro voci. Con la Partitura accomodata per suonare. Libro secondo, et Opera Settima. Ibidem, per eosdem, 1611, 5 pp. in 4. — Ab ipso auctore correcti: In Venetia, appresso Alessandro Vincenti, 1623, 5 pp. in 4.

Messe, Concerti, Magnificat, Falsi Bordoni, Gloria Patri et una Messa per gli Morti a quattro voci. Co'l Basso continuo per l'Organo. Opera Ottava. In Milano per l'Her. di Sim. Tini, et Filip. Lom. 1612; 5 pp. in 4.

Il Terzo Libro delli Madrigali, Scherzi, et Arie. A vna, et Due voci. Per Suonare, et Cantare nel Chitarrone, Liuto, ò Clauicembalo. Con vno Epitalamio. Opera Nona. In Milano, per Filippo Lomazzo, 1613; in fol.

Messe, Motetti, Magnificat, Canzoni Francese, Falsi Bordoni et Gloria Patri, a Otto Voci. Con la Partitura de Bassi per l'Organo. Opera Decima. Ibidem, apud eumdem, 1613; 9 pp. in 4. Ex hac editione et duabus immediate sequentibus patet auctorem ann. 1613–1615 Corregii musicæ sacræ moderatorem fuisse.

Secondo Libro de Madrigali a Cinque et Sei Voci. Co'l Basso Continuo per il Clauicembalo o altro, et in particolare per quelli a Sei. Opera Vndecima. In Venetia, Appresso Ricciardo Amadino, 1614; 6 pp. in 4.

Il Terzo Libro delli Concerti a due, 3. è quattro voci. Con le Letanie della B. Vergine à cinque, et la Parte per l'Organo. Opera XII. In Milano, appresso Filippo Lomazzo, 1615; 5 pp. in 4. — Ab ipso auctore correctus: In Venetia, Appresso Alessandro Vincenti, 1623; 5 pp. in 4.

Salmi Intieri a Cinque Voci co'l Basso per l'Organo ad libitum. Opera Decimaquarta. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti. 1618; 6 pp. in 4.

Messa Salmi Lettanie B. V. Falsibordoni et Gloria Patri Concertati a Cinque, ò Noue Voci, seruendosi del Secondo Choro à beneplacito, con il Basso per l'Organo. Opera Decimaquinta. In Venetia, Appresso Alessando Vincenti, 1619, et iterum an. 1622; 10 pp. in 4.

Il Quarto Libro delli Concerti a Due, Tre, et Quattro Voci, con le Letanie della Beata Vergine, et la parte per l'Organo. Opera Decima Sesta. Nuovamente ristampata et corretta. Ibidem apud eumdem, 1622, et (edit. 4ª) 1640; 5 pp. in 4.

Salmi, Messa, et Falsi Bordoni Concertati à Quattro Voci con il Basso per l'Organo. Opera Decima Settima. Ibidem apud eumdem 1624 (editio 3ª), et 1634; 5 pp. in 4. In Milano, appresso Filippo Lomazzo, 1625; 5 pp. in 4. Ex epistola nuncupatoria huius editionis data die 12 Julii a. 1625 discimus Ghizzolum paucis ante diebus obiisse.

Messe Parte per Capella et Parte per Concerto a Quattro, et Cinque Voci, et vna per li Defonti. Con Basso per l'Organo Opera Decimanona. Ristampate... Stampa del Gardano in Venetia 1625; 6 pp. in 4.

Compieta Antifone et Litanie della Madona a Cinque Voci con il Basso per l'Organo. Opera Vigesima. In Venetia 1623, Appresso Bartholomeo Magni; 6 pp. in 4.

Frutti d'Amore in vaghe et variate Arie, da cantarsi co'l Chittarone Clauicembalo, ò altro simile stromento, accomodatoui l'Alfabetto con le lettere per la Chitarra Spagnola. Libro Quinto. Et Opera Vigesima Prima. In Venetia Appresso Alessandro Vincenti, 1623; in fol.

MMCCXXX. 1154.

JOANNES GILLIUS = de quo et Hebrera, et Nicolaus Anton., et Joan. a S. Anton.

MMCCXXXI.

JOANNES GINTO Hispanus ex oppido Almunia Cæsaraugustanæ diœc. provinciæ Aragoniæ alumnus, Lector emeritus, supremæ Inquisitionis Qualificator, et suæ provinciæ Chronologus edidit hispanice

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis. Cæsaraugustæ an. 1650. in 4. typis Regii Hospitalis.

Divinam, et humanam malitiam. Ibid. anno 1653. per Michaelem de Luna to. 2. in 4.

Apologiam pro indebita excommunicatione impress. an. 1656. in fol.

Acta V. M. Sororis Mariæ de Salinas Clarissæ, ac Fundatricis Monasterii de Xelia. Iisdem typis an. 1660. in 4.

Obiit Cæsaraugustæ an. 1661.; de quo Marracius,

Digitized by Google

cius, Petrus de Alva, Hebrera, Nicolaus Antonius, et Jo: a S. Antonio agunt.

MMCCXXXII.

JOANNES GLABION, al. Glapyon Gallus Doctor Theologus, Burgensis Cœnobii in provincia Turoniæ Guardianus, provinciæ Franciæ Minister, et sui Ordinis Regul. Observ. Commissarius Transalpinus in Curia Romana an. 1517., Oraculis vivæ vocis Leonis X. apud Eman. Rodericum in Bullario num. 58., et 62. testis, et Ecclesiastes Maximiliani I. Imp. vitæ finem posuit Vallisoleti in Hispania an. 1522., cum ad Indos ire disponeret ex Joan. a S. Antonio. Scripsit

Le passetems de pelerin de vie humaine pour Fr. Joan. Glappion Confesseur de l'Empereur Charles V.

Explication des ceremonies de la Messe in 4. mss. habentur in Biblioth. Monasterii S. Vincentii Bisuntin. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1191.

Conciones, et *alia*, quæ typis data an. 1523. legimus apud Miræum in Scriptor. Eccles. sec. 16. n. 29., et Dupinum sec. XVI.

Primum opus extat Audomaropoli (Saint-Omer) in publica bibliotheca sub nomine Joannis Glapion in tribus mss. sæc. XVI, ut ex Catalogue général des mss. des biblioth. publ. des Départements, t. III, Paris 1861, n. 320, 410, 428; sed falso huic auctori tributum esse videtur. Cf. S. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas. Anvers (1885), pp. 41-42.

MMCCXXXIII.

JOANNES GOREL Gallus Doctor Parisiensis cum anno 1408. scriptis, et concionibus ea dixisset, quæ sibi dicenda videbantur, notatus dicitur censura Theologorum Parisiensium, quod nimiam Pontificis Romani super Episcopos, et Parochos potestatem fecisset, ut memoriæ prodidit Carolus de Plessis in Collectione judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1408., et autor Hist. Eccles. gallice scriptæ sec. XV.; hujusque meminit etiam Joan. Gerson in serm. adversus *Bullam* Alexandri V. *Regnans in cœlis* anno 1409. pro Mendicantium Ordinibus editam. Interfuit anno 1416. Constantiensi Concilio, in cujus Actis noviss. editionis Venetæ to. 16. sess. 20. anno 1416. ita legitur: *Fr. Joannes de Gurello Ord. Minorum, ac sac. Theologiæ Parisiis Professor, Conventusque Parisiensis Ordinis prædicti Magister Regens, nec non R. P. Fratris Joannis Quingonelli sac. Theologiæ eximii Doctoris prædicti Ordinis Minorum in provincia Franciæ provincialis Ministri in sac. Generali Concilio Constantiensi generalis Procurator cum plenitudine potestatis:* scripsit, quantum ex dictis elicio,

Opuscula Theologica,

Conciones Quadragesimales, et

*Orationes, sermones*que: revera Constantiæ in Concilio an. 1416. in die Nativitatis B. Virginis doctissimam ad Patres Concilii habuisse *Orationem* observavit et Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 1.

MMCCXXXIV.

JOANNES GRAJUS senior Scotus Hadingtonensis patria, nobilissima natus familia, Doctor Parisiensis; humanioribusque literis etiam excultus scripsit, si fides est Thomæ Dempstero Hist. Eccles. Scot. lib. 7. n. 625.,

De figuris Bibliorum;

De Sacramentis; et

Carmina varia lib. 1.

Vivebatque anno 1500.: cujus *epigramma*, et quidem elegans legitur in Fronte *Thesauri Theologorum* Joannis Picardi an. 1503. impressi, quod et refert Waddingus infra in *Joanne Picardo*, qui hunc cum *Joanne Majori* confundit, ut videbitur; et hunc existimo, quem Natalis Alexander to. 7. Hist. Eccles. cap. 5. art. 1. mendose dicit *Joannem Gacchum Minoritam*, addens strinxisse calamum in *Erasmum*, qui eo tempore vivebat.

Ex hac porro generosa prosapia fuit *Joanna Graja Suffolcia* femina scitissima græce, et latine edocta, quæ anno 1553. *Angliæ Regina* etsi invita proclamata est.

MMCCXXXV.

JOANNES GRAJUS junior Scotus Hadingtonensis nepos forsan superioris Joannis vir pius, et doctus, et ecclesiastes egregius an. 1579. septuagenarius Bruxellæ in Belgio ab hæreticis Gueusiis palmam martyrii obtinuit in Ecclesia sui Ord. Regul. Observ. ante majus Altare gladio confossus ex Gonzaga par. 3., Faustino Tasso, Thoma Bourchier, et Waddingo in Martyr. Ord. Min., nec non Dempstero Hist. Eccles. Scot. lib. 7. n. 607., qui addit ejus mentionem facere supparem scriptorem Henricum Sedulium in Coro l. Hist. Seraph. pag. 693., et scripta reliquisse eum

Conciones varias;

Theologica quædam; et

Epistolarum lib. I.

Daniel Perusinus ejusdem Instituti Regul. italicam fecit hujus Martyris *Vitam* ex latina Historia Martyrum Franciscan., teste laudato Dempstero.

MMCCXXXVI.

JOANNES GRANDE Hispanus Tertii Ord. S. Franc. Claustral. in Cœnobio S. Antonii Abbatis Granatensis Lector, doctrina non minus, quam pietate clarus edidit

Tractatum de Immaculata Conceptione B. V. impress. Granatæ an. 1628. typis Martini Fernandez, teste Marracio in Biblioth. Mariana, et post eum Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 38.

Concionem de Incarnatione. Ibidem an. 1630. in 4. typis Francisci Heliant ex Joan. a S. Anton.

1155.

JOANNES GRAVENDUNK = V. *Franciscus Kravendonus* supra relatus, qui idem est, cum de utroque dicatur successisse Moguntiæ *Joanni Fero* in ecclesiastis Cathedralis officio. Rodulphius autem lib. 3. primus utrumque posuit, quem secuti sunt alii; nec adhuc inveni, utrum reipsa *Franciscus*, an *Joannes* vocaretur. Waddingum secutus est Joan. a S. Anton.

MMCCXXXVII. 1156.

JOANNES A S. GREGORIO = de quo et Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., et Andreas Barcia in Biblioth. Occident. pag. 743., ac Joan. a S. Anton.

MMCCXXXVIII. 1157.

JOANNES GRITSCH = vir eruditus tam in Jure Canonico, quam in Philosophia seculari, et concionator suo tempore celeberrimus ex Trithemio, et Simlero.

Sermones de Tempore, et de Sanctis per annum prodierunt Lugduni an. 1492., non 1443., ut cum Waddingo errat Joan. a S. Antonio: et Venetiis an. 1595. cum sequenti.

Quadragesimale vulgatum est primum Ulmæ an. 1476.

Digitized by Google

1476. per Joan. Zeimer Reutlingensem, mox Basileæ an. 1477. per Joan. Vience, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1430.; Orlandus de Orig., et progr. Typograph. ait prodiisse Reutlingæ an. 1477., vel 1475., et alibi anno 1478., et 1490. in fol.; anno 1488. impressum fuit Norimbergæ in 4. cura Georgii Stuchs de Sulczbach una cum *Thematum Evangeliorum, et Epistolarum Introductionibus*, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; prodiitque postmodum eodem modo et Lugduni an. 1495. per Jo: Trechsel Alemanum, quæ editio habetur Bononiæ in Biblioth. S. Francisci Min. Conv., et Ven. 1595. in 8. per Lazarum de Soardis ex nostra Bibliotheca SS. Apostolorum de Urbe. *Quadragesimale* edit. Norimbergæ per Koburger in fol. max. est in Biblioth. Langheimen.

Conciones totius anni cum initiis Evangeliorum, et Epistolarum habentur mss. Cracoviæ in Cœnobio Carmelitarum vi testamenti B. Swentoslai; quemadmodum in *Vita S. Stanislai* Cracovien. extat apud Act. SS. Collector. Bolland. to. 2. Maji die 7.

De hoc viro Petrus de Alva in libro tit. *Pleyto de los libros* pag. 437., Jac. Echard de Scriptor. Ord. Prædic. to. 1., et Ludov. Bail par. 3. cap. 60. Biblioth. concionat.

Quadragesimale cum thematum evangeliorum et epistolarum, tam dominicalium quam sanctorum et festivitatum per anni circulum, *introductionibus*, quæ idem sunt ac *Sermones de tempore et de sanctis per annum*, impressum est sæpissime sæc. XV, ita ut saltem 25 certæ editiones a bibliographis recenseantur. Attamen neque vulgatum est primum an. 1476 per Jo. Zeimer, neque Basileæ an. 1477 multo minus per Jo. Vience, qui inter typographos vel editores a recentioribus bibliographis non indicatur, neque Reutlingæ cum nota anni 1477 vel 1475, neque Venetiis per Lazarum de Soardis an. 1595. Prodiit e contra: sine loci nota, sed Ulmæ, per Jo. Zeiner de Rütlingen an 1475 die vicesimo octobris, et iterum an. 1476 (Hain L., Repertorium bibliographicum, n. 8063-64); item sine loci nota, sed Augustæ Vindelicorum, per Jo. Wienner de Wienna an. 1477 (Hain, n. 8065); absque ulla nota, Reutlingæ per Michaelem Greyff c. 1479, bis (Hain, n. 8060-61); Venetiis per Lazarum de Soardis an. 1495 (Hain, n. 8079). Editio anni 1478 non videtur extare; norimbergensis per Ant. Koburger in fol. max. prodiit an. 1479 Martii kalendas tertio (Hain, n. 8066); lugdunensis vero anni 1492, per Jo. Trechsel in 4 (Hain, n. 8076). — Ex sermone in die ascensionis domini patet eos sermones scriptos esse an. 1444.

Conciones totius anni etc. donatæ a B. Swentoslao cœnobio Carmelitarum cracoviensi neque loco a Sbaralea citato (vide pag. 255 edit. antuerpiensis anni 1680) dicuntur mss., neque aliud probabiliter sunt quam opus impressum, de quo supra.

MMCCXXXIX.

JOANNES DE GUADALUPE Hispanus prov. Angelorum in Castella Reg. Observ. alumnus, primus vero Reformationis Strict. Observ. Discalc., ac provinciæ S. Gabrielis fundator, scripsit

Statuta pro sua Reformatione, quæ laudantur in Chron. provinciæ prædictæ S. Gabrielis to. 1. lib. 1. cap. 7., necnon

Epistolas plures asceticas, et mysticas, quæ mss. in folio asservantur Hispali in Archivo Conventus S. Antonii.

Obiit anno 1506., dum Romam ad Capitulum Gen. pergeret; de quo Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1., Waddingus in Annal. Min., Chronologus provinciæ Angelorum, Arturus in Martyrolog. Franciscano ad diem 11. Septemb. §. 6., Petrus de Alva, ac Joan. a S. Anton.

MMCCXL. 1158.

JOANNES GUALLENSIS = senior, de quo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1270. n. 35., floruit tempore *S. Bonaventuræ* Parisiis, ubi obiit honorifice sepultus apud suos Consodales, uti scribit Bartolomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2., ubi de Viris opinione sanctitatis mortuis in *provincia Franciæ* tractat; et paulo post inter Scriptores Ordinis Minor. chronologice incedens eum inter S. *Bonaventuram*, et Joannem *Varronem* Magistrum Scoti collocat: etiam Confor. XI. par. 2. in provincia Franciæ, et Conventu Parisiensi ait: *qui promeruit, ut Arbor vitæ sit post mortem vocitatus, et in hujus signum arbor sculpta manet in lapide sui sepulchri*: sed et autor Chronicorum antiquorum Ordinis in anno 1372. desinentium apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 2. lib. 4. cap. 12. tradit hunc *Joannem* floruisse I. Religionis Franciscanæ seculo tempore *Bernardi a Bessa* S. Bonaventuræ socii; quod habet et Trithemius, et Jacobus Philippus Bergomas, ac Marianus sub an. 1270. vixisse scribentes. Deinde Thomas Ecclestonus Anglus, qui circa annum 1330. vivebat, in fragmentis apud Antonium Wood Antiquit., et Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 72. memorat, scriptorem hunc claruisse seculo XIII., et in Oxonien. Lectura successorem habuisse *Thomam Dochingum* an. 1270. literarum studiis celebrem, quod etiam ipse Waddingus infra in *Thoma Dokingo* scribit immemor hic eorum, quæ illic scripserat. Anno 1282. erat Parisiis *Regens* in Theologia ex cod. 762. Biblioth. Victor., ut scribit Echard de Scriptor. Ord. Prædicat. to. 1. in *Thoma de Hibernia* ad an. 1314., et pag. 386. tit. de *concionatoribus variis*, ubi legitur habuisse eum 77., et 83. *sermonem* ex illis diversorum autorum, qui habentur collecti in pluries citato cod. Sorbonico; anno vero 1283. fuit ex 5. Doctoribus Parisien., quibus doctrina Petri Joannis Olivi demandata est examinanda, qui etsi apud Waddingum in Annal. ad eum annum num. 1. dicitur *Joannes Garan* ex Mariano, et Rodulphio, tamen *Joannes Valensis* appellatur in ejusdem Petri Joannis Epistola ad eos defensionis suorum articulorum apud Carolum de Plessis in Collectione Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad. an. 1280. Tandem citatur Joannes Guallensis a Roberto Holkot, quem anno 1349. obiisse tradunt, cap. 18. Sapien. lect. 197. Nec alius est ille *Joannes Wallius* diœces. *Wigornien.*, quem Waddingus ex Harpsfeldio sec. 13. cap. 23. refert in Annal. Min. ad an. 1302. num. 10. floruisse una cum Riccardo de Mediavilla; est enim dictus *Wallius* a Wallia, seu Cambria regione Angliæ ad mare Hibernicum, cujus in finibus, et Cornubiæ sita est *Wigornia* civitas: diciturque corrupte *Guallia*, et ab ea *Guallensis*. Ex his manifestum est, duos fuisse Joannes Guallenses, non unum, ut arbitratus est Waddingus, qui ut istos duos confundit, ita quoque multorum Opera miscet, et uni huic adscribit; quæ quo segregare valeam, præmittendum est id, quod Pisanus cit. de ejus scriptis prodit: et primo loco inquit: *Fr. Joannes Gualensis Magister in Theologia, qui Summam valde utilem multorum tractatuum composuit*: 2. loco: *Fr. Joannes Gualen. de Anglia Doctor Parisien., qui Parisiis Arbor vitæ inscribitur, composuit plures Postillas, et specialiter super Apocalypsim, ac Summam pulcherrimam cum* XVIII. *tractatibus de diversis composuit; quæ omnibus volentibus prædicare, et scire quæ decet fieri, utilissima est, exemplis pulcherrimis, et autoritatibus Philosophorum, et Sanctorum comprobata*: et paulo post: *Summam de vitiis Fr. Joannes Guallen., ut dictum est, edidit*: 3.

etiam

Digitized by Google

etiam loco: *Summam enim multum utilem cum diversis tractatibus compegit: scripsit luculenter super sacram Scripturam, et Theologiam.*

In 4 libros Senten. impress. Lugduni an. 1511. lib. 4., teste Martino Lippenio to. 2. Bibliothecæ Philosophicæ pag. 1394.

In Apocalypsim S. Joannis incip. *Legimus apud Eusebium*: habetur ms. Parisiis in Regia Biblioth., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1260.

Postilla in Evangelium Joannis incipit: *Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila?* etc. *Communiter 4. sancta animalia mistica significatione* etc.: extat Florentiæ in S. Crucis Biblioth. scam. 10. versus Eccles. num. 109. ms. in fol. sine nomine autoris; sed quidam caractere diverso, antiquo tamen, apposuit in fronte nomen *Petri Johannis*, cum scribendum esset *Fr. Joannis*. Prodiit autem Romæ an. 1589. inter Opera *S. Bonaventuræ* to. 2. edit. Vatic.: sed quam supra dictum est ad S. Bonaventuram pertinere non posse.

Collationes in Joannem, seu *Sermones in quædam loca ejusdem Evangelii Jo:* incip. *In principio* etc. prodierunt ibidem an. 1589. to. 2. Operum S. Bonaventuræ, sed quæ spectant ad autorem superioris *Postillæ* ex ibi dictis. Perperam Oudinus tres istos Commentarios in Joannem censet esse *Thomæ Jorsii* Angli Ord. Præd., eo quod ejusmodi Commentariis adornandis vitam consumpsit, non Joannes Gualensis, inquit ille, quod plane falsum, cum proxime citatus Pisanus testetur, Joan. Gualensem *plures Postillas, et specialiter supra Apocalypsim* composuisse; et Jac. Bergomas in Supplem. an. 1486. edito lib. 13. sub anno 1275. eum *et in Apocalypsim, et alios sacros codices scripsisse* dicat; idemque tradant Rodulphius lib. 1. fol. 118., Possevinus, Trithemius, Marianus, et antiqua Chronica supra commemorata, Balæus, Pitseus, et Le Long. Deinde autor *Collationum in Joannem*, quem dictum est esse eumdem cum autore *Postillæ in Evang. Joannis*, non semel adducit *B. Franciscum*, uti Collatione 19.

In Epistolas S. Pauli scripsisse tradit Jacobus LeLong pag. 796. Biblioth. Sac.

Sermones de Tempore, et de Sanctis tribuuntur ei etiam a Marco Ulyssipon., et Pitseo: horum duos supra dixi ex Echardo asservari in Biblioth. Sorbon. Parisiis.

In Mythologicum Fulgentii lib. 1. est Opus *Joannis Ridervallensis*, de quo infra.

Breviarium præceptorum forsan est idem, ac *Legiloquium de mandatis divinis*. Extat Florentiæ scam. 31. versus claustrum cod. 745. Opus *de* x. *præceptis* post *Summam Collectionum*, seu Communiloquium.

De Pœnitentia lib. 1. extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci hoc titulo: *De Pœnitentia Magistri Joannis Gualensis*: ex veteri illius Bibliothecæ Catalogo anno 1437. confecto pag. 67. et 79. Habetur nunc Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci post *Summam de vitiis*, et post *Dictarium de vita religiosa*, et incipit: *Quoniam provida sapientia solertia est jugiter meditari necessaria ad salutem, et illa intendere* etc.; et Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 744. ms. in fol. post *Summam Collectionum* hujus autoris. *Joannes de Valleys Summa de Pœnitentia* ms. extat in Anglia inter mss. codd. Bibl. Jacobeæ cod. 454. *Fr. Joannis Walensis de casibus conscientiæ* ms. in Biblioth. Monasterii Montis Dei ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1333.; et in mss. codd. Ecclesiæ Wigorniensis cod. 114. num. 12. *Joanis Wallensis Ord. Prædicatorum Summa de Confessione.* Tractatum hunc de *Pœnitentia, ejusque partibus* typis dedit Moguntiæ an. 1673. Fr. Franciscus Haroldus una cum *Ordinario vitæ Religiosæ.*

Summa de virtutibus, et vitiis: citatus Pisanus dicit *Summam de vitiis*; antiquus autor Firmamen. 3. Ordinum edit. Parisien. parte 1. *de virtutibus et vitiis*; quare idem Opus existimo cum *Summa justitiæ*, seu *tractatu de 7. vitiis*, quem ms. haberi Oxonii, et Cantabrigiæ tradit infra Waddingus. *De vitiis* ms. in Biblioth. Anglica Joan. Mori Norvicensis ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 662. *De vitiis, et virtutibus* una cum *Ordinario Vitæ religiosæ*, et *Summa* mss. sunt Parisiis in Biblioth. Victorina ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1372. *Summa Joannis Gualensis de virtutibus*, et altera ejusdem *Summa* extabat olim Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex antiquo illius Biblioth. Indice an. 1421. scripto, et ibi adhuc asservato. *Summa de vitiis, et virtutibus* extat ms. pergam. in 8. Asisii in Tabulario Conventus S. Franc., cujus prologus incipit: *Ad majorem distinctionem subsequentium, et ad faciliorem inventionem pro voluntate inspicientis capitula hujus collectionis ex dictis autenticis Sanctorum, et gentilium Philosophorum de* IV. *prædicandis scilicet vitiis, et virtutibus, pœnis, et præmiis prænotantur: quæ collectio congrue potest dici Communiloquium de dictis, vel autoritatibus Sapientum. Sunt autem ejusdem Collectionis 4. partes, quarum prima de vitiis detestandis* etc. Opus vero incipit: *Cum almus Christi Confessor Beatus Franciscus* etc.

Communiloquium idem est cum *Summa Collationum* (leg. *Collectionum*) *Mag. Joannis Galensis*, quæ duplicata extat ms. Cremonæ in Biblioth. Erem. S. Augustini, teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem sui Appar. sac.; extat et Parisiis in Victorina Biblioth., et in Choletana ex cit. Oudino ad an. 1260., atque etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustr. cod. 744. ms. in fol., et cod. 745 in 8. magno ms., et in utroque dicitur *Summa Collationum.* Romæ in Biblioth. Collegii Capranicæ habetur *Communiloquium de cunctis artibus, et disciplinis P. Gave sac. Theol. Professoris*, teste autore *Biblioth. inditæ* apud Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Franciscanæ in append. inter Anonymos v. *Quidam* num. 3., qui to. 2. pag. 228. ait, *Communiloquium* ms. in fol. reperiri etiam Salmanticæ in majori Collegio S. Bartholomæi arm. 326., et pag. 227. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ; tandem extat ms. in Biblioth. Gemmaticensi ex Catalogo Montfaucon pag 1212. Prodiit autem typis Argentinæ an. 1489. in fol., teste Maittaire de Vitis Typographorum fol. 211., et Parisiis 1516. *Walensis Summa Collationum ad omne genus hominum* sæpe citatur ab antiquo scriptore Alexandro Anglo in *Destructorio*, seu *Summa vitiorum* par. 4. cap. 61., par. 5. cap. 12., par. 6. cap. 2., et par. 8. cap. 10. Index capitulorum incipit: *Cum Collectionis hujus, quæ potest dici Summa Collectionum, sive Communiloquium, sint septem partes* etc. Prologus vero incipit: *Cum Doctor, sive Prædicator Evangel.* etc.; et Opus: *Quoniam Respublica.*

Compendiloquium de Vitis illustrium Philosophorum incipit: *Cum enim debeamus apes* etc.; at ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 226. incipit: *Cum ex vita infidelium* etc.; et in decem partes dividitur. Habetur autem una cum *Communiloquio* in cit. codd. Bibliot. Gemmaticen., Salmantic., et Hispal. ex iisdem. Extat etiam ms. membran. in fol. in Biblioth. S. Franc. Ferrariæ. Florentiæ quoque in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustr. codd. citat. 744., et 745. extat *De Vita, et moribus Philosophorum;* et Cremonæ ex cit. Possevino, qui dicit *Jo: Vasiensem*, et tit. *De Vita, dictis, moribusque*

Digitized by Google

moribusque Philosophorum. Ejus *Compendiloquium de vita, et dictis Philosophorum* sine nomine autoris extat in Biblioth. Riccardiana Florent. cod. membr. in 8. sub M. II. n. 7. ex Indice illius pag. 142., ubi notatur scriptum esse *seculo* XIV.; sed perperam existimatur *Gallus:* in Gallia potius exarasse autorem erit censendum.

Breviloquium de sapientia Sanctorum in 8. cap. divisum incipit tabula capitum: *Hujus Breviloquii, quod est de sapientia Sanctorum* etc.; prologus vero: *Cum vani sint omnes;* et cap. 1. *Sapientia enim* etc., extat Florentiæ ms. in 4. scam. 31. claustr. versus cod. 743. Extat et Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. cum superiori *Compendiloquio,* et utrumque Opus vulgavit Waddingus an. 1655.

Breviloquium de virtutibus antiquorum 5. partibus conflatum incipit: *Quoniam misericordia, et veritas.* Extat Mediolani in Biblioth. Ambros. ms. *de 4. virtutibus antiquorum* ex Catalogo Montfaucon pag. 518. *De sapientia antiquorum* ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 744.; et *de 4. virtutibus* ibidem ms. cod. 745. *Breviloquium* ejus cum nonnullis Opusculis *Nicolai Lyrani* etc. extat ms. Parisiis in Biblioth. Augustinianor. ad Pontemnovum cod. 55. in fol. membr. ex Echard to. 1. pag. 633. in *Jo: Cochinger.*

Tractatus de 4. virtutibus Fratris Michaelis de Massa Ordinis Heremitarum S. Augustini incipiens: *Regna, remota justitia, non sunt nisi latrocinia magna* scriptus *Parisiis anno* 1420. circiter, qui extat ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. in fol. membr., est *Breviloquium de virtutibus Antiquorum* Joan. Gualensis interpolatum, et pluribus in locis detruncatum, præsertim in principio, et fine. *Breviloquium de 4. virtutibus antiquorum par. 3. Jo: Gualensis* citatur ab antiquo autore Jo: Genesio Quaja Parmensi, de quo paulo ante dictum est, lib. *de Civit. Christi* cap. 2. por. 1., et ab Alexandro Anglo in *Destructorio vitiorum* par. 3. cap. 76., qui dicit librum *de 4. virtutibus cardinalibus.*

Ordinarium vitæ religiosæ tribus partibus compactum; incipit prologus: *Numquid nosti ordinem;* Opus vero par. 1. *Quoniam omni negotio.* Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 745. habetur *de Vita religiosa.* Prima hujus Opusculi pars tit. *Dietarium de vita Religiosa* incip. *Numquid nosti ordinem cœli* etc. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci; et 3. pars tit. *Itinerarium* in Biblioth. Monasterii Montis Dei ex Catalogo Montfaucon pag. 1333.

Quinque memorata Opuscula, nempe *Communiloquium, Compendiloquium, Breviloquium* de sapientia Sanctorum, *Breviloquium* de virtutibus antiquorum, et *Ordinarium* vitæ Religiosæ prodierunt simul primum Venetiis an. 1498. in 8. per Georgium Arrivabenum: deinde Lugduni an. 1511. cura, ac studio Petri de Arrivabenis Mantuani Ord. Min. Theologi, eisque editor titulum imposuit: *De regimine vitæ humanæ, seu Margarita Doctorum ad omne propositum,* quæ Waddingus diversa putavit; Parisiis quoque anno 1516. in 4., et Argentinæ 1550.; scribit Possevinus in Appar. sac. prodiisse etiam Parisiis anno 1556. *Communiloquium* autor composuit post annum 1271., cum in eo par. 2. dist. 6. cap. 4. citet *Ostiensem,* scilicet Summæ Ostiensis autorem, quem ferunt obiisse memorato anno. Scripsit autem primo *Breviloquium de virtutibus* antiquorum; postea *Communiloquium;* mox *Compendiloquium;* ultimo *Breviloquium* de sapientia Sanctorum; nam in Communiloquio par. 1. d. 1. c. 3., et 4. adducit Breviloquium de virtutibus: in Compendiloquio par 1. cap. 7., et par. 10. cap. 2. Communiloquium: et in Breviloquio de sapientia Sanctorum prologo Compendiloquium.

Floriloquium de dictis Philosophorum non est Opus diversum ab illo *de vita, et moribus Philosophorum.*

De ordinatione universali idem est cum lib. *de cognitione vitæ,* seu *de ordinatione vitæ,* ut est apud Possevinum, idque ex initio Operis elicitur: idemque cum *Ordinario,* seu *Alphabeto vitæ religiosæ,* cujus prima pars, quæ inscribitur *Dietarium,* ita incipit, uti superius indicavi.

De Republica est prima pars *Communiloquii* supra relati, non Opus diversum.

De virtutibus antiquorum non est Opus distinctum a *Breviloquio de virtutibus antiquorum,* de quo supra.

Commentarios in Valerium lib. 1. tribuunt *Joanni Riderallensi,* sicut et

Expositionem fabularum Ovidii; ut ibi videre est apud Waddingum. *Expositiones,* seu *Moralitates fabularum Ovidii* sub nomine *Joannis Gualensis* prodierunt Parisiis an. 1509. per Jod. Badium Ascensium; quod Opus dicitur *Thomæ Anglici Wallensis* Ord. Præd. a Possevino in Appar. sac. v. *Thomas Jorsius,* et a Labbeo in Biblioth. mss. pag. 347., cum potius dicendum sit *Joannis Riderallensis* Minoritæ ex mss. Anglicis apud Oudin. to. 3. ad an. 1330. col. 906.

Collectio versuum lib. 1. extat Cantabrigiæ in Collegio S. Petri ex cit. Joan. a S. Anton.

De origine, progressu, et fine Mahumetis, et quadruplici reprobatione prophetiæ ejus prodiit Argentinæ an. 1550. apud Jacobum Jucundum, et Coloniæ an. 1551. in 8. apud Martinum Gymnicum.

Manipulus florum (non *Curatorum*), *quem inchoavit Joannes Gualensis, qui anno* 1260. *floruit, ejusque morte imperfectum absolvit, et locupletiorem reddidit Thomas de Hibernia, qui anno* 1290. *claruit,* habetur ms. in Biblioth. Universitatis Cantabrig. cod. 1755., ubi et cod. 1741. extat *Manipulus florum, sive extractiones Originalium editæ a Magistro Thoma de Hibernia Socio de Sorbona: inchoavit Joannes Valleys, absolvit Thomas de Hibernia.* Hoc Opus extat et Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc. ms. pergam. in fol. incipiens prologo: *Abiit in agrum, et collegit spicas post terga metentium Ruth.* etc.; Opere vero: *Abstinentia bonum est in cibo cum gratiarum actione* etc.: et in fine dicitur *Opus compilatum a Magistro Thoma de Ybernia quondam Socio de Sorbona:* habetur ms. et in Biblioth. S. Benigni Divionen. ex Oudino to. 3. Comment. in Jo. Gualensi, et Thoma Palmerano ad an. 1290., ubi alibi ms. haberi prodit, et pluries etiam vulgatum fuisse, ut infra videbitur in *Thoma Hibernico,* seu *Palmerano.* Idem *Manipulus florum* incipiens: *Abiit in agrum, et collegit spicas:* finiens vero: *dulcior gustus* etc., extabat olim et Ferrariæ in Biblioth. veteri S. Franc. ex Catalogo illius Biblioth. pag. 18. et 69.; attamen Trithemius in Scriptor. Eccles. sub anno 1270. ait, prologum incipere: *Ruth paupercula:* librum vero alphabetice: *Abstinentia bonum est in cibo:* ad complementum perductum a *Fr. Thoma Hibernico.* In dicto Tabulario, seu Archivo Asis. habetur aliud ms. chart. in 4. hoc tit: *Incipit quædam extractio Originalium a libro, qui vocatur Manipulus florum, et procedit præsens Opusculum per ordinem literarum alphabeti secundum morem prædicti libri, a quo extractum dicitur;* incipitque: *Cap.* 1. *De abstinentia. Utantur divites consuetudine* etc. Hoc esse puto, quod Petrus de Alva col. 847. *Militiæ* ait extare ms. in fol. Coloniæ in Monasterio

Digitized by Google

in Monasterio S. Crucis, incip: *Adduxit in agrum,* quod ipse statuit esse diversum: possit enim scriba verbum pro verbo exscripsisse per errorem: utinam dixisset argumentum.

Tractatus *de Oculo morali secundum Joannem Gallensem* incipiens: *Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi. Pupilla humor est cristallinus, vel glacialis* etc., extat ms. chart. in 4. non multum antiquum Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc. una cum *Revelationibus* B. V. factis *S. Helisabeth filiæ* Regis Hungariæ de 3. Ordine S. Francisci. Idem *Tractatus* sine nomine autoris incipiens: *Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi* etc., cum multis *Originalibus Sanctorum* etc. extasse olim Asisii ms. in Sacrario Conventus S. Francisci IV. solario occid. habetur ex veteri Inventario illius loci an. 1381. renovato. *Oculus Moralis* cum *Summa Collectionum* habetur ms. Cremonæ in cit. Biblioth. Eremit. S. Augustini ex Catalogo ejusdem Biblioth. apud laudatum Possevinum in fine Appar. sac. Hoc *Opusculum* prodiit primo Venet. 1496., curante Dominico de Ponzo Minorita docto, et verbi Dei concionatore illustri; eodemque anno e latino italice factum est a Theophilo Romano Erem. August., et eidem Dominico dicatum vulgavit *Ven. Magistro P. Lacepiere* S. Theol. professori adjudicatum. Postea Theophilus Raynaudus Soc. J. idipsum publicavit Lugduni 1641. sub tit. *Oculi mystici Raymundi Jordani* Canon. Regul. Abbatis de Cellis, qui florebat an. 1381. ea ratione, quam refert Waddingus in dissert. huic Opusculo ab se vulgato præmissa; et iterum edidit Parisiis an. 1654. apud Jacobum Quesnel in 4. Vulgatum quoque est Romæ a Waddingo cum Apologia an. 1655., et iterum Viterbii an. 1656. ex perantiquo ms. juxta Indicem Biblioth. Barberinæ. Hoc Opus tribuitur etiam *Linconiensi* Episcopo Roberto Capitono ex pluribus mss. ab Oudino citatis; et quidem Alexander Anglus autor *Destructorii vitiorum,* qui scribebat ab anno 1429., par. 5. cap. 22., et par. 3. cap. 13. citat Opus de *Oculo Morali Linconien.;* sed plures scriptores, et inter hos probabiliter Linconien. primus, hoc argumentum tractarunt. Revera *Tractatus moralis de Oculo* habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. 739. in 4. divisus in 15. capita, et incipiens: *Si diligenter volumus in lege Domini meditari, facillime perpendemus ea, quæ pertinent ad visionem, et oculum* etc.: expletoque prologo incipit *Cap.* 1. *Sciendum igitur, quod sicut potest elici ex sententia Constantini in lib.* etc. sine nomine autoris post librum *de Regimine Principum Fr. Ægidii* Ord. Erem. S. August., et alium *Tractatum* instructorium Principum Prælatorumque, Clericorum, Religiosorum, mulierum, et omnium incip. *Ut facilius occurrant ea, quæ in sequenti Opusculo in 6. particulas censui dividendum* etc.: quæ Opuscula eodem charactere exarata sunt. *Liber de Oculo morali, et naturali* sub nomine *Joannis Pekan* prodiit in lucem sine anno, et loco impressionis, teste Orlando de Orig., et progres. Typogra. par. 2. pag. 386. *Liber de Oculo morali* editus a *Magistro Petro de la Sapieyra diœces. Lemovicen.* ms. extat Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 1748. ex Montfaucon Biblioth. mss. to. 2. pag. 952. col. 2. *Petrus Perius de Oculo morali, et alia* extat ms. in Biblioth. Vatic. ex eodem to. 1. pag. 101.; et in Asisiati Tabulario extat ms. chartac. in 4 hujusmodi: *Incipit Tractatus de Oculo morali. Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari, facillime perpendemus ea, quæ pertinent ad visionem, et oculum* etc.: finitque: *quoniam sine fine vivit, et regnat. Amen. Explicit tractatus moralis de Oculo scriptus per Fr. Rogerum Trochart Custodiæ Parisien. in Conventu Remensi: et fuit completus in die Annunciationis B. Virginis gloriosæ anno Dñi M. tric. nonag. nono;* qui Fr. Rogerus anno 1404. Meldis exscripsit Opusculum *Dictionum,* sive *autoritatum* alphabetice incip. *Abjicit mundus pauperes, et honorat divites:* quod ibidem ms. habetur.

Jo: Galensis de corpore morali extat ms. in Biblioth. S. Gatiani Turonen. ex Catalo. Montfaucon to. 2. pag. 1275.; sed reponendum puto *de Oculo morali;* nisi legendum sit *de corpore naturali,* spectetque ad juniorem *Joannem Galensem.*

Declaratio Regulæ S. Francisci pro FF. Minor. incip. *Quoniam, ut scriptum est Eccles.* 3. legitur in Firmamento trium Ordin. edit. Ven. an. 1513. par. 3. hoc titulo: *Declaratio Joannis Valensis super Regulam:* in qua cum adducat solum *Expositionem Gregorii IX.* super eadem Regula, et non aliam *Nicolai III.* anno 1279. factam, liquet ante illud tempus ipsam composuisse; cujus in cap. 3. citat suum *Itinerarium,* quæ est 3. pars *Ordinarii,* seu *Alphabeti vitæ religiosæ.* Habetur autem sine nomine autoris ms. Ravennæ in 4. pergam. in Biblioth. Classen. PP. Camaldulen. cum *Quæstionibus Fr. Joan. de Rupella super vitiis,* et *Legenda S. Claræ Virg.* Hujus tamen Opusculi nec Waddingus, nec alii meminerunt. V. *Jo: Anglicus* supra.

Joannis Galensis Ord. Min. super Pater noster ms. in Biblioth. Monasterii Montis Dei una cum *Itinerario de vita Religiosa* ex Catalogo Montfaucon pag. 1333.

Tractatus de pœnis inferni ms. extat Mediolan. in Biblioth. Minor. Convent. ex Joan. a S. Anton.

Collectio epistolarum decretalium Rom. Pontiff. ab Ant. Augustino cum tribus aliis antiquis Collectionibus edita Ilerdæ primum anno 1576., et postea Romæ 1583. huic Joanni tribuitur a Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 227.; sed est alterius antiquioris *Jo: Valensis* Volaterrani Itali.

De perfectione evangelica scripsisse tradit Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Franc. par. 2. lib. 3. cap. 5.; sed vereor, ne hunc confundat cum *Jo: Pekam* Anglo, qui et ipse hoc Opus composuit.

Plurimi scriptores agunt de hoc insigni viro, ut legere est apud cit. Oudinum; et Cæsar Egassius Bullæus sec. v. Hist. Universit. Parisien. in Catalogo Illustrium Academicor. scribit ex Trithemio, et Balæo *Trismegistum, et Arborem vitæ* appellatum fuisse.

I. *Commentarius in 4 libros Sententiarum* huic auctori tribuitur etiam a Jacobo Philippo Bergomensi (Supplementum supplementi Chronicarum. Venetiis, Georgius de Rusconibus, 1506, fol. 319 r.), qui addit eum incipere *Quoniam teste beato Augustino;* sed neque in codicibus mss. sub nomine Joannis Guallensis reperiri, neque unquam impressus esse videtur.

II. *Commentarius in Apocalypsim* incipiens *Legimus apud Eusebium* nullibi invenitur Joanni Guallensi adscriptus, et ab Oudino censetur esse Thomæ Jorsii dicti Gualensis. Judice fr. Ignatio Jeiler (Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, IV, Freiburg im Breisgau 1889, col. 1689), commentarius certe genuinus est, qui incipit *Spiritu magno vidit ultima... Cum in sacra doctrina revelata.* Extat hic nostro auctori tributus Tuderti in bibliothecæ civicæ cod. ms. 68 sæc. XIV (Leonij Lor., Inventario dei codici della Comunale di Todi, Firenze 1879, p. 29), et teste eodem Jeiler in aliis mss.

III. *Postilla* et *Collationes in evangelium Joannis,* inter opera S. Bonaventuræ iam impressæ, tantum probabiliter dici possunt Joannis Guallensis, quum codices mss. alii aliis eas tribuant. Cf. S. Bonaventuræ opera omnia, ad Claras Aquas 1882-1902, tom. VI, pp. V-VI.

IV. *Legiloquium de mandatis divinis* extat ms. etiam Cortonæ in biblioth. civicæ cod. 58 sæc. XV (Mancini G.,

Digitized by Google

I mss. della libr. del Comune e dell'Accad. Etrusca di Cortona, Cortona 1884, p. 35);

Cracoviæ in biblioth. Universitatis cod. 2211 anni 1412 (Wislocki W,, Catalogus codd. mss. biblioth. Universit. Jagell. Cracoviensis, II, Cracoviæ 1877-81, p. 531);

Erfordiæ in biblioth. Regiæ ex collectione Amploniana cod. Q. 117 ineuntis sæc. XV (Schum W., Beschreibendes Verzeichniss des Amplonianischen Handschriften-Sammlung zu Erfurt, Berlin 1887, p. 375);

Florentiæ in biblioth. Nationalis cod. II, VI, 1 sæc. XIII (Mazzatinti G., Inventari dei mss. delle biblioteche d'Italia, XI, Forlì 1901, pag. 153).

Nonnullæ eius partes editæ sunt ab Ant. Charma in op. « Notice sur un manuscrit de la bibliothèque de Falaise » Paris, Caen, 1851, in 8.

V. *Summa de vitiis et virtutibus* idem est ac *Moniloquium seu Collectiloquium* Pitsei; quare non est confundenda cum *Summa justitiæ*. Invenitur manu scripta sæculo XIII Parisiis in bibliothecæ *de l'Arsenal* cod. 529 (Martin H., Catalogue des mss. de la biblioth. de l'Arsenal, I, Paris 1885, pp. 381-82), et Florentiæ in Nationalis cod. II, VI, 1 supra notato.

VI. *Communiloquium* continetur ms., ut nonnullos ex antiquioribus codicibus indicemus,

Audomaropoli (Saint-Omer) in publica bibliotheca, cod. 622 medii sæc. XIV (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. des Départements, III, Paris 1861, p. 273);

Cantabrigiæ in biblioth. Collegii Jesu, cod. 67 sæc. XIV (Montague Rhodes James, A descript. catalogue of the mss. in the Library of Jesus College, Cambridge. London 1895, p. 103);

Falesiæ in publica bibliotheca, cod. 38 sæc. XIV (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome X, Paris 1889, p. 246);

Florentiæ in Nationali, cod. II, VI, I, de quo supra;

Mellicii in biblioth. Ord. S. Benedicti cod. 129 anni 1390 (Catalogus codd. mss. qui in biblioth. Monasterii Mellicensis O. S. B. servantur, I, Vindobonæ 1889, p. 198);

Papiæ in biblioth. Universitatis, cod. 121 sæc. XIII (L. De Marchi e G. Bertolani, Inventario dei mss. della R. Biblioteca Universitaria di Pavia, I, Milano 1894, p. 61);

Parisiis in Nationali, Nouv. acq. lat., cod. 284 sæc. XIII ex. (Delisle L., Catalogue des mss. du fond de La Tremoïlle, Paris 1889, p. 28 n. XXII);

Pragæ in biblioth. Universitatis, cod. lat. 821 anni 1373 (Truhlár J., Catalogus codd. mss. lat. qui in C. R. biblioth. publ. atque Universitatis Pragensis asservantur. Pars prior, Pragæ 1905, p. 335);

Romæ in Vaticana, codd. Vatic. lat. 7613, 7677, utroque sæc. XIV;

Rotomagi in publica bibliotheca, cod. 592 anni 1394 (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome I, Paris 1886, p. 148):

Turonis in publica bibliotheca, cod. 44 sæc. XIV (Ibidem. Tome XXXVII, Paris 1900, p. 28);

Vindobonæ in biblioth. Palatina, codd. 603, 1658, 2241 omnibus sæc. XIV (Tabulæ codd. manu script. præter græcos et orientales in biblioth. Palatina Vindobon. asservatorum, I, Vindobonæ 1864, pp. 105, 170; II, ibid. 1868, p. 42);

Vorcestriæ in biblioth. Capitulari ecclesiæ Cathedralis, cod. Q. 27 sæc. XIV (J. Kestell Floyer, Catalogue of mss. preserved in the Chapter Library of Worcester Cathedral, Oxford 1906, p. 121).

Communiloquium, præter quam Argentinæ an. 1489, editum est sæculo XV: — *a*) sine ulla nota, sed Coloniæ per Ulricum Zell c. 1469, in 4 (Hain L., Repertorium bibliogr., n. 7440). — *b*) sine loco et typographo, sed Coloniæ per Arnoldum ter Hœrnen, an. 1472 die 17 Julii in fol. (Hain, n. 7441). — *c*) Augustæ Vindelicorum per Antonium Sorg an. 1475 in fol. (Hain, n. 7442). — *d*) sine loco et typographo, sed Ulmæ per Joannem Zainer, an. 1481 in fol. (Hain.n. 7443). — *e*) Venetiis per Georgium de Arrivabenis an. 1496, non autem 1498, die penultima Julii in 8 (Hain, n. 7446). — *f*) Argentinæ per Johannem Knoblouch an. 1500 in 4 (Copinger W. A., Supplement to Hain's Repert. bibliogr. II I, London 1898, n. 2624). — Sæculo XVI impressum est etiam sine loci et typographi nota, sed Hagenoæ per Henricum Gran, pro Joanne Knoblouch et Paulo Götz an. 1518 die 31 Maii in 4 (Cf. Proctor R., An Index to the early printed books in the British Museum. Part II, Section I, London 1903, n. 11673).

Tractatus magistri Johannis Gallensis de sex ætatibus hominis, qui sæculo XV bis prodiit absque ulla nota in 4, ex titulo et brevitate sua (cf. Hain, n. 7447-48) videtur probabiliter idem esse, ac 2ª distinctio 3ᵉ partis *Communiloquii*, in qua agitur de instructione hominum secundum differentias ætatum, quæ ætates sex quidem ibi distinguuntur, infantia, pueritia, adolescentia, virilitas, senium, senectus.

VII. *Compendiloquii* primus prologus incipit: *Cum enim debeamus apes imitari*; alter: *Cum ex vita gentilium*; opus ipsum: *Circa primum notandum quod diversimode describitur philosophia.* Continetur ms. etiam

Cortonæ in biblioth. Civitatis cod. 59 sæc. XIV (Mancini G., op. cit., p. 36);

Cracoviæ in biblioth. Universitatis cod 693 sæc. XV (Wislocki W., op. cit., I, Cracoviæ 1877, p. 209);

Erfordiæ in biblioth. Regia, ex collectione Amploniana cod. Q. 117, de quo supra;

Papiæ in biblioth. Universitatis cod. 121, de quo supra;

Pragæ in biblioth. Universitatis cod. lat. 395 sæc. XIV (Truhlár J., op. cit., I, p. 153);

Rotomagi in publica bibliotheca cod. 592, de quo supra;

Vorcestriæ in biblioth. Capitulari ecclesiæ Cathedralis cod. Q. 72 sæc. XV (Kestell Floyer, op. cit., p. 146).

Prodiit impressum cum *Communiloquio* etiam Hagenoæ an. 1518. — De eo cf. Charma Ant., Étude sur le Compendiloquium de vita, moribus et dictis illustrium philosophorum. de Jean de Galles. S. l., 1866, in 8.

VIII. *Breviloquium de sapientia sanctorum* continetur ms. etiam

Cracoviæ in biblioth. Universitatis cod. 2211, Erfordiæ in biblioth. Regia cod. collectionis Amplonianæ Q. 117, Pragæ in biblioth. Universitatis cod. lat. 395, Rotomagi in publica bibliotheca cod. 592, de quibus supra.

Editum est cum opere *Secreta secretorum Aristotelis* et *sequenti* bis absque ulla nota in 4: primum Coloniæ per Arnoldum ter Hœrnen probabiliter c. an. 1475 (Hain Copinger, opp. cit., n. 1782), deinde Lovanii per Johannem de Westfalia fortasse c. 1480 (Hain, n. 1781). Prodiit etiam cum *Communiloquio* etc. Hagenoæ an. 1518.

IX. *Breviloquium de virtutibus antiquorum* seu *de quatuor virtutibus cardinalibus* extat in multis codd. mss. Præter Cracoviensem 2211 et Rotomagensem 592, de quibus supra, indicamus:

Burdigalensem bibliothecæ pubblicæ 111 sæc. XIV (Catalogue gén. des mss. des biblioth. publ. de France. Départements. Tome XXIII, Paris 1894, p. 57);

Dublinensem bibliothecæ Collegi Trinitatis 115 anni 1375 (Abbott T. K., Catalogue of the mss. in the Library of Trinity College, Dublin. Dublin 1900, p. 14);

Parisiensem bibliothecæ *de l'Arsenal* 537 sæc. XIV ex. (Martin, op. cit. p. 398);

Pragenses bibliothecæ Universitatis lat. 1426, 1433, 1983 omnes sæc. XIV (Truhlár, op. cit., I, pp. 529, 532; II, p. 105).

Impressum est cum operibus *Secreta secretorum Aristotelis* et *Breviloquio de sapientia sanctorum* Coloniæ et Lovanii (vide supra) sub titulo *Liber de instructione principum per quatuor partes secundum quatuor virtutes cardinales;* cum *Communiloquio* etc. etiam Hagenoæ an 1518.

X. *Ordinarium vitæ religiosæ*, præter quam Cortonæ in bibliothecæ Civitatis cod. 59 et Florentiæ in Nationalis cod. II, VI, 1, de quibus supra, extat ms. etiam

Cantabrigiæ in collegii Gonville et Caius cod. 437 sæc. XIV in. (Montague Rhodes James, A descript. catalogue of the mss. in the Libr. of Gonville and Caius College, II, Cambridge 1908, p. 507);

Parisiis in biblioth. Mazarinæ cod. 569 sæc. XIV (Molinier A., Catalogue des mss. de la biblioth. Mazarine. I, Paris 1885, p. 231);

Patavii in biblioth. S. Antonii cod. 463 sæc. XIII et 542 sæc. XIV (Minciotti L. M., Catal. dei codd. mss. della bibliot.

Digitized by Google

bliot. di S. Ant. di Padova, Padova 1842, pp. 121, 136; Josa A. M., I codd. mss. della bibliot. Antoniana di Padova, Padova 1886. p. 105).

Prodiit cum *Communiloquio* etc. etiam Hagenoæ an. 1518.

XI. *Manipulus florum Jo. Guallensis* extat ms. etiam Cantabrigiæ in bibliothecæ Collegii S. Petri cod. 163 sæc. XIV (Montague Rhodes James, A descript. catalogue of the mss. in the Libr. of Peterhouse, Cambridge 1899, p. 191). Prodiit sæc. XV, Thomæ Hibernico tantum tributus, Placentiæ per Jacobum de Tyela an. 1483 quinta die Septembris in fol. (Hain, 8542), et Venetiis per Joannem Rubeum vercellensem sine anno, sed circa 1494, die 20 decembris in 4 (Hain, 8543).

XII. Opusculum *de origine, progressu et fine Mahumetis* etc. sat dubiæ genuinitatis censendum est, quum neque codices mss. extent neque antiqua testimonia, quæ faveant Joanni Guallensi; item tractatus *de oculo morali*, qui in multis mss. anonymus invenitur, in multis auctori diverso tribuitur.

XIII. Cod. ms. *Jo. Galensis de corpore morali* a Sbaralea citatus verisimiliter idem est ac codex 44 bibliothecæ publicæ Turonensis continens *Summam collectionum* seu *Communiloquium* (vide supra), quum in huius fine legatur: *Explicit Summa Johannis Galensis de corpore morali.*

XIV. Wolfenbuttelæ in biblioth. ducali codice 743 (Helmst. 680) anni 1440 continetur *Jo. Galensis expositio super regulam B. Francisci* (O. von Heinemann, Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel, I Abth. Die Helmstedter Hss. II, Wolfenbüttel 1886, p. 137).

XV. Conferantur Hauréau B., Jean de Galles théologien, in Histoire littér. de la France, tome XXV, Paris 1869, pp. 177-200; Little A. G., The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, pp. 143-51.

MMCCXLI.

JOANNES GUALENSIS junior Anglus Londini Lector sac. Theologiæ an. 1368. jussu Summi Pontificis Urbani V. Doctoratus laurea donatur a Bernardo de Guasconibus Tusciæ provinciæ Ministro ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. num. 8., scripsitque

Lecturam in 4. libros Sententiarum; et

Librum disputationum, teste Possevino in Appar. sac. et Pitseo ex Gesnero; qui probe hunc a seniore Jo: Guallensi sejunxerunt ex his, quæ ibi allata sunt, monumentis. Duos hujus nominis recenset et Bergomensis, et bene; sed male, dum coævos ait.

De Vitis Sanctorum Wallensium liber Joannis Anglici Minoritæ ms. extat in Anglica Biblioth. Gualteri Copi ex Pitseo in Scriptor. Anglicis, quem facile est, spectare ad hunc *Joannem Wallensem.* An autem alia scripserit, et an aliqua, quæ illi adjudicantur, sint hujus junioris, non facile dixerim.

1159.

JOANNES GUALTERII = florebat anno 1474., ut est apud ipsum Waddingum in Annal. Min. ad eum an. num. 14., et idem est, ac *Petrus Gualteri*, de quo infra. *Joannes* tamen dicitur a Waddingo in Annal. etiam ad ann. 1222. num. 39.

1160.

JOANNES GUASCUS = idem est cum *Joanne a S. Francisco*, de quo supra actum est, ab oppido *Veasco* regni Murciæ. Joan. a S. Anton., et Nicolaus Anton. secuti sunt Waddingum.

MMCCXLII. 1161.

JOANNES GUENTUS = est hic *Wallensis*, seu Guallensis origine, cum Cambria sit et Wallia Britanniæ regio; de quo et Pitseus agit.

MMCCXLIII.

JOANNES GUJON natione Gallus cum sub initium seculi XIV. scripsisset

Comment. in 4. libros Sententiarum, an. 1308. die 2. Octobr. nonnulla, quæ de *SS. Trinitate* minus recte dicta sunt judicata, revocare coactus est, ut ex Serie errorum Parisiis annis diversis condemnatorum, quæ legitur ad calcem libri 4. Senten. Petri Lombardi an. 1553. Paris. excusi; et to. 4. al. 22. Biblioth. Patrum.

Articulos condemnatos revocavit an. 1348 die 12 Octobris. Cf. Denifle-Chatelain, Chartularium Universitatis Parisiensis, II I, Parisiis 1891, pp. 622-23.

MMCCXLIV. 1162.

JOANNES GUTIERREZ = edidit nobile *epigramma* in laudem *Fr. Gregorii Baptistæ Hurtadi* ejusdem Instituti, ut apud Joan. a S. Anton. to. 2. in *Gregorio Hurtado.*

1163.

JOANNES GVYFIUS = idem est, ac *Joannes Cnyfius* supra relatus; ideoque hic abradendus. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCCXLV. 1164.

JOANNES DE LA HAYE = *Arborem vitæ concionatorum* vulgavit Parisiis an 1633. cum *indice quadruplici* conceptuum, sac. Scripturæ, concionum, et Patrum, testante Miræo in Script. Eccles. sec. XVII. num 217. Altera editio 4. tomis in fol. facta est ibidem an. 1636. per Jo: Petit; et iterum ibidem, an 1647. apud Simonem Piget; et tandem ibidem an. 1651. apud eumdem.

Commentarii in Exodum tomis 3. in fol. tit. *Concionatorum virga.* Ibidem per Petrum Villaine.

Commentarii in Apocalypsim tomis 3. in fol. Ibidem 1648. per Simonem Piget.

In Cantica Canticorum sub tit. *Deliciæ prædicantium*, expositionem singularem aggressus fuerat, jamque fere mediam capitis 4. partem attigerat, quam et innumeris animi conceptibus ornaverat, cum infelici casu disperiit, ut ipsemet narrat to. 1. in Exod. in prologo ad Lectorem.

Biblia Maxima versionum ex linguis orientalibus, pluribus sacris mss. codicibus, innumeris fere SS., et veteribus Patribus, et Interpretibus orthodoxis collectarum; earumque concordia cum Vulgata, et ejus expositione literali cum annotationibus Nicolai de Lyra Minoritæ, Joannis Cagnæi Doctorum Paris., Guil. Estii Doct. Loran., Jo: Menochii, ac Jacobi Tirini Doct. S. J., additis amplissimis prolegomenis universa, quæ possunt agitari circa S. Scripturæ majestatem, antiquitatem, autoritatem, obscuritatem, sensuum diversitatem, indicem, canonem, versionum originem, antilogiam etc., decidentibus; non omissis Chronico sacro, Tractatu de ponderibus, mensuris, monetis, idiotismis linguarum, amplissimis indicibus. tomis 19. in fol. Parisiis anno 1660. sumptibus Diony. Bechet, et sociorum ad Julium Card. Mazarinum: quo in Opere vocatur concionator Regius, et in Gallia Minorum Procurator Generalis. Mabillonius tamen de studiis Monasticis cap. 2. §. 2. pluris facienda dicit *Biblia Magna*, quam *Maxima.*

Opuscula S. Francisci, et S. Antonii Opera iterum prodierunt Lugduni an. 1653. in fol. sumptibus Petri Rigaud.

Tractatum de Incarnatione, Passione, et morte D. N. J. C. ms.

Tractatum

Digitized by Google

Tractatum de providentia, prædestinatione, et reprobatione ms.

Tractatum de beatitudine; et alium de peccato originali ms., in quo egregie propugnat definibilitatem mysterii Immac. Conceptionis Deiparæ Virginis: omnia mss. servantur in Biblioth. Conventus S. Mariæ a Jesu de Salvatierra provin. S. Gabrielis sub B. n. 67., teste Joan. a S. Anton. to. 2., ubi addit obiisse eum anno 1661. die 15. Octobris, ejusque cum laude meminisse Joannem Laurentium Helbib tomo 1. in Sac. Script., et Ludov. Moreri in Dictionario Gallico *quadraginta volumina* edidisse asserentem.

MMCCXLVI.

JOANNES HALLERUS de Corbachio Germanus provinciæ Coloniensis Reg. Observ., et Coloniensis Ecclesiæ ecclesiastes edidit

Malleum Christianum. Coloniæ 1535. in 8. apud Melchiorem Novesianum ex Jo: a S. Antonio, qui notat a Dupino in Supplem. dici *Hales de Corbach.*

Assertionem contra Anabaptistas lib. I. Coloniæ eodem anno; insequentique anno ex hac vita decessit Brullæ prope Coloniam ex Aub. Miræo in Auctario Scriptor. Eccles. sec. 16. num. 43.

Alius autem omnino est a *Joanne Hallero* Tigurino autore proscripto 1. clas. Forsan est *Joannes Daventriensis*, de quo supra.

Ex Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St.-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 46-47, idem est ac Joannes de Daventria obiitque a. 1535.

MMCCXLVII.

JOANNES HAYUS genere Scotus Regul. Observ. versus finem seculi XVI. scripsit, cum esset provinciæ Coloniæ Minister,

Brevem Historiam provinciæ Scotiæ Ordinis Minorum Regul. Observ. ab anno 1447. circiter, eamque anno 1586. dedit Generali sui Ord. Ministro Reg. Observ. Francisco Gonzagæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1224. num. 42. al. 46.; ubi et ait eam ms. penes se habere. Hanc vulgavit Continuator Annal. Min. Waddingi to. 19. ad an. 1559. num. 16., et seqq., quo ab hæreticis provincia illa exterminata est, expulsis Fratribus.

MMCCXLVIII. 1165.

JOANNES DE HERBON = al. Herbas: hunc commendat Ernestus in Biblioth. Genealogica fol. 238., et Joan. a S. Anton. ex Waddingo to. 2. v. *Jo: Rodriguez;* ita enim vocabatur. Ejus

Carmina perplura hispanico idiomate leguntur in *libro* inscripto: *Cancionero general, que contiene muchas obras de diversos autores antiguos etc.*, impresso Antuerpiæ an. 1557. in 8. per Martinum Nucium pag. 18. cum glossa Tapiæ; et pag. 121., ac 395. cum glossa Aribæ; et sunt sub nomine *Jo: Rodriguez del Padron.*

MMCCXLIX. 1166.

JOANNES HERLIUS = Belga, de quo et Bordonus, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCL.

JOANNES A S. HIERONYMO Lusitanus prov. Algarbiorum Regul. Observ. concionator edidit vernacule, teste Joan. a S. Anton.,

Concionem de SS. Sacramento, ac Evangelista. Ulyssipone 1632. in 4. typis Anton. Alvarez; promittitque in prologo *tomum concionum* sub titulo: *Rosetum cæleste.*

Sermaõ do divinissimo Sacramento do Altar com commemoraçaõ do Evangelista prègado no Convento dos religiosos de Jesus da Villa de Setuval. Ita apud D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, II (Lisboa 1747), pag. 675.

MMCCLI. 1167.

JOANNES HILTONUS = primo *Vicarius* S. Magdalenæ Oxonii, deinde Minorita factus reliquit

Sermones Dominicales, qui mss. habentur Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 305., quo exprimitur *Vicariatus* memorati dignitas.

Opuscula Joannis Hilton mss. servantur in Biblioth. Cathedral. Ecclesiæ Sarisburien. cod. 94. testimonio Oudini to. 3. Comment. ad an. 1360. Nescio an ille sit, qui sæpe citatur a Jo: Baccone 1. Senten. dist. 28. quæst. 2. art. 4.: dist. 29. quæst 1. art. 3.; dist. 40. quæst. 1.; in 2. dist. 26. quæst. 1. art. 4.; et dist. 1. quæst. 1.; atque in 3. dist. 9. quæst. 2. art. 2., sed corrupte modo *Gilton*, et *Gylton*, et modo *Guilton*, ac *Uylton* appellatus. De eo et Pitseus, et alii plures agunt.

MMCCLII.

JOANNES HOIN illustri apud Helvetios genere natus floruit Willingæ in provincia Argentinæ Min. Conv. sac. Theol. Professor ex Rodulphio lib. 2. fol. 290. de ea provincia, Willingæque loco disserente; scripsitque

Comment. in 4. libros Sententiarum.

Lecturas in sac. Biblia.

Super Symbolum Athanasii, et *alia* ex Aug. Superbo in ms. Catalogo Scriptor. Ordin. Min. pag. 88.

* JOANNES HOUDEMIUS Anglus, qui *B. M. Virginis laudes* cecinit *hymnis*, qui extant in Paralipomenis Antonii de Balinghem ad *Parnasum Marianum* Duaci editis an. 1624. ex Catalogo chronologico Polyantheæ Marianæ, teste Petro de Alva col. 778. Militiæ, et ex eo Joan. a S. Anton., Minorita non fuit, nec alterius Instituti Regul., sed Presbyter secularis an. 1250. circiter vivens. Fuit quidem *Fr. Joannes Hunden* an. 1458. circiter Episcopus Landaven. in Anglia: sed alius esse videtur; isque Ord. Præd. asseritur in Bullar. illius Ord. append. pag. 374.

MMCCLIII. 1168.

JOANNES A S. HUBERTO = olim *Andagium* oppidum x. mill. ab urbe Leodii distans ad fluminis Hommæ ripam. De eo Jacobus Le Long in Biblioth. sac. pag. 798., et Joan. a S. Anton.

Dicearchus Ægyptius seu Joseph Patriarchæ Historia, Commentariis antiquorum Patrum, Notisque moralibus et Historicis illustrata. Authore V. P. Joanne a Sancto Huberto Namurcensi Minorita Observante et Conventus Nudipedum in civitate Leodiensi Guardiano. Leodii, Excudebat Leonardus Streel, Typograph. iur. Anno MDCXIII. Ita Serv. Dirks in Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St. François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 137-138, qui dicit Joannem natum Namurci, lectorem theologiæ, et guardianum Namurci etiam et Avennis. — Advertendum est contra Sbaraleam oppidum, cui nomen S. Hubertus, situm in provincia Luxemburgensi haud procul a fluminibus *Lomme* et *Ourthe*, abesse a Leodio non decem millia passuum, sed pæne centum.

MMCCLIV

Digitized by Google

MMCCLIV.

JOANNES JACOBI (forsan ille, qui Episcopus Ussellensis in Sardinia obiit an. 1439. ex Annal. Min. Waddingi) scripsit

Quæstiones de scientia; scientiæ doctore, et auditore; terminorumque Theologalium expositione: quæ mss. habentur in Biblioth. Monasterii S. Vincentii Bisuntin. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1190. Codex fert tantum nomen *Fr. Joan. Jacobi Ord. Min.;* et præter memoratum Episcopum fuit et *Joan. Jacobi Dini* Lucinianensis Min. Conv. Theologus insignis, quem ferunt sub Leone X. designatum Archiepisc. Hydruntinum an. 1514; *Joannes Jacobi* Episcopus Catacen. in Calabria an. 1315. ex Waddingo ad an. 1355. num. 6.; alius *Joannes Jacobi* patria Hispellas an. 1347. Inquisitor in provincia S. Franc., et Valle Spoletana ex cit. Waddin. ad an. 1347. num. 9. et 11.

MMCCLV.

JOANNES JACOBI II. Aragonum Regis filius, et Petri Aragonii Minoritæ frater, literis, ac virtutibus clarus primo Archiepiscopus Toletanus an. 1318., deinde Patriarcha Alexandrinus a Joanne XXII. circa an. 1324. creatus, ac demum an. 1327. Ecclesiæ Tarraconensis Administrator declaratus scripsit

Librum de rebus suis, qui ms. in Archivo Tarraconensi asservatur, ex quo Joseph de Valle in Opere de Carthusiano Instituto nonnulla exscripsit.

Conciones, et *epistolas* plures, inter quas gravem illam, ac eruditam *ad Capitulum Generale Ord. Min. Perpinianense* incip. *Omne gaudium* etc., quam affert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1331. num. 9., et hispanice factam Hebrera to 2. Chron. prov. Aragon. lib. 1. cap. 33., in qua cum *S. Franciscum* vocet *Sanctissimum Patrem nostrum,* evertit opinionem asserentium, Ordinis Carthusiani eum extitisse. Ex S. Antonino Chron. par. 3., et antiquis Ord. Min. Chronicis constat, perpetuo etiam Archiepiscopum, et Patriarcham vestem Franciscanam subter detulisse, nec desunt, qui Tertio Ordini S. Francisci adscribant. Obiit in loco de Pobo Cæsaraugustanæ diœcesis, ejusque corpus sepultum fuit in sua Tarraconen. Ecclesia cum hoc *epitaphio* a Joan. a S. Anton. in append. relato to. 3.

« Hic quiescit corpus san. memor. Domini Joan-
« nis Filii Dñi Jacobi Regis Aragonum, qui decimo
« septimo anno ætatis suæ factus Archiepiscopus
« Toletanus sic dono scientiæ infusæ divinitus, et
« gratia prædicationis floruit, quod nullus ejusdem
« ætatis in hoc ei similis crederetur. Carnem suam
« jejuniis, et ciliciis macerans in vigesimo octavo
« anno ætatis suæ factus Patriarcha Alexandrinus,
« et Administrator Ecclesiæ Tarraconensis, ordinato
« per eum novo Monasterio Scalæ-Dei diœcesis Tar-
« raconensis, ut per ipsam scalam ad cœlum ascen-
« deret, reddidit spiritum Creatori XIII. kal. Septem-
« bris anno Dom. 1334. anno vero ætatis suæ 33.,
« pro quo Deus tam in vita, quam post mortem ejus-
« dem est multa miracula operatus ».

Huic jam Archiepiscopo *Toletano,* et Patriar. *Alexandrino* dicavit suam *Catenam in sac. Scripturam* Fr. Pontius Carbonellus Minorita, uti scribit laudatus Joan. a S. Anton. to. 3. in append. v. *Joannes Infans,* ubi fatetur, se vidisse, ac legisse tres ejus epistolas nuncupatorias suis tomis præfixas.

* JOANNES JANUS = V. supra *Joannes Alanus* Danus, qui idem est, nec fuit Minorita.

MMCCLVI. 1169.

JOANNES INCA = vivebat sub initium seculi XVII.

MMCCLVII. 1170.

JOANNES AB INCARNATIONE = Reg. Observ. Lector emeritus fuit, et Guardianus tantum, non Minister Prov.; Operi præmisit *Vitam Jo: Scoti cum Annotationibus,* ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCLVIII.

JOANNES JODAR Lusitanus Tertii Ordinis S. Franc. alumnus scripsit, typisque dedit ad Joannem III. Lusitaniæ Regem

Librum de septem verbis. Hispali an. 1532. in 4., teste Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan., et ex eo Joan. a S. Anton.

* JOANNES IRENÆUS BRASAVOLA = V. *Irenæus Brasavola.*

MMCCLIX. 1171.

JOANNES DE IRIBARNE = ex oppido vulgo *Baigorri* Navarræ inferioris diœcesis Cæsaraugustanæ Synodalis Examinator, suæ provinciæ Minister, ac a sac. Confessionibus Margaritæ Austriacæ, Monialiumque Excalceatarum Matriti; cujus

In 4. Senten. librum tomus primus prodiit anno 1614. typis Petri Cabarte; *secundus* vero an. 1615. typis Didaci de Turre. Scripsit etiam

Tractatum, quo ostendit, minime licere, quod Observantes, et Recollecti gaudeant duobus Ministris Provincialibus. Matriti an. 1622. in fol. hispano sermone.

Tractatum fusum *de Immaculata Conceptione Virginis,* cujus archetypum, in fol. se habuissse, testatur Petrus de Alva col 782. Militiæ apud Joan. a S. Anton. Nescio an ab hoc tractatu diversa sit

Apologia pro Immacul. Concept. B. V. scripta circa an. 1640. contra Gasparem Ram Canonicum, et Archipresbyterum Darocæ, teste Thoma Strozza Controv. de Concept. lib. 8. cap. 21.

Scribit Joan. a S. Anton. eum obiisse in suo Cæsaraugustano Cœnobio an. 1656.; sed forte reponendum 1646., cum Waddingus, qui librum *de Scriptoribus Ord. Min.* sub initium anni 1648. compleverat, jam mortuum affirmet.

Commentariorum in quartum librum Sententiarum Joannis Duns Scoti uterque tomus primum impressus est Turiasonæ per Didacum de la Torre an. 1615.

Tractatus de Immaculata Conceptione Virginis et *Apologia pro Immaculata Conceptione B. V.* unum idemque sunt, ut apparet ex ipso Petro de Alva, qui loco a Sbaralea citato sic ait: « edidit Tractatum latissimum sub hoc titulo: Defensorio del pio voto y juramento echo de defender la preservacion de la Madre de Dios del peccado original, contra el pa] el del Doctor Gaspar Ram Arzipreste de Daroca en la Metropolitana de Zaragoza. Habemus hunc manuscriptum in folio, et procedit per quæstiones ».

MMCCLX. 1172.

JOANNES JUBINUS = Jube Majoricensis Episcopus Constantiensis in Numidia titul., et Coadjutor Episcopi Barcinonen. dicitur a Continuat. Annal. Waddingi ad an. 1542. num. 27., et a Vincentio Mut in Historia Majoricensi, fuitque anno 1551. in Concil. Tridentino, ut est apud Nicolaum Anton. Biblioth. Hispan. par. 2. to. 1. pag. 547. et to. 2. pag. 661. in adden., et corrigen., qui eum dicit virum doctissimum.

De

Digitized by Google

De Sacramento Eucharistiæ, et ejus sacrificio adversus nostri temporis hæreticos. Barcinone 1570. in 12. ad Philippum II. Hispan. Regem.

De B. Virgine, ac de D. Hieronymo carmine elegiaco.

De mundi contemptu ob secessum Caroli V. Imp. in vitam privatam ex cit. Vincen. Mut lib. 8. Hist. Majoricen. cap. 6.

MMCCLXI.

JOANNES JUCUNDUS Veronensis nobili loco circa medium xv. seculum natus, pietate, literis, gestorumque præclarorum gloria perquam illustris, ac animi humanitate vere jucundus ab omnibus summopere commendatur uti vir omni, æternaque memoria dignus: literis in adolescentia humanioribus decursis, ita Philosophiæ, Theologicæque facultatis studiis profecit, ut utraque insignis haberetur; græcas vero literas ea tempestate ab Italia fere exulantes ita excoluit, ut etiam aliis eas publice profiteretur: sed antiquitatis amore, ac artis mathematicæ in primis delectatus operibus, adeo versatus in illis fuit, ut aut nemini suo tempore secundus, aut princeps haberetur, et a præcipuis Europæ Principibus vocaretur Ludovico XII. Galliarum Rege, Maximiliano I. Imper., et Leone X., ut omittam Venetorum Rempublicam. Julius Cæsar Scaliger ejus concivis, et discipulus Exercit. 104. n. 23. ita de eo loquitur: *docebat Joannes Jucundus præceptor noster omnium bonarum artium vetus, novaque Bibliotheca:* et in Satyris ab eodem dicitur *Phœnix non minori judicio, quam ingenio:* Exercitat. 226. num. 12. vocat *Architectorum Coriphæum,* et se *primum literis græcis* imbuisse: Exercitatione vero 329. ita scribit: *Joannes Jucundus civis noster nobili genere prognatus.... inter tyrocinii rudimenta me utriusque literaturæ primis sacris imbuit: vir fuit in Philosophia Peripatetica non ignobilis, sectæ Scoticæ summus Theologus, in Mathematicis nulli secundus, in Optice, atque Architectura omnium facile princeps.* Exercit. etiam 331. suum *præceptorem* appellat; additque apud Maximilianum Cæsarem plures annos commoratum se audivisse eum multa subtiliter, et docte disserentem. Cum a Ludovico XII. in Gallias evocatus fuisset, Parisiis ingenti mole, miroque artis opere quadrato lapide geminum ad labentem utrinque Sequanam fluvium pontem construxit, de quo Sannazarius cecinit:

« Jucundus geminum imposuit tibi Sequana
« pontem:
« Hunc tu jure potes dicere Pontificem.

Mortuo autem an. 1514. *Bramante* insigni Architecto, et celeberrimo S. Petri Rom. Basilicæ directore, Jucundus utpote qui *solus,* ait cit. Scaliger, *Bramantis.... reliquias typorum, atque consiliorum* intelligeret, una cum Raphaele Urbinate, et Juliano a S. Gallo Florentino a Leone X. Romam accitus est; et *qui,* subdit, *unicum exemplar fuit et sanctitatis, et omnigenæ eruditionis;* in Urbe autem præ ceteris sedilia Aulæ, quam *Signaturæ* vocant, in Palatio Vatic. variis lignis mira arte simul compactis exornavit, teste Bonanno in Hist. Templi Vaticani cap. 37. num. 9. Idem Scaliger in Carminibus de eo cecinit:

« Euclides, et Vitruvius, cui cedere possent;
« Nam geminos posuit pinguis tibi Sequana
« pontes,
« Implevitque alias immensis molibus urbes.

Senectute gravatus in patriam revertitur, ibique circa an. 1520. apud suos ex hac vita migravit; cum antea Venetiarum urbi in perpetuum consuluerit, aquis Meduaci fluvii, vulgo *Brenta,* ruinam æternam minantibus ad Fossæ Clodiæ paludes derivatis ex parte, deductisque. De eo Scipio Maffejus lib. 3. par. 2. pag. 135., et cap. 4. par. 3. pag. 81., et 82. Veronæ Illustr. Existimat Echardus de Script. Ord. Præd. t. 2., eo quod Budæus *Sacerdotem* tantum, et *Architectum* dicat Jucundum, eum quidem ab initio vota Religionis professum esse, quia in epist. ad Julium II. se *Fr. Joannem Jucundum* dicit; sed postea ob artem Architecturæ, qua excellebat, profitebaturque, copiam ei factam fuisse ad seculum redire; sed isthæc gratis excogitantur; non enim solummodo cum ad Julium II. scripsit, sed etiam cum Laurentio Medices, et Archiepisc. Cusentino suam *Collectionem* misit, se *Fratrem* dixit, quo tempore Politianus eum dicit *Jucundum;* est enim Literatorum maxime eruditorum, et elegantium mos ab his titulis abstinere plerumque, et cit. Budæus an. 1514. scribens eum *Religioni deditum* appellat. Perperam quoque Georgius Vasari par. 2. vol. 1. Vitar. Pict., et Architect. una cum Panvinio, a quo forsan deceptus fuit, hunc *Dominicani* Ordinis alumnum facit, a quibus ceteri omnes acceperunt; sed hos omnes erroris redarguunt duo Scaligeri Julius Cæsar pater, ejus discipulus, cum eum *sectæ Scoticæ summum Theologum* appellat, et Joseph filius, qui eum *Monachum Franciscanum virum doctissimum, et probissimum* in epist. de clara sui patris origine dicit; quibus assentitur Claudius Malingre in Antiquit. Paris. pag. 140.; et ante omnes autor æqualis, ejusdem Instituti, ac ferme præceptor Fr. Lucas Paciolus Burgensis, de quo suo loco agam, in editione Euclidis an. 1508. Venetiis facta in 4. libri fine nonnullos recensens eorum, qui suis lectionibus præsto erant, accedebantque, inter illos sui Ordinis Minorum nominat *Fr. Jucundum Veronensem Antiquarium,* ut notavit et Cl. Vir Scipio Maffejus in fine suæ Veronæ Illustr. in addit., ubi corrigit ea, quæ lib. 3. col. 135. et seqq. ex aliis protulerat. Hinc Leander Albertus Dominicanus, qui eo tempore in vivis erat, neque in Italiæ Descript., neque in libro de Viris Illust. Ord. Præd. istum enumerat; a quo, et a Scaligeris solis poterat, debebatque sumere, et erudiri Jac. Echard to. 2. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 36., non a Panvinio, et Vasario; hic enim puer adhuc erat, quando mortuus est Jucundus; ille vero natus est multo post ejusdem Jucundi mortem, et juvenis scripsit opusculum de Viris illustr. Veronen., cui facile fuit excidisse scribere, eum fuisse Ord. Præd. Complura Opera diversorum autorum hic scriptor castigavit, notisque illustrata typis edi curavit; videlicet

Inscriptionum antiquarum bis mille, et amplius Collectionem Laurentio de Medicis dicatam: *Fr. Joannes Jucundus Veronensis Laurentio Medices sal. pl. d. Prisca urbis Romæ facies, Laurenti optime* etc. Laurentius autem Medices obiit an. 1492. mense Aprili ex Francisco Guicciardino lib. 1., Spondano ad hunc annum, aliisque. Onuphrius Panvinius de Viris illustr. Veronen. eam ait extasse Venetiis apud N. V. Stephanum Magnum, autoremque appellat *Virum disertissimum,* et *Laurentii Medices Florentinæ Reipublicæ Principis amicitia clarum multa ingenii sui monimenta* edidisse, *quorum præcipuum esse Collectionem* etc.; et

Digitized by Google

et Angelus Politianus Miscellan. cap. 77.: *in Collectaneis autem, quæ nuperrime ad Laurentium Medicem Jucundus misit, vir unus, opinor, titulorum, monumentorumque veterum supra mortales ceteros non solum diligentissimus, sed etiam sine controversia peritissimus.* Scipio Maffejus in Verona Illustr. lib. 2. pag. 135. scribit, se aliam vidisse Florentiæ penes Equ. Marmum Laurentio Agnello Mantuano Archiepiscopo Cusentino nuncupatam, et aliam penes se habere: citatur hæc *Collectio* a Panvinio in Fastis, Sigonio, Grutero, et aliis.

C. Plinii Secundi epistolarum libros x. primus invenit, emendavit, edique curavit Venetiis anno 1498. per Aldum Manutium; deinde Florentiæ an. 1508., et 1515., de qua editione Budæus de Origine juris, qui in adnotationibus ad Pandectas pag. 33. vocat autorem *Antiquarium, et Architectum famigeratum.*

Julium Obsequentem de Prodigiis castigavit, deditque Aldo, ut typis illum ederet, quemadmodum ipsemet Aldus testatur in literis Plinii Epistolis præmissis.

M. Vitrurium cum figuris emendavit, vulgavitque Julio II. Rom. Pontif. dicatum Venetiis anno 1511. per Joan. de Tridino in fol.; de quo Budæus cit. in Pandectas pag. 102. inquit: *nobis vero in ea lectione contigit præceptorem eximium nancisci Jucundum Sacerdotem Architectum tunc Regium, hominem antiquitatis peritissimum, qui graphide quoque, non modo verbis intelligendas res præbebat: quo tempore Vitruvium nostrum otiose, aliosque antiquos Scriptores eodem benignissime adjuvante, emendavimus:* et lib. 4. *de Asse* edito an. 1514 mense Martio inquit: *hæc verba cum sic legerentur apud Vitrurium lib. primo, nuper Jucundus Architectus vir Religioni deditus, omnis antiquitatis peritissimus tamen more hodierno referenda censuit in iis exemplaribus Vitrurii, quæ egregie alioquin, et solerter emendata imprimenda curavit.* Prodiit postea et Florentiæ an. 1513. per Juntas, et 1522. in 8.

Sex. Julii Frontini Stratagematum libros 3. correxit, et publicavit, teste Jo: Gerardo Vossio de Histor. Latin. lib. 5. cap. 12.

Eumdem, vel alium *autorem de Aquæductis* emisit Florentiæ an. 1513. ex laudato March. Maffejo.

M. Portii Catonis, Varronis, Columellæ, et Palladii libros de re rustica a se castigatos emisit Venetiis an 1514. cum epistola elegantissima per Aldum; de qua editione Budæus lib. 5. *de Asse* pag. 140. ait: *Jucundus Veronensis professione Architectus, sed Antiquariorum diligentissimus nuper Catonem imprimendum curavit, in quo cum multa verba emendavit, restituitque, tum capite* LVII. *locum mutilatum ita restituit* etc. Eam editionem memorat etiam Albertus Fabricius *de libro Arborum* olim inter illos Columellæ inserto loquens.

C. Julii Cæsaris Commentarios cum *autore de Bello civili, Alexandrino, Africo, et Hispaniensi* castigavit, et notis illustravit, misitque ad Julianum Laurentii Medices filium, et Leonis X. fratrem dicatum. Venetiis an. 1517. in fol. typis Aldi; postea Florentiæ per HH. Philippi Juntæ anno 1520. in 8.; Basileæ anno 1521. typis Thomæ Wolphii; et Paris. 1543. in fol. eleganter typis Michaelis Vascosani.

Epitomen Aur. Victoris de Vitis Impp. Rom. adornavit, correxit, edique fecit Veronæ, ut ex Andrea Schotto scribit cit. Maffejus.

Scripta quoque extant et pulchra ad Præfectos aquarum Venetos, a quibus accitus fuerat, cum de aquis fluminis Meduaci (vulgo *Brenta*) alio derivandis ageretur.

Ichnographiam vero Fori Veneti (vulgo *Rialto*) instaurandi apud familiam Bragadinam Venetiis asservari tradit Georgius Vasari par. 2. vol. 1. Vitar. Pictor., et Architect., ubi plura de eo maxima cum laude commemorat.

Natus est ante mensem iulium anni 1434 auctore Raphaele Urbinate, qui in epistola ad Simonem Baptistæ Ciarlæ data die 1ª iulii 1514 primumque edita ab Aloisio Pungileoni (Elogio storico di Raffaello Santi da Urbino, Urbino 1829, pp. 158-160) Jucundum dicit plus quam octogenarium. Ex hoc testimonio et alio anonymo super eius morte, de quo infra, facile deducitur eum non multo ante natum esse; non est igitur idem ac Joannes de Omnibono de Verona Ord. Præd. anno 1449 magister studentium, quod putavit Dom. M. Federicius (cf. Temanza T., Vite dei più celebri architetti, e scultori veneziani che fiorirono nel Secolo Decimosesto. Venezia 1778, p. 55), et alii etiam inter recentiores tradiderunt. Verisimilis videtur opinio Æm. De Tipaldo (Elogio di fra Giov. Giocondo, in Atti della I. R. Accademia di Belle Arti in Venezia per la distribuzione de' premii dell'a. 1839 Jucundum nomen familiæ fuisse; neque de huius nobilitate facile credendum est Julio Cæsari Scaligero, auctori sat dubiæ fidei in iis quæ in ipsius laudem verti possint.

Asserit Lud. Marinellius (Rivista d'Italia, an. v, vol. I, Roma 1902, p. 773) Jucundum latinam linguam Veronæ, græcam Veronæ et Ferrariæ didicisse sub Guarino præceptore, sed ex coniectura, ut arbitror; nullo item documento constare videtur, quod Sbaralea affirmat fortasse ex Quetif-Echard, eum græcas litteras publice professum esse. E contra legisse Parisiis Vitruvium negari nequit propter testimonium non solum G. Budæi a Sbaralea allatum, sed etiam Jacobi Fabri Stapulensis, qui in commentariis additis libris Logicorum (Porphyrii et Aristotelis) a se recognitis, primumque impressis a. 1503 XVII Octobris, ait (fol. 15 verso editionis Henr. Stephani a. 1510): *Et Joannes Jocundus superiore anno cum recitaret Vitruvium huius arboris* (ebeni) *ad lineandas chartas unius lignei canonis nobis pergratum fecit aspectum.* Quod autem J. C. Scaligeri fuerit præceptor, etsi proxime dicendis conciliari posset, quum dumtaxat a duobus Scaligeris testetur, propter eorum suspectam fidem haud immerito a multis in dubium vocatur.

A Duce Calabriæ arcessitus Jucundus a. 1489 Neapolim se contulit, ubi præfuit cum aliis constructioni palatii dicti *Poggio reale*, et varia castella atque arces in vicinis regionibus existentia delineavit. Neapoli certe moratus est usque ad finem a. 1493, verisimiliter usque ad 1495, quo in Galliam cum Carolo VIII transiisse videtur. Cf. Er. Percopo, Nuovi documenti su gli scrittori e gli artisti dei tempi Aragonesi (Archivio storico per le Province Napoletane, A. XIX, Napoli 1894, pp. 376-382). In Gallia usque ad a. 1504 variis operibus incubuit, probabiliter ei debetur palatium cui nomen *Bury*, prope Blesas i. e. Blois (cf. H. de Geymüller, Les Projets primitifs pour la basilique de Saint-Pierre de Rome. Texte. Paris 1875-80, p. 266); sed plerisque dubium est eum duos pontes Sequanæ imposuisse, quinimo Petrus Mariette epistola ad Thomam Temanza data 9 aprilis 1771, edita italice ab ipso Temanza (op. cit., pp. 58-60), gallice autem ex autographo ab Eug. Müntz (Archives des Arts. 1ᵉ Serie, Paris 1890, pp. 148-152), documentis innixus absolute affirmat eum tantummodo pontem Nostræ Dominæ architectatum esse.

Fallitur Sbaralea reputans Jucundum aulæ palatii Vaticani, quam *Signaturæ* vocant, sedilia variis lignis exornasse, quum illud opus Joanni Veronensi monacho olivetano debeatur omnium scriptorum consensu, ne ipso quidem Bonanno refragante, qui Joannem Veronensem nominat, non autem Joannem Jucundum. Neque aquas Medoaci fluminis ad Fossæ Clodiæ paludes Jucundus derivavit, sed tantum, de remedio quæsitus contra damna, quæ ab eiusmodi derivatione iam facta Fossæ Clodiæ portui inferebantur, a. 1506 sententiam suam de novi alvei ostio mutando quatuor dissertationibus protulit prius, tum etiam defendit (Polenus Jo., Exercitationes Vitruvianæ primæ, Patavii 1739, pp. 22-23; Temanza, op. cit., pp. 66-68; Zendrini B., Memorie storiche dello stato antico e moderno delle lagune di Venezia, Padova 1811, I, p. 161

Digitized by Google

p. 161 ss., II, pp. 145-174, ubi hæ dissertationes integre referuntur).

Ex ms. Chigiano H. II. 22: *Libro di Mons. R.mo M. Bernardo da Bibiena Card. di S. Maria in Portico, che chiamasi: Entrata e uscita di tutti li denari.... per la rev. fabbrica di S. Pietro, 1 genn. 1514 etc., trascritto da C. A. Dondini Segretario della R. fabbrica di S. Pietro per ordine di Alessandro VII* deducere aliquis possit Jucundum in vivis adhuc fuisse die 27 Martii a. 1518, quum sub hac die dicantur ei deberi 500 ducata (Fea C., Notizie intorno Raffaele Sanzio da Urbino, Roma 1822, p. 13). Sed interpretatione hoc documentum eget (cf. E. Müntz in Gazette des Beaux-Arts, 1879, II p. 520); e contra enim extant tria testimonia coæva affirmantia eum obiisse Romæ a. 1515, nempe Marini Sanuti (Diarii, XX, Venezia 1887, col. 363), Marci Ant. Michaelis (Diarii, fol. 192; cf. Cicogna E. A., in Memorie dell'Istituto Veneto, IX, 1861, pp. 395-396), et Anonymi relatum ab H. de Geymüller (op. cit. p. 351), quo dicitur vita functus Romæ 1 Julii 1515 octogenarius et amplius.

Controvertitur adhuc utrum Jucundus franciscanus an dominicanus fuerit. Ut nonnulla de hac quæstione dicamus, etsi Sbaralea plus æquo deprimat auctoritatem Onuphrii Panvinii (1529-68) veronensis, viri eruditissimi, et Georgii Vasarii (1511-74), qui non accepit a Panvinio fortasse ei ignoto, cuius opus prodiit primum a. 1621, sed præcipue, ut ipse testatur (vol. I° p. 3ª Vit., ed. a. 1568, p. 249) a Marco Medice (1517-83) veronensi, Ord. Præd., viro multiplici doctrina illustri; e contra nimium deducat ex silentio Leandri Alberti, qui quum in *Descrittione d'Italia* Jucundum non nominet, eius notitia probabiliter caruit, in libro autem de viris illustribus sui Ordinis nullos litteratos vel artifices memorat; tamen, nisi cum Poleno, Temanza, Milanesio, Carinio admitti velit Jucundum utramque religionem diverso tempore professum esse, sententia statuens eum franciscanum fuisse alteri præferenda videtur, etenim et in litteris patentibus Caroli VIII datis ex Ambasia die 29 Januarii 1497 (st. c. 1498) Jucundus dicitur *religieux de lordre saint francoys* (État des gages des ouvriers italiens employés par Charles VIII publié par Anat. de Montaiglon, in Archives de l'art français, I, Paris 1852, p. 116). Adversarii duo alia opponunt: 1. quod, ut narrat, certe ex authenticis Regestis, Henricus de Sauval (Histoire et Recherches des antiquités de la ville de Paris, I, Paris, 1724, p. 230), cuidam conventui Parisiis habito a. 1500 pro constructione pontis Nostræ Dominæ adfuerit *frere Jean Joyeux Religieux Jacobin*, idem absque dubio ac Joannes Jucundus; 2. quod in palatio civico veronensi « *La Loggia* » insculpta extet imago viri habitu dominicano induti, librum epistolarum Plinii in manu habentis, quæ nemini nisi Jucundo convenire possit. Sed quoad primum neque in Sauvalii historia, eius editioni præmortui a. 1669 vel 1670, neque in aliorum documentum refertur, imo Jucundus *Cordelier* absolute dicitur non solum a Nicolao Bonfons (Les Antiquitez Croniques et Singularitez de Paris par Gilles Corrozet augmentees par N. B., Paris 1586, fol. 150 verso), Jacobo du Breul (Le Theatre des antiquitez de Paris, Paris 1612, p. 244), Le Maire (Paris ancien et nouveau, III, Paris 1685, p. 393), sed etiam a Michaele Felibien (Histoire de la ville de Paris, Paris 1725, II, p. 898), qui, ut in præfatione affirmatur, Sauvalii autographum manibus quatuor annos versavit in usumque suum convertit; quoad alterum, non satis dignoscitur cuiusmodi sit viri vestis, ita ut nonnulli negent eam esse dominicanam. — Animadvertendum est Lucam Paciolum haud recte a Sbaralea dici ferme Jucundi præceptorem, quum ex Pacioli testimonio (fol. 31 editionis venetæ Euclidis a. 1509, non autem 1508 quæ non extat) hoc tantum constet Jucundum adfuisse præfationi in quintum Euclidis ab eo solemniter habitæ in veneta divi Bartholomæi æde a. 1508 die 11 augusti.

Jucundus, cuius prima collectanea epigraphica ad annos 1478-84 referenda sunt, suam syllogen, quæ in duas partes dividitur, ter ordinate recensuit. Recensio prima est ea, quam non ante a. 1488 exeuntem, ut ex uno vel altero titulo apparet, absolutam, dicavit duabus epistolis Laurentio Medici ante diem 19 septembris 1489, qua prodierunt primum Angeli Politiani Miscellanea. Repræsentatur plenissime codice, autographo auctoris, CCLXX bibliothecæ Capituli veronensis, olim Scipionis Maffeii. Secunda recensio cum epistolis fere iisdem sed inscriptis *Ludovico* de Agnellis Consentino archiepiscopo (16 oct. 1497-3 nov. 1499), quæ legi possunt apud A. F. Gorium (Inscriptiones antiquæ in Etruriæ urbibus extantes, pars 3ª, Florentiæ 1743, pp. 39-45), meliore ordine digesta, male repetitis et minimi momenti pluribus imminuta, appendice urbanarum inscriptionum aucta, exhibetur codice olim Franc. Marmii nunc magliabechiano Cl. XXVIII n. 5, et ipso autographo auctoris. Tertia recensio nemini dedicata, præparata exeunte sec. XV, absoluta a. fere 1502, syllogen continet ad codicem veronensem quasi exactam, sed cum ampla et varia appendice tota nova inscriptionum diversis locis exceptarum. Optima eius exempla sunt codex venetus marcianus Lat. Cl. XIV n. CLXXI, olim Apostoli Zeni, mutilus quidem octo extremis foliis, sed unicus qui forma originaria eam exhibeat, et venetus Cicognæ (nunc n. 2704 musei Correr) scriptus c. a. 1502. Præter has recensiones Auctarium quoque extat absolutum a. fere 1507, quod servatur codice Ashburnhamiano 905 bibliothecæ Laurentianæ, forma et scriptura simili veronensis. — Conferantur Theod. Mommsen, Corpus inscriptionum latinarum, vol. III p. I, Berolini 1873, p. XXVII, vol. V p. II, ib. 1877, pp. XVIII-XIX, vol. IX vel X, ib. 1883, pp. XLVI-XLVII; Gul. Henzen, eiusdem operis vol. VI p. I, ib. 1876, p. XLIV; Jo. Bapt. De Rossi, Inscriptiones christianæ urbis Romæ, vol. II p. I, Romæ 1888, pp. 395-401; Isid. Carini, Sul codice epigrafico di Fra Giocondo recentemente acquistato dalla Biblioteca Vaticana (*nunc ms. Vat. Lat. 10228*), in Dissertazioni della Pont. Accademia Rom. di archeologia, Serie II Tomo V, Roma 1894, pp. 219-282.

Editio *epistolarum Plinii* anni 1498 prodiit Bononiæ per Benedictum Hectoris, non autem Venetiis per Aldum Manutium, easdemque epistolas continet quas neapolitana Matthiæ Moravi a. 1476, romana Eucharii Silberi a. 1490, in novem libros item distributas, correctas vero per Philippum Beroaldum. Quæ Jucundo aliquo modo debetur, est aldina a. 1508, in 8, ex antiquissimo et correctissimo exemplari præcipue expressa, prioribus longe emendatior et auctior, decem libros complectens. En verba, quibus Aldus in epistola ad Aloisium Mocenicum huic editioni præmissa Jucundi de ea meritum patefacit: *Sed tibi in primis habenda est plurima gratia Inclyte Aloisi, qui exemplar ipsum epistolarum reportasti in Italiam, mihique dedisti, ut excusum publicarem. Deinde Jucundo Veronensi Viro singulari ingenio, ac bonarum literarum studiosissimo, quod et easdem Secundi epistolas ab eo ipso exemplari a se descriptas in Gallia diligenter ut facit omnia, et sex alia volumina epistolarum partim manu scripta, partim impressa quidem, sed cum antiquis collata exemplaribus, ad me ipse sua sponte, quæ ipsius est erga studiosos omneis benevolentia, adportaverit, idque biennio ante, quam tu ipsum mihi exemplar publicandum tradidisses. Exeunt igitur hæ Plinii epistolæ in manus literatorum et tua et Jucundi nostri in illos benevolentia, emendatissimæ.... Addito etian Julii obsequentis libro de Prodigiis, quem mihi Jucundus meus iucundissimus dono dedit, ut una cum aliis in hoc volumine imprimendum curarem.* Hæc editio repetita est, eadem voluminis forma, Parisiis in ædibus Ægidii Gormontii et Hemonis Le Febure a. 1511, Florentiæ opera et sumptu Philippi Juntæ a. 1515 (editio florentina a. 1508 non extat), Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Asulani soceri a. 1518.

M. Vitruvium Jucundus bis edidit, secundo revisum meliusculumque factum, cum figuris prioris editionis sed multo minoribus, Florentiæ sumptibus Philippi de Giunta a. 1513 in 8, addito *Frontini libro de aquæductibus urbis Romæ* multum aucto multumque in melius reformato, dicans utrumque opus duplici epistola Juliano Medici Leonis X fratri. Juxta editionem a. 1513, emendatis dumtaxat erroribus qui in ea ad calcem notantur, dempta tamen altera dedicationis epistola, iidem auctores recusi sunt Florentiæ per hæredes Phil. Juntæ a. 1522 in 8; ex qua editione, nonnullis aliis figuris in Vitruvium aliunde insertis, prodierunt etiam sine loci et typographi indicio a. 1523 in 8. Figuræ editionis a. 1511 adhibitæ sunt in editionibus Vitruvii italicis impressis Venetiis in fol. *in le Case de Joanne Antonio et Piero Fratelli da Sabio* a. 1524, et *per Nicolo de Aristotele detto Zoppino* a. 1535. Cf. Polenum tum in op. cit., pp. 23-27, 33-34, tum in Frontini editione patavina a. 1722, p. 22. — Notanda hæc Jucundi verba in fine epistolæ ad Julium II: *Scripsi tamen de architectura et de mathematicarum disciplinarum usu: ac tractatione: multa: sed nondum elaborata nondumque satis perpolita: ut copia: et raritate: et operum varietate: et doctrina: nemini qui de harum rerum usu scripserint: cessurus sim: si mihi illud suppeteret otium: quod maxime negociosum esse studiosis solet:....*

Nullo documento nititur Jucundum *Frontini Strategemata* correxisse et publicasse, neque in opere de historicis latinis id testatur Ger. Jo. Vossius, quum libro 3° (non vero 5°, qui nullus est) cap. XII (p. 671 alterius editionis a. 1651 priore duplo auctioris) hæc tantum habeat: *Debemus ei editionem accuratiorem Cæsaris: uti et Vitruvii, et Frontini*, agens autem eiusdem libri p. 4ª c. I (pp. 737-38 cit. edit.) de Frontini Strategematis, nominet tantum editionem bononiensem a. 1495 a Philippo Beroaldo castigatam.

Scriptorum

Digitized by Google

Scriptorum de re rustica editionem Jucundus Leoni X nuncupavit præfatione data Venetiis idibus Maii 1514, dicens se rerum rusticarum studiis semper esse incredibiliter delectatum. Teste Aldo in priore ad lectorem epistola primus fuit, qui librum *de arboribus*, tertium antea librorum Columellæ ad Sylvinum, non adnumerandum iis deprehendit. Jam ab a. 1510 Columellam correxisse videtur ex epistola Andreæ Navagerii ad Jo. Bapt. Ramusium data die 20 Decembris eiusdem anni, extante in cod. marciano CXLIII Cl. X in qua eum hortatur *a conciare il suo Columela con quel di fra Giocondo* (Cicogna E. A., Iscrizioni Veneziane, II, Venezia 1827, p. 320). Judice Jo. Matthia Gesnero (Scriptores rei rusticæ, Lipsiæ 1735, I, p. XLIV) Jucundi textum sequuntur editio a. 1528 sine loci nota in 8, et editiones impressæ Parisiis pro Jodoco Badio Ascensio a. 1529 in fol. et Venetiis in ædibus hæredum Aldi et Andreæ soceri mense decembri 1533 in 4.

C. Julii Cæsaris Commentarii per Jucundum emendati, quinque figuris earumque explicationibus sed nullis aliis notis illustrati, prodierunt Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri a. 1513 mense aprili, item mense novembri 1519, in 8, non autem a. 1517; figuris nonnihil mutatis, Florentiæ ex officina Philippi de Giunta a. 1514 mense augusto in 8, ad quam editionem expressa est iunctina a. 1520. Editiones basileensis a. 1521 et parisiensis a. 1543 præter figuras textum aliquantum diversum exhibent.

In editione vulgata opusculi, excerpti ex Aurelio Victore, *de vita et moribus imperatorum romanorum* cum scholiis Andreæ Schotti (quæ accedit *Historiæ Romanæ Breviario* eiusdem Victoris edito Antuerpiæ ex officina Christoph. Plantini a. 1579) p. 64 sic ait Schottus: *ut et Veronensis editio longe optima, quam ego omnium primam typis editam fuisse opinor; a Jo. Jucundo.... erutam.* Hanc editionem nullus bibliographus indicat, et Jo. Bapt. Car. Giuliari (op. infra cit., p. 242 et 343) male suspicatur eamdem esse ac descriptam ab Hain in suo Repertorio ad num. 13117, quum hæc eiusmodi opusculum non contineat. Attamen quod illud ediderit Jucundus videtur negari non posse ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici (Supplement. London 1900), ubi ei tribuitur editio quæ prodiit opera Asceniana (*sic*) apud Parrhisios a. 1504 in 8.

In *Nonii Marcelli Compendiis*, Venetiis excusis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri a. 1513 mense Novembri in fol. simulque cum Nicolai Perotti Cornucopiæ editis, tertia fere pars, ut dicitur in titulo generali, non ante impressa, addita est labore et diligentia Jucundi, qui in Gallia Nonium cum antiquis contulit exemplaribus. Ut apparet a Jucundi epistola ad Aldum Manutium data Roma die 2 Augusti 1514, edita ex eius autographo (ms. Vat. Lat. 4104, fol. 50) a P. de Nolhac (Les correspondants d'Alde Manuce. Rome 1888, pp. 94-96), curam suam item adhibuit Jucundus in *Pompeio Festo*, qui in eadem editione a. 1513 Nonium præcedit. De *Sallustio* etiam bene meritus est, quum huius auctoris editio aldina a. 1509, testante ipso Aldo in epistola præmissa ad Bartholomæum Livianum, ex duobus antiquissimis exemplaribus e Lutetia Parisiorum a Jo. Lascaris et Jocundo Veronensi in Italiam ad ipsum allatis emendata prodierit. Pompeius Festus et Nonius Marcellus cum Nic. Perotti Cornucopiæ iuxta editionem a. 1513 iterum ibidem impressi sunt a. 1526.

Ex cod. ms. servato Tarvisii in bibliotheca civica typis prodiit: *Sulla Brentella Canale per la Irrigazione dell'alto Agro Trevisano Relazione inedita di Fra Giocondo* con prefazione del Prof. Luigi Bailo. Oderzo, Bianchi, 1882. Oblata est senatui veneto a. 1507. Teste J. B. C. Giuliari (opere infra notato) tribuitur ei etiam quoddam scriptum *de mensuris* et *ponderibus Romanorum*, quod fortasse nunc deperditum sit.

Consulantur: Federici Dom. M., Convito Borgiano voll. 3 (Biblioteca Comunale di Treviso, Mss., n. 184); Tiraboschi G., Storia della letteratura italiana, Milano 1822-26, t. VI p. I, 188 e 300-301, p. III, 1714-1723; Marchese V., Memorie de' più insigni pittori, scultori e architetti domenicani. 4ª ediz. accr., Bologna 1878-79, II, 187-229; Bullettino di arti, industrie e curiosità veneziane dir. da G. M. Urbani de Gheltof, A. I, 1877-78, 6-7, 24-25, A. II, 1-4, 33-39; Giuliari G. B. C., Della letteratura veronese al cadere del sec. XV e delle sue opere a stampa, Bologna 1876, 237-244; Marinelli L., Fra Giocondo, in Rivista di artiglieria e genio, II, 1902, 16-43; Orti Manara G. G., Dei lavori architettonici di frà Giocondo in Verona, Verona 1853; Marinelli L., La Loggia del Consiglio in Verona, in Rassegna d'arte, Aprile 1902, 59-62; Müntz E., Histoire de l'art pendant la Renaissance, II, Paris 1891, 431-437; Vitry P., Michel Colombe et la sculpture française de son temps, Paris 1901; Pastor L., Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters, IV B., I A., Freib. im Br. 1906, 541; De Geymüller, Cento disegni inediti di architettura d'ornato e di figure di Fra Giocondo. Firenze 1882.

* JOANNES JULIANI = V. *Anonymus* CCCXCIV.
* JOANNES IVO MAGISTRI = V. *Ivo Magistri.*

MMCCLXII.

JOANNES KOMORROVUS Polonus an. 1521. erat *Minister* 2. provinciæ Poloniæ, ut in 2. epitaphio B. Joannis de Dukla apud Waddingum in Annal. Min. ad annum 1484. num. 29.; scripsit autem

Brere Memoriale Ordinis Fratrum Minorum, maxime Rectorum ipsius Ordinis, ut apud Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 18. Julii de B. Simone a Lipnica, in quo texuit *Historiam Ordinis Minorum* usque ad annum 1535., quo vivendi finem fecit, extatque adhuc ms., teste Benedicto XIV. *in Actis, et Decretis in causis Beatific. et Canoniz.* etc. Decr. XIII. cap. 3.

Chronica prov. Poloniæ citantur a Bartholomæo Cimarella 4. par. Chron. S. Francisci lib. 3. cap. 27. 30., ac 32.; lib. 4. cap. 35., ac 37.; lib. 5. cap. 28. 29., ac 56.; lib. 7. cap. 50.; lib. 9. cap. 1.

Tractatus cronice fratrum Minorum observancie tempore Constanciensis concilii et specialiter de provincia Polonie (usque ad a. 1503), scriptus circa a. 1512, editus est, imperfecte quidem, ab Henr. Zeissberg in Archiv für österreichische Geschichte, to. XLIX (Wien 1872) pp. 314-425. Ms. originale servatur Cracoviæ in bibliotheca Universitatis.

Memoriale Ordinis Fratrum Minorum ex ms. originali ediderunt Xav. Liske et A. Lorkiewicz in Monumenta Poloniæ historica, V (1888) p. 64 sqq. De eo agit præcipue K. Eubel in Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft, X (1889). pp. 376-89.

Non obiit a. 1535, sed fortasse anno sequenti.

MMCCLXIII. 1173.

JOANNES KRANEMAN = cujus

Apologia, seu Defensorium pro se ipso incipit: *Multi famosi viri:* et directa est contra Joannem de Indagine Carthusianum Teutonicum, qui juxta catalogum Operum illius apud Possevinum in Appar. sac. v. *Joannes Hagen* scripsisse dicitur *contra Joannem Kanneman libros* 2.; qua de causa nondum comperi; forsan in causa schismatis Concilii Basileen., ac de potestate Concilii Generalis.

De passione Domini incipit: *Egredimini filiæ Sion,* ex Joan. a S. Auton. to. 2.

De potestate Papæ quoque scripsit, teste Dupino apud Moreri in Dictionario Gall. De eo scribit Trithemius in Scriptor. Eccles., dicitque *Jo: Kanneman* apud Waddingum in Annal. ad an. 1460. num. 32.

Passio Johannis Kanneman Sacre theologie Profess. Ordinis minorum... plenam scripturarum redolens suavitatem prodiit absque ulla nota in 4 Norimbergæ exeunte sæculo XV impressa per Petrum Wagner. Cf. Hain. Repertorium bibliogr., n. 9759; Proctor, An Index, n. 2258.

MMCCLXIV.

JOANNES KYNTON Anglus Min. Conv. sac. Theolog. Doctor, qui an. 1502. memoratur in literis Alexandri VI. dat. 3. idus Junii ex Ind. Bullarii Seraph. Petri de Alva, et Astorga num. 27., Oxonii ad plures annos in Collegio Magdalenen., mox ab Academia D. Margaretæ Professor nuncupatus scripsit

Tractatum contra Lutherum, et *alia:* sepultusque est in Collegii Dunelmensis, quod nunc Collegium

Digitized by Google

legium Trinitatis est, Sacello; et ejus tumulo etiamnum superest hæc inscriptio: *Obiit Johannes Kynton Frater Minor sacræ Theologiæ Professor* XX. *Jan.* CIↃDXXXV., ut refert Ant. Wood in Hist., et Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 6. pag. 192., qui et ejusdem meminit lib. 1. pag. 247. sub an. 1521., et in Catalogo Professorum D. Margaretæ lib. 2. pag. 33. de eo ait: *tantæ is eruditionis habebatur, ut eorum de numero fuerit, quos Lutherum impugnare voluit Academia.*

De eo plura A. G. Little (The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, pp. 268-69), qui tamen nullum opus ei tribuit.

MMCCLXV. 1174.

JOANNES LAGRENUS Conv. sac. Theol. Professor, provinciæ S. Bonav. alumnus.

Sermones S. Augustini ab eo castigati, ac Tabulis locupletissimis adaucti emendatiores prodierunt Lugduni an. 1520. tomis 3. in 4. apud Jacobum Mareschal.

Moralia D. Gregorii M. ab eodem castigata, adjectis non paucis Bibliæ concordantiis, additionibus margineis, ac duplici tum materiarum, tum sententiarum directorio, cusa sunt ibidem anno 1546. in 8. typis Jacobi Giuntæ ex Ind. Bibliothecæ S. Francisci Ferrariæ.

Sermones Petri ad Boves vulgavit Lugduni an. 1520. ex eod. Ind.

Castigavit 4. *librum Senten. Richardi Mediavillæ, adjectis tribus indicibus, et notis margineis* impress. anno 1512. mense Julii in 4. m. sine loco editionis, quæ extat Romæ in Biblioth. Conv. SS. XII. Apostolor.; sed cum in ea appelletur *Fr. Joannes Lagrenus Labinius Regul. Observ.*, judicent alii an idem sit, et ex uno ad alterum Institutum transierit.

Eodem tempore florebat et *Nicolaus Lagrene* forsan ex eadem familia, locove, Abbas S. Joannis Ambianensis Episcopus Ebronensis, et Suffraganeus Francisci de Hallain Ambianensis Episcopi, vita functus an. 1540. kal. Junii ex nova Sanmarth. Gallia Christ. to. 3. col. 155., ubi dicitur fuisse et Abbas Montis S. Martini Cameracen., de quo et to. 10. in Episc. Ambianen. num. 69.

Divi Augustini Sermones. Lugduni in edibus Jacobi Mareschal, 1520, par. 3 in 4. Quid Lagrenus ad hanc editionem (quam vidi in biblioth. Angelica) præstiterit, non apparet. Adest quidem eius epistola ad lectorem, sed tota est in commendationem operis.

Sancti Gregorii Magni :... liber Moralium in beatum Job : singulari sagacitate consummataque opera per capitula distinctus : sententiarum summarie : Biblie concordantie iterum emendate : voluminique adiecte : in cuius calce Sententiarum sacre scripture candide explanationis index. Principium vero materiarum indicat alphabeticum inuentarium. Que omnia visit : castigauit et vbi opere precium visum est nonnulla adiecit frater Joannes Lagrenus minor humilis Theologie professor. Lugduni labore Jacobi Mareschal a. 1518 XII Februarii, in 4. (In Casanatensi).

Sermones Fr. Petri ad Boves, quotquot invenire potuit, ex variis exemplaribus in unum congessit, edendosque diligentissime curavit; qui impressi sunt a. 1520 in ædibus Jacobi Mareschal 3 part. in 8, cum Lagreni epistola ad F. Philippum Luillier provinciæ S. Bonaventuræ ministrum data Lugduni in cœnobio divi Bonaventuræ septimo Kalendas martias. Extant in Vallicellana.

* JOANNES DE *LAS LLAGAS* = V. *Joannes a Plagis.*

MMCCLXVI. 1175.

JOANNES LATHBURIUS = cujus Opus *In Lamentationes Jeremiæ Prophetæ lib.* 1. extat ms. Oxonii in Biblioth. Collegii Mertonen., Lincolnien., Sienen., et omnium Animarum hoc titulo: *Joannis Lathbury Ordinis Minorum expositio, et moralizatio Threnorum Jeremiæ*, quam complevit anno 1406., et vulgata est typis an. 1482. in fol.

Lecturæ morales Joannis Lathbury incip. *In nomine Patris, et Filii* etc. habentur ms. Oxonii in Biblioth. Collegii Exonien. cod. 42. n. 842. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 662., quas Oudin to. 3. Comment. ad an. 1400. idem Opus esse censet cum superiori *Expositione Threnorum Jeremiæ;* sed ex initio utriusque Operis constat esse diversum, et forsan sunt, quas *Lectiones Scripturarum* appellat Waddingus, cum appareat, hunc virum omnia *ad morum scientiam* vertisse.

Distinctiones Theologiæ in ms. Cantabrigen. Domus S. Petri cod. 96. titulum ferunt: *Joh. Lathbury distinctiones*, sive *Alphabetum morale*, uti notavit cit. Oudinus; qui admonet haberi etiam in Biblioth. Jacobæa ms. cod. 517. *Johannis Lathbury Distinctiones:* in Biblioth. vero Collegii Oxonien. cod. 20. ms. hoc titulo: *Joh. Lathbury Doctoris Theologiæ Ordinis Fratrum Minorum Loci communes;* quod idem Opus ipse existimat; et ex Catalogo Monfaucon t. 1. pag. 662.

Tractatus de luxuria Clericorum extat ms. in 4. in Biblioth. Bodlejana ex Catalogo illius Bibliothecæ publicato pag. 260. De eo agit et Joan. a S. Anton., et Dupinus sec. XV., qui perperam scribit, Opera hujus viri excidisse.

Expositio ac moralisatio Threnorum Jeremiæ prophetæ seu *Liber moralium super Threnos Jeremiæ prophetæ* (idem probabiliter cum *libro commentariorum* in eundem, qui nullibi sub Jo. Lathburii nomine reperitur, a Lelando non refertur, cuiusque principium nemo indicat) prodiit impressus an. 1482 ultima die Julii sine loci et typographi notis Oxonii typis Theodorici Rood. In hac editione rarissima et pretiosa, cuius integrum exemplar membranaceum extat in bibliotheca Vaticana, incipit, ut etiam in aliquibus mss.: *In nomine Patris* etc. *Juxta morem modernorum.* Servatur ms. sec. XV Cantabrigiæ in Domo S. Petri (Montague Rhodes James, A descript. Catalogue of the mss. in the Library of Peterhouse, Cambridge 1899, ms. 23) et in Collegio Caio-Gonvillensi (Idem, A descript. Catalogue of the mss. in the Library of Gonville and Caius College, I, Cambridge 1907, ms. 57). Ex Henrici O. Coxe Catalogo codd. mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur (Oxonii 1852) neque in collegio Omnium Animarum neque in collegio Ænei Nasi nunc reperitur ms., sed tantum in Mertonensi cod. CLXXXIX, Lincolniensi cod. LXVI, et Exoniensi cod. XXVII, qui ultimus procul dubio idem est ac indicatus a B. de Montfaucon sub titulo *Lecturæ morales* et a Sbaralea putatus continere opus diversum. Quoad ms. ab eodem collegio Sienensi Oxoniensi tributum, quum huius nominis collegium numquam Oxonii extiterit, puto illum non esse diversum a ms. 9 bibliothecæ Sionensis Londiniensis notato in op. Catalogi libr. mss. Angliæ et Hiberniæ in unum collecti, Oxoniæ 1697, t. 2, par. 1, pag. 106, ad n. 4073.

Apud Coxe, op. cit., in recensione codd. mss. collegii Exoniensis non indicatur *Joh. Lathbury... Loci communes*, at sub num. XXVI eiusdem *Distinctionum liber theologicarum ordine alphabetico dispositus* incipiens *Abstinendum est* etc.

De luxuria clericorum quæ extant in Bodleiana dicuntur extracta ex tractatu homonymo et ex mss. Exoniensibus; haud improbabiliter sunt partes libri *Distinctionum theologicarum* vel alius operis. — Idem etiam dicendum videtur de opusculo *De timore et amore Domini* etc. *secundum Johannem Lathbury, Thomam de Alquino.... aliosque*, quod ms. sec. XV servatur Oxonii in collegio b. Mariæ Magdalenæ (Coxe, op. cit., par. II cod. XCIII, ff. 159-160).

In *Expositione Threnorum* cap. 106 auctor quoddam mirabile factum enarrans testatur *an. 1343 in capitulo provinciali Londoniis celebrato et eciam Oxonii pluribus vicibus prius et post in studio secum commoranti* fratrem Hermannum de Colonia *fratri Johanni de Latthebury* retulisse illud viva voce. Quam narratiunculam A. G. Little censet (The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, p. 235) nostro auctori factam, hinc deducit eum circa medium sæculum XIV claruisse, subscriptionem

Digitized by Google

subscriptionem autem codicis Mertonensis CLXXXIX supra citati « *explicit secundum alphabetum et sic totum opus est completum a. D. millesimo cccc. sexto* » qua tantum innixi Baleus et alii auctorem nostrum eo anno floruisse tradiderunt, ad codicis scriptionem, non vero ad operis compositionem, referendam esse. Adstipulandum eius sententiæ videtur, etsi a Baleo (Index Britanniæ Scriptorum quos ex variis bibliothecis non parvo labore collegit Joa. Balæus, Oxford 1902, p. 225) ex quodam Minoritarum Registro duo alii homonymi, attamen non doctores, indicentur, alter Radingæ defunctus an. 1362, alter Northamptonæ an. 1375.

MMCCLXVII.

JOANNES A S. LAURENTIO, quem Monumenta mss. provinciæ Coloniensis Min. Conv. fol. 75. Coloniensem dicunt, concionatorem eximium, et *diversorum librorum* autorem.

MMCCLXVIII. 1176.

JOANNES A S. LAURENTIO = cognomine *de Marignollis a S. Laurentio* nobili familia nunc extincta Florentiæ genitus ob insignia virtutum suarum merita, doctrinæque præstantiam an. 1354. factus est Episcopus Bisinianensis in Calabria ab Innocentio VI., ad quem anno 1356. a Republica Florentina Avenionem Legatus pro Malatestis, eorumque causa componenda insequenti anno Bononiæ degens *Indulgentias* concessit Ecclesiæ S. Mariæ de Misericordia nuncupatæ et propria autoritate, et Archiepiscopi Nazareni Richardi Minoritæ, cujus se vices gerere testatur in charta concessionis, quam refert Torellus Sec. Augustin. sub eo anno 1357. Plura eum scripsisse verisimile est; tamen ejus tantum celebrantur duo *Opuscula* italico hetruscoque sermone eleganti, nempe

Historia S. Onuphrii; et

Acta Apostolorum: quorum autoritate utuntur scriptores *Vocabularii Florentini* vulgo *della Crusca,* ut uno ex autoribus linguæ elegantis italicæ.

Tractatus Fr. Joannis de Marignollis olim Bibliothecæ Dom. de Guadagnis Florentini nunc amplius ibi non haberi dicitur. Neque hunc autorem alium puto ab illo *Joanne Florentino* Philosopho, et Theologo, rerumque antiquarum diligentissimo indagatore, quem paulo ante Waddingus ait collegisse

Historiam sui Ordinis, quæ ms. habebatur Florentiæ in Cœnobio S. Crucis Min. Conv., cujus hic erat alumnus.

De Canonizatione S. Francisci quoque scripsisse illum tradit; quod habet et Pocciantius in Scriptor. Florentin., et ex eo Possevinus in Appar. sac. v. *Joannes Florentinus.* Sane in Biblioth. S. Crucis Florent. scam. 20 versus claustrum num. 630. extabant mss. *Chronica Gestorum B. Francisci, et sociorum ejus usque ad tempora moderna;* quod Opus nunc desideratur; et an ad istum *Joannem* pertineat scriptorem, judicabunt ii, quibus licuerit eos codices evolvere. Florebat quidem eodem seculo alius *Fr. Joannes Florentinus* anno 1338. a Benedicto XII. ad Magnum Tartarorum Cham, seu Imperatorem legatus cum aliis tribus Minoritis, quem ferunt ab eodem Imperatore honorifice acceptum potestatem ubique Christi fidem evangelizandi iis in partibus obtinuisse, multos ad Christum convertisse, et Ecclesias, Cœnobiaque plura erexisse ex Chron. antiquis apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Fran. par. 2. lib. 8. cap. 45., et Waddingi Annal. Min. ad eum annum num. 10., et seqq., sed scriptoris prærogativa effulsisse non dicunt.

Opusculum italicum Flosculorum S. Francisci, quod sine nomine autoris circumfertur, hujus autoris Florentini Opus esse censeo, ducorque pluribus conjecturis, primum ex tempore, cum autor cap. 47. scribat suis temporibus floruisse *B. Joannem Alvernicolam,* quem constat decessisse an. 1322.; et cap. 44. scripserit se quædam habuisse a *Fr. Hugolino,* quem suo loco adnotavi ex hac vita migrasse post an. 1322. Deinde ex stylo eleganti hetrusco, cum libro eo utantur autores Vocabularii Florentini, italicique, vulgo *della Crusca* ad linguæ italicæ puritatem constabiliendam; postremo ex pervetusto hujus Opusculi codice ms. a me Bononiæ apud nostros inspecto, cujus in fine hi versus habentur:

« O Confessor Francesco benedetto
« Risguarda il tuo servo Zohanne,
« Che ha scritto tuo Fioretto:

quos tamen versus non ab autore hujus Opusculi factos crediderim, sed ab exscriptore, vel aliquo alio additos. *Flosculi S. Francisci* incip. *E prima da considerare, che lo glorioso mess. Santo Francesco in tutti gli atti della vita soa fu confermato a Xpo* etc.: et finiunt: *che per virtù delle sue stigmate gloriose noi meritiamo d'esser salvati in Paradiso ad laude di Xpo, e gloria sua. Amen. E compiuto fu lo presente libro per me Jacomo Andrea fo de S. Thomado da cha da buora nel* MCCC.XXXVIII. *a di* VIII. *Marzo:* extat ms. in 4. in Cœnobio S. Franc. Roccæ Contradæ in Piceno post *Regulam Fratrum Minorum* italice factam, et post *Vitam S. Francisci* a D. Bonaventura compositam, quæ absque proœmio incipit: *Uno huomo fu nella cita d'Ascesi, lo qual ebbe nome Francesco, la memoria del quale è in beneditione:* et desinit in ejus morte: *rendendo testimonianza della gloria del Santo loro Padre, il quale spesso usara d'amaestrargli, e riducerli a laudare, e magnificare lo creatore. Amen.* Deinde sequuntur Flosculi supradicti, in quibus abrasæ sunt tres paginæ, ubi nimirum agitur de *Capitulo Storearum* an. 1219.: post hos additur *Testamentum S. Francisci* italice; quæ omnia cum sint ejusdem sermonis, styli, et characteris, verisimile est, esse etiam ejusdem autoris. *Flosculi S. Francisci* prodierunt primum Venetiis an. 1480 in 4. ex Orlando de Orig. et progr. Typogr. par. 2. pag. 333., typis Nicolai Girardengi; et 1484. in 4. per Andream Benetti ex Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 24.; deinde Perusii an. 1481. per Stephanum Arns. *Vita, e Fioretto di S. Francesco* prodiit Mediolani an. 1495. in 4. per Scenzeler cum prologo correctoris anonymi ex to. 1. Scriptor. Mediolanen. pag. 598. Iterum typis dati sunt *Flosculi* an. 1509., et 1542. Neapoli in 4 apud Matthæum Canze; anno vero 1541. in 8. Venet. per Franciscum Bindoni, et Mapheum Pasini castigati ab Octaviano Joannini a Capugnano, tandem novissime a cl. v. Philippo Bonarota Senatore Florentino emendatiores Florentiæ an. 1718. in 4. Conflatur *Opusculum* capitibus 52.; postea sequitur *tractatus de Stigmatibus B. Francisci.* In Speculo exemplorum dist. 7. habentur *Actus B. Francisci* latine capitibus 41. comprehensi, et scripti post an. 1322., cum in eis memoretur B. Joannes Alvernicola, et cap. 16. dicat autor, se ab ore Fr. Hugolini de Monte S. Mariæ habuisse Historiam de Stigmatibus S. Francisci.

Vita S. Joannis Baptistæ italico idiomate cum habeatur post *Flosculos* memorati codicis Bonon. eodem

Digitized by Google

eodem stylo, et charactere, ejusdem autoris Opus existimo, qui totus erat in SS. Vitis, et gestis describendis.

Agunt de hoc viro Ughellus to. 1. Ital. sac. in Bisinian. Episc. n. 12., Waddingus in Annal. Min. ad an. 1354, et Julius Niger in Scriptor. Florentinis.

** Fuit et alter *Joannes Florentinus* filius Joannis Inquisitor in Tuscia an. 1398., Theologus in Concilio Pisano, et Florentino, suæ provinciæ Minister an. 1411, et Decanus Universit. Florent. an. 1433.; quem Cerrachinus putat esse illum Jo: *Florentinum,* de quo Wadd. an. 1411. n. 5.**

Joannes de Marignollis auctor est etiam cuiusdam *Chronici Bohemorum*, in quo sui in Orientem itineris relationem inserens unum eumdemque se declarat cum Joanne de Florentia legato a Benedicto XII ad Magnum Tartarorum Chamum. Huiusmodi *Chronicon* extat ms. sæc. XIV-XV Pragæ in Publica bibliotheca, ms. sæc. XV sed non integrum Venetiis in Marciana (cf. Valentinelli Jos., Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum, t. IV, Classis XXII cod. 145, ff. 243-263); præmissis autem observationibus editum est a. 1768 a Gelasio Dobner (Monumenta historica Bohemiæ nusquam antehac edita, II, pp. 68-282), et a. 1882 emendatius a Josepho Emler (Fontes rerum Bohemicarum, III, pp. 487-604). Quidquid ad Joannis iter attinet, e *Chronico* excerptum latine retulit, pæne totum, Angelus de Gubernatis (Storia dei viaggiatori italiani nelle Indie Orientali, Livorno 1875, pp. 142-160), et ex eo Marcellinus a Civetia (Saggio di bibliografia geogr. stor. etnogr. sanfrancescana, Prato 1879, n. 383), docte vero illustratum dederunt germanice J. G. Meinert a. 1820 in Abhandlungen der kgl. böhm. Gesellsch. der Wissenschaften, VII (etiam separate editum), et Frid. Kunstmann a. 1859 in Historisch-politische Blätter von Philips und Görres, XXXVIII, pp. 701-719, 793-813, anglice Henr. Yule a. 1866 in op. Cathay and the way thither, II, pp. 311-394.

Opusculum « I Fioretti di S. Francesco » quum in opere latino « Actus b. Francisci et sociorum eius » quoad præcipuam et maximam partem reperiatur, non esse opus originale recentiores fere omnes admittunt; quisnam autem illud italice vulgaverit, adhuc nescitur, etsi hetruscus fuisse communiter et verisimiliter putetur. Cf. P. Robinson, Fioretti di S. Francesco d'Assisi, in The Catholic Encyclopedia, VI (New York 1909), pp. 78-79. Huius aurei libelli codices cum plerisque veteribus editionibus recensuit Aloisius Manzoni in libro « Di una nuova edizione dei Fioretti di S. Francesco secondo il testo di Amaretto Mannelli, Bologna 1881 (etiam in Miscellanea Francescana, IV, pp. 9-15, 78-84, 132-135). Omissis codicibus, ut promissis stemus (vide supra p. 385, v. Hugolinus de S. Maria), antiquiorum editionum indicem hic subiicimus:

a) sine ulla nota, 94 foll. in 4, cum titulo *Vita et miraculi de San francesco et soi frati et de Sancta chlara* et cum appendice 16 miraculorum, quæ in ceteris editionibus non extat (Hain, Repert. bibliogr., n. 7332; Pennino, Catal. ragion., I. n. 516; Reichling, Appendices ad Hainii-Copingeri Repert. bibliogr., II, p. 42, n. 525). Editio fortasse omnium prima, quum eodem charactere impressa sit, quo antiquissima Glossæ in Apocalypsim per Federicum Venetum Ord. Præd. italice compilatæ descripta a Copinger, Supplement to Hain's Repert., II, n. 3715, et notata a Proctor, An Index to the early printed books..., n. 6749;

b) sine ulla nota, 90 foll. in 4, probabiliter Mediolani excusa per Joannem Bonum c. a. 1475 (Pezzana, Due edizioni del secolo XV descritte, Parma 1830; Reichling, IV. p. 30, n. 1213);

c) *In uincenza in casa de misier pre lunardo longo.... nel* MCCCCLXXVI. *A di* XIII. *luio*, in 4 (Hain, n. 7324; Reichling, II, p. 172);

d) *Mcccclxxvij adi vj del mese de februario per magistro Antonio zaroto da parma in milano*, in fol. Simul cum Vita, italice versa, S. Francisci auctore D. Bonaventura et post eius capitulum 13um (Hain, n. 3574; Pellechet, Catal. des incunables des biblioth. publ. de France, II, n. 2708; Reichling, I, p. 107);

e) M.CCCC.LXXX. *adi xvii. del mes de Zenaro... in casa de mesere Philippo da Lauagnia cittadino de Milano*, in fol. Eidem Vitæ insertus (Hain, n. 3575; Reichling, I, pp. 107-108);

f) *in venexia In caxa de Magistro Nicolo girardengo da noue....* MCCCCLXXX. *A di.* XXIII. *de decembrio*, in 4 (Hain, n. 7325; Pellechet, III, n. 4810). Judice Antonio Cesari ex optimis mss. expressa;

g) *a Peruscia per Magistro Steffano arns de Hamborch.... M.cccc.lxxxi. adi. ii. de Julio*, in 4 (Hain, 7326; Pellechet. III, n. 4811; Reichling, V, p. 122);

h) *in uenetia per Bernardino di Benali da Bergamo: del Mcccclxxx.iiii. a di. xxii. de septembre*, in fol. (Prince d'Essling, Les livres a figures vénitiens. 1 Partie, Tome 1, pp. 283-284);

i) *in Uenetia per Andrea di boneti de Pauia. del Mcccclxxxiiii. a di. xxii. de nouembrio*, in 8 (Reicling, IV, p. 30, n. 1214);

k) *infirenze a di 26 di maggio 1489*, in 4, charactere gothico fortasse Jacobi Caroli (Hain, 7327; Pellechet, 4813; Reichling, II, p. 173);

l) *In Venesia nel mille quatrocento nonanta Adi quindexe del mese de Decembrio*, in 4 (Reichling, IV, p. 31, n. 1215);

m) *in Uenezia nel mille quatrocento nonantatre. A di vndeci del mese de zunio*, in 4 (Reichling, VI, p. 24, n. 1740; Prince d'Essling, ibid. p. 285);

n) sine ulla nota, 128 foll., in 4; editio certe Florentiæ impressa, et probabiliter per Bartholomæum de Libris c. a. 1494 (Catalogue des livres composant la biblioth. de M. Horace de Landau, Partie 1, Flor. 1885, p. 196; Reichling, I, p. 41);

o) *in Venetia nel Mille e quatrocento nonantacinque: a di quatro del mese de Nouembrio. Per mi Manfredo de monferra da streuo*, in 4 (Hain, 7328; Reichling, V, p. 122);

p) *in Milano per Magistro Ulderico Scinzenzeler a di primo de Decembre* MCCCCXCV, in 4 (Saxius. Hist. liter.-typogr. Mediolan. apud Ph. Argelatum, Biblioth. Script. Mediol., I, p. DXCVIII; Hain, 7329);

q) *In Firenze per Ser Laurenzo Morgiani Ad instantia di Ser Piero Pacini da Pescia Anno Salutis.* MCCCCLXXXXVII. *A di* XI. *di Giugno*, in 4 (Hain, 7330; Reichling, V, p. 122);

r) sine ulla nota, 46 foll., in 4; editio veneta anni fere 1500, fortasse indicata ab Hain ad n. 7323 (Copinger, II, n. 2573; Proctor, n. 5652).

Joannes de Marignollis obiisse videtur ante diem 22 Martii 1359: hac enim die electus est episcopus Bisinianensis Joannes Savellus (cf. Eubel, Hierarchia cath. medii ævi. I, p. 140). De eo agunt etiam: Palacky Fr., Würdigung der alt. böhmischen Geschichtschreiber, Prag 1830, pp. 164-172; Friedjung H., Kaiser Karl IV u. sein Antheil am geistigen Leben seiner Zeit, Wien 1876, pp. 218-225; Amat di S. Filippo P., Biografia dei viaggiatori italiani..., in Studi biogr. e bibliogr. sulla storia della geografia in Italia, I, Roma 1882, pp. 103-109; C. Raymond Beazley, Dawn of Modern Geography, III (1906) p. 142, 180-181, 184-185, 215, 236, 288-309.

MMCCLXIX.

JOANNES LAURENTIUS Hispanus insignis Theologus, et B. Virginis in primis devotissimus omnem operam navavit, insudavitque maximopere, ut conscriberet

Encomia, ac laudes B. Virginis Mariæ in testimonium suæ erga eam devotionis; ideoque et nobile martyrium pro Christi fide a Mauris Saracenis Hispaniam depopulantibus subire meruit an. 1390. Valentiæ, ejusque *Vitam* concinnavit Fr. Bartholomæus Eoyas provinciæ Aragoniæ Minister in *Cœlesti, ac mundiali machina* Regni Aragon., teste autore Supplementi ad Annal. Min. sub an. 1376. et 1390. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 177. male putavit Joan. Hispanum, de quo Melissanus ad cit. annum 1376., esse alium ab illo, de quo ad ann. 1390.

* JOANNES LECTOR Anglus autor *Summæ Confessorum* titulo *Joanninæ*. V. supra *Joan. N. Anglus*, qui forsan est *Joannes Caxtonus* jam memoratus, vel alius; perplures enim fuerunt Joannes Anglici.

MMCCLXX. 1177.

JOANNES LELOVE =

MMCCLXXI. 1178.

JOANNES DE LEOVARDIA = scripsit etiam *De Ecclesia Dei*, et *de Romano Pontifice* ex Alfonso Lasor to. 2. Universi fol. 439.

Digitized by Google

MMCCLXXII.

JOANNES LEPNICA Polonus Regul. Observ. alumnus, et forsan B. Simonis de Lepnica propinquus ad Sigismundum III. Poloniæ Regem scripsit librum

De Immaculata Conceptione Reginæ Angelorum teste Antonio Daza apud Petrum de Alva col. 786. Militiæ, et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMCCLXXIII. 1179.

JOANNES LISETH =

De hoc auctore et de eius sermonibus quadragesimalibus, qui a Waddingo dici videntur impressi Norimbergæ a. 1495, nullam notitiam alibi invenire potui.

MMCCLXXIV.

JOANNES LONDINENSIS in Anglia receptus dicitur a Rogero Bacone ad Ordinem S. Francisci Oxonii, et sub ejusdem disciplina adeo in Philosophicis, Mathematicisque scientiis profecit, ut suo tempore singularis ab omnibus pene haberetur; anno 1267 missus est Romam a præceptore *Rogero* ad Clementem IV. cum quodam libro, ac instrumentis Mathematicis ab illo compositis, literisque, in quibus de continenti ejus vita, atque doctrina testimonium perhibuit Rogerus, ut refert Joan. Lelandus vol. 2 Collectan. cap. 40., ubi epistolæ tale etiam excerptum exhibet: *Non remansit unus Parisiis, qui plus novit de Philosophiæ radicibus, quamvis flores et fructus nondum produxerit propter juvenilem ætatem.* Scripsit *quamplura,* quæ temporis edacitas nobis occultavit, ut legere est apud Pitseum de Script. Anglis, et ex eo apud Waddingum in Annal. Min. addit. to 2. n. 7. ad an. 1280.; et nonnulla hujus Joannis esse creduntur, quæ inter ipsius Rogeri Opera recensentur, uti ab hoc ipso collecta, et in compendium contracta. In Bibliotheca Vaticana extant *Rogerii Bacconi varia Opuscula* cod. 3202, in quo cod. fol. 28. habetur etiam

Joannes de ponderibus ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 107., et 114; forsan Opus est hujus Joannis eius discipuli.

Chronicon de rebus Anglicis tribuitur *Fr. Joanni Londinensi* Minoritæ a Joanne Pitsêo, qui ait floruisse circa annum 1300., et alium ab isto censet, nescio quo autore, aut monumento, apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Joannes Rogeri Baconis discipulus, iuvenis annorum 20 vel 21 anno 1267, quo ad Clementem IV missus est, nec adhuc expertus in docendo (Bacon, Opus Tertium, cap. XIX) confundi nequit cum Joanne Londinensi, quem ipse Bacon (ibid., cap. XI) vocat magistrum et unum ex duobus perfectis mathematicis sui temporis. A Bacone probabiliter cognitus est Parisiis c. a. 1260; patria eius nescitur, neque certum est eum ordinem S. Francisci professum esse, vel umquam Oxonii vixisse, vel aliquod opus scripto tradidisse. Cf. A. G. Little, The Grey Friars in Oxford (Oxford 1892), p. 211.

Joannes Pitseus loquitur quidem (p. 878) de altero Joanne Londinensi, quem dicit scripsisse *quædam Chronica de rebus Anglicis*, sed eum Minoritam non facit, et fatetur se nescire operum titulos et tempus quo vixit. Ceterum nemo alius, quoad sciam, huiusmodi Chronica alicui franciscano huius nominis tribuit. Videsis Th. Duffus Hardy, Descriptive Catalogue of materials relating to the history of Great Britain and Ireland, III (London 1871), 39-40, 200, 281-283, 309, 362-363); W. Stubbs in Chronicles of the reigns of Edward I and Edward II, II (London 1883), Introduction, VII-XIII; C. L. Kingsford in Dictionary of National Biography, XXIX (London 1892), p. 449.

MMCCLXXV.

JOANNES LOPEZ Hispanus Ordinis Minorum edidit elegans

Epigramma in laudem concionum Philippi Diez Minoritæ, quod legitur in fronte to. 1. dictarum concionum edit. Lugdunen. an. 1586.; qui tamen a nullo recensetur.

* JOANNES DE LUCA ponitur hoc loco a Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 181. ex Mariano, et Marco Ulyssipon. par. 3. lib. 5. cap. 45., sed est *Joannes Bonvisius* Lucensis supra relatus ab eodem pag. 138.

* JOANNES LUDOVICUS BARBIERI = Vide *Joannes Aloysius* supra.

MMCCLXXVI.

JOANNES DE LUGO provinciæ Bononien. Min. Conv. sac. Theol. Magister, et ecclesiastes eximius, qui an. 1461. Ferrariæ Quadragesimali tempore *conciones* habuisse legitur in monumentis Cœnobii S. Franc. illius urbis, et an. 1467. Placentiæ, ubi insequenti anno obiit ex pestilentia apud S. Petrum, quo vitandi morbi gratia se contulerat, omnium mœrore kal. Augusti, ut autor coævus Albertus Ripalta literis tradidit in Annal. Placent. to. 22. Rerum Italic. Script. vulgatis, eum summopere commendans, et egregium prædicatorem appellans, qui suis concionibus constructionem *Templi B. V. Mariæ Gratiarum* feliciter promoverit. Scripsit itaque

Conciones quadragesimales, et

Epitomen libri secundi Senten. Alexandri de Ales an. 1453., quæ ms. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. cod. membran. in 8. incip. *Dominus, a quo bona cuncta procedunt* etc., cujus in fine autor adjecit *Annotationes in 2. librum S. Thomæ Aquinatis* de iis, quæ ipse ab *Alexandro* prædicto *ejus Magistro* accepit, cum *indice* totius Operis; an autem idem præstiterit in reliquos Alensis Sententiarum libros, non habeo quo affirmem: sed suspicor hoc Opus partem esse illius, de quo supra in *Anonymo incertæ regionis* CDIV. In Annal. Minorum a Waddingo elaboratis memoratur quidem *Joannes a Lugo* anno 1439. in Flaminia contra hæreticam pravitatem *Inquisitor;* sed non ausim asserere, eumdem esse cum illo.

MMCCLXXVII. 1180.

JOANNES MAHUSIUS = factus fuit *Episcopus Daventriæ* in Batavia nunc Hollandia, obiitque an. 1576. ex Rodulphio lib. 3.; sed de eo plura Valerius.

Epitome Annotationum Erasmi Roterodami in novum Testamentum ex 5. et ultima editione prodierat Antuerpiæ 1538. in 8. typis Jo: Steelsii: proscribitur in Indice librorum prohibit., donec corrigatur.

D. Joannis Chrysostomi in Evang. Matthæi Comment. vulgavit primum Antuerpiæ an. 1537. eisdem typis, mox ibidem 1545.; deinde Lutetiæ Paris.; estque *Opus imperfectum* Jo: Chrysostomo attributum, nempe Homiliæ 54. Scripsit etiam belgice

Sermones VII. *super hymnum: Veni Creator Spiritus;* et

Sermones XXVI. *super illud: Oportet semper orare* ex Sandero par. 2.

Expositionem S. Bonaventuræ in Lucam castigatam ex mss. codd. Gandavensis, Bruxellensis, Trajectinæ, et Lovaniensis Bibliothecarum invicem collatis ad Fr. Matthiam Dordracenum Minoritam edidit Antuerpiæ anno 1539. in 8. apud Gregorium Bontium ex Catalogo Biblioth. Regiæ Paris. par. 1. Theol. p. 131., et ex ipso Jo: a S. Anton. to. 1. pag.

Digitized by Google

pag. 156. in *S. Bonaventura;* postea recusa est Venetiis an. 1574. in 8. una cum *Expositione in Sapientiam, et in Lamentationes Jeremiæ* typis Petri de Franciscis, cura vero Joannis Balaini Franciscani Convent., qui et notas margineas, et indices adjecit. Jsta exemplaria belgica *Comment. Bonaventuræ in Lucam* refert Rodulphius lib. 1. fol. 93. a *Guardiano,* Fratribusque Cœnobii Gandaven. perquisiisse Jo: Picum Mirandulanum, ut expurgata in lucem emitteret. Initio ejusdem *Comment. S. Bonaven.* edit. Antuerpien. legitur ejusdem

Panegyris in Matthæum Dordracenum ejusdem Instituti.

Tum Valerius Andreas (Biblioth. Belgica, Lovanii 1643, p. 530), tum Jo. Franc. Foppens (Biblioth. Belgica, Bruxellis 1739, II p. 683) dicunt eum in patria obiisse die x Maii a. 1577. Videsis Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St.-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 68-70.

* JOANNES MAGISTRI, quem hoc loco Joan. a S. Anton. to. 2. interserit velut *Minoritam* ex Regesto Biblioth. Conventus Matritensis Regular. Observ., fuit quidem Scotista, sed secularis ex ejus Operibus.

1181.

JOANNES MAJOR = utique fuit *Joannes Major,* seu *senior* cognomento *Grajus Scotus* Minorita eodem tempore, quo *Joannes Major* Hadingtanus, ut supra ostensum est v. *Joannes Grajus senior;* sed Opera, quæ hic enumerat Waddingus, tribuuntur *Joanni* cognomine *Majori* Doctori Parisiensi nulli Instituto Regul. addicto ex Possevino in Appar. sac., Vossio lib. 3. de Hist. Latin. cap. 13. ei *Historiam majoris Britanniæ* tribuente lib. 6., Morero in Supplem. Hist. *Comment. in Matthæum* Paris. an. 1518. cusum asserente, quo tempore vulgavit *Reportata Parisien. Scoti,* aliisque; qui *Joannes Major* Doctor Collegii Montis acuti Paris. an. 1516. vulgavit *Comment. in quartum lib. Senten.* juxta Nominalium opinionem, cujus in præfatione scribit se alias etiam in quartum Senten. Comment. edidisse: an autem *Comment. in* 1. *Senten.,* quem Waddingus ait Paris. prodiisse anno 1509., sit ejus, vel hujus, non habeo quod dicam, quia illum non vidi. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

1182.

JOANNES MAMBRE = V. *Joannes Canonicus;* idem enim est; nam cognominatur etiam *Marbres,* teste Rodulphio lib 3., qui paulo post nonnullis interjectis subjungit: *Joannes Mabre ex Catalonia, qui scripsit,* ait,

Quæstiones in lib. Physic., quæ mss. a *Fr. Francisco Bellunensi* Conventus Mediolanen. *Baccalaureo* an. 1468. circumferebantur.

MMCCLXXVIII.

JOANNES MANSILLA Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis accurate descripsit

Acta, et agones Ven. Martyrum Fr. Sebastiani a S. Joseph, et Fr. Antonii a S. Anna provinciæ S. Pauli alumnorum, quæ mss. asservantur in Archivo provinciæ S. Gregorii, teste ejus Chronologo Fr. Antonio Llave trien. 10. cap. 13. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCLXXIX. 1183.

JOANNES MAPELLUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister; in mss. enim Actis Capituli Gen. Asisii coacti anno 1491. m. Majo a Ministro Gen. Francisco Samsone habetur: *Magister Joannes de Mappello de Mediolano institutus est Lector Theologiæ in loco S. Mariæ de Pace ad instantiam Fratrum de Familia Fratris Amadei cum mansione in Conventus Mediolani* 26. *Junii* 1493.; anno 1508. erat Minister provinciæ Mediolanen. ex Regesto Ordinis. Errat Donatus par. 1. Scenæ Litterariæ Bergom. fol 316., dum eum Bergomensem fuisse scribit; tempusque, quo floruit, nec Waddingus, nec Joan. a S. Anton. noverunt.

Sermones Benedicti Sangalli Bergomatis Minoritæ castigavit, eosque se Bononiæ vidisse scribit Rodulphius lib. 3. in *Benedicto Sangallo;* an autem ediderit, non indicat, nec illos ego Bononiæ, aut alibi vidi.

Sermones quadragesimales Bartholomæi Pisani Ordinis Minorum de contemptu mundi castigatos, emendatosque vulgavit Mediolani an. 1498. in 4. ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon., et Ferrar.; iterumque emisit Venetiis an. 1503, in 4., teste Waddingo supra in *Bartholomæo Albicio.*

Conformitates S. Francisci ad Christum a dicto Bartholomæo Pisano compositas recognovit, edique curavit Mediolani an. 1513. in fol. typis Zanoti Castilionei Marco Vigerio S. R. E. Cardinali Episcopo Prænestino nuncupatas, quibus adjecit *Tabulam,* seu *indices* cum *epigrammate* in laudem memorati Card. Vigerii, quo se *poetam* non insulsum ostendit; pollicitus majora, ac plura se carmine de eo scripturum, dum inquit ibi:

« Post majora tibi meliore ex ordine subdam:
« Et canet innumeros nostra Thalia modos.

MMCCLXXX. 1184.

JOANNES MARCHELEJUS = de quo Pitseus, Joan. a S. Franc., Petrus de Alva, ac Adam Cistercien. in Chronico.

Dictus est etiam Mardelegus et Mardiston, sed semper corrupte, quum vocaretur Mardeslay seu Mardisley. Natus probabiliter in comitatu Eboracensi, theologiæ lauream consecutus Oxonii ante a. 1355, adfuit a. 1374 concilio Westmonasteriensi, in quo agens de iure Angliæ negandi tributa summo pontifici, sententiam affirmativam propugnavit. Fuit vigesimus quintus provinciæ Anglicanæ minister inter annos 1374-1380 vel 1375-1379. Obiisse eum a. 1376, ut tradit Baleus, quem sequuntur Pitseus (ex quo Waddingus) et Tannerus, incertum videtur. Cf. A. G. Little, The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, p. 242.

MMCCLXXXI.

JOANNES DE MARCHENA Hispanus ex Petro de Alva col. 795. Militiæ univ. multum elaboravit, scripsitque

Pro tuenda Immaculatæ Conceptionis V. Mariæ causa, teste Antonio Daza in tractatu de *Conceptione* apud Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES MARCHESINUS = V. infra *Marchesinus Regiensis.*

MMCCLXXXII. 1185.

JOANNES A S. MARIA = *Portocarrero* nobili familia Beneventi in vetere Castella natus prov. S. Joseph, et S. Pauli Discalceat. Pater, Confessarius Mariæ Imperatricis, virtute, et scientia clarissimus non solum Commissarii Rom. Curiæ, Vicarii Generalis Discalceatorum, et Commissarii Generalis officia,

Digitized by Google

officia, sed etiam tres Episcopatus, *Chilensem, Legionensem,* et *Zamorensem* ei a Philippo III. oblatos constanti humilitate respuit una cum munere Confessarii Infantis Margaritæ Austriacæ, et Regii Conventus Discalceatarum Matritensis. Scripsit

Rempublicam, seu *Politiam Christianam* etc. ad Philippum III. Hispan. Regem. Matriti an. 1615. in fol.; Barcinone 1616. et 1618. in 8. per Martinum de Cormellas; et Ulyssipone 1621. in 8.; postea ab autore recognitam, et auctam impressit Neapoli an. 1624. in 4. Dominicus Maccaranus. E castellano in italicum sermonem versa a Julio Cæsare Braccino Venetiis impressa est an. 1619. in 8. ex Ind. Biblioth. Barber. pag. 28. Commendatur Opus a Tiburtio Navarro in S. Petro de Alcantara redivivo cap. 2.

Vitam S. Antonii Patarini versibus expressit, testibus Nicolao Antonio in Biblioth. Hispan., et Balthassar Medina in Cent. Script. Discalceat.

Acta BB. Martyrum Japonensium. Matriti an. 1601. in 8., et 1628. in 8.; deinde in italicum sermonem translata prodierunt, teste Antonio de Leon in Bibliotheca Orient. et Occident.; de quibus meminit et Marcellus Ribadeneyra in Japonen. Historia. *Relatio Martyrum Japonensium* italice legitur in 4. parte Chronic. S. Francisci lib. 10. cap. 56. usque ad 76. per Baretium translata, vel edita; nam et italice versa dicitur a Fr. *Joseph a S. Maria* ejusdem Instituti, ut infra.

Monita, et Statuta ad usum provinciæ S. Joseph iterato edita, et laudata a Martino a S. Joseph to. 2. Chronic. lib. 3. cap. 17.

Historiam jacturæ Gomesii Perez Gubernatoris Maniliensis ex Antonio de Llave in mss. Chronicis provinciæ S. Gregorii in prologo.

Obiit non sine sanctitatis opinione anno 1622. die 18. Novembris Matriti in Cœnobio S. Bernardini tumulatus; de quo et Ægidius Gonzales in Theatro Matritensi, aliique apud Jo: a S. Anton. to. 2.; et in Vita S. Petri de Alcantara lib. 5. cap. 31.

Chronica de la provincia de San Joseph de los Descalços de la Orden de los Menores de nuestro Seraphico Padre S. Francisco: y de las Provincias, y Custodias Descalças, que della han salido, y son sus hijas. En Madrid En la Imprenta Real MDCXV-MDCXVIII, part. seu to. 2 in fol. Extat in Vaticana ex Barberiniana. Erronee apud Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia sanfrancescana (Prato 1879), n. 649, hoc opus dicitur impressum a. 1605-1608, quum auctor, ut ante primam partem legitur, illud scribere iussus sit die 2 Martii a. 1611.

Tratado de Republica, y Policia Christiana. Para Reyes y Principes: y para los que en el gouierno tienen sus vezes. En Madrid, En la Imprenta Real. 1615, in 4; editio princeps (Romæ in Nationali); — En Barcelona, Por Sebastian de Cormellas, 1616, in 8 (Nic. Antonius, Biblioth. hisp. nova, I, Matriti 1783, p. 731); — En Barcelona, Por Geronimo Margarit, MDCXVII, in 8 (in Casanatensi); — En Barcelona, Por Sebastian de Cormellas 1618, in 8 (in Alexandrina); — En Valencia, Por Pedro Patricio Mey. MDCXIX. in 8 (Romæ in Nationali); — En Barcelona, en casa de Lorenzo Deu, MDCXIX. in 8 (ibidem); — Lisboa, 1621, in 8 (in Museo Britannico); — cum additionibus ipsius auctoris, cura Fr. Didaci de S. Petro eiusdem Provinciæ S. Joseph. En Napoles, Por Domingo Macarano, 1624, in 4 (in Casanatensi). Versio italica Julii Cæsaris Braccini prodiit etiam: In Milano Per Gio. Battista Bidelli MDCXXI, in 8 (Romæ in Nationali). Extat et versio anglica interprete Edoardo Blount Londini impressa a. 1632 in 4 (in Museo Britannico).

Vida, excelentes virtudes, y obras miraculosas del Santo Fray Pedro de Alcantara, Fundador de la Prouincia de San Joseph de los Descalços de la Orden de nuestro glorioso Padre San Francisco en España. En Madrid, por la viuda de Alonso Martin. Año 1619, in 8 (in Alexandrina). Excepto capitulo tertio, et nonnullis additionibus in fine, quæ Joanni a S. Maria non videntur tribuendæ (cf. p. 287) hæc Vita tota ad verbum extat in « Chronica de la provincia de San Joseph »; Vita eiusdem Sancti ex iisdem Chronicis italice compilata a Jo. Francisco Pizzuto prodiit: In Roma, Appresso Pietro Discepolo 1622, in 16; In Trevigi Appresso Angelo Righettini, 1623, in 16; quæ editiones extant Romæ in Nationali.

Vida de S. Antonio en otava rima. Ita Nic. Antonius.

Relacion del martirio que seys Padres Descalços Franciscos y veynte Japones Christianos padecieron en Japon.... Dirigida al Rey nuestro S. don Felipe III. In fine: En Madrid: En casa del Licenciado Varez de Castro. Año MDXCIX. in 8 (Romæ in Nationali); titulo paululum diverso: En Madrid Por los herederos de Juan Iñiguez de Lequerica año de 1601, in 8, editio aucta (in Alexandrina);.... tradotta dalla lingua Spagnuola nella Italiana *per ordine* del R. P. Fra Giosseppe di Santa Maria... per il Capitolo Generale... In Roma, appresso Nicolò Mutij, M.D.XCIX. in 8 (Romæ in Nationali). Eadem cum hac est versio quæ legitur in Croniche degli Ordini instituiti dal P. S. Francesco, par. 4 lib. 10 (cap. 56-71, non vero 56-76). Editionis romanæ a. 1599 cum additionibus Francisci Pennæ nullam notitiam alibi invenire potui.

MMCCLXXXIII.

JOANNES A S. MARIA Gallus prov. Turoniæ Reg. Observ. Pictavien., sac. Theol. Lector in Conventu Encenisii scripsit

Cosmopejam in duo prima capita Genesis, quæ cusa est Nanetis an. 1585, in 8. apud Petrum Blesail, in cujus prologo autor spem aliorum fecit, ut observavit Joan. a S. Anton.

MMCCLXXXIV.

JOANNES MARIA CAROMI Italus Regul. Observ. prov. S. Nicolai, Apuliæve Lector Generalis vernacule vulgavit

Mariale, seu conciones in laudem Reginæ SS. omnium. Lucæ [?] 1640. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 2., qui testatur, hujus autoris, et Operis fieri mentionem etiam to. 4. ms. Bibliothecæ Marianæ Mantuæ Carpentan. in Biblioth. Reg. Observ. asservatæ.

MMCCLXXXV.

JOANNES MARIA A GENUA Regul. Observ. provin. Vallis Mazariæ in Sicilia Minister

Acta 23. BB. Martyrum Japonensium typis dedit Panormi an. 1628., quo clarebat ex Relatione prædictæ prov. apud Joan. a S. Anton.

MMCCLXXXVI.

JOANNES MARIA HIERACENSIS Siculus prov. Messanen. Min. Capuccin. olim Minister, et Panormitanæ Commissarius Generalis, in Philosophicis, et Theologicis facultatibus, quas professus est, admodum versatus edidit italice sub nomine fratris sui *Philippi Placensis* Opus mysticum hoc titulo:

Currus Eliæ. Messanæ 1620. in 8. apud Petrum Bream.

Opuscula Ascetica mss.

Disputationes varias Theologiæ Scholasticæ, et Moralis, quæ mss. remanserunt post ejus obitum, teste autore Biblioth. Capuccin., et fusius Antonino Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex his Joan. a S. Anton.

Il carro del mistico Elia al cielo, nel quale si dà il modo di bene orare e sollevarsi a Dio. Ita primi operis titulum refert Mira, Bibliografia Siciliana, I (Palermo 1875), p. 436, qui addit auctorem obiisse nonagenarium a. 1640.

MMCCLXXXVII.

JOANNES MARIA NETINENSIS, vulgo a *Noto* Siculus Min. Capuccin. Philosophus, et Theologus eximius primum suæ provinciæ, deinde totius Ordinis

Digitized by Google

dinis sui Generalis Minister vir incomparabili animi magnitudine, pietate, et justitia antiquis Seraphicæ Religionis heroibus comparandus elucubravit:

Annotationes in 8. libros Physicorum mss.

Annotationes in libros Metaphysicorum mss.

Annotationes in 4. libros Sententiarum mss.

Ceremoniale ad usum Fratrum Capuccinorum.

Epistolam ad universos suæ Religionis Fratres, in qua de observantia altissimæ paupertatis, et de Regula Minorum luculenter disserit, impres. Romæ 1628.

Obiit Neapoli 1631., de quo pluribus disserunt autor Biblioth. Capuccin., Mongitor citat., et ex his Joan. a S. Anton.

MMCCLXXXVIII. 1186.

JOANNES MARIA SFORZA = a Palagiano in Apulia oppido provinciæ S. Nicolai edidit etiam

Selectiora de transnaturali Aristotelis Philosophia ad mentem Doctoris Subtilis impres. Fogiæ 1646. typis Laurentii Valerii ex Joan. a S. Anton. to 2., qui putat, hoc Opus diversum esse ab illo de *Supernaturali Philosophia,* sive *de Metaphysica* a Waddingo relato; sed falso, quia de hoc, non de illo, mentio fit in Catalogo suorum Operum ab autore confecto, et mox referendo.

Meteorologicas lucubrationes ex Aristotele ad mentem Scoti. Neapoli anno 1655. in 4. typis Camilli Cavalli.

Florideam. Ibidem per eumdem an. 1658. in 12. sermone italico.

Scotum juristam conflatum 6. disputationibus: *de judice: de accusatore; de reo; de testibus; de advocato:* et *de notario,* seu actuario. Prodiit Lycii an. 1659. in 4. typis Petri Michaelis, præitque Operi in Jo: Scotum Joannis Orontii Palmæ Archidiaconi Lyciensis, et Academici Transformati *Elogium apologeticum.* Extat Liber Romæ in Biblioth. Conven. SS. XII Apostolorum.

Scotum corroboratum ex contradictionibus Scholæ adversæ, in quo celebriores ex 4. Senten. libris controversiæ Theologicæ (num. 29.) *inter Scotum et D. Thomam ponuntur, et explicantur.* Lycii an. 1661. in 4. typis Petri Michaelis; extat Romæ in eadem Bibliotheca. Recte advertit cit. Joan. a S. Anton., ipsum antea alias lucubrationes evulgasse, quod collegit ex epist. ad sui Ordin. Ministrum Generalem data, et Operi *de transnaturali,* seu *supernaturali Philosophia* præfixa, ubi scribit: *nec aspernaberis, quia nonnulla a me prius in lucem edita tibi, ut debebam, non obtuli:* et in elogio laudato libro præmisso Andreas de Rogerio Fogiæ Archipresbyter ait: *Cujus elucubrationes prælo mandatæ licet breves, gloria tamen magna est.* Revera in fine indicis *Controversiarum,* et ante Opus extat *Catalogus suorum Operum* ita:

OPERA EDITA in lucem.

Romanzi = L'Aldimarte sotto nome di Volubile.

L'Eromilia ravvivata.

Il decollato innocente.

La Dorosolinda.

Il Pellegrino.

La Floridea: de qua supra.

L'Apostolo di Japigia Panegirico in lode di S. Orontio primo Vescovo di Lecce con la Soffronia in 8. rima.

Selectiora de Physico auditu.

Selectiora de transnaturali Philosophia: de quo Opere supra disserui.

Tractatus de cælo et mundo; et

Tractatus de metheoris; de quo similiter antea egi. Hos *tractatus* 4. *Philosophicos* ante an. 1659. evulgasse ipsemet scribit in epist. ad Lectorem *Scoto juristæ* præfixa. Postea in eodem citato Catalogo subjungitur

Scotus jurista, et *Scotus corroboratus.*

OPERA vero composita, sed non evulgata ibi dicuntur

Tractatus de ortu, et interitu; et

Tractatus de anima: quorum meminit et in cit. epistola *Scoto juristæ* præfixa anno 1659.

L'Adriano, che seguita l'Aldimarte.

La Chiave della Dorosolinda. His adjunge

Aphorismos Scoti jam approbatos, et ut typis ederentur, permissos anno 1664. ex Franchino in Biblios. num. 189.

Aphorismi pro Confessariorum aliorumque utilitate, ex quatuor Scoti Sententiarum libris collecti prodierunt Lycii an. 1664 apud Petrum Michaelem in 4. Extant Romæ in bibliotheca Angelica.

MMCCLXXXIX.

JOANNES MARIA DE TISA Siculus prov. Panormit. Capuccin. alumnus, vir literis, et pietate insignis, Theologicæ nedum facultatis, sed et juris Canonici peritus; vitæ vero abstinentissimæ, jejuniique adeo observator, ut solo pane, et aqua dies transegisse feratur: his itaque meritis, aliisque virtutum suarum splendoribus Minister suæ provinciæ, et sui Ordinis in Romana Curia Procurator, et anno 1581. in Comitiis Gen. eligitur sui Ordinis supremus Moderator, et Vicarius Gen., quod munus magna et prudentia, et erga omnes charitatis demonstratione exercuit, et triennio post Romæ obiit opinione sanctitatis, cum reliquisset italice mss.

Declarationem Regulæ S. Francisci in Provinciali Capitulo Mediolani celebrato anno 1583.

Declarationem alteram ejusdem *Regulæ factam in visitationibus provinciarum.* Alterutram citat P. Gregorius Neapolitanus Capuccinus in 2. par. Enchir. Eccles. cap. ult. Regulæ S. Claræ an. 1589. vulgati.

Quadragesimale, quod ms. asservatur Tissiæ in Cœnobio sui Ordinis ex autore Biblioth. Capuccin., et Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ. Agunt de hoc viro Rodulphius lib 1. et 2., Gonzaga par. 3., Boverius in Annal., Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccin., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCXC. 1187.

JOANNES MARIA VELMATIUS = provinciæ Bononiæ Min. Conv. sac. Theol. Mag. edidit

Christeidos libros x. *cum scholiis* ad Dominicum de Cupis Romanum Card. Tranensem, et Episcopum Portuensem.

Acta Apostolorum carmine itidem heroico cum *scholiis* eodem tempore cusa Venetiis an. 1538. in 4., et postea ab autore castigata ibidem prodierunt per Jolitos 1589. in 8., ut refert Franchinus in Bibliosophia num. 190.; fuerat enim decreto sac. Congreg. Indicis libror. proscriptum Opus; cujus meminere et Miræus in Auct. Script. Eccles. sec. XVI. num 47., et Giraldus in Dia. 2. poët. sui temporis.

Opusculum ejus *de laudibus Italiæ* extat ms. Florentiæ in Biblioth. Medic. Laurent. plut. 34. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 238.

Forsan

Digitized by Google

Forsan hic ille est *Magister Joannes Maria* cognomento vulgari *Gregettus*, latine Græculus Balneocaballensis, quem Rodulphius lib. 2. fol. 268. dicit a Julio II. Senis laurea donatum circa annum 1510., ita fortasse vulgo dictus *Graeculus* a græcæ linguæ usu, aut alia de causa.

Christeidos libri x et *Actuum Apostolorum libri* v, præmissis utrique operi variis eiusdem auctoris carminibus, prodierunt Venetiis an. 1548 *simul* et sub hoc titulo: *Veteris et novi Testamenti opus singulare ac plane divinum.* Prius opus omnino prohibitum declaratur in Edicto Magistri S. Palatii dato die 7 Augusti an. 1603 (cf. Librorum post Indicem Clementis VIII prohibitorum Decreta Omnia hactenus edita, Romæ 1624, p. 71), sed ab Indice librorum prohibitorum anni 1900 expunctum est; opus posterius numquam est prohibitum. De priore tantum loquitur Franchinus loco a Sbaralea citato, dicens illud recusum per Jolitos, et huic editioni prius annum 1589 assignat, postea annum 1591. Quam tamen editionem anni 1589 vel 1591 Salvator Bongi (Annali di Gabriel Giolito de' Ferrari, vol. 2, pp. 443-45) nullibi, ne in catalogis quidem, se reperisse testatur.

MMCCXCI. 1188.

JOANNES MARIA ZAMORUS = Germaniæ Definitor Provincialis, et in Italia Commissarius Generalis obiit Veronæ an. 1649. die 30. Augusti ætatis suæ 70. Religionis 52.

De eminentissima Deiparæ Virginis perfectione prohibetur in Indice librorum ex Decr. sac. Congregat.; postea ab autore elucidatum, et locupletatum iterum typis traditum fuit Venetiis, additis aliis 4. *libris* in præfatione prioris editionis promissis de *desponsatione, angelica salutatione, divini Verbi conceptione,* de *Visitatione, et Purificatione;* de *fuga in Egyptum;* de *morte, Assumptione, et coronatione.*

De Deo uno, et trino disput. Theolog. prodiit Venetiis anno 1626. in fol. per Jacobum Sarzinam; citaturque a Ferchio to. 1. de Angelis quæst. 48 n. 29.

Compendium Metaphysices prodiit Venetiis cum Tract. de Deo etc. ex Jo: a S. Anton.

De operibus Dei extremis [externis?] *tractatus* 12.

De rebus naturalibus.

Apologetica Opuscula pene innumera. Hæc omnia mss. asservari perhibet Joseph Caputaleus in Utino illustrato par. 1., ubi et elogium ei post obitum appositum refert. Præterea composuit etiam

Tractatus 5., quorum primus est *de originali Virginis Mariæ innocentia, et ab originalis peccati macula immunitate, et exemptione ex sac. Scripturæ testimoniis. 2. De vera, et germana SS. Patrum, priscorumque Doctorum de S., et Immaculata Virginis Deiparæ Conceptione mente, et sententia ex eorum lucubrationibus, et monumentis. 3. De vera itidem S. Thomæ Aquinatis de eadem Conceptione mente, et sententia. 4. De facilitate, et decentia, ac necessitate dirimendæ, terminandæque controversiæ de S., et Immacul. Conceptione a communi, et universali peccati lege. 5. De perfecta, et absoluta Deiparæ Virginis immunitate, ac exemptione a communi lege peccati:* ex Joan. a S. Anton. to. 2., Petro de Alva, et autore Biblioth. Capuccinorum.

De eminentissima Deiparæ Virginis perfectione libri tres, quorum impressio, teste Liruti (Notizie delle vite ed opere scritte da' letterati del Friuli, III, Udine 1780, pag. 338) cœpta est Utini per Petrum Lorium et interrupta ad capitulum tertium libri tertii, prodierunt a. 1629 Venetiis ex typographia Nicolai Misserini, præmisso auctoris longo carmine (167 dist.), quo Deiparæ Virginis laudes recenset atque eidem seipsum hosque libros dicat. Altera editio, a me in bibliothecis atque catalogis frustra quæsita, et quamquam a Dionysio Genuensi indicatur, a Bernardo a Bononia omissa, nulla fortasse est.

Disputationes theologicas de Deo uno et trino præcedit item longum auctoris carmen (102 dist.), quo se lucubrationesque suas Deo vovet ac dicat.

Compendium metaphysices, ne in catalogis quidem a me inventum, a Bernardo a Bononia impressum dicitur, ut Disputationes de Deo, Venetiis a. 1626 apud Jacobum Sarzinam; item octo sequentes tractatus, quos ego ineditos puto:

De Deo ut principio et de ipsius præstantia lib. 1;

De rerum creatione et conservatione lib. 1;

De divina providentia lib. 1;

De libero arbitrio, de actibus humanis et eorum differentiis;

De concursu Dei cum voluntate creata ad actus naturales lib. 1;

De peccato et de eius causis lib. 1;

De naturali hominis facultate lib. 1;

De auxiliis divinæ gratiæ ad opera supernaturalia.

MMCCXCII.

JOANNES MARIA ZAVORA de Ghezzis Aretinus provin. Tusciæ sac. Theol. Doctor, et Ecclesiastes insignis, nec non poeta latinus an. 1519. Bononiæ in Templo S. Petronii *conciones quadragesimales* habuisse legitur in Monumen. memoratæ Basilicæ; et an. 1521. ob egregias animi dotes creatur Episcopus Neapolitanus in Achaja, daturque Suffraganeus Episcopo Atrebatensi in Gallia Belgica; et scripsit

Conciones quadragesimales, aliaque quæ num exciderint, vel extent adhuc ignoro.

Agunt de eo Rodulphius lib. 2. fol. 261. in prov. Tusciæ, et Custodia Aretina, et Waddingus in Annal. Min.

* JOANNES MARIGNOLLA = V. supra *Joannes a S. Laurentio.*

MMCCXCIII. 1189.

JOANNES MARIUS SCRIBONIUS = quem Joannes a S. Antonio alium facit a *Mario Scribonio,* et hunc dicit provinciæ S. Thomæ, illum provinciæ S. Dionysii, cum unus, et idem sit, qui forte ex una ad aliam provinciam transiit.

Conciones in omnia Jesu Christi Evangelia toto Adventus curriculo legi solita. Parisiis 1619. in 8. apud Viduam Jacobi du Clou.

Sermones de Verbi Incarnatione per totum Adventum. Ibidem an. 1622. in 8. apud Dionysium Moreau ex Petro de Alva, et Joanne a S. Anton.

Super universum Testamentum Commentarios doctissimos composuit, qui Taurini in Cœnobio S. Mariæ Angelorum asservantur, teste cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 332. in *Mario Scribonio.* Ejus mentio extat to. 2. Orbis Seraphici lib. 7. cap. 9. num. 359., et in Bibliographia Anisson pag. 147.

E diœcesi Constantiensi (Coutances). Prodiit etiam:

Epistola Sancti Judæ elucidata tempore adventus in Ecclesia Metensi. Per J. Marium Scribonium. Camberii, 1634, in 4. (Pérennès Fr., Dictionn. de bibliogr. cath., I, Paris 1858, col. 399).

MMCCXCIV.

JOANNES A S. MARTHA Hispanus Laletanus e prov. S. Jacobi ad aliam S. Gregorii Discalc. in Philippin. Insul. transiit, de quo inter Martyres agitur; scripsit, cum esset in vinculis,

Epistolas editas to. 2. Chron. provinciæ Compostellanæ, et exscriptas ab Antonio de Llave Chron. provinciæ S. Gregorii trien. 12. cap. 22.

Relationes duas de suis ærumnis in fol. incip. *Hasta aora por los muchos inconvenientes:* transcriptas a cit. Chronologo prov. S. Gregorii.

Super

Digitized by Google

Super Sermones, et Homilias Breviarii lingua japonica.

Catechismum cum explicatione doctrinæ christianæ, ac gentilium superstitionum impugnatione eodem idiomate; teste prædicto Llave trien. 12. cap. 22.

MMCCXCV.

JOANNES MARTINEZ Hispanus Bilbilitanus Reg. Observ. provinciæ Aragonum versibus hispanis composuit

Historiam Dominæ nostræ de Magallon Lecinenæ Cæsaraugustanæ diœcesis. Cæsaraugustæ 1610. in 8. ex Marracio, Petro de Alva, Nicolao Anton., Lanuza to. 2. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 53., et ex his Joan. a S. Anton.

MMCCXCVI.

JOANNES A MATRE DEI Lusitanus ex Discalceata provincia Arrabidorum vir doctus, et pius vernacule edidit

Expositionem VII. *psalmorum Pœnitentialium.* Ulyssipone 1613. in 8. ex Nicolao Anton., et Jacobo Le Long fol. 797. Biblioth. sac.

Librum de passione Domini, et *alium de oratione, et contemplatione* conscripsit ex Relatione ms. ejusdem provinciæ apud Joan. a S. Anton.

Processo da Payxaõ de Christo Nosso Redemptor com humas Meditaçoens muy pias. e huma breve, e devota Exposiçaõ dos sete Psalmos Penitenciaes. Lisboa por Antonio Alvares, 1617, in 8.

Alguns Tratados do Serafico Doutor S. Boaventura em que se contem huma doctrina mui proveitoza, e necessaria a toda a pessoa principalmente religiosa que quizer desarraigar de si os vicios, e plantar as virtudes, e crecer nellas, e darse à Oraçaõ. E alem destes outro Tratado para os Tementes de Deos se saberem confessar, e com pureza de conciencia, e ao fim se poem humas Oraçoens muy devotas para antes, e depois da Sagrada Comunhaõ. Lisboa por Antonio Alvares, 1602, in 8.

Concordia Breviarii Romani Pii V. iussu editi cum Breviario a D. Papa Clemente VIII. recognito. Ulyssipone apud Petrum Craesbeeck, 1604, in 4. Auctor in approbationibus nominatur.

Obiit die 5 Junii 1625 anno ætatis suæ 72, religionis 57. Cf. D. Barbosa Machado. Bibliotheca Lusitana, II (Lisboa 1747). p. 683.

MMCCXCVII.

JOANNES A MATRITO Hispanus prov. S. Joseph Discalc. Lector sac. Theologiæ in Conventu S. Laurentii Conchensis dictæ provinciæ vulgavit

Orationem funebrem in exequiis Principis Balthasaris Caroli de Austria. Conchæ 1647. per Salvatorem de Viader, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui hunc, nescio quo autore, aut monumento, diversum facit ab altero eiusdem nominis, patriæ, et Instituti, cui adscribit

Elogium sacrum S. Eligii Episcopi. Matriti 1659. in 4 apud Josephum Fernandez de Buendia; et

Orationem funebrem in exequiis Philippi IV. Hispan. Regis. Ibidem an. 1666, in 4. per eumdem.

MMCCXCVIII.

JOANNES MATTHÆUS SACCIUS, al. Ciaccius, Messanensis Min. Conv., floruit an. 1525.; suique Conventus Messanæ an. 1532. moderator scripsit rudi, permixtoque stylo partim latino, et partim siculo vulgari

Historiam Conventuum, Locorumque suæ provinciæ Min. Conv., quæ ms. asservatur Messanæ apud suos, et citatur sæpe a Roccho Pyrrho in Not. Messan. Eccles., sæpius vero a Philippo Cagliola in Hist. prov. Siculæ Min. Conv. pag. 27. 58. 74. 75. 92. etc., et ab Anton. Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 342. v. *Matthæus Ciaccius,* ubi ait, scripsisse *Historiam Urbis Messanæ,* et claruisse an. 1540.

* JOANNES MAZARA = V. *Joannes a Neapoli.*

MMCCXCIX. 1190.

JOANNES MEDER = provinciæ Argentinæ

Sermones composuit anno 1491., inquit Rodulphius lib. 3.; ejusque *sermonem de Cœna Dominica* citat Joannes Garetius Lovanien. *de vera præsentia Corporis Christi in Sacramento Altaris* an. 1560 clas. 1., aitque floruisse an. 1492.; et Waddingus ipse supra in *Anonymo Observantino,* qui idem est, tradit *conciones* Basileæ an. 1494. habuisse *Quadragesimæ* tempore; de eo et Joan. a S. Anton.

Quadragesimale nouum editum ac predicatum a quodam fratre minore de obseruantia in inclita ciuitate Basiliensi [a. 1494] *de filio prodigo et de angelo ipsius ammonitione salubri* seu *Quadragesimale de perfecta conuersione peccatoris ad deum per veram penitentiam sub parabola filij prodigi exaratum* impressum est primum Basileæ per Michaelem Furter a. 1495, secundo ibidem per eumdem a. 1497, in 8 (Hain, Repert. bibliogr., n. 13628 et 13629). Nomen auctoris extat in editione a. 1510, quam videre est in bibliotheca Alexandrina.

* JOANNES MENESIUS = V. *Amadeus Lusitanus.*

MMCCC. 1191.

JOANNES MERDIGIUS = de quo Rodulphius agit lib. 3., et alii post eum.

Petrus Rodulphius ei tribuit sermonum de tempore *libros duos,* et sermonum de sanctis item *libros duos.*

MMCCCI. 1192.

JOANNES MERINERUS = anno 1642. factus est sui Ordinis Reg. Observ. supremus Moderator, sexennioque expleto, Episcopus Civitatensis, moxque Vallisoletanus anno 1647. declaratus, obiit ibidem an. 1663., cujus cum laude meminerunt Marracius, Petrus de Alva, Nicolaus Antonius, Hieronymus Muñoz, et ex his Joan. a S. Anton. Curavit, ut ederentur

Constitutiones Generales pro omnibus Sanctimonialibus regimini Minorum subjectis, et imprimerentur Matriti an. 1642., ut ipsemet Waddingus scribit supra in *Anonymo Hispano* XIV. Ipse vero typis dedit

Apuntamientos para Reformacion de la Orden de S. Francisco ex autore Bibliothecæ Hispanæ Nicolao Antonio to. 1., Matriti 1641. ex Joan. a S. Anton.

Tractatus de Conceptione Deiparæ V. Mariæ, seu de hujus articuli definibilitate hispanice. Vallisoleti 1652. in 4.

Cursus integer Philosophiæ juxta Doctoris Subtilis Joan. Duns Scoti mentem 5. *voluminibus; Aristotelis Logicam;* 8. *libros Physicorum;* 2. *libros de ortu, et interitu; et* 3. *libros de Anima* copiose complectens. Matriti an. 1659. in 4. apud Fernandez Typographum Regium.

Cursus Theologicus juxta mentem Doctoris Subtilis Opus posthumum tomis 2. in fol., quorum primus agit *de scientia Dei, et voluntate; de prædestinatione, et de SS. Trinitate.* Disputationem *de SS.*

Digitized by Google

SS. Trinitate citat Joseph Lealis ejusdem Instituti in suis *Prædiis Theolog.* pæd. 6. discept. 1. num. 21. Alter tomus agit *de beatitudine; de actibus humanis; de bonitate, et malitia, peccatoque actuali.* Ibidem 1668. per eumdem.

Tractatus de Incarnatione, et de gratia tomis 2. in 4. scripsit, qui mss. servantur in Complutensi Min. Bibliotheca. Matriti quoque in Biblioth. Conven. S. Francisci mss. servantur *tractatus de justificatione; de merito; de adoratione* ex Joan. a S. Anton. in appen. Edidit et

Apologiam pro autoritate Ministri Generalis Ordinis impress. in fol.

Vitam suam etiam descripsit, misitque ad Ægidium Gonzalez, quæ ms. habetur Matriti in Biblioth. Conven. Regul. Observ. to. 18. Varior. in fol.

MMCCCII.

JOANNES DE METH, forsan Metensis, vulgo *Mete* anno 1272. Parisiis *sermones* habuit, quorum [unus] num. 68. ms. habetur ibi in cod. Biblioth. Sorbonicæ inter alios diversorum autorum sermones, ut infra in *Joanne de Montibus.*

1193.

JOANNES MICHAELIS = V. *Michael Gallus*, qui idem est, et ita vocabatur.

MMCCCIII. 1194.

JOANNES MINIUS = de hoc Eisingrenius, et Possevinus inter Scriptores Eccles. agunt, et ante omnes antiquus autor Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. inter Scriptores Ordinis Min. recenset, vocatque *Doctorem in Theologia, qui operibus scientiæ, et vita* ad dignitates summas evectus fuerit: et Ferrettus Vicentinus horum vetustior Hist. in to. 9. Italic. Script. dixit *Ord. Min. Doctorem præcipuum* primis Bonifacii VIII. annis *Legatum Sedis Apostolicæ* una cum Nicolao Tarvisino Ordinis Prædicat., postea *Benedicto XI.* ad Franciæ, Angliæque Reges pacificandos fuisse.

Epistola encyclica ad universos Ordinis Ministros legitur etiam in *Firmamento* trium Ordinum par. 1. Ven. edition. an 1513.

Sermones in diebus solemnibus habitos, et *Sermones de B. Virgine Maria* ex Maraccio, et Oldoino.

Opuscula Theologica ex Paulo Cortesio apud Ludovicum Castaneum de Cardinalibus Scriptor., et Jo: a S. Antonio.

Oratio ejus *de potestate Romani Pontificis pro Bonifacii VIII. defensione* incip. *Ecce ego constitui te super gentes, et regna, ut evellas* etc.: habita coram ipso Pontifice an. 1302. ad tres Episcopos a Clero Gallicano Romam legatos extat ms. in cod. Victor., teste Spondano in Continuat. Annal. Eccles. ad eum an. num. 9., qua in re et Felix Osius in notis ad rubr. 6. lib. 1. Historiæ Augustæ Albertini Mussati num. 65., et 68. testatur: *se interim in futuro Concilio Bonifacii memoriam Theologicæ facultatis opibus propugnaturum obtulit F. Joannes Minius de Muro Vallium Episcopus Cardinalis Theologorum sui ævi princeps.*

Ejus Vitam notat Joan. a S. Anton. scripsisse Isidorum Roberti.

Apud Denifle-Chatelain, Chartularium Universitatis Parisiensis, t. II s. I, pp. 20-23, referuntur tres epistolæ Nicolai IV, duæ 16 Junii et 1 Decembris 1288 ad Nicolaum de Nonancuria, tertia 31 Dicembris eiusdem anni ad Bertaudum de S. Dionysio, utrumque cancellarium parisiensem, quibus eis præcipit ut fratri Joh. de Murro Ord. Min. licentiam in theologia tribuant. In documento ibi relato ad n. 556 (pag. 30) dicitur a. 1288 magister in theologia, qui annus intelligendus est secundum usum gallicanum, ita ut magister fuerit a. 1289 ante pascha (10 Apr.).

MMCCCIV. 1195.

JOANNES DE MIRABELLO = de quo Bartholomæus Pisanus scriptor illius seculi cum laude disserit Confor. VIII. in provincia Burgundiæ, e qua ad illam Aquitaniæ transiisse scribit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1334. num. 25. ex Mariano. Urbanus V. anno 1367. literas dedit *Fr. Joanni de Mirabello* pro Magisterio *Fr. Michaelis* Ord. Min. ex Reg. Vatic. apud. Indic. Bullarii Seraphici Petri de Alva, et Astorga sub an. 1366. num. 15.

1196.

JOANNES DE MIRANDA = Reg. Observ. provinciæ S. Jacobi. Opus *de sensibus sac. Scripturæ* est *Ludovici de Miranda,* non Joannis, ut ibi dicetur ex Nicolao Anton., et Joanne a S. Anton.

MMCCCV.

JOANNES MISLANUS Leopoliensis jussu Joannis Demetrii Sulikovii Archiepisc. Leopolien. e polono in latinum idioma transtulit

Librum Simonis Hagenovii Canonici Volborczensis Poloni de Societate S. Annæ Aviæ maternæ Christi Domini sub Rege Stephano, et Anna Jagellonia 1578. *instituta a prædicto Archiepiscopo Leopolien. Sulikovio.* Samosci anno Domini 1599. in 4. in Typographia Academiæ, teste Joan. Daniele Janosko apud Freytag in Analectis Litter. de libris rarioribus pag. 875.

MMCCCVI.

JOANNES DE MOLINA Hispanus multa elucubravit

Pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis, uti testatur Ant. Daza apud Petrum de Alva col. 802. Militiæ ex Joan. a S. Anton.

MMCCCVII.

JOANNES DE MONTE Gallus provinciæ Franciæ Doctor Parisien. Min. Conv. disciplinis liberalibus, Philosophicis, atque Theologicis egregie istructus florebat initio seculi XVI., ediditque

Summulas tractatibus septem super Petrum Hispanum ad mentem Doctoris Subtilis Jo: Scoti incip. *Cognitionem rerum* etc. stylo præter Scholasticorum morem eleganti vulgatas primum Parisiis, per sac. Theolog. Doctorem cl. *Petrum de Cruce* Portugallicum castigatas, deinde Venetiis an. 1526. in 4. sumptibus Octaviani Scoti, quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., Opusque citatur a Mastrio par. 1. Instit. Logic. tract. 2. cap. 6. n. 64; cum antea prodiisset et Mediolani an. 1495. in 4., teste Waddingo infra in *Samuele a Cassinis,* et Venetiis 1490. in 4. typis Peregrini Bononiensis, qui et aliam editionem in fol. se vidisse scribit.

Opusculum Roberti Holkot Ord. Præd. de origine, definitione, et remedio peccatorum vulgavit Parisiis an. 1517. in 8. typis Reginaldi Chaudiere, teste Jac. Echard to. 1. Biblioth. Ord. Prædic. pag. 631.

Joannis Tisserandi Minoritæ Galli Adventuale, seu conciones in Adventu Domini edi curavit Parisiis an.

Digitized by Google

an. 1517. in 4. typis Petri Vidove cum ejus docto *epigrammate* in laudem dicti Tisserandi.

Adnotationem alphabeticam omnium sententiarum S. Gregorii super Job concripsit, ut videre est in editione prædictæ expositionis Gregorianæ facta Lugduni an. 1521. typis Francisci Regnaut, et ex epistola ejusdem editionis nuncupatoria, ut notavit Joan. a S. Anton. in append.

Pharetram S. Bonaventuræ castigatam vulgavit, dicavitque Christophoro Forolivien. S. R. E. Card. Tit. S. Mariæ Aracœli an. 1517. Paris. per Bertholdum Reublot in 8. parvo, quæ editio extat Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum.

Decastichon ejus *in laudem Operis Joannis de Bassolis* legitur in fronte libri [2] Senten. ejusdem Joan. de Bassolis Paris. impressi an. 1516.: et aliud *epigramma in laudem Fr. Francisci de Bellavalle* sac. Theol. Doctoris Conventus Paris. Minor. Guardiani extat in fine primi libri *Reportatorum Joannis Scoti* edit. Paris. an. 1517. a Joanne Majore.

Poema tit. *Jesuidem* quoque composuit, ediditque Paris. typis Nicolai dela Barre, quod memorat Possevinus in Appar. sac., quamquam sine Regul. Instituto, ut sæpe solet.

Summulæ neque Parisiis neque Mediolani videntur esse impressæ saltem sæculo XV. Prodierunt Venetiis etiam a. 1500 die decima Januarii per Albertinum Vercellensem in 4. In nulla ex tribus editionibus venetis auctor dicitur Ordinis S. Francisci.

Annotatio alphabetica omnium sententiarum Moralis expositionis b. Gregorii super Job, cum brevi prologo incipiente *Bonorum laborum gloriosum esse fructum*, extat in operum S. Gregorii editionibus, quæ prodierunt Parisiis per Bertholdum Rembolt a. 1518 x decembris, et Rothomagi expensis Francisci Regnault a. 1521 v octobris, in fol., et etiam in editione eiusdem Expositionis impressa Lugduni labore Jacobi Mareschal a. 1518 (1519) XII februarii in 4. Sed non apparet, cuius sit opus; ne ex epistola quidem F. J. de Monte ad Michaelem Boudet Lingonensem episcopum, duabus prioribus editionibus præmissa, quæ tota est in laudem S. Gregorii et B. Rembolt, qui S. Gregorii opera in unum volumen congesserat atque eidem episcopo dicanda voluerat.

Liber salutaris B. Bonaventuræ.... Pharetra vocatus. Parrhisiis per magistrum Bertholdum Rembolt a. 1518 die 11 Decembris in 4; cum epistola nuncupatoria F. Jo. de Monte D. Christophoro de Ferlimio tit. S. Mariæ Aræcœli Card., in qua de opera sua ad editionem adornandam nihil dicit. Extat in bibliotheca Angelica.

Jesuis F. Jo. de Monte parisiensis minoris cum cantu versibus elegis accommodato. Absque loci et anni notis, sed cum symbolo Nicolai de la Barre typographi parisiensis sæc. XVI in. Potius quam *poema* est series epigrammatum figuris appositorum ad Jesu Christi vitam spectantibus, quibus editio est ornata. Cf. Brunet, Manuel du libraire, III (1862), col. 1849. Habetur etiam

Exultatio fratris Joannis de monte Parisiensis Minoritæ pro fœtu Claudiæ Illustrissimæ francorum reginæ. Sine ulla nota, 8 foll. in 8. Opusculum 126 versibus constans de ortu Francisci filii Francisci I, impressum verisimiliter Parisiis a. 1518.

Vereor ne duo scriptores hic distinguendi sint: alter exeuntis sæculi XV, doctor parisiensis, forte non franciscanus, auctor *Summularum*, ad quem extat etiam epistola Fr. Petri de Cruce excusa cum eiusdem Petri Quæstione de ratione subiecti primi scientiæ Venetiis per Jo. Hertzog a. 1500 (cf. Reichling, Appendices, IV, p. 204); alter ineuntis sæculi XVI, parisiensis, minorita, cui cetera omnia debeantur.

MMCCCVIII. 1197.

JOANNES A MONTE CALERIO = *Moriundus* cognomento provinciæ Genuensis, ac Subalpinas. Obiit anno 1654.

Chorographica descriptio provinciarum Ordinis Capuccinorum prodiit primum Augustæ Taurin. an. 1634. in fol., ut habet Langlet Fresnoy de Stud. Hist.; postea etiam Taurini an. 1649. in fol. sumptibus Cavallerii.

Conciones multæ tit. *Memoralia Prælatis pro subditorum instructione* lingua vulgari. Ibidem anno 1654. in fol. apud HH. Dominici Tarini, ut est apud Rossottum in Syllabo Scriptor. Pedemont., de quo legatur et Biblioth. Capuccin.

De eodem infra sub v. *Joannes Moriundus*.

1198.

JOANNES DE MONTE CASALE = V. *Joannes a Casali* Montisferrati, qui idem est; est quidem *Mons Casalis* oppidum Tusciæ 4. millibus passuum a Burgo S. Sepulchri distans; sed iste *Joannes* ex Operibus elicitur fuisse e *Casali Montisferrati*, ut supra. Rossottus, et Joan. a S. Anton. exscripserunt Waddingum.

MMCCCIX.

JOANNES A MONTECORVINO Apulus doctrina non minus, quam religione magnus, sed apostolico zelo, ac munere maximus, a Nicolao IV. Sedis Apostolicæ Legatus in Oriente constitutus universam eam terræ partem, quæ ad Mare eoum usque pertingit, peragratus est, plurimis ad Christi fidem, vel ad Catholicam Religionem populis adductis, Georgio etiam Nestorianorum Rege, et plerisque illius subditis gentibus; quamobrem anno 1307. a Clemente V. primus Archiepiscopus *Chambaliensis* Cataji Metropolis, et Magni Chami, seu Imperatoris Tartarorum regiæ cum 7. Episcopis *Suffraganeis* constitutus eam diu Ecclesiam inter tot barbaras nationes summa cum prudentia, tum religione, ac ingenti labore tenuit, ministravitque; illisque juvandis, edocendisque

Novum Testamentum, et *Psalterium* e latino in linguam Tartarorum, vel tamulicam transtulit, quemadmodum ipsemet scribit epist. data *in civitate Chambaliech* anno Domini 1305. die 8. Januarii, quæ legitur in Annal. Min. ad eum an. num. 10., ubi et reliquam *Veteris Testamenti* partem eam in linguam se versurum pollicetur, quod et fecisse reor, cum vixerit usque ad annum circiter 1332. in illis partibus, ubi et decessit.

Epistolas plures et *varias* de rebus illorum populorum, et de vario itinere ad illos adeundos, quarum nonnullas ex Vaticano Reg. exhibet Waddingus in Annal. Min. to. 2. et 3., ad an. 1305., et 1307., nec non ex ms. Historia B. Oderico Forojuliensi adscripta, sed verius Fr. Joannis a Mortiliano Forojuliensis, de quo infra.

De eo cf. Marcellino da Civezza, Storia delle missioni francescane, t. III, e t. VI pp. 309-314, e Saggio di bibliografia geogr. stor. etnogr. Sanfrancescana, n. 429 (pp. 409-410); Otto Hartig in The Catholic Encyclopedia, VIII, p. 474; præcipue vero Gir. Golubovich, Biblioteca bio-bibliogr. della Terra Santa e dell'Oriente Francescano. I, pp. 301-309.

MMCCCX.

JOANNES A MONTE S. MARIÆ Picens intimus amicus B. Conradi Offidani an. 1306. defuncti vir vitæ sanctitate clarus scripsit

De S. P. Francisci gestis, et miraculis, quæ præsertim a B. Leone dicti S. Francisci socio in Æde Portiunculæ prope Asisium una cum præfato Conrado audiverat, teste Waddingo in Annal. Min. sub an. 1289. num. 32.; nisi sit *Hugolinus* loco *Joannis*.

* JOANNEM MONTESDOCA, quem et Petrus de Alva, et Joan. a S. Anton. inter Scriptores Minoritas

Digitized by Google

noritas recensent, hic abradendum puto, cum nec Minorita fuerit, ut et ipsi fatentur, sed tantum quorundam paucorum Minoritarum præceptorem egerit, nec propria, sed aliena vulgaverit.

MMCCCXI.

JOANNES DE MONTIBUS, al. *de Mons* charus fuit S. Ludovico Galliarum Regi ex literis Philippi ejus filii; et a sacris Confessionibus *Margaritæ* Reginæ Navarræ, et dicti S. Ludovici filiæ, et aliquando ipsimet S. Ludovico ex cap. 6. Vitæ ejusdem S. Ludovici ab Anonymo Reginæ uxoris S. Regis Confessario compositæ apud Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 26. Aug.: fuerat trans mare cum eodem S. Rege an. 1270., et inde a Philippo filio missus est cum Guillelmo de Belloloco, et alio Ord. Præd. in Franciam nuncius mortis ejusdem S. Regis ex epist. filii: sacris concionibus se exercuit, ejusque

Sermones 4. Parisiis anno 1272., et sequenti habiti mss. habentur Parisiis in Biblioth. Sorbonica inter Sermones diversorum Theologorum Parisien. eo tempore habitos, ut referunt Quetif, et Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 269. in *Ægidio de Aurelianis*, aitque *sermonem* 14. 124. 135., et 191. esse hujus Joannis in eo codice ms., in quo et plures alii leguntur a FF. Minoribus recitati, ut Sermo primus *Droconis*, vel *Drogonis de Provins* Guard. Paris.; Sermo 6. et 47. *Odonis de Roini;* 8. 18., et 193. *Joannis de Cenomanis;* 13., et 99. *Joannis de Castellione;* 30. et 56. *Gosoini;* 46. *Guidonis de Templo;* 68. *Joannis de Meth.;* 86. *Simonis de Senonis;* 127. *F. Bonaventuræ*, habitus in festo *die S. Marci* Evangelistæ 25. Aprilis anno 1273.; 151. *Simonis Normanni;* 183. *G. De Bosco Jandonis;* 184. *Jacobi de Provins;* 196. *Joannis de Duaco;* et alii 18. Sermones trium *Anonymorum* Ord. Min.

MMCCCXII. 1199.

JOANNES MORENO = Minor. Conventual. sac. Theol. Magister, et an. 1556. provinciæ Aragoniæ Minister, vivebat adhuc anno 1563., eratque *Custos Ilerdensis* ex Monumentis mss. Archivi Ordinis apud SS. XII. Apostolos de Urbe.

MMCCCXIII.

JOANNES MORIUNDUS Capuccinus, cujus

Epistola eruditissima ad Fratres habetur to. 1. Annal. Boverii.

Epistola pastoralis edita est Laureti an. 1641.; et

Epistola alia ad Emin. Barberinum extat in principio to. 2. Annal. Boverii, ut notavit Joan. a S. Anton. in append.

Idem est ac *Joannes a Monte Calerio*, de quo supra.

MMCCCXIV.

JOANNES A MORTILIANO oppido diœces. Utinensis cognomento *Longus* sac. Theol. Magister, et contra hær. prav. Aquilejen. Inquisitor, obiit in urbe Forojuliensi anno 1363. apud suos sepultus cum epitaphio a Rodulphio Hist. Seraph. lib. 3. inter Scriptores Ordinis Minorum relato: scripsit Opus, cui titulum fecit

Pantheon, quod memoratur in Regesto, vel Repertorio rerum Conventus Forojulien. an. 1397. confecto ita: *Pantheon bonæ memoriæ Fr. Joannis de Mortajano:* quod amissum creditur.

Compilationem novam super tota Biblia, seu sacra Scriptura: extat hoc Opus ms. Romæ in Biblioth. Vaticana inter libros Reginæ Sveciæ num. 159. apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 17. cum tit. *Joannis de Utino compilatio librorum historialium Bibliæ:* et nihil aliud continet, nisi *genealogiam D. N. J. C. ab Adam usque ad mortem Christi* arboris instar, cujus ad latera subinde nonnulla ad *profanam Historiam* attinentia subnotantur cum figuris; hujusve Operis tria adhuc exemplaria mss. inveniri dicuntur, unum Romæ in Bibliotheca Ottoboniana cod. VII. num. 1. scriptum Utini anno 1344., dicatumque B. Bertrando Patriarchæ Aquilejen.; alterum Venetiis penes N. V. Bernardum Trivisanum factum an. 1346.; et 3. penes virum eruditum Joseph Lirutum apud nostros Glemonæ commorantem; horum autem binis adnexum legitur

Compendium Rom. Pontificum, et Imperatorum; nec non

Expositio Orationis Dominicalis cum oppositione, quæ inter virtutes, et vitia intercedit.

Joannis de Utino Summa de ætatibus extare dicitur ms. in Biblioth. Paris. Colbert. cod. 3601., et creditur hujus Joannis, qui modo *de Utino* a Conventu, modo *a Mortiliano* a loco nativitatis dicebatur: in ead. Biblioth. habetur alter codex ms. num. 5496. hoc titulo: *Incipit liber de ætatibus, et generationibus præcedentibus a primo homine, et de principiis regnorum, et Regum veteris testamenti, et præcipue de Regibus Israel, et Juda:* et post 4. folia legitur: *In isto libro annotatæ sunt sub brevitate Historiæ plurimæ veteris testamenti de Hebræis, Judæis, Gentilibus, Paganis* etc. *perductæ usque ad annum* 1331. Usus est hoc Chronico Waddingus in Annal. Min. ad an. 1307. num. 6., dicitque *breri methodo concinnatum* perductum *usque ad initium Pontificatus Benedicti XII.*, seu an. 1335.; et ad an. 1321. n. 1. ait deduci ab oriente mundo usque ad mortem Joannis XXII., nempe usque ad annum 1334., illudque attribuit citatis locis, et in hoc Opere *B. Odorico Forojuliensi*, nescio quo autore; sed hoc negant Baluzius, et post eum Echard de Scriptor. Ord. Prædic. to. 1. pag. 550., eo quod legatur pag. 184. *Sanctus frater Odoricus passionem SS. 4. Fratrum Minorum sic descripsit* etc.: varia quoque continet, quæ non habet *B. Odoricus*, et varia B. Odoricus, quæ non sunt apud istum: putant tamen esse alicujus Franciscani, eo quod multa, et quidem præclara de hoc Ordine commemoret. Num idem, ac *Pantheon*, de quo supra?

Eodem tempore vixit alter *Joannes Utinensis*, qui uti *Custos Forojuliensis* an. 1369. indicem recognovit, vel effecit librorum Conventus Utinensis ex præfatione nuperi Illustratoris ad *Historiam Itinerum* B. Odorici Utinensis pag. 38.

Agit de eo Joannes Joseph Liruti in Notizie delle vite ed opere scritte dai letterati del Friuli, I, Venezia 1760, pp. 294-297, aitque: 1. eumdem obiisse Utini die 13 Septembris 1366 (qui annus emortualis confirmatur ab ipso epitaphio per Rodulphium relato); 2. *Compendium gestorum summorum pontificum et imperatorum* extare tantum in codice Ottoboniano et pertingere ad a. 1478; 3. *Expositionem orationis dominicæ* reperiri tantum in suo codice, et anonymam; 4. in codice Colbertino 3600 (non vero 3601) eamdem compilationem contineri, quæ in tribus codicibus antea a Sbaralea citatis.

Summa de ætatibus, contenta codice Colbertino 3600 ex B. Hauréau (Notices et extraits des manuscrits de la biblioth. Nationale, XXXVIII, Paris 1906, p. 417) incipit: *Adam primus homo, in agro Damasceno fuit a Deo formatus et in paradisum*

Digitized by Google

radisum deliciarum translatus. Quoad *librum de ætatibus* contentum codice Colbertino 5496 (nunc biblioth. Nation. Paris. lat. 5006) et de eius probabili auctore conferatur Gir. Golubovich, Biblioteca bio-bibliogr. della Terra Santa, II, Quaracchi 1913, pp. 116-119.

MMCCCXV.

JOANNES MUNNOZ Hispanus Regul. Observ. provinciæ Castellæ Lector emeritus publicavit

Disceptationes, et argumenta Complutensium circa varias sac. Theologiæ doctrinas. Cæsaraugustæ anno 1649. in 4. typis Nosochomii S. Mariæ de Gratia; qui liber continet 16. disceptationes ex 4. libris Sententiarum.

Concionem de S. Joseph. Compluti an. 1644. in 4., et

Concionem de S. Joanne Evangelista. Matriti anno 1644. in 4. ex Typographia regia ex Joan. a S. Anton., de quo et Nicolaus Anton., et Petrus de Alva.

MMCCCXVI. 1200.

JOANNES NASS = Observantiæ Strictioris Reformat. provin. Tyrolis concionator aulicus Ferdinandi Archiducis Austriæ ex Joan. a S. Anton., Theologus illustris, factus est an. 1580. Episcopus Bellinensis, et Suffraganeus Brixinensis in Rhetia, vel Tirolo ex autore coævo Rodulphio lib. 2. fol. 235., qui et lib. 3. ejusdem meminit inter Scriptor. Ord. Minor., vocatque acerrimum hæresum oppugnatorem, et celeberrimum in civitate Brixinensi concionatorem, et adhuc anno 1586. in vivis fuisse; obiit namque Œniponte an. 1590. 16. Maji ex Villoto, Lequile, et Dupino. Testatur Joannes a S. Anton. alia eum scripsisse sermone patrio; huncque dicas *Germanum* illum innominatum, de quo Waddingus pag. 100., ut ex argumentis rerum.

Centuriam quartam Evangelicarum veritatum contra Friderici Cælestini Pantheon edidisse memorat Possevinus in Appar. sac., qui tamen Instit. Regulare tacet. Contra ejus Centurias scripsit Paulus de Scala Coloniæ 1570. ex Analect. Litter. Freytag. pag. 815.

Amplior de eo notitia et scriptorum omnium (39), quæ reliquit, catalogus criticus invenitur apud Joh. Bapt. Schoepf, Johannes Nasus Franziskaner und Weihbischof von Brixen (1534-1590), in Programm des Gymnasiums zu Bozen 1860, cum appendice in Programmate a. 1861. Præter Schoepf conferri possunt: Goedeke K., Grundrisz zur Geschichte der deutschen Dichtung aus den Quellen, II, Dresden 1886, pp. 486-489; Jung Jul., Zur Geschichte der Gegenreformation in Tirol, Innsbruck 1874, pp. 5-24; Werner K., Geschichte der apol. u. polem. Literatur der christl. Theologie, IV, Schaffhausen 1865, pp. 505, 588, 604; Raess A., Die Convertiten, I, Freiburg 1866, p. 298 ss.; Wolf A., Lucas Geizkofler und seine Selbstbiographie, 1550-1620. Wien 1873, p. 119 ss.; Allgemeine Deutsche Biographie, XXIII, Leipzig 1886, pp. 257-261; Wetzer und Welte's Kirkenlexikon, IX, Freiburg im Breisgau 1895, col. 32-33; Hurter H., Nomenclator liter. theologiæ catholicæ, III, Œniponte 1907, coll. 207-210.

MMCCCXVII.

JOANNES A NATIVITATE Lusitanus Discalc. provinciæ S. Antonii illius Regni alumnus, ac Definitor vernacule scripsit, et evulgavit

Conciones duas super Evangelium Dominicæ IV. Adventus; quarum altera habita est in regio Sacello, altera vero in suo Cœnobio: utraque tamen impressa est Ulyssipone an. 1641. in 4. typis Pauli Craesbeeck ex Joan. a S. Anton.

D. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, II, Lisboa 1747, p. 707) hæc tantum habet:

. *Sermaõ na Quarta Dominga do Advento na ocaziaõ, que sua Magestade ElRey D. Joaõ o IV. Nosso Senhor se jourou por legitimo Rey deste Reyno de Portugal pregado em o Convento de Santo Antonio dos Capuchos de Lisboa.* Lisboa por Paulo Craesbeeck 1641, in 4.

Obiit ex eodem Ulissipone die 23 Octobris a. 1652.

MMCCCXVIII.

JOANNES DE NEAPOLI ex patritia familia *Mazara* Sulmonæ natus, Neapoli Strictioris Observ. Institutum professus plurium linguarum ad stuporem peritissimus in provincia Terræ Laboris Minister eligitur, deinde ad supremum sui Ordinis gubernium evectus scripsit

Epistolas ad Universitates Pragensem, et Parisiensem pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ.

Dissertationem de retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis adversus Linum, et Cletum, uti dicitur in libro impresso Coloniæ 1651. in 8.

Apologiam pro autoritate Ministrorum Generalium Ordinis in Ministros Terræ Sanctæ ad Philippum IV. Hispaniar. Regem. Matriti in fol.

Pontificias Constitutiones ad Seraphicam Religionem spectantes ejus jussu collegit *Laurentius Venetus* Exprovincialis, et Custos editas Venet. an. 1647. apud Matthæum Lenium in 4.

Cum ad *Valentinam* Ecclesiam præsentaretur, pie moritur an. 1648. Matriti apud suos sepultus: de quo Petrus de Alva col. 807. Militiæ, Gubernatis to. 2. Orbis Seraphici lib 3. §. 66., et ex his Joan. a S. Anton.

Dissertatio Amedei Salyi Theologi Hetæriani de retinendo titolo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis, adversus Linvm et Cletvm contendentes reformatum à Gregorio XV Dictionarium. Ex Apographo Reverendissimi Patris Joannis à Neapoli Ordinis Minorum de observantia Generalis Ministri. Coloniæ Agrippinæ, Sumptibus Cornelii ab Egmont, et Sociorum, anno 1651, in 8. Huius Dissertationis, in schedis Fr. Joannis a Neapoli post eius obitum repertæ atque hinc typis vulgatæ, auctor est Theophilus Raynaudus Soc. Jesu, qui eam mandante P. Vincentio Carrafa Præposito Generali et urgente eodem Fr. Joanne adornavit, ut ipse dicit in opere Syntagma de libris propriis, n. LVII (Theoph. Raynaudi Apopompæus, seu operum tom. XX, Cracoviæ 1669, p. 63).

Apologia pro autoritate Ministrorum Generalium Ordinis etc. probabiliter idem est ac *Memoriale* auctore Ludovico de la Palma y Freites Philippo IV exhibitum post mortem Fr. Joannis a Neapoli a. 1649, cuius hæc editio extat Romæ in bibliotheca Nationali: *Memorial y Discvrso que se dio a la Magestad Catolica del Rey nuestro Señor D. Felipe IIII. por el Reverendissimo Padre Fr. Juan de Napoles, Ministro General de toda la Orden del Serafico Padre San Francisco, año de 1649. cerca del Derecho che la dicha Magestad Real tiene, para que los Ministros que se han de nombrar, y nombran para assistir en la Tierra Santa de Gerusalen, à la custodia, guarda, y conservacion de los Santuarios de ella, que estàn à cargo de la Religion de San Francisco, y los Comissarios que suelen embiarse en orden al mesmo fin, ayan de ser nombrados par el Ministro General, y dicha Sagrada Religion, à beneplacito de su Magestad, y no en otra forma. Y Copia de las cartas que sv Magestad escriviò sobra esto à su Santidad, y sus Embajadores de Roma, año de 1650. y 660.* Absque ulla nota, in fol.

MMCCCXIX. 1201.

JOANNES NODIN =

1202.

JOANNES DE NOTO = V. infra *Joannes Ricca;* nam idem est.

MMCCCXX.

Digitized by Google

MMCCCXX. 1203.

JOANNES NUNNEZ = al. *Nunius* idem est cum *Joanne Francisco Nunno*, et cum *Joannettino de Niño*, de quibus suo loco, et quos Waddingus diversos putavit: Theologus, et a Confessionibus Margaritæ Austriacæ, al. de Cruce Clarissæ Excalceatæ Regii Monasterii Matritensis, et Consultor S. Generalis per Hispanias Inquisitionis scripsit quoque

Expositionem brevissimam Regulæ Seraphicæ ad Gregorium XV. Salmanticæ an. 1622. typis Antoniæ Ramirez, teste Joan. a S. Anton. in append., qui tomo 2. pag. 236. ait scripsisse quoque

Expositionem capitis 4. ejusdem Regulæ Seraphicæ ibidem impressam an. 1623. in 4.

Sanctorale Seraphicum. Salmanticæ ad calcem *tractatuum D. Francisci de Sosa* supracit., suppresso nomine autoris, 1623. in 4. typis Antonii Vasquez.

Apologeticum adversus Vicariatum Generalem Minorum Discalceatorum anno 1625. a Gregorio XV. institutum ex Chronicis suæ provinciæ apud Joan. a S. Anton., atque idem est cum *tractatu ad Gregorium XV.* in defensionem sui Instituti, quem memorat Waddingus in *Joannettino Nino.*

Chronica sui Ordinis tomis 2. unum Opus sunt cum *Chronicis Ordinis a Marco Ulyssiponen.* scriptis, quæ ipse recognovit, in alium stylum, methodumque reduxit, duobusque tomis in fol. edidit Salmanticæ an. 1625., vel 1626. apud Anton. Ramirez: in quibus ab an. 1517. usque ad nostra tempora Operis continuationem promittit, inquit Miræus in Auctario de Scriptor. Eccles. sec. XVII. num. 237. Antuerpiæ anno 1639. [1649] emisso.

De origine Reformationis provinciæ Romanæ, quod memorat Waddingus in *Joanne Francisco Nunno*, forsan est Opus diversum.

Aphorismos Prælatorum, et subditorum. Barcinonæ an. 1625. al. 1629. typis Sebastiani Mathevat.

Vitam Sororis Annæ Mariæ a S. Joseph piissimæ Clarissæ Excalceatæ. Salmanticæ an. 1632. al. 1623. in 4. apud Tabernier.

Vitam Jesu Christi per Landulphum Carthus. concinnatam, et ab Ambrosio Montesino Franciscano hispanice factam recognovit, et auxit, emisitque an. 1627. in fol., al. an. 1623. Salmanticæ typis Antonii Ramirez, ut dictum est supra in *Ambrosio Montesino.*

Tractatum Apologeticum in Germanicum Alcoranum ex Fr. Jacobo de Castro to. 1. Chron. prov. S. Jacobi pag. 125.

Tractatus varios etiam scripsit, qui mss. habentur Salmanticæ in Bibliotheca Monasterii S. Antonii, in quo humilibus exercitiis deditus obiit circa an. 1630., ut habet cit. Joan. a S. Anton. Agit de eo etiam Petrus de Alva, Nicolaus Antonius, et Barnabas Moreno lib. 5. Hist. Emeriten.

Instruccion de todos los estados de la Iglesia, avtoridad y potestad de los Prelados superiores y inferiores, en qualquiera juyzio y administracion. Y consideraciones espirituales, muy prouechosas para la buena instruccion de la vida Christiana, con Indices para los Predicadores.... Compuesto por el Padre Fray Juan Nuñez de Torres, Predicador del religiosissimo Conuento de san Francisco de Salamanca. En Salamanca. En la Imprenta de Antonia Ramirez viuda. Año MDCXVIII. (post m. Junium, ut patet ex 2° folio) in 4. Hunc auctorem et Joannettinum Niño, quos Sbaralea nulla ratione adducta contra Waddingi eorum coævi et Nicolai Antonii auctoritatem in unum confundit, distinguendos esse existimo, etiam ex eo quod Jannettinus Niño in comitiis generalibus Salmanticæ habitis die 2ª Iunii a. 1618, nempe paulo ante editum dictum volumen, electus est commissarius Ordinis in Curia romana (Melchiorri, Annales Minorum, XXV, Ad Claras Aquas 1886, p. 289, n. IV). Quoad Joannem Franciscum Nunnum (a Nic. Antonio omissum) nullam rationem video, qua cum alterutro confundi debeat.

MMCCCXXI.

JOANNES NUNNEZ alter Hispanus Regul. Observ. prov. Bæticæ, ac S. Officii Qualificator vernaculo idiomate vulgavit

Concionem de S. Dominico. Hispali an. 1642. in 4. per Simonem Faxardo. Hic autem, non antecedens, fuit ex oppido Hermosillæ Zamoren. diœcesis.

MMCCCXXII.

JOANNES DE OCANNA Hispanus provinciæ Castellæ publici juris fecit hispanice

Concionem de Exilio (an *de auxilio?*) *Dominæ nostræ.* Matriti in 4.; et

Concionem pro Conceptione prorsus Immaculata Virginis Mariæ cum aliis diversorum autorum impressam, et citatam ab Antonio Daza apud Petrum de Alva col. 811. Militiæ, et Jo: a S. Anton.

MMCCCXXIII. 1204.

JOANNES OCCAM = hujus meminit ex Mariano Waddingus in Annal. Min. sub anno 1344. num. 8., veluti circa illud temporis is vixerit; certe autor illius seculi Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. ait: *Directorium juris Opus magnum Frater Joannes de Anglia fecit:* et Joan. a S. Anton. to. 2. dicit floruisse an. 1344.

MMCCCXXIV.

JOANNES OLARTE Cantaber Discalc. prov. S. Joannis Baptistæ Valentino in regno, vir vere apostolicus, ac virtutum diligentissimus cultor scripsit

Medullam mysticam elaboratam circa an. 1643., quo vivebat, ex Anton. Panes to. 2. Chron. dictæ provinciæ lib. 6. cap. 49. apud Joan. a S. Anton.

MMCCCXXV.

JOANNES DE OLIVER Hispanus Discalceat. provinciæ Valentiæ, deinde provinciæ S. Gregorii Insularum Philippinar. Definitor, et concionator magnæ pietatis, quem in obitu a Christo, Deipara, et S. Francisco visitari meruisse ferunt, scripsit tagalo idiomate

Tractatus 12.: *de beneficiis: de vitæ humanæ miseriis: de beatitudinibus: de* 4 *norissimis: de peccatis: de pœnitentia: de eleemosyna: de SS. Sacramento Eucharistiæ, et Communione: de fide: de charitate: de consideratione, ac meditatione, et de* 15. *mysteriis SS. Rosarii.*

Catechismos 4.: *de bonis moribus Christiani: de doctrina christiana, et ejus intelligentia: de modo communicandi: et de modo baptizandi infideles.*

Dialogum de confessione.

Sermocinationes varias impressas Manilæ in 8.

Artem linguæ tagalæ.

Catalogum Indulgentiarum; ex Antonio de Llave in Chron. prædictæ provinciæ trien. 6. cap. 77., et Jo: a S. Anton.

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia... Sanfrancescana, p. 435, qui addit:

Diccionario Tagalog-Espanol, escrito por el Fr. Juan de Plasencia, perfeccionado y aumentado por el P. Fr. Juan de Oliver;

Digitized by Google

Oliver; et ex Fel. de Huerta (Estado... de la Prov. de S. Greg. Magno de Religiosos Menores Descalzos...· en las islas Filipinas)

Platicas sobre los principales misterios de nuestra santa Fè. Natus est Valentiæ; obiit a. 1599.

MMCCCXXVI. 1205.

JOANNES DE OOSTERROYCK =

MMCCCXXVII.

JOANNES ORTIZ Nietus Hispanus edidit vernacule

Concionem de Nativitate Christi Domini. Hispali 1624. in 4. ex Petro de Alva col. 811. Militiæ apud Joan. a S. Anton., qui etiam alium ab isto memorat *Joannem Ortiz* Hispanum Regul. Observ. Castellæ provinciæ sac. Theologiæ in Toletano S. Joannis Regum Cœnobio Professorem, et edidisse dicit

Concionem de S. Dominico. Granatæ typis Francisci Sanchez in 4.; tempus tamen non prodit; et nescio, an reapse diversi sint.

MMCCCXXVIII.

JOANNES ORTIZ Zarate Hispanus Theologus, et Guardianus Conventus Pampilonen. provinciæ Burgensis edidit

Concionem de præservatione Virginis Mariæ in Hospitali Burgensi declaratam. Burgis 1645. in 4.

Concionem de patrocinio Virginis. Pampilone 1655. in 4. apud Didacum de Zabala.

Conciones plures de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ an. 1663. ad prælum maturas habebat, teste Petro de Alva col. 811. Militiæ univ. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES OSTIENSIS, quem hoc loco Joannes a S. Anton. ex quadam appendice ms. Catalogo Waddingi interserit, est *Joannes Baptista Hostiensis,* quem ipse supra pag. 129. ex Waddingo, et Dionysio Genuensi recensuit: errat itaque, dum scribit hunc Hispanum fuisse, et de eo siluisse Waddingum, et cit. Dionysium autorem Biblioth. Capuccin.

MMCCCXXIX.

JOANNES DE OVALLE Hispanus olim Theologus Romani Collegii S. Isidori Strict. Observ. emisit a se habitam ad urbem Victoriæ

Panegyricam orationem de S. Laurentio Martyre. Flaviobrigæ 1643. in 4. typis Petri Huydobro ex Joan. a S. Anton.

MMCCCXXX. 1206.

JOANNES DE OVANDO = Regul. Observ.

Comment. in 3. Sententiarum prodierunt Valentiæ 1597. in fol. apud Alvarum Francum.

Discursus prædicabiles de mysteriis fidei vulgati sunt etiam Brixiæ an. 1603. apud Societatem in 8. latine ex Biblioth. Ferrar. S. Francisci, et Venetiis, Parisiis, et Lugduni 1606. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

In omnes Dominicas post Pentecosten Sermones prodierunt 1609. in fol. typis Ludovici Estupiñan.

Tractatus de Incarnatione Salmanticæ editus est in 4. teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan. apud. Joan. a S. Anton. to. 2.; de eoque et Petrus de Alva col. 811., et Dupinus sec. XVII.

Opus in tertium librum Sententiarum prodiit etiam Valentiæ a. 1624 in fol., cuius editionis titulus in Catalogo librorum impressorum Musei Britannici ita refertur: *Subtilissimus.... J. Duns Scotus elucidatus.... circa tertium librum Sententiarum. Eius littera articulata, elucubratione exornata... in clarissimam redacta methodum, a.... J. de Ovando.*

Tratado pastoral ordenado por discvrsos. En el qual por varios Symbolos y Metaphoras de la sal y de la luz, se trata copiosamente de las propriedades de vn buen pastor y predicador.... En Salamanca, en casa de Diego Cussio, MDCI. in 4. Extat in Vallicellana.

Discvrsvs prædicabiles svper mysteria fidei, cvm brevissimis tractatibvs svper ipsa mysteria. Brixiæ, Apud Societatem Brixiensem. MDCIII. in 8; Parisiis, Apud Viduam Gvilielmi Chavdiere (in nonnullis exemplaribus: Apud Viduam Sebastiani Nivellii) MDCVI. in 8. Sunt 61 conciones prædicabiles in octo ex præcipuis anni festis, inter quæ circumcisionis, epiphaniæ, eucharistiæ; quare dubium Nicolai Antonii, qui veretur ne idem opus sint cum *Expositione in Symbolum apostolorum,* fundamentum non habet. Idem Antonius titulum editionis complutensis a. 1593 hispanice refert, at ex his editionibus non apparet eos sermones ex hispanico versos esse.

Tractatus de Incarnatione ad concionatores divini verbi pertinens extat (mutilum tamen) in Museo Britannico.

* JOANNES PACCIANUS apud Joan. a S. Anton. in append. to. 3. non alius est, quam *Joannes Pecchamus.*

MMCCCXXXI. 1207.

JOANNES PADUANUS = de quo et Nicolaus Antonius, et Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo, vel ut Waddingus.

MMCCCXXXII. 1208.

JOANNES DE PALMA =

Vitam Ven. Margaritæ Austriacæ ex hispano italicam fecit Nicolaus Roncalea Lucensis Cleric. Regul. Congregat. Matris Dei impressam Romæ an. 1680. per Ignatium Lazarum; ex qua Benedictus Mazzara in Legend. Franciscano ad diem 5. Julii; quo die illa an. 1633. ex hac vita decessit. Hispanice etiam prodiit Hispali an. 1653. in fol. apud Nicolaum Rodriguez ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit, scripsisse etiam

Historiam celeberrimi miraculi S. Antonii in suo Hispalensi Conventu patrati. Hispali 1682. in fol. per Ludovicum Espiñan; nisi sit legendum 1628.

De reformatione status ecclesiastici tres tractatus mss. asservantur Hispali in Biblioth. Conventus S. Antonii in fol. hispano sermone.

MMCCCXXXIII.

JOANNES PANESIUS, seu de Panes Hispanus Regul. Observ. alumnus scripsit

Grammaticam artem cum *tractatu de accentu, et orthographia* anno 1561. in 12., teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMCCCXXXIV.

JOANNES DE PANORMO provinciæ Siciliæ Ord. Capuccin., teste Dupino in Supplem. apud Joan. a S. Anton., scripsit

Lectiones Theologicas juxta doctrinam Scoti: obiitque Panormi an. 1579.; cum tamen neque Boverius in Annal. Capuccin., neque Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor., neque Mongitor in Biblioth. Sicula hujus Scriptoris meminerint, valde suspectus esse debet.

MMCCCXXXV.

Digitized by Google

MMCCCXXXV.

JOANNES PARENS Florentinus Jurisconsultus cl., et in Civitate Castellana Judex ad Institutum B. Francisci adhuc viventis se convertit, et amplexatus est eam ob causam, quæ narratur in Annal. Minor., quæque notissima referri solet; tantæque fuit existimationis apud omnes ob doctrinæ, prudentiæ, religionis rerumque agendarum præstantiam, ut primus post S. Franciscum Minister Ordinis, ac supremus Fratrum Præfectus eligeretur an. 1227. Asisii in Comitiis Generalibus, sexennioque expleto, cum Ordinem magna vitæ exemplaris ædificatione rexisset, et optimis intitutis stabiliisset, dignitate se abdicavit, et in Corsicam Insulam se contulit, ubi sanctimonia vitæ, ac prædicatione plurimos ad melioris status conditionem convertit. Tandem laboribus ac corporis castigatione fractus, meritis tamen amplissimis onustus vitam cum morte commutavit, terramque reliquit haud sine sanctitatis opinione in Sardinia apud *Montem Rasum* prope oppidum Botilam, ubi ab incolis in veneratione ejus corpus, et nomen habetur; cum jam scripsisset

Tractatus nonnullos in jure, qui plurimi fiunt, commendanturque ab Hugolino Verino in Illustrat. Florentiæ, ab Andrea Tiraquello, et Michaele Pocciante in Catalogo Scriptor. Florent.

Sunt, qui hunc de *Carmignano* dixerunt, idque ex Conformitate XI. parte 2. Bartholomæi Pisani, qui quidem in editis ita legitur in provincia Tusciæ, et Custodia Florentina, sed corrupte mendoseque; nam codices mss. secus, et recte habent *Locum de Carmignano* in Custodia Lucana; postea subdunt Custodiam Florentinam, et in *Loco Florentiæ* ajunt floruisse *Fr. Joannem Parentem,* quod confirmatur ex ipsis etiam editis codicibus Confor. VIII. par. 2., ubi legitur de SS. Viris Florentinis Ordinis Minorum: *de Florentia etiam fuit Sanctus Frater Joannes Parens primus Generalis Ordinis post mortem B. Francisci* etc.: quod habet et Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in Serm. de *S. Bonaventura* cap. 1. an. 1482. scribens.

MMCCCXXXVI. 1209.

JOANNES PARLHAUDUS =

1210.

JOANNES PARMENSIS = V. supra *Joannes Borellus,* et *Joannes Genesius.*

MMCCCXXXVII.

JOANNES PATRITIUS Bansiensis Scotus Aberdoniæ Ordinem S. Francisci ingressus est, progressuque temporis provinciæ Scotiæ Minister fuit, et ad multos annos a sacris Confessionibus Jacobo V. Regi, qui anno 1542. vitæ finem posuit: post quæ ab hæreticis Scotiam devastantibus in exilium cum pluribus aliis ejusdem Instituti Fratribus expulsus in Belgium se contulit, Lovaniique senuit usque ad an. 1572., quo ex hac vita migravit ex Gonzaga par. 3., cum scripsisset, si fidei danda est Thomæ Dempstero Hist. Eccles. Gentis Scotor. lib. 15. num. 1025.

Sermones ad Fratres lib. 1.

De patientia Evangelica lib. 1. ms. Audomari, et Tornaci.

Summarium legis divinæ.

Contra hæreses nascentes.

Acta disputationis suæ.

De Missæ Sacrificio.

MMCCCXXXVIII. 1211.

JOANNES PAULUS BIMBACCIUS = sac. Theol. Doctor, et ecclesiastes præclarus Senis publice Theologiam interpretatus est, Ordinis sui primum a Secretis, mox etiam provinciæ Tusciæ Minister, inde Gallicanarum provinciarum Visitator, et Romæ Consultoris Indicis, ac Card. Caroli Medicei Theologi munere functo, obiit Senis an. 1649. die 21. Novembris ætatis suæ anno 49., magnis honoribus elatus, inquit Franchinus in Biblioso. num. 191., ubi eum magnis laudibus onerat, exornatque. De eo Theulus in Triumpho Seraphico.

Sermones quadragesimales mss. extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucis Min. Conv., teste Cerrachino in Fastis Theolog. Collegii Florent.

Sermones de Nomine sancto V. Mariæ in Sabbatis Quadragesimæ habiti hetrusca lingua prodierunt Florentiæ an. 1645. in 4., teste Raphaele Badio in Catalogo Theologorum Universit. Florent., Marracio in Biblioth. Mariana, et Ant. Terrinca in Theatro Hetr. Minor., nec non Julio Nigro S. J. in Scriptor. Florent., et Joan. a S. Anton.

MMCCCXXXIX. 1212.

JOANNES PAULUS GERMANUS =

MMCCCXL. 1213.

JOANNES PAULUS PALLANTERIUS = docuit etiam Philosophiam in Gymnasiis Ticinensi, ac Mediolanensi, et in Universitate Ferrariensi Theologiam, factusque Episcopus Laquedon. in regno Neapol. an. 1602. a Clemente VIII. obiit non an. 1614., sed 1606., inquit Ughellus to. 6. Ital. sac., et 7. kal. Novembr. ex Augustino Garavino de Vir. Illustr. Castri Bononien.

Prælectiones in librum primum posteriorum editæ sunt Venetiis anno 1579. in 4. apud Horatium de Gobbis.

Tractatus in libros Aristotelis de anima. Ibidem per eumden 1580. *interrupto dialogo* ex Rodulphio.

In quatuor libros Magistri Sententiarum. Regii 1593. in 4. per Herculanum Bartoli.

Lectura in 4. *libros Magistri Sententiarum tomis* 2. in 4. Venetiis anno 1599. per Franciscum Guerrilium; suntque *Lectiones Theologicæ* Monachis Cassinen. S. Joannis Parmensis habitæ.

Explanatio in Hymnos Ecclesiasticos ad Paulum V. Bononiæ anno 1606. in 4. typis Bellagambæ ex Franchino in Biblios. num. 193. ex cit Garavino pag. 9.; qui et pag. 111. tradit composuisse etiam

Epitaphium satis longum latino, hetruscoque sermone *gesta Christophori Pallanterii* sui fratris germani Equitis Sixti V., et Bononiæ Card. Legati Equitum aulicorum ductoris continens.

Hujus viri meminit et Rodulphius lib. 2. et 3., Marraccius in Bibliotheca Mariana, Possevinus in Appar. sac., aliique, quippe qui fuit nepos, et alumnus *Hieronymi Pallanterii* Episcopi Bituntini. De eo et Jac. Le Long in Biblioth. sac., et Joan. a S. Anton.

Illustris Psalmorum Davidicorum nusquam a recepto Sacræ Scripturæ sensu recedens.... Explanatio.... Quæstionibus Scholasticis occurrentibus adiunctis. Sacræ Theologiæ Doct. Mag. Jo. Paulo Palanterio à Castro Bonon. Parmæ Regenti, fideliss. S. Officij Consiliario, paginæ diuinæ in æde Sacra D. Virg. steccatæ Lectore publico, Auctore. To. 2. Brixiæ, Apud Cominum Præsenium (etiam tomus 2us), MDC. in 4. Pérennès, Dictionnaire de bibliogr. cath., I, col. 370, citat editionem venetam a. 1617.

Lectiones

Digitized by Google

Lectiones aureæ in quattuor libros Mag. sentent. In quibus, et Magistri littera accurate explicatur, et quæstiones omnes, quæ a scholasticis tractari solent, subtiliter examinantur. Venetiis, Apud Joannem Guerilium, 1599, tom. 4 in 4.

F. Joan. Pauli Palanterii.... Mundus Minor. Venetiis, 1582, in 4. Ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici.

MMCCCXLI.

JOANNES DE PAVOA, al. de Puebla Hispanus Alphonsi a Sotomajore Bellalcazaris Comitis filius seculo valedicens in Guadalupensi Hieronymitarum Conventu aliquando vixit; inde arctioris vitæ desiderio flagrans Minoritici Ordinis habitum Romæ de manu Sixti IV. sumpsit, ac in Hispaniam reversus, jamque virtutibus clarus Toletanum Archiepiscopatum humilitati postponens, et perfectioris vitæ viam calcare anhelans *Angelorum Custodiæ*, nunc *provinciæ* initium feliciter dedit, et hodiernæ *Strict. Observantiæ Reform.* fundamenta jecit, scripsitque

Memorabilia sui temporis post annum 1437., teste Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum num. 42., ubi ejus verba adducit.

Strictissima Statuta pro suæ Reformationis regimine, quæ habentur lib. 2. Chron. dictæ provinc. Angelorum cap. 13.

Ordinationes quasdam Monialibus perutiles, quæ et ipsæ habentur lib. 11. dictor. Chronic. cap. 5.

Expositionem mysticam, ac eruditam Orationis Dominicæ ex lib. 10. Chronicor. memorator., et ex his Joan. a S. Anton.

Obiit in Domino apud suum S. Mariæ Angelorum Cœnobium an. 1495., *Beati*que titulo honestatur: ejus Vitam descripsit Fr. Joannes Tirado, memoraturque a Marco Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1., Waddingo in Annal. Minor., Arturo in Martyrologio Francisc. ad diem 6. Octobris, aliisque pluribus.

MMCCCXLII.

JOANNES PAUPER Hispanus Zamorensis provinciæ Discalc. S. Joseph alumnus, unde ad Philippinas Insulas, Japoniam, Sinensiumque regnum animarum zelo motus pertransiit, vir vere apostolicus, quamvis professione Laicus, acceptusque etiam Pontificibus, ac Regibus; in gratiam Philippi III. Hispan. Regis scripsit

Apologeticam epistolam eruditis roboratam fundamentis, quibus probat regna Sinarum, Japoniæ, et Siam ad alium Regem minime pertinere, quæ jussu dicti Regis typis data fuit, teste Antonio de Llave in Chron. provinciæ S. Gregorii Philippin. trien. 12. cap. 27.

Tractatum de promulgatione fidei in regno Japoniæ, quem habuit Fr. Martinus a S. Joseph, et nonnullas ex eo *clausulas* vulgavit in Chron. prov. S. Joseph an. 1644.

Obiit autem Matriti non sine sanctitatis opinione in Conventu S. Bernardini; cujus meminerunt Sicardo in Hist. Japon., Marcellus Ribadeneyra lib. 5. cap. 31., et Joan. a S. Anton. in Chron. to. 1. lib. 5. cap. 17., et in Biblioth. Francisc. to. 2.

MMCCCXLIII. 1214.

JOANNES PECCHAMUS = v. *Jo: Anglicus* supra.

Collectaneum Bibliorum 5. *libris sententias divinæ Scripturæ ad certos titulos, seu locos communes redigens* prodiit Paris. an. 1514. apud Joannem Frellon, deinde Coloniæ anno 1541. apud Melchiorem Novesianum. *Cantuariensem in Biblia* citat autor synchronos Gulielmus Brito in Exposit. 1. prologi Paralipom., de quo supra.

Postillam in Cantica Canticorum Cantuarien. citat antiquus autor Opusculi *de 7. Itineribus æternitatis* inter Opera S. Bonaventuræ. 4. itin. dist. 5. art. 1. Ms. extat Senis in Biblioth. Minor. ex Joan. a S. Anton. to. 3. in append. v. *Joannes Paccianus.* Mediolani quoque in Biblioth. Ambrosiana extat ejus *Commentar. in Cantica Salomonis* ms. pergam. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518.

Expositio in Ecclesiastem incipiens: *Hoc nomen Ecclesiastes interpretatur concionator:* et finiens: *peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, et nos a reatu* etc. habetur ms. pergam. in fol. in Tabulario Conven. S. Francisci Asisii num. 6. al. 77.; ejusdemque fit mentio in veteri illius loci Inventario an. 1381. facto, vel renovato, 2. solar. orient.

Postilla in Ezechielem ms. asservatur in Biblioth. Claræ vallensi, teste Jacobo Le Long pag. 896. Bibliothecæ sac.

Super Magistrum Senten. libri 4. habentur mss. Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci, ut infra testatur Waddingus in *Joanne de Pizzano,* qui idem est, ut ibidem dicetur. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus Eccles. num. 445. extat antiquus codex ms. in 4. incipiens: *In medio, et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, et retro. Apoc.* IV. *Quoniam ex notitia causarum dependet notitia causatorum* etc.: et in fine legitur: *Explicit primus liber fris Johañis de Pechan.* Notatur quoque in Inventario sac. Conventus Asisien. confecto an. 1381. 2. solario occid.; finiebatque: *de modo hæc inserui: indulgeas tu, et parcant illi. Amen:* et dicitur *Fr. Joannes de Pecziano.* Ejus *primum librum Sententiarum* citat autor coævus Petrus Joannis Olivi in Opusculo *Impugnationis* 37. *articulorum* circa an. 1285. editæ in quæst. *An anima Christi cognoscat omnia, quæ Verbum* etc. prope finem.

Quodlibet ejus incipiens: *Quæritur, utrum corpus hominis corruptibile possit induere incorruptionem* etc.: cujus in fine legitur: *Explicit Quodlibet fris Johañis Pecham:* extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 16. versus claustrum cod. 586. in fol. post quæstiones *Gulielmi Almoic:* et sunt sine prologo, cujus initium illud erit, quod refertur a Waddingo: *Inter thesauros sapientiæ.*

Speculum animæ sine nomine autoris translatum hispanice cod. pergam., et antiquo habebatur ms. in Biblioth. Olivarien. ex autore Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 271.; sed an illud sit, quod producit Waddingus, ignoro, cum neutrum viderim. Extat tamen in Biblioth. Cœnobii S. P. M. cod. membran. ms. in 12. circa initium seculi XIV. tit. *Incipit tractatus Fratris Joannis Pezam de anima,* capitibus 15. distinctum, incip. *Mirabilis est sibi anima mea, et miror se mirantem cetera nonnulla sine admiratione decernentem,* absque prologo; et desinit: *Est ergo anima rationalis substantia immortalis ex benignitate Creatoris in esse accepto sempiternaliter perseverans. Explicit tractatus Fr. Joannis de Pizano de anima, qui Fr. Joannes fuit de Ord. FF. Minorum.*

Officium SS. Trinitatis incip. *Sedenti super solium,* ut recitaretur in festo SS. Trinitatis, decretum fuit in Capitulo Massiliæ an. 1343. celebrato ex Annal. Min. ad eum annum num. 7., legiturque impressum

Digitized by Google

impressum in *Breviario Rom.* Cremonæ an. 1499. per Carolum de Darleriis, quod extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; citaturque a Gulielmo Vorilongo in 4. Senten. dist. 50. Waddingus vero in Annal. Min. sub an. 1399. num. 46. habet de eo: *præmissus cantus in prælibato beatissimæ Trinitatis Officio factus fuit, et compositus a Fr. Petro Jacobi de Monterio Ordin. Fr. Minor., et provinciæ Tusciæ.*

De perfectione evangelica librum citat autor synchronos Petrus Joannis in Opusculo suæ *Defensionis* articulorum quorumdam a 7. Magistris Parisien. damnatorum in art. 13. de *usu paupere,* quæ *defensio* scripta est anno 1285; atque autor suppar Alvarus Pelagius lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 59. et 60. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 14. versus Eccles. cod. 166. in 4. ms. inter diversorum Opuscula extat et istud hoc titulo: *Responsiones venerabilis Patris Dñi fris Johannis de Pechiano Ordinis Minorum sacræ Theologiæ Doctoris, et Cantuariensis Archiepiscopi ad epistolam missam quibusdam Novitiis Ordinis Prædicatorum a quodam fratre Roberto de Ordine ipso Prædicatorum. Super tribus, et super* III. *sceleribus* etc.; et scam. 35. versus Ecclesiam extat cod. ms. in 4. num. 413. plures continens tractatus de *Perfectione evangelica,* inter quos est et *tractatus Pechan contra Kilvardeby Robertum* (*contra Priorem Cisterciensem* ait Waddingus: porro *Robertus Kilvadley* anno 1273. factus est Archiep. Cantuar., et an. 1278. S. R. E. Cardinalis, et Episcopus Portuen.; obiit 1279. 11. Septembris, cum scripsisset etiam *quæstionem de mendicitate* ex Pitseo apud Echardum to I.) incipiens: *Super tribus, et super* IV. *sceleribus non faciliter convertit fraternæ innocentiæ impugnator* etc.: cujus in fine legitur: *Explicit tractatus Dñi, et fratris Johanis Pechan Ordinis Minorum Fratrum contra Fratrem Rogerum* (leg. *Robertum*) *Ordinis Prædicatorum scriptus per me Frēm Antonium Aulesa Ordinis Minorum in Conventu Conventriæ provinciæ Angliæ tempore majoris* (f. schismatis) *in ante Vigiliam B. Sannecii consumatus, et anno Domini* MCCCXCI.: additurque *Tractatus pauperis contra insipientem hæresum confictorem circa evangelicam paupertatem compositus per frēm, et Dnūm Johañem Pechan Ordinis Minorum professorem optimum Cantuariæ Archiepiscopum, et in sacra pagina Doctorem profundissimum,* incipiens: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem* etc.: et valde diffusus est; extatque etiam ibi scam. 30. versus claustrum num. 733. in fol. inter diversorum tractatus de eodem argumento. Ceterum *tractatus contra insipientem,* et *de perfectione evangelica* unus idemque est, non diversus, ut putavit Waddingus; cujus prologus incipit: *Quis dabit capiti meo aquam?* etc., Opus vero: *Perfectus omnis erit, si sit sicut Magister ejus. Luc.* 16., divisum in 16. capita, cujus caput X. quasi *Explicationem Regulæ S. Francisci* continet, de qua infra.

Statuta Synodalia tam in *Concilio apud Redin* an. 1279., quam in altero *Lambethensi* an. 1280. condita; una cum *Ordinationibus in domibus religiosis* factis; et *damnatione quorumdam errorum* Londini an. 1286. cum nonnullis Episcopis, aliisque e Clero pubblicata, habentur in novissimis editionibus Conciliorum. ** *Acta* Conciliorum provincialium *Redingen.* an. 1297. 3. kal. Aug., et *Lambethen.* an. 1281., non 1280., die 7. Octob. celebrati, cum *Ordinationibus* in domibus Religiosis, et *alia* habentur in Collectione Concilior. Magnæ Britanniæ, et Hiberniæ to. 2., cum *titulis,* et *initiis* Constitutionum alio modo, et ordine, quam ex Pitseo apud Waddingum referuntur. **

Constitutiones provinciales num. XLVIII. *de variis rebus* extant apud Gulielmum Lindwodum in *Provinciali,* quod anno 1501. in fol. Paris. impressum est apud Jod. Badium Ascensium; postea Londini an. 1557. in 8., Oxonii 1663., et an. 1679. in fol. recusum.

Formula Confessionis habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 3. versus claustrum num. 444. ms. in 4. incipiens: *Sicut dicit B. Johañes Canonicæ suæ* 1. *c. Si confitemur peccata nostra, fidelis, et justus est* etc.: missaque est cuidam, quem dicit *filium,* seque in prologo appellat *Papæ Pœnitentiarium.* Scriptus est iste codex anno 1432. die 17. Junii. Extat et Asisii in Tabulario Conventus S. Franc. ms. chart. in 4. cum diversorum Opusculis.

Literæ etiam ejus ad Edwardum Angliæ Regem *de libertate Ecclesiæ* in Concilior. Collectione leguntur, ut et in editione Concilior. Anglicana ex ms. Regesto Archiepiscopatus Cantuarien. *Peckan.*

Apologia contra obloquentes mendicitati de perfectione Evangelica extat ms. Parisiis in Biblioth. S. Victoris, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1280., Arturo in Martyrol. Francisc. versus finem, et Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1372., ubi corrupte legitur *Joan. de Pinchariis:* sed idem est Opus cum superiori *de perfectione evangelica.*

Expositio Regulæ Fratrum Minorum incipiens: *Quicumque hanc Regulam secuti fuerint, pax super illos* etc. *Hanc plane Regulam ab Innocentio tertio approbatam, ab Honorio III. confirmatam* etc: et finit: *anno octavo, ut octava gratiæ, et gloriæ commendetur:* quam expositionem elucubravit ante an. 1279., cum initio referat tantum declarationem *Gregorii IX.* super eam, non illam *Nicolai III.* dicto anno editam: extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 14. cod. 166. in 4. ms.; et legitur in Firmamento trium Ordin. edit. Venetæ an. 1513. par. 3.; estque caput X. tractatus, seu apologiæ *de perfectione evangelica,* ut docet etiam Bartholomæus Pisanus Confor. IX. par. 2. §. *Quinto* de Exposit. Regulæ S. Franc. inquiens: *Magister etiam Johannes Peckian, qui postea fuit Archiepiscopus Cantuariensis, in sua Apologia cap.* X., nempe S. Francisci Regulam declaravit; ita et Rodulphius habet lib. 2. fol. 163.; in qua declaratione agitur de autoritate, et intentione Regulæ; porro quæ reperitur in Firmamento, incipit: *Sed quia Regula Fratrum Minorum per Spiritum S. B. Francisco inspirata* etc.: ex quo apparet esse detruncatam.

Tractatus de numeris simplicibus incipiens: *Omnia, Domine Jesu, teste sapientia* etc. extat ms. pergam. in 8. Asisii apud nostros sine nomine autoris; Florentiæ quoque in Biblioth. S. Crucis scam. 16. versus claustr. cod. 587. in fol. habetur *Opusculum de numeris simplicibus* incip. *Omnia, Domine Jesu, recte sapientia, numero, mensura, et pondere disposuisti* etc. pariter sine nomine autoris cum aliis *tractatibus,* quorum primus incipit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Jo:* 4. *Ratione ab intellectu inventa, et experientia in sensu facta perpendimus* etc.; quo prologo expleto, incipit

Digitized by Google

cipit Opus: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me* etc.: *Cum nos inveniamus lucem, radium, et splendorem* etc., textum Evangelii Joannis metaphorice explicans de *Christo* multa mathematice intermiscet de luce, radio, splendore, lumineque, eorumque distinctionibus. Post dictam Expositionem Evangelii Joannis in eodem codice habetur *Perspectiva communis* incipiens: *Inter Philosophicæ considerationis studia lux jucundius afficit meditantes.* Deinde ibi legitur *Opusculum* incipiens: *Simile est regnum cœlorum homini, qui seminat bonum semen in agro suo. M.* XIV. *Detinebant illum, ne discederet ab eis i. Galilæi* etc.; estque expositio illius parabolæ. Postmodum ibi sequitur *Opusculum* incip. *Dicit Augustinus primo de li. ar., quod docti, et studiosi quanto remotiores sunt a labe terrena, tanto magis et numerum, et sapientiam cum ipsa veritate contuentur; sed quia nec numerum divinum, numerum inquam sine numero, nec sapientiam, cujus unus est numerus, sufficimus in sua plenitudine contueri* etc.; et videtur alius tractatus *de perspectiva,* cum in eo tractet de luce, radiis, iride etc. Postea extat *Opusculum* incip. *Ad mensam magnam sedisti, quia talia oportet te præparare. Quæ est mensa magna, ut dicit Augustinus, nisi ubi accipimus corpus Christi, et sanguinem* etc.: eritque forsan, quod Waddingus dicit *Meditationem de Corpore Christi.* Exinde sequitur *tractatus de differentia inter esse, et essentiam* incip. *Quoniam parvus error in principio magnus est in fine secundum Philosophum in principio cœli, et mundi: ens autem, et essentia sunt, quæ primo intellectu concipiuntur* etc. Deinde habetur *Opus,* quod inscribi posset *de virtutibus, et vitiis:* incipit enim: *Nota quod caritas habet multos effectus* etc.; et postquam egit fuse de charitate, subditur: *Nota, quod humilitas est virtus mirabilissima* etc.; et post hujus virtutis tractatum adjicitur: *Nota, quod insistendum est cordis munditiæ, et puritati conscientiæ* etc.: proindeque multus est hic autor in ceteris virtutibus, et vitiis recensendis; ubi de virtute *castitatis* adducit dictum *Fr. Ægidii de Perusio,* quia Perusii obiit. Quæ tamen *Opuscula* omnia leguntur ibi sine titulo, et sine nomine autoris: quibus subsequitur aliud *Opus* anonymum *Quolibet,* seu quæstionum plurimarum, et variarum de rebus naturalibus, Theologicis, et moralibus incipiens: *Quæstio est, utrum possit intelligi ypostasis divina omni proprietate personali circumscripta.*

Perspectiva communis Jo: Archiepiscopi Cantuarien. Fratris Ordinis Minorum castigata per eximium artium, et medicinæ, et J. U. Doctorem, ac Mathematicum peritissimum D. Facium Cardanum Mediolanensem prodiit Mediolani in fol. sine anno per Petrum Cornenum ex Argelato to. 1. Biblioth. Script. Mediolanen. col. 615., qui observat *Facium* hunc patrem fuisse Hieronymi Cardani Mathematici, ac Philosophi celeberrimi. Eamdem tribus partibus comprehensam vulgavit Lucas Gauricus clarus Neapoli Mathematicæ facultatis professor Venetiis anno 1504. in fol. per Joan. Baptistam Sessam cum aliorum autorum Operibus; quam in italicum sermonem conversam a Joan. Paulo Gallucci cum figuris, notisque adauctam legimus impressam ibidem an. 1593. in 4. per Variscos, uti perhibet Haym, et Fontaninus in tract. de Eloquen. ital., seu in Catalogo Operum excell. pag. 137. Tractatus de *Perspectiva* habetur etiam sine autoris nomine, et sine prologo in citato codice Asisiensi ante *tractatum de numeris simplicibus* incip. *Prima pars perspectivæ, quæ est de radio directo* etc. Romæ in Biblioth. Vatic. extat ms. *Abbreviatio perspectivæ per Fratrem Joannem Patthan Aocomota* (leg. Peckan Archiepisc.) inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to 1. Biblioth. mss. pag. 25. Hoc autem Opus *de Perspectiva* adduxit Joannes Scotus in quæst. 7. libri 5. Metaphysices, et Joan. Major in tract. *de Infinito* sub nomine *Cantuarien.*

Liber de oculo morali, et naturali sub nomine *Joannis Pekani* iam prodiit sine loco, et anno impressionis, teste autore *Incunabul. Typograph.* fol. 182., sub titulo corrupto *Joannes Pithsanus,* et Orlando de *Orig. et progr. Typograph.* par. 2. pag. 386.; sed an sit Opus, quod etiam *Joanni Gualensi,* aliisque adjudicatur, ut dixi supra in *Jo: Gualensi,* definire nequeo, cum illud non viderim.

Scriptum Fratris Johannis de Pichiano super libros Ethicorum Aristotelis ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 11. versus claustrum num. 533. in fol. incip. *Cum scientiæ quædam sint de rebus, et quædam de signis* etc.; cui subditur *Scriptum super lib. de animalibus* incip. *Omnis perscrutatio animæ aut est de natura sui, et in se* etc.: ejusdemne autoris, vel alterius, ignoro.

Tractatus de sphera fratris Magistri de Pecciano Ordinis Minorum, et Archiepiscopi Cantuariensis de Anglia incipiens: *Corporum principalium mundanorum* etc. extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. inter Opera diversorum Mathematica, et post *Correctorium* Gulielmi de Mara. Extat et Florentiæ ms. in Biblioth. Medic. plut. 28. cod. 15. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 299., ubi corrupte dicitur *Mag. Joh: de Pechebam.*

Canticum pauperis pro dilecto Johanis de Pechan extat Florentiæ scam. 30. versus claustrum n. 733. incip. *Confitebor tibi Domine Rex, et collaudabo te Dñe Sal. m., quoniam non sustinuisti in morte animam meam miseram obdormire* etc.: quod Canticum habetur et scam. 14. versus Eccles. cod. 166. in 4. inter diversorum Opuscula: et Asisii in Tabulario Conventus S. Franc. ms. pergam. in 8.

Speculum disciplinæ incip. *Ad honestatem tendentes,* quod inter Opera S. Bonaventuræ legitur impressum primum Venetiis an. 1487. inter parva *Opuscula,* deinde an. 1495. Argentinæ, et iterum Venetiis an. 1504. inter *omnia Opuscula* S. Doctoris; postmodum Antuerpiæ an. 1591. ab Henrico Sedulio recognitum typis Plantin. in 12.; exin Romæ anno 1606. typis Vatic., et alibi pluries semper Doctori Seraphico attributum, pertinet ad Joannem Pekam, ut ostensum est jam supra in S. Bonaventura (78). Hispanicum fecit hoc *Opusculum* Philippus a Sosa, cusum Hispali an. 1574. in-4.; deinde Matthæus Botiza, vulgavitque Murciæ anno 1625.; atque etiam Alexander Mattheos Ventrel Hispanus provinciæ Bæticæ Regul. Observ. vernacule vulgavit Hispali anno 1685.; sed et Pinciæ in Bibliotheca Comitis de Gondomar scrin. 28. habetur in hispanicum translatum cod. membran. literis nigris, et rubris exaratum. Germanice vero redditum a Christiano Doringo prodiit Coloniæ an. 1637.; cum in italicum sermonem jam translatum fuisset circa annum 1580. jussu Francisci Gonzagæ Ministri Gener., vulgatumque fuisset Neapoli an. 1581. in 8. apud Horatium Salviani; Brixiæ an 1602. in 12. typis Societatis

Digitized by Google

Societatis cura Fr. Bernardini Obicini; Venetiis an. 1606. typis Jo: Guerilli in 12. opera Hippolyti de Montemajo Regul. Observ.; et ibidem iterum an. 1621. in 12. opera Augustini Gallucii Minoritæ; cum ejus *Compendium* confecerit alius Minorita Jacobus Polius Germanus, edideritque Coloniæ an. 1617.

Specchio de' Frati, e delle Suore extat Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana sub K. IV. cod. ms. membr. in 16. num. 18. ex Indice pag. 79.

Vitam S. Antonii Patavini composuit, teste P. Rodulphio lib. 1. fol. 83. de eodem S. Antonio verba faciente, et autore *Memorialis Ordinis* Minorum in Monumen. Ord., et Firmam. trium Ord. sub x. Ministro Generali *Hieronymo Asculano* anno 1274. assumpto ita scribente: *De mandato istius Generalis quidam Magister multum famosus, magnæ sufficientiæ, et virtutis super Sententias Opus edidit utile Quæstionum: nec non librum de perfectione evangelica contra perfectionem Religiosorum Mendicantium detrahentes: et Vitam B. Antonii Paduani miro stylo composuit: et Speculum disciplinæ:* quæ, ut etiam dixi in S. Bonaventura, nonnisi de *Jo: Pechamo* intelligi possunt. Hanc autem esse puto, quam adhibuit autor *Mammothrepti* ante an. 1312. scribens.

** Obiit 6. idus Decembris ex Necrologio Ecclesiæ Cantuarien. in Anglia Sac. Wharton to. 1. pag. 58., anno 1292. **

Divinarum sententiarum librorum bibliæ ad certos titulos redactæ Collectarium primitus impressioni datum est Parisiis a. 1513 XVII Martii in 8 typis Wolfgangi Hopilii impensis Francisci Byrckmanni. In quinque libros dividitur, quorum 1. agit de aversione peccatoris a Deo, 2. de revocatione peccatoris ad Deum, 3. de conversione revocatorum, 4. de merito et sacramentis, 5. de præmio. In editione parisiensi a. 1514 (XVI Februarii) adiecta est tabula rerum alphabetica per fratrem Ord. Minorum conventus parisiensis, præmissa ab eo eleganti epistola ad Joannem Frellon, quæ tabula deest in editione coloniensi a. 1541.

Expositio in Threnos Jeremiæ, inter S. Bonaventuræ opera alias impressa, inserta est in appendice ad operum S. Bonaventuræ ad Claras Aquas editorum tomum VII (pp. 607-651), præmissa in Prolegomenis (pp. XI-XIV) notitia de eius editionibus, auctore, mss. pro nova editione adhibitis.

Speculum Ecclesiæ de Missa est Hugonis de S. Charo. Cfr. Quetif-Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, I, 202.

Quæstio disputata Fr. Joannis Pechami inc. *Quæsitum est demum de ipsa Dei sapientia vel luce æterna, utrum sit ratio cognoscendi quidquid intellectualiter cognoscitur in via* extat inter « De humanæ cognitionis ratione anecdota quædam S. Bonaventuræ et nonnullorum ipsius discipulorum » edita studio Patrum Collegii a S. Bonaventura ad Claras Aquas a. 1883, pp. 179-182.

Tractatus contra Robertum Kilwardby cum ampla præfatione a. 1910 editus est Neapoli a Felice Tocco in op. La Quistione della povertà nel secolo XIV, secondo nuovi documenti; recusus cum quibusdam *tractatus de perfectione evangelica* fragmentis et *Defensione Fratrum Mendicantium*, a Waddingo Guidoni de Marchia tributa, Aberdoniæ sub titulo: Fratris Johannis Pecham, quondam Archiepiscopi Cantuariensis, tractatus tres de Paupertate (Cfr Archivum Franciscanum historicum, 1911, I, 147-152).

Constitutiones provinciales editæ a Gulielmo Lyndewode prodierunt primum sine nota in fol. Oxonii per Theodoricum Rood c. a. 1484; deinde etiam per Winandum de Worde in domo Caxton apud Westmonasterium a. 1496 ultima die Maii in 8, Londini per Winandum de Worde a. 1499 in 8, Parisiis per Wolfgangum Hopylium a. 1506 in fol., Londini per Richardum Pinson a. 1510 in 8, Antuerpiæ cura Christophori Endoviensis a. 1525 XX die Decembris in fol.

Registrum *epistolarum* (720), magni momenti pro historia controversiarum, quæ tunc inter scholas theologicas agitabantur, editum est a Car. Trice Martin inter Rerum Britannicarum medii ævi Scriptores (London, 1882-85, voll. 3 in 8). Earum aliquot prodierunt a. 1889 cura Franc. Ehrle in Zeitschrift für k. Theol., pp. 174-187.

Perspectiva communis prodiit etiam: Valentiæ per Joannem Jofre et expensis Hieronymi Amigueti XVIII octobris a. 1503 in fol., annexa Arithmeticæ et Geometriæ Thomæ Bradvardini, et Joannis de Assia quæstionibus illustrata; sine nota loci, sed Lipsiæ, arte et sollertia Martini Herbipolensis, a. 1504 XXVII Junii in fol.; emendata per Georgium Hartmannum Norimbergensem Norimbergæ apud Joh. Petreium a. 1542 in 4; Coloniæ Agrippinæ apud Hæredes Arnoldi Birckmanni a. 1580 in 4; ibidem in officina Birckmannica sumptibus Arnoldi Mylii a. 1592 in 4.

Canticum pauperis pro dilecto ex tribus mss. editum est (simul cum Stimulo amoris Fr. Jacobi Mediolanensis) a PP. Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas a. 1905.

De speculo disciplinæ, ut de carmine *philomena*, quæ impressa sunt in novæ editionis operum S. Bonaventuræ t. VIII (pp. 583-622, 669-674), de quibus aliquid supra innuimus (par. I, p. 184), vide eiusdem tomi prolegomena (pp. XCV-XCVI, CIV-CVI).

Vita S. Antonii Patavini auctore Joanne de Pecham adhuc ignota videtur, neque eadem esse potest ac S. Antonii Legenda prima seu vita antiquissima, ut contra P. Hilaire Ord. Capp. (Saint Antoine de Padoue, sa légende primitive, 1890, pp. XX-XXVI) probavit L. de Kerval (S. Antonii de Padua Vitæ duæ, 1904. pp. 2-6).

Romæ in bibliotheca Angelica. cod. 560 sæc. XV in fol., foll. 114-115, extat *Summa de esse et essentia secundum fratrem Johannem de pexano alias de piziano.* Incipit: *Sensus mei penuria temporis angustia et fratris instantia cogit ut de sublimibus humilia de grandibus exilia de difficilibus questionibus brevia inseram.*

Conferantur præsertim opera supra indicata: De humanæ cognitionis ratione etc., pp. XV-XVIII; Martin, Registrum etc., præf. tomi III; Jo. Pecham tractatus tres de paupertate, pp. 1-12 (bibliographia); præterea Franc. Ehrle, Archiv, V, pp. 603-635; A. G. Little, The Grey Friars in Oxford (Oxford 1892), pp. 154-156; C. L. Kingsford, in Dictionary of National Biography edited by Sidney Lee, XLIV (1895), pp. 190-197.

MMCCCXLIV. 1215.

JOANNES PELLICANUS = Brundusinus prov. S. Nicolai, Apuliæque Reg. Observ. concionator egregius obiit anno 1608., teste Jacobo Le Long pag. 897. Biblioth. sac.; et ex eo Joan. a S. Antonio.

Fuit etiam *Conradus Pellicanus* Suevus Rubeaquensis vir doctus, et olim Instituti ejusdem, sed desertione et Religionis, et fidei pessimus, et infamis, de quo supra.

MMCCCXLV. 1216.

JOANNES PELLENS =
* JOANNES PENNEMAN = V. *Franciscus Penneman.*

MMCCCXLVI. 1217.

JOANNES PEROTTAU =

MMCCCXLVII. 1218.

JOANNES PERRINUS = de novo Castro Custodiæ Lotharingiæ, provinciæque Franciæ ex Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40., Rodulphio lib. 3. fol. 327., et lib. 2. fol. 151., ac Eman. Roderico Quæst. regul., et canon. to. 3. q. 30. art. 4., Reformationis *Coletanorum;* qui forsan fuit autor *Speculi Minorum*, seu *Firmamenti trium Ordinum* an. 1513. Venetiis impressi; et cujus *tractatus de dispensatione* etc. legitur in Monumentis Ordinis Minorum edit. Salmant. an. 1511. par. 2., in Firmamentis 3. Ordinum edit. Parisiis par. 4. cum addit., et in Firmamento 3. Ordinum edit. Venet. 1513. par. 3.; confutatus etiam a cit. Rodulphio fol. 151.

Tractatus per modum quæstionis theologalis super dispensatione fratrum Minorum prodiit primum seorsim in 8 absque ulla nota sed in Gallia a. 1505 (cuius editionis descriptionem exhibet Diet. Reichling, Appendices, VI, p. 114), deinde in Speculo Minorum Rothomagi per Martinum Morin impresso a. 1509, tract. seu par. 3ª, foll. 135-146. Contra eum edidit statim

Digitized by Google

statim Bernardinus Trivisanus opusculum *Questio theologalis. De paupertate fratrum Minorum, et dispensatione eius legitima.* Venetiis per Jacobum Pentium de Leuco a. 1505 pridie kal. Junii, in 8, scripsitque Petrus de Cruce in fine suæ *Antiminoricæ* Venetiis impressæ per Simonem de Luere 25 Junii 1505, in 8.

Codice ms. 148 bibliothecæ publicæ Metensis inter alia continentur: *Dieta salutis in gallico*, cuius in fine: *peractum est per memetipsum fratrem Johannem perrini istud opusculum 26 mensis may anno Domini 1492. — Quædam motivæ meditationes ex S. Scripturæ et sanctorum sentenciis compilatæ*, quarum in fine: *Per fratrem Johannem Perrini, domus Sancte Trinitatis Metensis coadjutorem, raptum cursorie, anno intrante etatis sue L°.* — Liber Roderici Zamorensis *Speculum humanæ vitæ* nuncupatus, qui dicitur *scriptus per manus fratris Joh. Perrini domus S. Trin. Met. ministri anno Domini M.cccc.iiijxx.xvi (1496) die vero xv mensis aprilis, anno vero sue administracionis primo, etatis sue anno lij°.* Confer Catalogue gén. des manuscrits des biblioth. publ. des Départements, v, Paris 1879, pp. 61-65.

* JOANNES PETIT gallice, *parvus* latine, quem hoc loco subjungit Jo: a S. Anton. ex Dupino, *Minor professione* dictus a Paulo Æmilio apud Waddingum ad annum 1410. num. 19., ut et a Meyero ibi, non fuit Minorita, sed secularis a Jo: Gersone in primis confutatus, ut legi potest inter ejusdem Gersonis Opera.

MMCCCXLVIII. 1219.

JOANNES A S. PETRO = cujus

Libellus de contritione impressus est Limæ, et Hispali, ut habet Didacus Cordubensis lib. 6. Chron. prov. XII. Apostolorum cap. 7. apud Joan. a S. Anton.

MMCCCXLIX. 1220.

JOANNES PETRUS FORTIS = anno 1506. interfuit Romæ Comitiis Gen. ex lib. Expensarum in Archivo Ordinis apud SS. Apostolos; de quo Petrus Rodulphius agit lib. 3., traditque de eo scripsisse Franciscum Sansonium magna cum laude excellentis ejus ingenii; etiam August. Superbus in *Triumpho glorioso Venet.* ait floruisse anno 1553.

Annus 1580, quo hic auctor a Waddingo dicitur obiisse, haud facile conciliari videtur cum facto quod Franciscus Sansonius, e vivis ereptus a. 1499, magnas laudes eius ingenio tribuerit.

MMCCCL. 1221.

JOANNES PHILIPPI = tertio etiam fuit Vicarius Gen. Minorum Observ. ultra Montes an. 1481. ex autore *Memorialis Ordinis* apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 38., cum antea fuisset Vicarius provinciæ *Burgundiæ* an. 1465.

Tractatus duos edidit, alterum *de recursu Fratrum ad amicos spirituales pro relevandis Fratrum necessitatibus:* alterum *de modo recurrendi ad amicos spirituales, cessantibus eleemosinis:* qui habentur in *Monumentis* Ordinis Minorum edit. Salmantic. an 1511. tract. 2., et in Firmamento 3. Ordinum edit. Ven. 1513. par. 3.; eosque e latino in italicum sermonem translatos a Hieronymo Mengo ejusdem Instituti legimus in libro ipsius Mengi, cui titulus est: *Hortus deliciosus Fratrum Minorum,* Bononiæ an. 1592. in 4. per Joan. Rubeum impresso. Nescio, an sit ille *Vicarius Generalis,* qui *Missam propriam pro quinque SS. Martyribus Marrochii passis Ordinis Min.* composuit, et Sixtus IV. indulsit, ut recitari posset in dictorum SS. Martyrum solemnitate, ut extat adnotatum in *Monumentis* Ord. Min. tract. 1. fol. 67. edit. Salmant. 1511. tit. de *Concessionibus vivæ vocis oraculo* num. 117.; quod factum crediderim, cum anno 1481. Sixtus IV. dictos *Martyres* SS. albo adscripsit.

Alius *Joannes Philippi* senior et ipse Gallus sac. Theolog. Magister, ac provinciæ Turoniæ Minister vivebat an. 1389., ut habetur in *Quærimonia proposita* Concilio Constantiensi an. 1414. a Fratribus Regular. Observ. Gallis, quæ legitur in Monum. Ord. tract. 2., et in Firmam. 3. Ord. par. 3., de quo, an de superiori loquatur Marianus Florent. c. 11. apud Waddingum in Annal. Min. ad annum 1344. num. 9., non satis scio.

MMCCCLI. 1222.

JOANNES PICARDUS = Regul. Observ.

Thesauri Theologorum 3., et 4. pars impressa Mediolani an. 1506. in 4. per Joan. de Castelliono extat Bononiæ in nostra S. Francisci Biblioth.; et integrum Opus in nostra Asisiati Bibliotheca anno 1503. approbatum Mantuæ. Autor misit Opus ad Fr. *Hieronymum Torniellum* Regular. Observ.; deque eo disserui supra in *Francisco Zeno,* cui etiam hoc Opus adscribitur.

MMCCCLII.

JOANNES PICARDUS junior Aurelianensis Lector Regul. Observ., cujus *epigramma* doctum legitur in Mauritii Hylareti Franciscani encomium in fronte *Sac. Enneadum Advent.* ejusdem Hylareti Paris. an. 1589., et Lugduni 1591. editarum; typis dedit

D. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis Opera omnia notis illustrat., et aliquot novis Opusculis aucta. Coloniæ 1612. in fol.

Notas in libros S. Bernardi. Parisiis an. 1615. in fol. ex Biblioth. Barber. pag. 206. to. 2., quæ a Joan. a S. Anton. to. 2. tribuuntur *Joanni Picardo* superiori; sed cum ille vixerit an. 1503., nequit pervenisse ad annum 1612., et 1615.; erunt igitur *Joannis Picardi* junioris.

Eius *epigramma* (hexastichon) in laudem Maur. Hylareti extat etiam in editione Sacrarum Enneadum Adventualium parisiensi anni 1587. Joannes Picardus, de S. Anselmi et S. Bernardi operibus benemeritus, ex editionibus ipsis a Sbaralea citatis non fuit Minorita, sed Canonicus regularis ad S. Victoris parisiensis.

* JOANNES PICQUETUS, quem hic ponit Joan. a S. Anton. ex Arturo, est *Claudius Picquet,* de quo supra, et quem constat edidisse Catalogum Virorum Illustrium Franciscanorum.

MMCCCLII bis.

JOANNES PIERIUS, antea Petrus, Valerianus Bolzanius de Belluno, ingenium ad studia aptissimum sortitus, Patavii inter Minores Conventuales pietate, et ab *Urbano Bolzanio* patruo suo doctissimo, de quo suo loco, liberalibus disciplinis institutus, Poeta et Orator evasit paucis comparandus; sed suscepti Instituti minime tenax ante inita solemnia vota illud deseruit, tandem *Patavii,* inquit Thuanus ad an. 1550., *annum octogesimum secundum supergressus decessit, ad S. Antonii conditus, quo, vergente senio, concesserat, ut post longam veluti peregrinationem in nidulo suo, ex quo puer evolaverat, ad quietem æternam se compararet. Scripsit*

Hieroglyphica, seu de sacris Ægyptiorum, aliarumque gentium litteris commentar. lib. 58., duobus libris aucta, et multis imaginibus illustrata a Cœlio

Digitized by Google

Cœlio Augustino Curione. Lugduni in fol. an. 1626. typis Pauli Frellon; Basileæ an. 1567. typis Thomæ Guarin.; et Venetiis an. 1603. per Jo: Anton. et Jacobum de Franciscis; et gallice versa a Jo: de Montlyar Lugduni a. 1621. per Frellon.

Pro Sacerdotum barbis declamatio ad Card. Hippolytum Medicem discipulum quondam suum. Lugduni typis Frellon an. 1621.

Contarenum, seu de litteratorum infelicitate libros duos. Venetiis an. 1620. in 8. apud Jacobum Sarzinam cura Aloysii Lollini Episc. Bellunen.; Amstelodami 1642. per Cornelium Joannii; deinde in *Analectis de calamitate litteratorum* studio Jo: Burchardi Menchenii Lipsiæ an. 1707. cum *Supplementis* Cornelii Tollii typis Jo: Friderici Gladitsch; qui de Joanne agens pag. 424. putat *eam ob causam de litteratorum calamitate dialogum instituisse, quod ipse faventem parum senserit fortunam;* sed antea cum iisdem Supplementis Helmstadii per Jacobum Mullerum.

Antiquitates Bellunenses serm. 4. Venetiis an. 1620. per Jacobum Sarzinam, et to. 6. par 4. Thesauri antiquit., et historiar. Italiæ Jo: Georgii Grævii Lugduni Batavor. 1722.

Declamatio de fulminum significationibus: in Thesauro antiquit. Romanar. Grævii Lugd. Batavor. anno 1696. vol. 5. pag. 591.

Compendium in spheram Jo: de Sacrobosco. Ibidem; et Parisiis 1608. et Venetiis 1562.

Epistola de honoribus Matthæo Longio Episc. Gurcensi Romæ habitis: inter Scriptores rerum Germanicarum Marquardi Freheri Francofurti 1637. vol. 2. pag. 292., et Argentorati 1714. pag. 569.

Joathas rotatus carmine hexametro. Romæ an. 1512. in 4. per Stephanum, et Herculem socios.

Poemata varia in fol. Lugduni typis Frellon 1621. Extant *Carmina* eius in Deliciis Poetar. Italor. Jani Gruteri vol. 2. pag. 1193.; et *Epigrammata* inter Coryciana Romæ an. 1524.

Præludia quædam. De studiorum conditione Sermo. Epigrammatum lib. 1. Odarum alter. Carpionis fabula. Leucippi fabula. Protesilaus Laodamiæ. Vitæ suæ calamitas. In Francisci Grittei desiderium Nenia; uno volumine in 4.

Castigationes in Virgilium, collatis variis codicibus. Lugduni Batavorum an. 1680.; et antea Romæ 1530. typis Bladi.

Epitaphium eius refertur in Memor. Eccles. S. Antonii vulgatis a Polidoro, et nuper a Fr. Bonav. Perisuti Minor. Convent. Fuit amicus Cornelii Mussi, teste Isaac Burlet.

Hieroglyphica sæpe edita sunt, primum Basileæ a. 1556 in fol.

Pro sacerdotum barbis opusculum prodiit pluries separatim sæc. XVI, ut: Romæ apud Calvum 1531 in 4 (duabus editionibus; altera absque nomine auctoris in fronte et charactere quam vocant cursivo, et 16 foliis omnibus impressis constante; altera cum titulo *Pierii Valeriani Defensio pro sacerdotum barbis* et charactere rotundo, et ex 16 foliis composita, quorum ultimum vacuum); Parisiis, 1531, in 8; Parisiis per Christianum Wechelum a. 1533 in 8; Argentinæ ex officina Joannis Alberti 1534 mense Februario in 8; Parisiis, 1558, in 8.

Tractatus *de litteratorum infelicitate* curante Dom. Egerton Brydges cum vita auctoris et nonnullis notis impressus est Genevæ typis Gul. Fick a. 1821 in 8.

De fulminum significationibus. Romæ, Antonius Bladus, s. a. (c. 1517), in 8.

Compendium in Sphæram. Romæ, Antonius Blades Platina Asulanus, 1537 Men. Apr. in 8; et cum Sphæra Joannis de Sacrobosco, Lutetiæ apud Gulielmum Cavellat a. 1556 in 8, et sæpius deinde, ibidem, Coloniæ, Lugduni, Venetiis, Antuerpiæ.

De honoribus Gurcensi Cæsareo totius Italiæ Vicario urbem ingredienti habitis Epistola. Argentorati in ædibus Matthiæ Schüreri 1513 in 4.

Eius (varia) *poemata* impressa sunt a. 1538 Basileæ in 8, et a. 1549-1550 Venetiis apud Gabrielem Jolitum de Ferrariis duobus voll. in 8, quorum primo hic est titulus: *Pierii Valeriani Amorum Libri. v. Appendix ex Præludiis castigatior. Amicitia Romana. Carpionis Fabula. Protesilaus Laodamiæ Respon. Leucippi Fabula. Lib. Vnus,* alteri: *Pierii Valeriani Hexametri Odæ et Epigrammata.* Editio citata *Præludia quædam* etc. prodiit sine loci nota (sed Venetiis) ex ædibus Jo. Tacuini a. 1509 declinante sextili in 4.

Castigationes et varietates Virgilianæ lectionis impressit (primum) Romæ Ant. Blades Asulanus a. 1521 Mense Junio in fol., non vero a. 1530. Prodierunt etiam Parisiis ex officina Rob. Stephani a. 1529 in fol., et pluries cum Virgilii operibus, Venetiis, Lugduni, Brixiæ, et alibi.

Eiusdem autoris habentur etiam typis excusa:

Oratio in funere Hieronymi Turriani. Asque ulla nota, in 4; et Venetiis per Lazarum de Soardis, s. a., in 4.

Litterae de iis quæ facta sunt a Bononia Romam usque in honorem Math. Longi Gurcensis Cardinalis S. Angeli ac Cæsaris in Italia locumtenentis. S. n., in 4.

Dialogo... sopra le lingue volgari: quale sia più conveniente di usare, etc., apud Ticozzi S., Storia dei letterati e degli artisti del dipartimento della Piave. tom. I. Appendice, 1813; et iam Venetiis a. 1620 in 4.

Romæ in bibliotheca Nationali (Mss. Vitt. Em., 368; sæc. XVI, in 8) extat: *Ad magnificum et illustrem adolescentem Hippolytum Medicem Pierii Valerij introductio ad artem metricam.* Incipit: *In arte condendi carminis Magnifice Hippolyte primum scire opportet. Ex literis quas latini suscepere. sex esse vocales.* In fine aliqua desunt.

* JOANNES PILO = v. *Joannes Billi* supra.

MMCCCLIII. 1223.

JOANNES PINEDA = Medinæ Campi natus.

Monarchia Ecclesiastica prodiit Barcinone an. 1594. in fol. typis Jacobi Cendrat hispanice ex Biblioth. SS. XII. Apostolorum Romæ; deinde ibidem an. 1620. in fol. ex Indice Biblioth. Barber.

Vita S. Joannis Baptistæ libris tribus distincta, cujus ad calcem extat *Espositio Salutationis Angelicæ* versu, prodiit primo Salmanticæ 1574. typis Gasparis de Portinariis; mox Barcinone 1596.; et iterum Salmanticæ an. 1634. in 4.

Chiliadas Universi prosa, et versu hispano tomis 2. in fol. scripsit an. 1564. et 1565., quæ mss. extant Matriti in Conv. Regul. Observ.

Hecatompæa tomis 2. in fol. latine, quorum primus amplectitur *Centuriam concionum sacrarum a Dominica prima Adventus usque ad Resurrectionem Domini;* secundus *Centuriam aliam sermonum de Tempore, ac de Sanctis cum Expositione Evangeliorum a Dominica Resurrectionis usque ad Dominicam primam Adventus,* extat ms. in Bibliotheca Conventus Reg. Observ. Medinæ Campi.

De honorifico decessu D. Sueri de Quiñones tit. *Visio delectabilis, carmine hispano, adjectis glossis.* Salmanticæ an. 1588, in 8. apud Cornelium Bonardi, teste Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan. apud. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 204., ubi putavit, fecitque diversa Opuscula: *Visio delectabilis:* et *de honorifico decessu.*

Contra peccata, et errores linguæ inscriptum *Clotalogia.*

De virtutibus, et vitiis to. 1. in fol. vernacule, et ordine alphabetico ms. Medinæ Campi in cit. Cœnobio, sed sine fine. Scribit Joan. a S. Anton. obiisse in patria octogenarium circa annum 1590.

Opus « *Libro del Passo Honroso defendido por el Exellente Caualiero Suero de Quiñones Copilado de un libro antiguo de mano por F. Juan de Pineda,* adamussim iuxta primam editionem recusum est curante Archer Milton Huntington Novi Eboraci

Digitized by Google

Eboraci a. 1902. Extat etiam cum *Cronica de D. Alvaro de Luna* in Collecion de Cronicas. Madrid, Sancha, 1779 ss., vol. v.

Huius auctoris merita erga linguam et litteras hispanas extollit Bern. Martin Minguez, Un escritor olvidado, in Ilustracion Española y Americana, 8 et 15 Julii 1905, eiusque patriam dicit *Madrigal de las Torres* in provincia Avilæ.

1224.

JOANNES DE PIZANO = vox corrupta; et corrigendum est *de Peckano,* de quo supra actum est: Waddingus enim, et alii acceperunt a Rodulphio lib. 3., ubi ita legitur; sed eum loqui de *Joanne Peckano,* liquet, dum eum dicit *Archiepiscopum Cantuarien.;* deinde etiam *Joan. de Picano* vocatur ab autore Serenæ Conscientiæ, sed et *de Picciano* ad Anonymis Expositoribus Regulæ S. Francisci in *Firmamento* trium Ordinum par. 3. edit. Ven.; et *Joannes Pecian* a Bartholomæo Pisano Confor. IX. par. 2., ut mirum non sit, si et apud Rodulphium mendose sit exaratum.

MMCCCLIV.

JOANNES DE PLACENTIA Hispanus provinciæ S. Jacobi Regul. Observantiæ primo, tum Excalceat., tertiusque Custos novæ provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis, scripsit Opus mysticum tit.

La Santina.

Catechismum variis illarum nationum idiomatibus.

Artem, et Dictionarium linguæ tagalæ.

Statuta antiqua Indorum, quos Tagalos vocitant, ad preces D. Jacobi de Vera Manilæ Gubernatoris, quæ leguntur in Chronicis laudatæ provinciæ S. Gregorii trien. 4. cap. 1., ubi de eo agitur et cap. 27.; de quo etiam Jacobus a Castro to. 2. Chronic. prov. S. Jacobi, Marcellus Ribadeneyra lib. 3. Hist. Japon. cap. 3., et ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

Eius *Catechismus* approbatus est a Synodo Manilæ celebrata a. 1581. Scripsit etiam:

Relacion de las cosas memorables de Filipinas, lingua castellana (19 Junii 1585);

Tratado de los ritos, usos y costumbres de los Indios Filipinos, lingua eadem (24 Octobris 1589); idem fortasse ac *Statuta:*

Platicas doctrinales, lingua tagala.

Hæc ex Marcellino a Civetia (Saggio, n. 514), qui notitiam de nostri auctoris vita ex Fel. de Huerta addit. Obiit, ut videtur, die 23 Septembris a. 1590.

MMCCCLV.

JOANNES PLACENTINUS cognomento ab *Asula* Regul. Observ. provinciæ Brixiæ concionator, Theologus, et Historiographus composuit *Arborem* magnam, tabulamque hoc titulo:

Sacrosancta Jesu Christi Redemptoris nostri, Deiparæque Virginis Mariæ genealogia, gentiumque, regnorum, et monarchiarum origo ab Adam ad Christum usque dicata Marino Georgio Episcopo Brixiano Venetiis an. 1612. per Gasparem Grispoldi, quam apud nostros Bononiæ vidi.

Concordantiam trium statuum mundi, in qua divina sacræ Scripturæ arcana, et numerorum, ac generationum mysteria etc. *enucleantur:* nec non

Libellum declaratorium, in quo multæ Historiarum observationes, ordo supputandi sex ætates mundi etc. *continentur,* jam se confecisse, ac in lucem daturum promittit in epist. ad Lectorem *Arbori* memoratæ præmissa.

MMCCCLVI. 1225.

JOANNES A PLAGIS = al. de *las Llagas,* quem Fr. Thomas de Faria lib. 2. Decad. cap. 10. vocat Fr. *Joannem de Pietate* natione *Belgam,* et e patria in Portugalliam venisse, ubi arctissimum vivendi modum amplexus, sancte vixit, et Opera nonnulla composuit in suæ Religionis præsertim augmentum: edidit etiam lingua vernacula

Triumphos de la sancta Evangelica pobreza. Ulyssipone 1625. in 4. ex Nicolao Anton., et Pluteau in Catalogo autorum.

Tractatulum de Oratione Romæ in Choro Em. Cardd. repositum, teste Cardoso to. 2. Agiologii Lusitani ad diem 4. Martii.

Migravit ad Dominum an. 1637. sexagenario major Ulyssipone, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 205.

MMCCCLVII. 1226.

JOANNES DE PLANO CARPINI = *in districtu Perusino,* ut ait Salimbene in Chron. ms. pag. 297. Oldoinus quoque in Athenæo Perusino pag. 188. ait extitisse de *Plano Carpensi* in agro Perusino, cui adhæret Joan. a S. Anton. to. 2.; extat enim Comitatus *Carpini,* vel Carpinarum etiam in agro Tiphernate, ut ex Lucentio in Italia sac. aucta etc. An. 1241. cum Minister provinciæ Coloniæ existeret, a Gregorio IX. jussus est prædicare Crucem contra Tartaros; ad quos deinde ab Innocentio IV. anno 1245. Legatus missus, nullis nec laboribus fractus, nec territus ærumnis, viam aperuit Fratribus sui Instituti inter barbaras et efferatas illas gentes christianæ fidei veritatem nuntiandi. Factus deinde Archiepiscopus Antibarensis obiit ante diem 12. Aprilis an. 1253., quo in illa Sede ei successor datus est *Fr. Guffridus* pariter Minorita. A Fr. Salimbene, qui anno 1247. m. Novembri eum vidit in Gallia a Tartaris revertentem, cit. Chron. ms. pag. 295. et 296. dicitur *familiaris homo, et spiritualis, et literatus, et magnus prolocutor, et in multis expertus:* et scripsisse *de factis Tartarorum, et aliis mirabilibus mundi, secundum quod oculis suis vidit, unum magnum librum; et faciebat illum librum legi, ut pluries audivi, et vidi, quoties facta Tartarorum grarabatur referre.*

Gesta Tartarorum a Fr. Joanne de Plano Carpini, et Fr. Benedicto Polono de Ordine FF. Minorum: F. quoque Acelino de Ordine FF. Prædicatorum, et tribus aliis ejusdem societatis a Summo Pontifice ad exercitum illorum missis descripta extant mss. in Belgica Biblioth. Vedast., teste Sandero par. 1. pag. 130. num. 6. *Historia Mongalorum, seu Tartarorum anno* 1246. extat ms. in Biblioth. Lugduno Batava in mss. codd. Isaaci Vossii cod. 104. num. 9., quæ latine, et gallice impressa fuit una cum *Itinerario Fr. Gulielmi de Rubruc* Parisiis anno 1634. in 8. apud Ludovicum Heuqueville, et cum aliis rerum *Tartaricarum tractatibus:* et postea an. 1706. batavica lingua Lugduni Batav. per Petrum Vandersta ex Oudino to. 3. Comment. ad an. 1240., et Act. Erudit. Lipsiæ 1708. m. Martio pag. 102., et 103. De eo plura Waddingus in Annal. Min., et auctor coævus Vincentius Bellovacensis in Spec. Hist. apud S. Antoninum Chron. par. 3. tit. 19. cap. 8. §. 17.

Natus est probabiliter circa a. 1190. Socius fratris Cæsarii de Spira primi ministri provinciæ Germaniæ, eo pervenit a. 1221

Digitized by Google

a. 1221 mense octobri, statimque missus est prædicatum Herbipolim, unde Moguntiam, Wormatiam, Spiram, Argentinam, Coloniam se contulit. Anno 1223 die 8 mensis septembris, fratre Alberto Pisano secundo Germaniæ ministro, custos Saxoniæ est designatus, at post aliquot menses, a. 1224 die 15 Augusti, ab hoc officio absolutus, Coloniam translatus est. Anno 1228 a Joanne Parente generali ministro minister Germaniæ est electus, a. 1230 in generalibus comitiis 26 Maii in Hispaniam minister destinatus, anno vero 1232 Joanni Anglico ministro Saxoniæ est suffectus, quod officium retinuit usque ad diem 15 Maii anni 1239. Ante suam ad Tartaros missionem erat Innocentii IV pœnitentiarius, teste Nicolao de Curbio apud Muratori, Rerum italicarum Scriptores, III, Mediolani 1723, pag. 592 s. Anno 1297 ad finem vergente e Tartaris in Galliam ad summum pontificem reversus, et apud eum nonnullos menses commoratus, ab eodem a. 1248 ad Ludovicum IX Galliæ regem legatus missus est, deinde factus archiepiscopus antibarensis, qua in sede multa est passus. Vivebat adhuc mense aprili anni 1252, quum extet epistola Innocentii IV ad eum data die XII kalendas Maii pontificatus sui anno IX; decessisse autem putatur paulo post, probabiliter die prima augusti, ad quam diem Arturus a Monasterio in suo Martyrologio Franciscano eum commemorat.

Scripsit *de Mongalorum moribus historiam* seu *relationem sui itineris ad Tartaros* primum breviori modo, postea ampliori. Prior relatio, prologo et octo capitibus constans, memoratur in posterioris epilogo, et servatur ms: 1. in Museo Britannico, Mss. Reg. 13 A. XIV exeuntis sæc. XIII, ff. 198r-213r, qui codex idem est ac Lumleianus a Rich. Hakluyt editus a. 1598; 2. Vindobonæ in bibliotheca Palatina cod. lat. 362 sæc. XIV, ff. 27r-36r; 3. ibidem in eadem bibliotheca cod. lat. 512 sæc. XIV, ff. 1-13v; 4. Parisiis in Nationali cod. lat. 2477, iam Colbertino, medio sæc. XIV exarato, ff. 67v-83r; 5. prologo et variis aliis partibus mutila, Taurini in Nationali, cod. lat. MLXVI (nunc E. V. 8) sæc. XIV in. vel ex. sæc. XIII, ff. 11r-15v, quem a. 1906 edidit Hieronymus Golubovich in sua Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa, to. I ad num. 55, reputans, fortasse iniuria, eum esse unicum, qui textum genuinum contineat prioris relationis. — Relatio posterior, præter alia additamenta, novum integrum capitulum exhibet (*De provinciis et situ earum per quos transivimus et de testibus qui nos invenerunt ibidem et de curia imperatoris tartarorum et principum eius*). Continetur codice 181 Collegi Cantabrigiensis Corporis Christi sæc. XIII exeuntis, eodem cum codice 61 Collegii Cantabrigiensis S. Benedicti, pp. 278-321, et codice 104 bibliothecæ Universitatis Lugduno-Batavæ ineuntis sæc. XIV, a Sbaralea citato, ff. 144v-164r. Tres alii codices indicantur, nempe bibliothecæ publicæ Hannoverensis 623 sæculi XVI, Daventriensis 339 sæc. XV, et Monasterii S. Martini Ternacensis G. 6 (de quo Sbaralea ex Sandero, sed erronee), quos nescio utrum primam vel alteram relationem contineant.

Quoad editiones, præcipuæ hæ sunt: — 1. *Relation des Mongols ou Tartares, par le frère Jean du Plan de Carpin de l'ordre des frères Mineurs, Légat du Saint Siège Apostolique, Nonce en Tartarie pendant les années 1245-1247 et Archevêque d'Antivari. Première édition complète publiée d'après les manuscrits de Leyde, de Paris et de Londres et précédée d'une notice sur les anciens voyages en Tartarie en général, et sur celui de Jean du Plan de Carpin en particulier, par M. D'Avezac.* Paris 1838; et etiam a. 1839 inserta in Recueil de voyages et de mémoires publiés par la Societé de géographie, to. IV par. II, pp. 399-868. — 2. *The texts and versions of John de Plano Carpini and William de Rubruquis as printed for the first time by Hakluyt in 1598 together with some shorter pieces, edited by C. Raymond Beazley.* London, printed for the Hakluyt Society (Cambridge, printed by J. and C. F. Clay) 1903, in 8; cum docta introductione et notis criticis. — 3. *Historia Mongalorum Viaggio di F. Giovanni da Pian del Carpine ai Tartari per Giorgio Pullé* in Studi Italiani di filosofia indo-iranica, vol. IX (Firenze, Tip. G. Carnesecchi e Figli, 1913). Editio optima et vere critica, in qua exhibetur textus codicis Collegii Cantabrigiensis Corporis Christi cum variantibus lectionibus sex aliorum codicum, introductione et commentario.

Extat huius relationis compendium sæc. XIII per Vincentium Bellovacensem, ab eo editum, inserta simili relatione fratrum Simonis de S. Quintino et Ascelino Ord. Præd., in fine Speculi historialis. Hoc compendium sequuntur antiquæ versiones gallicæ, et etiam italica, quæ primum prodiit in 8 sub hoc titulo: Opera dilettevole da intendere, nella qual si contiene doi Itinerarij in Tartaria per alcuni Frati.... mandati da Papa Innocenzo IIII. nella provincia di Scithia per Ambasciatori. Non piu uulgarizata. Stampata in Vinegia per Giovan' Antonio de Nicolini da Sabio. Ne l'Anno del Signore. MDXXXVII. Adi 17 Octobrio.

Conferantur Chronica fratris Jordani (Paris 1908), c. 23, 33-37, 54, 55, 57, 61, 68, et pag. 21 n. 2; Francesco Liverani, Fra Giovanni da Pian di Carpine nel contado di Magione ecc. Perugia 1876, e Siena 1878; Gir. Golubovich, op. cit., I n. 55, II pp. 318-319; Pullé, op. cit., pp. 22-49; Farlati et Coleti, Illyrici sacri to. VII, Venetiis 1817, pp. 36-41.

MMCCCLVIII.

JOANNES A PODIO Gallus provinciæ Aquitaniæ scripsit

Historiarum Collectarium, quod citat autor suppar Alfonsus a Spina in *Fortalitio fidei* lib. 3. consider. 9. expul. 2., et consid. 11. art. 1. et 8., nec non lib. 5. consid. 10. differ. 3.

Librum de statu Ecclesiæ Petracoricensis Joannis du Puy Franciscani Recollecti citat Menardus, et ex eo Morinus de Sacram. Pœnit. lib. 8. cap. 26. num. 13.; et ejus *Chronicon* Nicolaus Bertrandus, teste Possevino in Appar. sac., qui tamen Institutum Regul. reticuit.

Obiisse videtur circa annum 1455. Porro *Fr. Joannes de Podio* cum Fr. *Joanne Garziæ* sac. Theolog. Magistro, aliisque tribus Minoritis, ac Priore provinciæ Tolosanæ Ord. Prædic. cum nonnullis sui Ordinis carceri dati sunt an. 1411. a F. *Stephano de Combis* Inquisitore contra hæret. pravitatem Ord. Præd. Tolosæ, eo quod illi Concilio Pisano adhærerent, iste vero Petri de Luna Benedicti XIII. in schismate dicti assecla esset: quo comperto per illos, aliosque, inter quos memoratur alius F. *Joannes de Podio*, nempe Ordin. Prædic., Joannes XXIII. scripsit Archiepiscopo Tolosano, ut causam cognosceret ex Bulla 12. to. 2. Bullarii Ord. Prædic. Hinc deposito *Fr. Stephano de Combis*, substituitur *Tolosæ Inquisitor* contra hæret. pravitatem *Fr. Joannes de Podio* non *Ord. Minor.*, ut putavit Waddingus in Annal. ad an. 1432. num. 10. unum cum altero confundens, sed *Ordinis Prædicatorum*, quem Joannes XXIII. anno 1414. confirmavit per literas dat. die 19. Septembris; estque 31. Bulla to. 2. Bullarii Ord. Prædic.; et an. 1431. die 16. April. factus est *Episcopus Caturcensis* in Aquitania ex Bulla Eugenii IV. in to. 3. Bullarii Ord. Prædic. pag. 212. append., non autem 1413., ut legitur to. 1. novæ Galliæ Christianæ P. Dionysii Sanmarthani, ex qua obiisse videtur an. 1437.

MMCCCLIX. 1227.

JOANNES PONCIUS =

Philosophiæ cursus prodiit Parisiis etiam an. 1656., et Lugduni an. 1672. per Stephanum Baritel in fol. to. 1. cum *Ethica*.

Cursus Theologicus ad mentem Scoti prodiit primum Parisiis anno 1652. in fol. sumptibus Bertier; Opus distinctum a *Commentariis Theologicis*.

Richardi Bellingi vindiciæ eversæ. Ibidem an. 1653. in 8. apud Franciscum Piot.

Judicium doctrinæ SS. Augustini, et Thomæ. Paris. 1657. in 8.

Scotus Hiberniæ restitutus. Parisiis anno 1660. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Commentarii Theologici in 4. libros Sententiarum Scoti tomis 4. in fol. Parisiis anno 1661. per Sebastianum Cramoisy.

Obiit Parisiis circa an. 1660., laudaturque a Fr. Hieronymo Muñoz in Descript. Congregat. Generalis Toleti an. 1673. celebratæ fol. 60.

MMCCCLX.

Digitized by Google

MMCCCLX.

JOANNES PORCHETTI edidit

Scriptum breve super libros Physicorum, quod ms. olim extabat Utini in Biblioth. Conventus S. Francisci ex Regesto illius loci an. 1397. confecto.

MMCCCLXI.

JOANNES DE PORTA Burgundus sac. Theol. Magister anno 1462. assumptus est Episcopus S. Papuli in Aquitania sub Tolosana Metropoli ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. ad eum annum; qui et ad an. 1222. num. 39. hunc inter eos recenset, qui et *Tolosanum* Cœnobium, et *S. Francisci Ordinem, plurimis editis lucubrationibus, mirum in modum illustriorem reddiderunt.* Hic tamen ejus est oblitus, et ejus Operum.

MMCCCLXII. 1228.

JOANNES PORTHESIUS = Pictaviensis Custos provinciæ Turoniæ dicitur in Statutis Parisien. Observ. Regul. an. 1579; factus etiam Definitor Ultramontanæ familiæ: de quo et Dupinus sec. XVI., et Joan. a S. Anton.

Duobus operibus a Waddingo memoratis hæc addenda sunt:

La Chrestienne Déclaration de l'Église et de l'Eucharistie, en forme de Responce au livre nommé: La cheute et ruïne de l'Eglise Romaine, avec une succincte doctrine du service de Dieu en icelle: ensemble deux Responces à certaines objections contre la Confession et Eucharistie... Anvers, Christophe Plantin, 1567, in 8 p.

Les Articles faicts à la Fontaine en Anjou, ausquels debvoit respondre M. Jean Trioche, Ministre de Chasteau-neuf.

De la vanité et verité de la vraye et fausse Astrologie contre les abuseurs de notre siècle. Poictiers, François Le Page, 1578, in 8; Paris, Gabriel Buon, 1579, in 8.

Intenditz des Catholiques, vrays et légitimes enfans de l'Eglise de Jésus-Christ, où sont déduictz certains poincts et articles contre les modernes Hérétiques. Bordeaux (c. 1579).

Deffence à la Responce faicte aux Intenditz de B. (Bernard) *De-par-Dieu, par les Ministres de l'Eglise prétendue Réformée. Le tout approuvé, veu, et en partie escript par R. P. F. J. Porth-æsius....* Poictiers, François Le Page, 1580, in 16.

Cinq Sermons du R. P. F. J. Porthaise de l'Ordre S. François, Theologal de l'Eglise de Poictiers, par luy prononcez en icelle. A Paris, Chez Guillaume Bichon, 1594, in 8. Sermones, qui in hoc raro volumine continentur, agunt: 1. *de la conversion et absolution* (Henrici IV) *divulguee, Ad cautelam, Le 25. de Julliet 1593. à Sainct Denys en France;* 2. *sur l'arrest donné a Tours le 5. Aoust 1591;* 3. *de l'absolution Ecclesiastique, qui ne se doit impartir aux descheux de la Foy: et moins aux recheux,.... sans grande difficulté, et longue exploration de leur penitence:* 4. *sur la declaration du chef des Huguenots:* 5. *sur les patentes du chef des ennemis.*

De l'Imitation de l'Eucharistie Poictiers, 1602, in 8 p.

Parascève générale de l'exact Examen de l'institution de l'Eucharistie, contre la particulière interprètation des Religionnaires de nostre temps. Poictiers, Jean Blanchet, 1602, in 8 p.

Traicté de l'Image et de l'Idole. Poictiers, 1608, in 8 p.

Cfr. præsertim Mémoires pour servir à l'histoire littéraire des dix-sept provinces des Pays-Bas (auctore N. Paquot), IX, Louvain 1767, pp. 71-77.

* JOANNES PORTOCARRERO = V. *Joannes a S. Maria.*

MMCCCLXIII. 1229.

JOANNES DE PRATO = provinciæ Tusciæ Regul. Observ., cujus mentionem facit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1427. num. 16., ac ad an. 1449. n. 18., et ad an. 1455. num. 52., et Marianus, autorque Speculi apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43., et Rodulphius lib. 2. fol. 191.; vivebat adhuc anno 1455., quo a Callixto III. missus est ad *Cruciatam* contra Turcas prædicandam, et a Roberto Caracciolo Liciensi Episcopo Aquinate concionatorum sui temporis principe valde commendatur in *sermone* de S. Bernardino cap. 2., ubi inter *famosissimos* verbi Dei præcones Ord. Min., qui aut discipuli, aut imitatores S. Bernardini extiterunt, dicendique genere claruerunt, recensetur. Scripsit igitur etiam

Conciones quadragesimales; ac, ut ajunt, *de Tempore,* quibus famam adeptus est.

Ad hunc anno 1450. longam, et eruditam epistolam, seu Responsum, et Apologiam dedit Guarinus Veronensis, quæ legitur to. 3. Collect. vet. Scriptor. Martene col. 858. de Poetis, et Gentilium libris non prorsus abjiciendis.

Alius *Joannes Franciscus Cinius* Pratensis Regul. Observ. ecclesiastes toti Italiæ percelebris, cui anno 1507. Marianus Florentinus ejusdem Ordinis dicavit *tractatum de origine, et nobilitate Tusciæ;* quique an. 1536. Venetiis, dum *conciones* haberet, ex hac vita migravit, celebratur ab Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 6.

MMCCCLXIV.

JOANNES PRIVAS Gallus natione vernacule composuit, ac edidit

Discursus panegyricos Arelati. Parisiis an. 1612. in 8. teste Jacobo Le Long lib. 4. Biblioth. Gallicæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNE DE PUEBLA = V. *Joannes de Pavoa.*

MMCCCLXV.

JOANNES DE LA PUENTE Hispanus vernacule emisit Opus inscriptum

Concentus duarum Monarchiarum. Matriti anno 1612. ex Catalogo AA. ad calcem Opusculi *Mariano Jacobæi,* ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES PUTEANUS, de quo Joan. a S. Anton. ex Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 5. Julii §. 5., videtur idem cum *Joanne a Podio,* de quo supra.

MMCCCLXVI.

JOANNES DE QUIROS Hispanus Regul. Observ. provinciæ Beticæ Lector emeritus, Consultor S. Officii eruditionis laude notus scripsit

Rosarium Immaculatæ Virginis Mariæ super Evangelium: Confiteor tibi Pater, ac super orationem dominicam to. 1. Hispali an. 1650. in fol. per Andream Grande; et to. 2. ibidem apud Michaelem Aldabe.

Apologiam pro vera professione inter Minores Fr. Petri Tello ex Ordine Militari S. Joannis. Ibidem an. 1656. in fol.; ex Nicolao Anton., Petro de Alva in Militia, et Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 208., to. 2., et 3. in append.

MMCCCLXVII.

JOANNES RABASSEUS Gallus prov. S. Dionysii Recollect., ut adnotat Arturus ad diem 26. Julii §. 1. Martyrol. Francisc., florebat an. 1630. ex Joan. a S. Anton.; scripsitque

Vitam S. Annæ; et

Regulam

Digitized by Google

Regulam devotarum animarum ex Dupino sec. XVII.

Commentarium Rabasani in Philosophiam Scoti editum circa an. 1660. laudat Sebastianus Dupasquier in sua præfatione ad Philosophiam; hujusne, an alterius, non facile dixerim.

In Summa philosophiæ scholasticæ et scotisticæ Sebastiani Dupasquier, I, Lugduni 1692, in præfatione ad philosophiæ scotisticæ candidatos inter nuperos qui ad Scoti mentem scripserunt, post Mastrium et Bellutum, Columbum, Sonnenum, Poncium, Frassen indicatur *Rabesannus*. Titulus operis non datur neque annus quo est editum. Hic autem Rabesannus absque dubio nullus alius est, quam Livius Rabesanus de Montursio Ord. Min. Reg. Observ., qui a. 1664 et seqq. ediderat Venetiis Cursum philosophicum ad mentem Scoti.

MMCCCLXVIII. 1230.

JOANNES RADA = præceptor Emanuelis Roderici, qui ejus meminit to. 3. Quæst. regul. et canon. q. 15. art. 8.

Controversiæ Theologicæ prodierunt Parisiis an. 1604. opera Augustini Gothutii, deinde Venetiis an. 1617. tomis 4. in 4. apud eumdem Guerilium opera *Bartholomæi Cimarellæ* ejusdem Instituti, cum primum impressæ fuissent Salmanticæ anno 1598. 1. et 2. pars, et 1599. per Joannem Ferdinandum in fol. *Pars* 3. cusa est Romæ 1614. in 4. apud Joan. Paulum Profilium cura *Fr. Roderici a Portillo* ejusdem Ordinis Procuratoris Generalis.

Ne Waddingi et Sbaraleæ de *Controversiarum theologicarum* editionibus notitia in errorem trahat, advertendum est tertiam partem primum prodiisse Romæ a. 1614, quartam vero (quam unam imprimendam curavit Bartholomæus Cimarellus) Venetiis a. 1617; hinc editiones citatas cum anni nota antiquiori nonnisi ad primam vel secundam vel utramque partem referendas esse.

Quum anno 1604 nonnullæ censuræ in S. Teresiæ opera Summo Pontifici delatæ sint, Didaco Alvarez O. P. et Joanni Radæ iussum est, ut singulis discussis suam sententiam scripto referrent. Censuræ cum utriusque responsis, quæ ad doctrinæ teresianæ confirmationem multum contulerunt, extant in Historia gen. Fratrum Carmel. Discalceat. auctoribus Isidoro a S. Joseph et Petro a S. Andrea, lib. 2, cap. 44. seu vol. I (Romæ 1668), pp. 341-356, et in Bibliotheca Scriptorum utriusque Congregationis et sexus Carmelit. Excalceat. digesta per P. Martialem a S. Jo. Baptista, Burdigalæ 1730, pp. 387-409.

MMCCCLXIX.

JOANNES DE RADINGIA provinciæ Angliæ sac. Theol. Doctor floruit seculo, ut videtur, XIV., scripsitque

Commentarium in lib. Magistri Sententiarum; Florentiæ namque in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus Eccles. num. 401. extat magnus codex ms. valde antiquus in 4. magno hoc titulo: *Primus Fratris Johañis de Radingia sac. Theol. Doctoris Ordinis Minorum:* incipitque: *Quia secundum Augus.* 1. *Confes. cap.* 5. *ad inveniendum siquidem veritatem* etc. An aliud scripserit, ignoro.

Fuit quadragesimus quintus lector theologiæ Oxonii, et sepultus est Avenione (Monumenta Franciscana, I, London 1858, p. 554). Videsis Little A. G., The Grey Friars in Oxford Oxford 1892, p. 168.

MMCCCLXX.

JOANNES RAMIREZ Hispanus Regul. Observ. prov. Compostel. alumnus scripsit

Expositionem Regulæ S. Francisci, quam ex Ludovico Miranda laudat Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMCCCLXXI. 1231.

JOANNES REDALDUS = Venetus provinciæ S. Antonii Regul. Observ. alumnus vulgavit

Kalendarium ad usum universæ Religionis Fratrum Minorum, et Monialium S. Francisci Regularis Observantiæ juxta ritum Breviarii Romani reformati: primo Venetiis an. 1573. in 8. apud Juntas: ita codex Bibliothecæ S. Francisci Ferrar.; quam editionem vidit etiam Joan. a S. Anton. to. 2., eamque unam adducit. Waddingus accepit a Possevino, qui ejus etiam Institutum Regul. tacet.

MMCCCLXXII. 1232.

JOANNES REGINALDUS = Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum. An *Joan. Rigaldus?*

1233.

JOANNES RENNAMARA = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed idem est, ac *Joannes Kraneman,* de quo supra actum est. Et hic etiam Joan. a S. Anton. exscripsit Waddin.

MMCCCLXXIII. 1234.

JOANNES RENSINCK = Regul. Observ., ad quem misit suos *Morales Sermones* Joannes Quintinus Theologus Doctor Parisiensis Coloniæ excusos an. 1608. Hunc omisit Joannes a S. Anton. to. 2.

MMCCCLXXIV. 1235.

JOANNES DE RIBAS = de quo Gonzaga par. 4., aliique apud Jo: a S. Antonio in utraque Bibliotheca.

MMCCCLXXV. 1236.

JOANNES RICCA = non Syracusanus, sed Netensis, seu a *Noto* diœcesis, Custodiæque Syracusanæ oppido, unde vulgo appellatur *Joannes a Noto,* ut idem Waddingus habet supra in Joanne de Noto: in Annal. autem ad an. 1344. num. 8. ex Mariano ait clarissimum sac. Theologiæ Magistrum extitisse, et plures ea in facultate *Tractatus* edidisse; uti et Philippus Cagliola in Sicilien. provincia Min. Conv. explor. 3. manifest. 4. pag. 126. de Conventu S. Francisci Netensi disserens tradit, ad Regem Martinum, et Reginam Mariam pro patriis immunitatibus, privilegiisque confirmandis legatione eum functum esse; memoraturque et a Rodulphio lib. 1. fol. 98. in *Deodato a Ruticinio* sub an. 1391.; de eo cum laude agit Hieronymus Rendaragusa fol. 157. suæ Bibliothecæ Siculæ, Joan. a S. Anton., ac Mongitor ex Waddingo: citatur autem a Summis Rosella, Angelica, et Silvestrina edit. Antuerp. 1581. inter *Theologos,* non inter *Summistas;* ideoque non constat edidisse eum

Summam de casibus, ut conjicit Waddingus supra in *Joanne de Noto;* sed *Tractatus Theologicos.*

MMCCCLXXVI.

JOANNES RICCIUS Romanus Strict. Observ. Theologus edidit, ut etiam habet Joannes a S. Anton. to. 2.,

Apparatum ad imaginativam Doctoris Subtilissimi suscitandam. Ticini an. 1650. in 4. typis Joannis Andreæ Magrii ex Ind. Biblioth. S. Francisci Bononiæ.

MMCCCLXXVII. 1237.

Digitized by Google

MMCCCLXXVII. 1237.

JOANNES RICUTIUS = Velinus provinciæ Marchiæ Anconitanæ Minor. Conventual. alumnus, ac sac. Theol. Doctor, Mauritio Hibernico ejusdem Instituti Theologo clarissimo necessitudine conjunctus, cujus cum laude meminit Leander Albertus in *Italia*, ubi de Camertina civitate verba facit; testaturque se eum an. 1517. vidisse *Viennæ* in Austria summo in loco habitum.

Commentaria in T. Livium; et in L. Flori libros 4. *Adnotationes* Venetiis an. 1559. ex Jacobillo Biblioth. Umbr. pag. 149. *Florus cum notis Jo: Ricutii Vellini* ex Fabricio in Biblioth. Lat. Basileæ an. 1529. in 8., et Coloniæ 1537. apud Gymnicum, et Antuerpiæ 1564. in 8. *Commentaria in Lucium Florum Rerum Roman. lib.* 4. prodierunt etiam Basileæ anno 1532. apud Jo: Hervagium in fol. cura Jacobi Bedroti Pludentini ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon. *Notæ in Lucium Florum* cusæ sunt et Argentorati an. 1537. in 8.; postea Lugduni an. 1557. apud Sebastianum Griphum, et Venetiis per Sebastianum Rampazzettum 1559. in 16. Editionem S. Gervasii 1606. in 8. memorat Thomas Hydeus in Catal. Biblioth. Bodlejanæ Oxonien. pag. 30.

Comment., seu *Enarrationes in C. Julium Solinum* prodierunt Viennæ Austriæ typis Jo: Syngrenii an. 1520. in fol. ab autore ad Stephanum Verbeucium Pannoniæ Proregem dicatæ, qui et in epistola ad eum scribit, se amicitia conjunctum fuisse cum *Marco Musuro* Episcopo Hierapetrensi, et Archiepiscopo Monembasiensi Græcorum viro doctissimo *novissime*, inquit, vita functo; qui utpote Camers utraque lingua versatus erat; ad has vero Enarrationes vulgandas hortatum esse a *Theodorico Kaner* sac. Theol. Doctore Minoritano Episcopo Zaracoviensi ac Novæ Civitatis, qui et Viennensis Archiepiscopi Coadjutor extitit: editio nitidissima, et rara. Prodiit etiam *Solinus cum notis Jo: Camertis* Basileæ an. 1538. in fol.

Indices in Plinium magni confecti Viennæ an. 1513. et 1514. ad eumdem Verbeucium epist. dat. prid. kal. Sept., in qua scribit: *Si quis omnino laborem hunc nostrum spernendum censet, objiciam huic Plynianum adagium: Cum hanc operam conderem, non eras in hoc albo:* et desinit: *Has studiosis non inutiles (ut credimus) vigilias pro incæpta nos inter amicitia tibi dicavimus, majora deinceps (nam plura sunt in manibus) Deo comite dicaturi:* additque *epigramma* doctum, et longum in Plinii laudem; præmisso altero *in lividos:*

« I liber in dextras hominum, quibus alma « Minerva
« Cordi est, et vulgi pectora crassa fuge.
« Ne tibi livor edax noceat, tu livida tecta
« Pestis more cave; candor ubique placet.
« Invidus, ut mos est, postquam te læsit aperte,
« Fonte tuo clausus tollet at inde sitim.
« Si cui (quod fateor) parvus labor iste videtur,
« Quid? tibi non placuit; jam caruisse potes.

Impressi sunt etiam ibidem Venetiis an. 1520. die 17. m. Januarii per Georgium de Rusconibus; iterumque ibidem an. 1525. typis Sessæ cum libris Plinii in fol. Sed primo cusi sunt Viennæ Pannoniæ per Hieronymum Victorem, Joannemque Syngrenium artis socios sumptibus Leonardi, et Lucæ Alantsæ an. 1514. in 4.: *editio perquam rara*, inquit Freytag Appar. Litterar. to. 1. pag. 118., *qui postea variis Historiæ naturalis editionibus v. c. Sigismundi Gelenii Basileæ* 1535. *in fol., Jacobi Dalechampii Francofurti* 1608. *in* 8. *ob insignem, qua se viris doctis commendavit, utilitatem subjectus fuit, donec Joannes Harduinus novum indicem concinnaret.*

Cebetis Thebani Tabula cum Comment. prodiit Parisiis an. 1498. ex Orlando de Orig. et progr. Typographiæ; deinde Basileæ an. 1557. in fol. cum *Comment. in Solini Polyhistora, et Flori Hist. Rerum Roman.*

Claudiani Poëmata cum notis Jo: Camertis anno 1510. in 4. ex Josia Simlero pag. 417., et Jo: Alberto Fabricio Biblioth. Lat. to. 2. pag. 126.

Annotationes in L. Fenestellam habentur in Biblioth. Barber. cusæ Venetiis an. 1558. typis Sessæ in 16.

Jo: Camertis de modo in jure studendi ad Dom. Bernard. Arianum filium D. Nicholai de Parma. Romæ die 26. Maji 1491. in 4. sine editoris nomine.

Justinus cum notis, et castigationibus Jo: Camertis. Viennæ 1525.; et Hagenovæ 1526. ex Fabricio loco cit. pag. 39.

Jo: Camertis Ord. Minor. Theologiæ Doctoris Hemistichiorum partim moralium, partim proverbialium libri 6. Viennæ Austriæ per Jo: Syngrenium 1527. in 8.

Epitaphium Maximiliano Imperatori extat inter Orationes funebres Simonis Schardii tomo 1. pag. 56.

Joannis Camertis de Genealogia Christi Dei et hominis ms. in Biblioth. Vaticana num. 5079.

De Origine urbium Italicarum Joannis Camertis liber a pluribus scriptoribus citatur.

Epistolas plurimas, et præsertim ad Mauritium Hibernicum dedit, quarum ipse meminit in Comment. ad cap. 35. Solini.

Ejus *epigramma* de animæ rationalis origine, et natura, et *hexastichon* in laudem *Jo: Vœgelin* Astronomiæ in Universitate Viennen. Professoris leguntur initio editionis librorum *de Sphæricis Theodosii* per eumdem Vœgelin factæ typis Jo: Singrenii Viennæ an. 1529. in 4.

Alia sui ingenii monumenta ab autore oblata Paulo III. Pontifici in Vatic. Biblioth. asservari scribit Camillus Lilius in Hist. Camerini. De eo in Annal. Minor. to. 18. ad an. 1546. num. 152., ubi notatur, 24. annis Viennæ publice docuisse; et Horatius Civalli Maceraten. in sua *Visitatione Triennali* ms. sequens refert in patria appositum ei monumentum.

D. O. M.

« Fr. Johannis Camer. Ord. Min. Conv. Jur.
« Can., et Philosophiæ, ac sacr. Theologiæ Doct. exi-
« mii. Q. ob nimiam litterarum doctrinam, dicendi
« facultatem a sacratis. Imperatore Maximiliano
« Romam Julio II. Pont. Max. Orator et Nuntius
« missus, atque inde Viennam reversus ibidem Po-
« loniæ, Romanorumque Serenissimis Regibus quam
« gratiss. præceptor nedum liberales artes, verum
« etiam eos Christi fidem per XXIIII. annos feliciter
« docuit: ad provinciam ut patriæ decus rediens
« non immerito a Fratribus Minister hujus almæ
« provinciæ Marchiæ Provinc. electus est. Multa
« quippe Opuscula edidit: Solino Comentum, et Pli-
« nio

Digitized by Google

« nio Repertoria addidit. Plura quoque edidisset, « at mortis invidia intercessit.

« Hic ossa jacent, nomen inviolabile semper.

« Vix. an. LXXXXVIII. mens. XI. Obiit pr. kal. « Septembr. a. s. MDXLVI.

Hunc puto illum *Joannem Pinum* Camertem Cœnobii S. Angeli Custodiæ Camerinæ alumnum sac. Theol. Mag. doctissimum, *ut ejus monumenta declarant,* ex Rodulphio lib. 2. fol. 256. in provincia Marchiæ et Custodia Camerini; cum is lib. 3. inter Scriptores nonnisi *Jo. Ricutium Velinum Camertem* memoret; et loco relato lib. 2. promiserit se de eo in lib. 3. mentionem facturum. *Jo: Picum* etiam Franchinus vocat in Biblios. n. 269.

Philosophiam multa cum laude in studio patavino est professus, antequam Viennam concessit. In Viennensi gymnasio Scoti doctrinæ magna diligentia studium fovit; apud collegium theologicum auctoritate præstitit eiusque octies decanum egit. Lutheranis innovationibus se mox opposuit, adversus Paulum Speratum, qui primus Viennæ illis in suis concionibus patrocinabatur, etiam scribens. — Ex privilegio Leonis X ei concesso, et editioni Indicis Pliniani anni 1514 præmisso, anno 1513 erat Regens in conventu viennensi sui Ordinis.

Dubitari potest utrum annotationes seu commentaria in *Titum Livium* unquam Jo. Camers ediderit. Editio anni 1559, a Jacobillo, cui tamen non debetur cæca fides, citata, non indicatur a præcipuis bibliographis, neque ab eruditissimo Arn. Drakemborch in Syllabo editionum præcipuarum T. Livii addito suæ editioni (vol. VII, p. 338). Quod indicem in Titum Livium ad usum suum Camers elaboraverit, ipse testatur in Epistola ad amicum lectorem infra notata. Annotationes si scripsit, id fecisse post Flori illustrationem verisimile est, nam in annotationibus ad Florum non citantur.

Annotationum in Lucium Florum Joannis Camertis.... libellus impressus est primum Viennæ Austriæ in ædibus Hieronymi Vietoris et Joannis Singrenii sociorum ductu Leonardi et Lucæ Alantsee fratrum idibus Septembr. a. 1511 in 4, additus velut appendix ipsi Lucio Floro ibidem per eosdem edito a. 1511 X calendas Augusti. Recusus est cum Floro secundum item Viennæ per Joannem Singrenium a. 1518 in 4: deinde etiam Parisiis ex officina Michaelis Vascosani a. 1539, in 4; Coloniæ, 1540, in 8; Moguntiæ ex officina Ivonis Schoeffer eodem anno in 8; Parisiis apud Christianum Wechelum 1542 in 8; ibidem apud Hieronymum de Marnef 1560 in 16; Pictavis 1563 in 4.

Editio *Solini* basileensis anni 1538 una adhuc innotuit, quæ nempe prodiit apud Michaelem Isingrinium et Henricum Petri. Huic autem scholia insunt breviora et prorsus diversa ab *Enarrationibus* Joannis Camertis, quæ insuper Munsteri opus esse patet pag. 46 et alibi. Vita Solini per Jo. Camertem composita atque eidem editioni præfixa probabiliter in causa fuit, ut et scholia Camerti tribuerentur.

Camertis Index in Plinii historiam naturalem neque cum ea neque separatim prodiit Venetiis aut alibi a. 1517; sed cum Plinio Hagenoæ sumptibus J. Kobergii et L. Alantsee, opera... Thomæ Anselmi a. 1518 in fol.; Parisiis typis Petri Vidovei 1524 mense Januario in fol.; atque mutatis quibusdam, nonnullis adiectis: Basileæ a. 1525, 1529, 1530, 1535, 1539, 1545, 1549 ex officina Frobeniana, in fol.; Parisiis apud Jo. Parvum prælo Antonii Augerelli impensis Nic. Parvi et Galeoti a Prato mense Octobri a. 1532 in fol.; Lugduni apud Godefridum et Marcellum Beringos fratres, 1548, in fol.; Venetiis apud Paulum Manutium 1558 in fol.

Cebetis Thebani.... tabula... Addito Joannis Camertis... Commentariolo. Cracoviæ, 1524, in 4, ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici, et fortasse antea Viennæ per Hieronymum Vietorem a. 1515 mense Junii in 4; non autem Parisiis a. 1498; unica enim Cebetis editio, quæ prodiit ibi eo anno (die XVIII Augusti, cum Athenagora de resurrectione, a Guidone Mercatore impressa) nullum commentarium additum habet. Cfr Pellechet, Catalogue géner. des incunables des bibliothèques publ. de France, I, Paris 1897, n. 1415.

Claudiani opera novissime per D. Joannem Camertem accuratissime recognita. Viennæ Austriæ, Hieronymi Vietoris Philovallis Calcographi et Joannis Singrenii sociorum solertia expensis Leonhardi Alantse pridie nonas Octobris 1510 in 4. Nullas notas habet. Forte error ortus est ex his verbis Jo. Camertis in epistola ad lectores: *Edidimus præterea in hunc ipsum poetam locorum difficilium commentariolum: quod propediem.... publicabimus.* Sed verba *edidimus, publicabimus* intelligenda sunt pro *scripsimus* vel *dictavimus, typis curabimus vulgandum;* neque hoc posterius umquam factum esse videtur. Annotationes suas in Claudianum citat Jo. Camers in Annotationibus ad Florum pluries. — De Jo. Camertis editione conferri potest Theod. Birt in suo Claudiano edito Berolini a. 1892, p. CLXXXV (Monumenta Germaniæ historica: Auctorum antiquissimorum t. X).

L. Fenestella de Ro. magistratibus: nitori tandem nativo restitutus, mille fluentibus ulceribus curatis, industria doctissimi Joannis Camertis Theo. Professo. cum locorum omnium ob commune opti. litterarum incrementum annotationibus. Viennæ Pannoniæ in ædibus Hieronymi Vietoris... Anno X [1510] quarto Nonas Decembris, in 4; Viennæ Austriæ ex ædibus Joannis Singrenii, 1523. in 4. Camertis annotationes sunt velut historiarum concordantiæ, quum tantum auctores indicent, ex quibus L. Fenestella, vere Andreas Dominicus Floccus Florentinus, omnia sua sumpsit. Reperiuntur etiam in editionibus eiusdem opusculi, quæ prodierunt: Lutetiæ in officina Christiani Wechel a. 1529 in 8; Venetiis per Joannem Antonium de Nicolinis de Sabio sumptu Melchioris Sessæ a. 1535 et a. 1539 in 8 p.; Basileæ apud Nicolaum Brylingerum a. 1538 in 8; Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini a. 1561 in 8.

Commentaria in Eutropium historicum nulla esse videntur. Verba, quæ in annotationibus ad Florum erroris causa fuere, referuntur ad carmen Claudiani in Eutropium, ut hæc quæ habentur in fine cap. XXI libri I: *lege quæ scripsimus primo in Eutropium apud Claudianum circa finem.*

Epistola *de modo in iure studendi* tum ex editione romana Silberi anni 1508 tum ex ipsa a. 1491 est Johannis *Strimutii* Camertis, qui præterea non dicitur Ordinis Minorum. Etsi igitur nostro auctori tributa reperiatur etiam apud Panzer, Annales typographici, X, p. 211, et in Catalogo bibliothecæ Nationalis Parisiensis, ei abiudicanda videtur. Conferatur Patritius Savini, Storia della città di Camerino, Camerino 1897, pp. 276-77, et 283.

Justini nobilissimi Historici, in Trogum Pompeium Libri quadraginta quatuor. Additus insuper est per Joannem Camertem ordinis Minorum Index copiosissimus.... Viennæ Austriæ per Joannem Singrenium. Expensis vero Leonardi et Luce Alantse fratrum. A. 1517 in 4; cum epistola nuncupatoria U. Fabri. Cf. Panzer, op. cit., IX, p. 34, n. 185. Quum hanc editionem non viderim neque a Fabricio indicatas, nescio utrum revera sint ex castigatione et cum notis Jo. Camertis, vel tantum cum eius Indice.

Hemistichiorum... ll. VI. Viennæ Austriæ, 1527. Circa finem epistolæ ad lectores auctor ait: *Absolvimus, nullius vestigia secuti* ἐνιαχῶν *Adagiorum Hecatostichas sexaginta non pauciores. Rursus sacrorum Proverbiorum Centurias undecim. Tam has quam illas, nisi* ἐννώ *currenti mihi repaculum obiiciat, mens est edere.*

Post *Epitaphium Maximiliano Imperatori* loco a Sbaralea indicato extat et Camertis *tetrastichon.*

Nonnullæ nostri auctoris *epistolæ* servantur Vindobonæ in bibliotheca Palatina ms. 9735 (Fragmenta commercii litterarum Johannis Alexandri Brassicani et amicorum). Cf. Tabulæ codicum mss. præter græcos et orientales in biblioth. palat. Vindob. asservatorum, VI, p. 76.

Alia opera, quæ ipse scripsit, vel illustravit, vel edidit:

Antilogia, i. e. locorum quorundam apud Julium Solinum a Joachimo Vadiano Helvetio confutatorum amica defensio. Viennæ, authoris sui sumptibus, Decimo Calendas Junias 1522, in 4.

Theologicæ Facultatis Universalis studii Viennensis Doctorum in Paulum non apostolum, sed suæ farinæ hominibus ἀνὰ τὴν πρόσθεσιν ἐτίμονον *Speratum Retaliatio.* Viennæ in Ædibus Singrenianis quinto Idus Junias 1524, in 8.

Adversus eos, qui partim incuria, partim inscitia, partim avaritia, partim exitiali odio, non sine magna studiosorum iactura, scripta vitiant aliena. Præsertim adversus Eucharium Cervicornum Colonien. quod is tum Ply. tum Camertis Indicem turpiter mutilaverit, corruperit, ac monstro reddiderit quam similimum, ad amicum Lectorem epistola. S. n. (veris. Viennæ 1524), in 8. In hoc opusculo Camers tot auctores græcos et latinos sacros et profanos nominat, in quos indicem ad suum usum se elaborasse dicit, ut vix credibile videatur.

Ad inclitum principem Matthæum Tituli sancti Angeli presbiterum Cardinalem, Saltzburgen. Archiepiscopum et apostolicæ sedis Legatum, communem patronum, ac studiosorum omnium Mecœnatem alterum, modis omnibus observandum Fratris Joannis Camertis ordinis Minorum Epigramma. Virtutis ἐγκώμιον. *Humanæ uitæ querimonia. Fortunæ inconstantia.* S. n. (veris. Viennæ c. 1528), foll. 8 in 8.

Annotationes in Cantica canticorum (scriptæ a. 1528), *in cap.* VI *Matthæi,*

Digitized by Google

Matthæi, in evangelium Joannis (scriptæ tum hæ tum illæ Viennæ in monasterio S. Laurentii a. 1527). *in Apocalypsin* prælectæ a. 1525; *Sacerdotium ecclesiasticum an cunctis conveniat, sententia et assertio; Dictata super epistolam ad Romanos* a. 1527. Extant mss. in bibliotheca Palatina Vindobonensi (Tabulæ etc., VII, n. 11711).

De evangelistarum convenientiis, si fides Patr. Savini, op. cit., p. 277.

Dionysii Afri de situ orbis: sive geographia, Prisciano aut Fannio Rhennio interprete, lib. unicus. Joannis Camertis in eundem commentariolum. Viennæ Pannoniæ, in ædibus Hieronymi Vietoris: et Joannis Singrenii, sociorum. Expensis vero Leonardi, et Lucæ Alantse, fratrum. Undecimo Kalendas Novembris. Anno M.D.XII. in 4; cum epistola Camertis ad Theod. Kanner eiusdem Ordinis. Commentarium extat etiam cum eodem opere (sub tit. *Prisciani Periegesis*) in Bibliotheca Class. Lat. N. E. Lemaire vol. 137 (Poetæ latini minores, IV; Parisiis 1825).

Pomponii Mflæ (sic) Geographiæ, libri tres. Hermolai Barbari in eundem integræ castigationes. Index in Pomponio contentorum copiosissimus. Viennæ Pannoniæ per Hieronymum Vietorem Philouallem et Joannem Singrenium de Oeting. Calcographos diligentissimos. Pridie nonas Septembris. 1512, in 4. Adest Camertis epistola, ex qua Indicem opus eius esse patet, et in qua innuitur etiam eum curasse, ut Pomp. Mela castigatius imprimeretur. Aliæ editiones: Lipsiæ ex ædibus Wolfgangi Monaconsis, s. a., in 4; S. l. et typ., 1512, in 4; Viennæ Pannoniæ per Joannem Singrenium, 1520, in 4; Lipsiæ apud Melchiorem Lottherum, 1521, in 4.

Sexti Rufi viri consularis de tribus Romanorum imperandi generibus: deque Romani imperii accessione libellus aureus, per Joannem Camertem ordinis Minorum, suo nitori, quantum fieri potuit, novissime restitutus. Eiusdem Camertis quorundam obscuriorum locorum Scholia adiuncta paucula. Extat cum Lucio Floro in editione viennensi a. 1518 supra notata. Index est eiusdem Camertis.

Commentarius in Lucanum, ex testimonio Joannis Herold in epistola nuncupatoria editionis Solini a. 1557 a Sbaralea memoratæ.

Opusculum preclarissimum Joannis Scoti Conclusiones numero. CCCLXXVIII. *complectens: quas ex libris Metaphisicæ Aristotelis edidit.* Venetijs per Simonem de Luere: expensis. d. Andree Torresani de Asula. 6. Maij. 1503, in fol. — Adhæret operi: Commentaria Doctoris Subtilis Joannis Scoti in. 12. li. Metaphisicæ Aristotelis: Scripta recollecta et ordinata ab ipsius discipulo Antonio Andreæ. Sub titulo extat Jo. Camertis ad Lectorem tetrastichon; eodem folio verso, eiusdem epistola ad Scoti ac Aristotilis sectatores, in qua testatur se eas Conclusiones mire depravatas recognovisse et castigasse; deinde hendecasyllabum carmen.

Cimbriaci Poe. Encomiastica ad divos Cæss. Fœdericum Imperatorem et Maximilianvm Regem Ro. Venetiis apud Aldum mense Augusto. M.D.IIII., foll. 24 in 8. Edenda curavit Jo. Camers, ut ex præmissa eius epistola ad Maximilianum Cæsarem.

M. T. Ciceronis: De officiis libri tres: Deinde Lelius: et Cato maior: et Somnium Scipionis: cum Paradoxis: castigate impressi: adiecto indice copiosissimo. In civitate Cracoviensi impensis Joannis Haller, 1516, in 4. — Edidit Jo. Camers ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici.

De eo agit præsertim Aschbach, Geschichte der Wiener Universität, II, 172-185.

MMCCCLXXVIII. 1238.

JOANNES RIDEVALLUS = Anton. Wood in Hist. et Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 75. Minoritam dicit cum Lelando, vocatque Joannem *Ridevans*, Lelandus vero *Redevallensem*. Certe Jac. Philippus Bergomas autor antiquus, et Augustinianus, et in descriptione virorum clarorum sui Ordinis valde diligens, et accuratus hunc non habet; sicut nec Torellus et ipse Augustinianus in Seculis Augustin., quamquam scripsit post Josephum Pamphilum, et certiora sui Ordinis monumenta exscribere solet.

In *Cantica* hujus autoris scripsit Comment. Nicolaus Botleshan Anglus Ordin. Carmelit. circa an. 1430., teste Possevino in Appar. sac. v. *Nicolaus Botleshan.*

Joannis Rydeval super lib. 1. 2. 3. 6. *et* 7. *Augustini de Civitate Dei* ms. extat Oxonii inter codd. Collegii Corporis Christi cod. 186. et 187. membran. in fol.

Joannis *Ridevralis super Mythologiam Fulgentii Commentarius* ms. inter codd. Ecclesiæ Cathedralis Wigornien. cod. 154. num. 5. Venetiis quoque in Biblioth. S. Marci cod. 494. seculi circiter XIV. extant *Fab. Fulgentii Placiadis Mithologiæ* cum expositione *Fr. Joannis de Ridelbast, sive Ridevalli Ord. Min.* ex Indice an. 1741. vulgato.

Joannes Risdevval super Ovidii Metamorphoseos, idest Expositio moralis Fabularum ms. inter codd. Wigornien. cod. 89. num. 2., teste Oudino in Comment. to. 3. ad an. 1330.: in his solet confundi cum *Joanne Guallensi* Minorita, de quo supra.

Ex Cosma Villiers a S. Stephano (Bibliotheca Carmelitana, II, Aurelianis 1752, col. 482) Nicolaus Bothleshamus scripsit in *Cantica Ridevallis Abbatis Adilvedi.*

Commentarius super Mythologiam Fulgentii probabiliter idem est ac qui tribuitur Joanni Guallensi; fortasse etiam *Commentarius in Valerii epistolam ad Rufinum.* E contra *Expositio moralis fabularum Ovidii* diversa videtur ab Expositione Thomæ Wallensi adscripta (cf. supra pag. 85).

Extracta de lectura fratris Joannis Rydelbast super Apocalypsi, ordinis Minorum extant Venetiis in bibliotheca Marciana, codd. mss. lat. Class. I, cod. 139 sæc. XIV, foll. 110-119 (Valentinelli Jos., Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum. Codd. mss. lat., I, Venetiis 1868, pag. 262).

Cf. Little A. G., The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, pp. 170-171; C. L. Kingsford in Dictionary of National Biography, XLVIII, London 1896, pp. 278-279.

MMCCCLXXIX. 1239.

JOANNES DE RIERA = de quo et Nicolaus Anton., et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCCCLXXX. 1240.

JOANNES RIGALDI = ex veteri, ac generosa familia in Gallia, ex qua jam fuerat et *Odo Rigaldi* ejusdem Instituti, ac Rothomagensis Archiepiscopus, de quo infra agitur; et paulo post alius *Joannes Rigaldi* J. U. Doctor, Canonicus Albensis, ac Spoletini Ducatus Thesaurarius anno 1339. ex epist. Benedicti XII. apud Baronium ad an. 1191. num. 55. et 56. Hic autem cum esset Joannis XXII. *Pœnitentiarius*, est ab eodem Episcopus non *Draconensis*, sed Trecoriensis in Britannia Armorica sub Archiepiscopo Turonensi constitutus ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1317. num. 56., qui ad annum 1322. num. 71. perhibet ex cit. Reg. Pontif. accepisse eum a memorato Pontifice testandi potestatem, vocaturque vulgo *Joannes Rigaud.*

Compendium Theologiæ inscriptum: *Incipit Compendium pauperis Fratris Minoris, scilicet Magistri Fratris Johannis Rigaldi Episcopi:* incip. prolog. *Veteris, ac novæ legis continentiam Magister Sententiarum in* 4. *libros distinxit, quorum primus* etc.: et finit: *ex sola misericordia fiducialiter expectamus:* deinde alio charactere subditur: *Explicit Compendium, seu additamentum ad Compendium veritatis Theologicæ pauperis Minoris s. Rdi patris fratris Joannis Rigaldi Magistri, et Episcopi dignissimi;* extat ms. membr. in 4. Ravennæ in Biblioth. Classensi PP. Camaldulensium. *Joannis Rigaldi Compendium* etc. ms. extat Romæ in Biblioth. Vatic. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 100. *Compendium F. Rigaldi, seu pauperis Fratris* ms. in Biblioth. S. Albini

Digitized by Google

bini Andegaven. cod. 182. ex cit. Catalogo to. 2. pag. 1227.; extat quoque ms. in Gallica Biblioth. Colbert. cod. membran. in fol. 1479. præstantissimæ notæ, inquit Oudinus, et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 211., ubi perperam monet, ut consulatur Ughellus to. 8. Ital. sac. in Episc. *Draconensibus;* cujus prologus incipit: *Veteris, ac novæ* etc.: Opus vero: *Quod autem Theologia sit scientia* etc.: et inscribitur: *Joannis Rigaldi Ordinis Minorum Compendium Theologiæ pauperum. Reverendo Patri, ac suo Domino spirituali Domino Bernardo, ac Apostolicæ sedis providentia Archiepiscopo Narbonensi suus filius, famulus, et alumnus frater Joannes Rigaldi Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sedis Apostolicæ Pœnitentiarius indignus promptum obsequium* etc. Bernardus ille Narbonensis Archiepiscopus sedit ab anno 1311. usque ad an. 1338., et autor factus est Episcopus Trecoriensis an. 1317. 9. kal. Martii; igitur hoc Opus confecit inter annos 1311., et 1317. Waddingus supra in *Alexandro Halensi* scribit, se habuisse hoc *Compendium sac. Theologiæ* ms. *Halensi* adscriptum, et an. 1405. exaratum; et sine nomine autoris haberi ms. in Biblioth. Ducali Urbini hoc titulo: *Pauperis Fratris Minoris sac. Theologiæ Compendium,* ut idem supra in *Anonymo Minorita:* quod habet et Possevinus in Catalogo illius Bibliothecæ ad calcem Appar. sac. Autor enim hoc Opus inscripsit, nuncupavitque *Compendium Pauperis,* quia *a paupere Fratre Minore ordinatum,* inquit in prologo. Vulgatum vero fuit sub nomine *S. Bonaventuræ* a *Francisco Willer* Minorita Basileæ an. 1501. in 4. typis Jacobi Pfortzhemii, quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., et Valentiæ in Hispania pariter in Biblioth. S. Francisci, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 161., qui addit, prodiisse iterum Basileæ an. 1509., et ms. sub nomine S. Bonaventuræ extasse in publica Academia Lovaniensi, et sub tit. *Summa totius Theologiæ* in Biblioth. Anton. Augustini Episcopi Tarraconen. ms. ex Indice ejusdem Bibliothecæ; et citatur etiam a Thoma Strozza de Concept. B. V. lib. 7. cap. 21.; nec diffitetur Willer in sua ad Bibliopolam epistola, *Compendium judicio nonnullorum ascribi Dno Fratri Johanni Coraldo Episcopo Draconen. sac. Theologiæ professori Minorum Ordinis sub Johanne XXII. in humanis superstiti,* corrupte pro *Rigaldo Episcopo Trecor.:* nihilominus quod codicem nactus esset sine *Epistola* autoris ad Bernardum Archiepiscopum Narbonen., inscripsit: *Compendium sacræ Theologiæ pauperis, seu Alphabetum pauperum D. Bonaventuræ divini verbi concionatoribus accomodatissimum.* Sed si Opus evolvisset, ubi autor lib. 1. rubr. 8. adducit *Gregorium X., Conc. Lugdunen.,* et *Bonifacii VIII. lib.* 6. *Decretal.,* lib. 6. rubr. 25. *Innocentium V.,* et rubr. 30. *Nicolaum III.* nominat, lib. vero 7. rubr. 5. agit de *Indulgentia Portiunculæ* Asisien., ad quam *anno* MCCCI. se devotionis ergo contulisse tradit, et alia, quæ autorem *Gallum* natione produnt, nunquam Seraphico Doctori *Bonaventuræ* attribuisset. Rigaldo Minoritæ hoc *Compendium Theologicum* attribuit etiam Bartholomæus Ferrariensis Dominicanus, qui paulo post scripsit, lib. 2. *de Christo abscondito* pag. 71., etsi ibi corrupte legitur *Giraldus* loco *Rigaldi* anagrammatice, et literis transpositis. Primus, quod sciam, Jo: Turrecremata Ord. Prædic. *de Verit. Concept. B. V.* par. 6. cap. 30. hunc vocavit *Jo: Richardi Episcopum Draconensem,* eumque secutus est Gabriel Barletta serm. de Concept. B. V. edit. Brixien. 1521., Vincentius Bandellus tract. *de singulari Concept. sancta Christi* Bononiæ anno 1481. edito cap. 24. num. 8., et Rodulphius lib. 3., aliique postea; et quidem *Joannes Richardus* extitit *Minorita,* et an. 1363. contra hær. prav. *Inquisitor* ex Reg. Pontif. apud Waddingum ad eum annum: sed alius sine dubio est: attamen idem Barletta edit. Lugdunen. 1539., et Ven. 1571. habet *Jo. Rigaldum,* uti et Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in serm. de B. V. Conceptione.

Notatum autem velim *Compendium* hujus autoris, dempto *prologo,* et *epistola* præfixa Operi, paucisque aliis capitibus, sive *rubricis,* conflatum esse ex *Compendio Theologico Petri Thomæ* Minoritæ, qui eodem tempore vixit, et de quo infra dicetur, modo S. Bonaventuræ, et modo Alberto M., aliisque ascripto; ac dici posset *auctarium Compendii Theologici Petri Thomæ;* nam omnia, quæ in illo sunt, ad verbum etiam sunt in isto, non tamen e converso: nec autor ingenuus tacet in prologo, fere omnia se ex aliis excerpsisse, et pauca ex se addidisse: sicut ex hoc Rigaldi auctario, vel compendio plurima, et fere omnia exscripsit *Willelmus a Canitia* Minorita, confecitque *Dietam salutis* S. Bonaventuræ perperam adjudicatam, ut ego utrumque *Opusculum* evolvens, conferensque deprehendi. Quod vero eidem *Compendio* additum fuit a *Francisco Willer* proxime relato, adnotavi supra in *Francisco Willer.*

Tabula thematum pro diversis negotiis citatur ab ipso autore in prologi fine, affirmans se ad calcem Operis adjecisse *themata pro diversis rebus:* tamen in excuso Basileæ non habentur: sed forsan illa *themata* sunt, quæ leguntur in fine *Dietæ Salutis* edit. Paris. 1500., et Ven. 1518.

Tractatum de expositione Missæ scripsit, quem ipse citat in suo *Compendio Theologiæ* lib. 6. rubr. 12. et 16., quorum primo loco ait, se in fine illius tractatus collocasse XXIV. *mirabilia per ordinem in Sacramento* Eucharistiæ.

Formulam Confessionis etiam scripsit, quam ipsemet adducit lib. 5. rubr. 35. *Compendii Theol.,* et lib. 6. rubr. 23. et 24. dicit *Formulam de modo confitendi.* Parisiis in Biblioth. Regia num. 6622. extant *Fr. Jo. Rigaudi formulæ Confessionum* ex Catalogo Montfaucon pag. 765. *Joannis Rigaudi Pœnitentiarium, seu formula confitendi* ms. in Biblioth. Vatic. ex cit. Catalogo Montfaucon pag. 101.; et forsan ejusdem autoris est Opusculum, quod ibidem ms. extat cod. 1058. n. 1148. hoc titulo: *Joannis pauperis meditationes.*

Scripsit etiam vitam S. Antonii Patavini, quæ pro huius sancti historia haud parvi est momenti. Eam ex codice ms. 270 bibliothecæ civicæ Burdigalensis cum docta introductione et versione gallica sub titulo *La vie de saint Antoine de Padoue par Jean Rigauld* edidit Burdigalæ a. 1899 Ferdinandus Maria de Araules Ord. Minorum, laudatque passim L. de Kerval in sua editione: Sancti Antonii de Padua Vitæ duæ, quarum altera hucusque inedita. Paris 1904 (vide præsertim pp. 241-243). Eamdem vitam italice dedit P. Theophilus a Soci (Quaracchi, Tip. del Collegio di S. Bonaventura, 1902).

1241.

JOANNES RIGANDUS = idem est, ac *Joannes Rigaldi,* qui gallice dicitur et *Rigaud;* qui non *Summam,* sed *Formulam Confessionis* effecit. Joan. a S. Anton. secutus est Waddingum.

MMCCCLXXXI. 1242.

JOANNES RIOCHA = Franciscus Seguntinus Hispanus Minorita in Expos. Regulæ FF. Minorum an.

Digitized by Google

an. 1613. edita cap. 4. tex. 2. §. 18.; et cap. 8. tex. 1. §. 2. citat *Manuale Joannis Rinch;* nescioque an alius autor, num vero *Jo. Rioch* corrupte exscriptus, qui *Manuale* quoque ediderit.

MMCCCLXXXII. 1243.

JOANNES A RIPA = laudatur ab autore illius seculi Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. inter Scriptores Ord. Min. his verbis: *Frater Joannes de Ripa provinciæ Marchiæ Doctor in Theologia nominatissimus præclarissime in Theologica facultate disserendo, in secula erit ejus memoria;* et Confor. XI. par. 2. in provincia Marchiæ, Custodia Asculana, et loco Ripætrans.: *de quo,* inquit, *fuit Magister Joannes, qui tempore suo nullum habuit verbo, et ingenio potiorem, ut ejus scripta testantur;* et Petrus Alliacensis *Scoti Commentatorem* appellat in 1. Senten. quæst. 6. art. 2., cujus ex Gonzaga et discipulus extiterat. Meminit ejus et Joan. Gerson in 2. Lect. consider. 3. et 5.; et Paulus Venetus Erem. S. Augu. *ad compendium retulit doctas hujus viri in* 1. *Senten. librum explicationes,* inquit Possevinus in Appar. sac. v. *Paulus Venetus.* De eo Waddingus ad an. 1250., et 1319.

Primus Joannis de Ripis super Sententias ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 33. versus Eccles. num. 374., et Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. incip. prolog. *Amice, ascende superius* etc. Opus vero: *Circa prologum primi libri Sent., in quo communiter Doctores solent investigare de notitia Theologica* etc. Extat et in Bibliotheca Conventus S. P. M. A. codex membr. in fol. *in primum Sententiarum Joannis de Marchia alias de Ripa* incip. *Circa prologum primi libri Sententiarum primo inquiram* etc.; et in fine: *Explicit lectura super* 1. *Sententiarum eximii Doctoris Magistri Joannis de Ripa, alias de Marchia.*

Tractatum ejus de contractibus adducit S. Antoninus in tractatu de *Restitutionibus* cap. 2., qui et eum citat in Summa par. 2. tit. 1. cap. 8. §. 13., et cap. 15. §. 7. Conradus quoque Summenhart in prologo sui *Septipartiti de contractibus Joannem Ripam* inter eos recenset, qui peculiares de *contractibus tractatus* ediderunt: qua in re et tract. 3. quæst. 66. §. 27. hunc ipsum adducit, ut et Vorilongus in 4. Senten. d. 49. et Brulefer 1. Senten. d. 35.

Quolibeta Joannis de Ripa Ordinis Minorum citat idem Conradus in *Septipartito* tract. 1. quæst. 10. concl. 3., ubi cum dicat tractare eum *de dominio rerum,* idem Opus esse puto, quod *tractatum* appellat S. Antoninus par. 3. tit. 3. cap. 2. §. 1., in quo agi affirmat de rerum dominio, atque usu. *Joannis de Ripis in varia* incipit: *Quoniam elucidatio sapientiæ* etc.: sed character tituli alius est ab illo Operis, et habetur ms. membr. in cit. Biblioth. S. P. M. A.

De Formalitatibus tractatus habentur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci post *Formalitates Petri Thomæ* ms. chart. in 4. hoc titulo: *Incipiunt Formalitates Magistri Johannis de Ripis Ordinis Minorum. Quæritur, utrum distinctio formalitatis et formalitatis, realitatis et realitatis arguat necessario distinctionem essentiæ et essentiæ, rei et rei.*

Solutiones Jo: de Poliaco contra Replicationes Fratris Joannis Minoris (idest Minoritæ) extant mss. Parisiis in Biblioth. S. Victoris, teste Oudino to. 3. Comment. sub an. 1320. in *Joanne de Poliaco:* quæ de hoc Joanne Ripensi mihi interpretanda videntur, ut circa annum 1320. contra Joannem Poliacensem pro Parochis contra Religiosos Mendicantes decertantem scripserit plures *Apologias,* quæ in eo ms. *Replicationes* appellantur: nam idem Oudinus ibi docet, inter mss. codd. Bibliothecæ Basileensis haberi *Jacobitarum* (idest Dominicanorum), *et Minorum oppositiones contra M. Johannem de Poliaco:* nisi quis malit hoc munus *Joanni Bassolio,* de quo supra, tribuendum esse, quod fateor, de utroque incertum esse.

Disputatio ejus *de causa meriti* extat ms. Parisiis in Biblioth. Sorbon. cod. 774. p. 100., et cod. 987, p. 60., teste Carolo Plessen. in Collectione judiciorum de novis erroribus ad an. 1330., ubi eum dicit Thomæ Bradwardini adversarium, et Scotistam præcipuum, et antesignanum.

Commentaria in librum primum Sententiarum extant etiam, mss. sæc. XIV, Patavii in bibliotheca S. Antonii (Josa A. M., I codici mss. della biblioteca Antoniana di Padova, Padova 1886, p. 194).

Johannis de Ryppa procurat. Marchie ord. fr. min. determinationes, in bibliotheca vaticana cod. Palat. lat. 566, sæc. XV.

MMCCCLXXXIII.

JOANNES ROCCA Barcinonensis sac. Theol. Doctor eximius, et ecclesiastes illustris, artiumque liberalium cultor egregius anno 1414., et 1415. invenitur Ministri Generalis *Vicarius* Constantiensi Concilio interfuisse, et memoratur in *Decreto* ejusdem Concilii pro Reformatis, ac Observantibus Fratribus Ordinis Minorum trium provinciarum Galliarum an. 1415. edito; annoque 1416. ibidem in festo Nativitatis B. Virginis Mariæ *Sermonem* habuit incip. *In Jesu Christi nomine te flagitante Virgine, quæ Deum peperisti, thema fiendi sermonis texam. Generationis liber Jesu Christi* etc., ex Supplem. Concil. Labb. Lucæ nuper edito to. 4. col. 102., ubi dicitur *Vigeneralis, ac sacræ Theologiæ Professor:* de quo et in Annal. Min. ad. an. 1415., uti et ad an. 1425. Ob egregias animi dotes, et ingentis doctrinæ considerationem factus est anno 1429. Episcopus Bethleemitanus, et comes Petri Fuxi Minoritæ S. R. E. Cardinalis Legati pro Martino V., cum Petrus Martino Pontifici Alfonsum Aragoniæ Regem reconciliavit, Antipapam Clementem abdicare coegit, et diuturnum *schisma* tandem extinxit in Concilio Dertusæ eo anno celebrato, in quo *Joannes* iste dicitur *sacræ paginæ eximius professor Missam* pro Legato celebrasse, et in ea *Sermonem* habuisse, *sicut magnus ingenio, profundus eloquio, sacræ paginæ, et subtilitatum ejus elevatus scrutator, Poetarum, Metaphysices, ac Philosophorum peritissimus sectator, alto stylo, peritiori lingua disjecta propatulo disseruit: sicque cunctorum astantium mentes, et alta etiam ingenia refecit: et a cunctis astantibus commendari summe promeruit ex tanto, et tali sermone solemni:* ita Acta Concilii Dertusensis. Obiit circa an. 1433., cum scripsisset plura, quæ temporum excursu oblivioni sunt data, præsertim

Conciones, et *Orationes varias,* quibus adeo commendari valuit. In Actis Concilii Constantien., et inter Opera Joannis Gersonis to. 5. par. 3. col. 492. 2. edit. Antuerp. ad an. 1416. habetur

Contestatio litis de negotio Joannis Parvi inter Cardinalem Cameracensem, et Gersonum ex una parte, et Joannem de Rocha Ordinis FF. Minorum ex altera; qui tutatus est contra Card. Cameracensem

Digitized by Google

sem Petrum de Aliaco IX. *propositiones* ad fidem minime pertinere, ut ille contendebat: et col. 451. usque 471. ejus probationes *contra erasiones Joannis Gersoni* a 25. propositionibus notatis, aut suspectis, delatisque.

Ex Gams et Eubel electus est episcopus Bethleemitanus m. decembri a. 1428, translatus ad sedem Cavallicensem m. septembri a. 1433, defunctus autem a. 1436. Chevalier (Répertoire) dicit eum obiisse a. 1434 sept. circ.

Eius *Sermones habiti in concilio Constantiensi* extant in bibliotheca vaticana, codd. Palat. lat. 593 et 607, saec. XV.

Joannis de Rocha Advisamenta super ulterius agendis (in causa Joannis Parvi) edita sunt a. 1706 a Lud. Ellies Du Pin in tomo V operum Joannis Gersonii coll. 481-482, et a. 1749 a Jo. Dom. Mansi inter Acta concilii Constantiensis (Ad Concilia Veneto-Labbeana Supplementum, III, coll. 1357-58).

Portal Charles, Lettre missive de Jean Roques, evêque de Cavaillon, aux consuls d'Albi, in Ann. du Midi, VI (1894), pp. 86-90.

MMCCCLXXXIV. 1244.

JOANNES RODINGTONUS = in margine lib. 1. Sentent. Alphonsi Toletani quæst. 7. prologi art. 2. citatur *Roddenton;* sed *Fr. Jo: de Rodinthon* dicitur a Gulielmo Vorilongo in 4. Senten. d. 49.; adducitur et a Jo: Picardo in Thesauro Theologiæ lib. 1. in 1. Senten. *Opus Magistri Rodinthom de Anglia* extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Biblioth. Catalogo an. 1437. elaborato pag. 67., et 78. Agit de eo Rodulphius lib. 3., Pitseus, et Daniel Meyerus in notis margin. ad quæst. 143. et 181. Magistral. Jo. Scoti per Joan. Colonien. breviat., aliique plures.

Joannis de Ridinghton Anglici Doctoris in Theologia Quolibeta sex incip. *Utrum aliquis necessario, vel involontarie possit Christum offendere* ms. pergam. in fol. habetur Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc.; et in eodem veteri codice subditur eodem charactere: *In librum* 4. *Senten. Comment.* incip. *Samaritanus* etc. *Circa principium hujus quarti quero primo, utrum Sacramentum definiatur, vel possit definiri:* utrum ejusdem autoris ignoro.

Joannis de Rodynton Determinationes Theologicæ et *Quæstiones super quartum librum Sententiarum* extant Monachii in bibliotheca Regia, cod. lat. 22023 sæc. XIV (Catalogus codicum latinorum etc., tomi II pars IV, Monachii 1881); *Quæstiones Quodlibetales* Brugis in bibliotheca civica, ms. 503, sæc. XV.

De eo A. G. Little, The Grey Friars in Oxford (Oxford 1892), pp. 171-172.

* JOANNES RODRIQUEZ DEL PADRON = V. *Joannes de Herbon* supra.

MMCCCLXXXV. 1245.

JOANNES ROJARDUS = Regul. Observ.

Homiliæ in epistolas Dominicales, et festivitates Sanctorum pars æstivalis, et hyemalis; et

Homiliæ in Evangelia Dominicalia pars æstivalis, et hyemalis tomis 4. in 8. Coloniæ, et Lugduni an. 1573. typis Symphoriani Beraud.

Post *Homilias* in Evangelia feriar. Quadragesimæ habetur *epigramma* non inelegans *Fr. Joannis Royardi* junioris Minoritæ; et ante easdem Homilias extat aliud *epigramma* doctum *Fr. Francisci Neuvenhovit* Teneramundani Minoritæ in laudem Operis.

Apologia contra zelotem prodiit Paris. 1544. in 8. apud Audoënum Parvum.

Soliloquium Deum precandi prodiit Antuerpiæ 1546. in 8. apud Jo. Stelsium.

Enarratio Dominicæ passionis cusa est ibidem an. 1550., et 1560. in 8. ex Jo: a S. Anton.

Homiliæ in Evangelia, et epistolas feriales Quadragesimæ una cum *fusissima passionis J. C. secundum utriusque Testamenti Scripturas narratione;* item *Apologia contra zelotem;* et *Soliloquio* in 6. capita partito, impressæ sunt Parisiis an. 1553. et 1554. tomis 3. in 8. typis Caroli Guillard; postea ab autore recognitæ, et castigatiores Lugduni an. 1573. typis Symphor. Beraud tomis 5. in 8., quorum initio habetur *epigramma* ejus in laudem suæ patriæ, et in fine *passionis* elegia, qua Hierosolymorum civitati ob immane scelus interemptionis Christi insultatur, clauditque:

« Pulvis, et umbra jaces; late captiva per « orbem
« Duceris, ut pateat crimen ubique tuum.

De eo Sixtus Senensis, Valerius Andreas, Dupinus, et Ludov. Bail. par. 3. Biblioth. concionat. cap. 102.

Aliæ editiones indicantur a Serv. Dirks in op. Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas. Anvers (1885), pp. 70-71.

MMCCCLXXXVI.

JOANNES ROMÆUS Italus provinciæ Rhegii in Calabria Min. Capuccinor. vir apostolicus, et catholicæ fidei verbo, et scripto propugnator edidit

Tractatum de recta in Deum fide. Venetiis an. 1566.

Historiam PP. Capuccinorum provinciarum Piceni, et Calabriæ usque ad an. 1571.

Obiit an. 1573. ex Boverio to. 1. Annal. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton. in append.

De hoc auctore iterum infra sub v. *Joannes a Terranova.*

MMCCCLXXXVII.

JOANNES ROTA Hispanus prov. Aragoniæ, et Catalauniensis Custodiæ sac. Theologiæ Doctor. et concionator illustris florebat an. 1390., scripsitque

Conciones varias, ac in primis *de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione* Gerundæ eo anno habitas, teste Petro de Alva col. 829. *Militiæ univ.,* ubi et concertationem de ea ibi habitam, et victoriam, præmiumque obtentum a Joanne I. Rege per eum describit; quam *Historiam* ait extare in antiqua *Legenda Lombardica* impressa Argentinæ 1483., Lovanii 1485., Basileæ 1486., Hagenau 1501., et Ruremundæ, et alibi ms.

MMCCCLXXXVIII. 1246.

JOANNES ROUSSERIUS =

MMCCCLXXXIX. 1247.

JOANNES DE RUPELLA = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. ait: *Frater Joannes de Rupella scripsit super Sententias, et famosissimus fuit Doctor suo tempore:* et in Confor. XI. par. 2. in provincia Turoniæ repetit, *Opus* fecisse *in Theologia,* et *verbo, scientia, et vita famosum* fuisse. Thomas quidem Cantipatren. autor coævus lib. 1. de Apibus cap. 19. num. 5. referens quæstionem de pluralitate beneficiorum an. 1238. Parisiis determinatam a Guillelmo Parisien. Episcopo *cum cetu omnium Magistrorum,* subjungit: *hoc determinavit prædictus Episcopus:*

Digitized by Google

Episcopus: hoc Frater Hugo Ord. Prædic. . . . hoc Frater Joannes de Rupella Ordinis Fratrum Minorum; et alii quamplures Magistri Theologiæ determinaverunt in Scholis propriis successive: sed non dicit aperte, Joannem Rupellensem interfuisse anno 1238. determinationi Parisiensi.

Postilla super Matthæum extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex Indice illius an. 1421. confecto, et in Tabulario ejusdem Cœnobii adhuc asservato. Extat et ms. in regia Galliarum Bibliotheca cod. 3842. in fol. transcripta a *Fr. Odone* Monacho Pratensi circa an. 1300. incipiens: *Similitudo vultus animalium* etc. *Ezechielis* 1., nec non Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 192. sine autoris nomine. Habetur et Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 6. versus Eccles. num. 61. cod. ms. in fol., cujus in fine legitur: *Expliciunt glosæ Fris Joanis de Rupella super Matthæum:* etsi in frontispicio exteriori scriptum sit *Hugonis Cardinalis,* eo quod illi subjungitur Commentarius ejusdem *Hugonis* in Lucam, et Joannem.

Postilla in Lucam ms. habetur in Biblioth. Patavina S. Antonii Min. Conv. Extat et in Cœnobio S. P. M. A. cod. ms. pergam. in 4. incip. *Habentes Pontificem magnum, qui* etc.; et in fine legitur: *Expliciunt Postillæ fris Joannis de Rupella super Lucam.*

In epistolas Pauli ms. extabat in Biblioth. Ecclesiæ Burgensis; donatumque fuit Fr. Joanni a Neapoli Min. Observ. Generali Ministro, ut refert Anton. de Lupiar in Hist. Compendio, et Petrus de Alva col. 344. Militiæ v. *Dominicus Abbas de la Vid.*

In quatuor libros Sententiarum: de quo Bulæus to. 3. Hist. Universit. Parisien. in Catalogo Illustrium Academicorum pag. 694., qui censet hunc *primum* omnium fuisse, ac dici, qui *libros sententiarum Mag. Petri Lombardi* commentati sunt.

Summa Theologica incip. *Cum Summa Theologicæ disciplinæ divisa sit* etc., in duas partes distributa, quarum prima continet quæstiones 148.; 2. vero quæstiones 115., de qua to. 2. Biblioth. Bodlej. par. 2.; extat ms. et in Bibliotheca Collegii Oxonien. cod. 851. num. 51. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 662., et in Norvicensi Joannis Mori ex eodem ibidem.

Summa de vitiis ms. pergam. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, et Ravennæ in Biblioth. Classensi PP. Camaldulen. tit. *Quæstiones* etc. incip. *Cum Summa Theologicæ disciplinæ divisa sit in duas partes, scilicet in fidem, et mores* etc.: quod initium partim commune est supra memoratæ *Summæ Theologicæ.* Deinde ibidem subditur *tractatus de virtutibus* incipiens: *Cum circa utilia studere debeamus* etc., cujusdam *Anonymi Ord. Prædic.*, ut ex prologo Operis eruitur, estque *Gulielmi Peraldi* Lugdunen. Ord. Prædic. ex Echardo to. 1. pag. 132.

Summa de malo ms. habetur in Anglia Cantabrigiæ in Biblioth. Pembrochiana cod. 78., et forsan est eadem, vel pars *Summæ virtutum, et vitiorum.*

Summa de anima incipiens: *Si ignoras, o pulcherrima mulierum, egredere* etc., 119. quæstiones continens extat ms. in Parisien. Biblioth. S. Victoris hoc tit. *Summa quæstionum diversarum de anima, et potentia ejus.* Romæ quoque extat ms. *Summa de anima* in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157. *Jo. de Rupella de anima* ms. Parisiis Biblioth. S. Victoris ex Catalogo ejusdem to. 2. pag. 1372., et in Regia num. 4546². ex cit. Catalogo pag. 751., Lovanii quoque extat ms. in Biblioth. S. J. ex Francisco Svertio in Athenis Belgicis: revera *de anima lib.* 1. scripsisse testatur Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Histor. lib. 13. sub an. 1252., ut et autor Firmam. trium Ordinum par. 1. edit. Parisien.; ejusdemque meminit Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 1. cap. 25. ex Trithemio, aliisque.

Tractatus de anima Magistri Joannis de Rupella extat ms. in insigni Bibliotheca Abbatiæ Clarævallis; et Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 35., ac ultimo versus Ecclesiam cod. 406. in 8. magno post *Postillam* Landulfi Neapol., et *Dietam salutis* sine nomine autoris in tres partes divisus, quarum in prima agit *de definitione multiplici potentiarum* animæ secundum diversos, incipitque: *Sicut dicit Johannes Damascenus Theologus, Medicus, et Philosophus* etc.: hæc pars habetur ms. etiam Paris. in Biblioth. S. Victoris, eamque Oudinus existimat esse recentioris autoris, quod aut nullam, aut modicam cum superiori *Summa* conformitatem habeat: in secunda parte de multiplici *divisione potentiarum* animæ: et in 3. *de divisione gratiæ communiter, et linea justitiæ:* incipit: *Quoniam post divisionem potentiarum, quas habet anima* etc.; agiturque de ornamento potentiarum animæ; unde hæc pars alterum quidem Opus est a superiori *Summa de anima,* non alterius, atque recentioris autoris, ut putavit Oudinus de prima parte.

Sermones Dominicales totius anni extant mss. in Biblioth. S. Benigni Divionen. cod. 179., et in Anglicana Biblioth. Domus S. Petri cod. 94., in Bibliotheca vero Clarævallensi *Sermones de Dominicis, et festis;* Parisiis quoque in quodam cod. ms. Eremit. August. ad Pontem novum seculi XIII. habentur mss. ejusdem *Sermones* nonnulli inter diversorum sermones, teste Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. pag. 475. in *Fr. Rigaudo.* ** *Sermones festivi, et Dominicales Johannis de Ropella* incip. *Veniat dilectum in hortum suum* extabant olim mss. in Biblioth. S. Franc. Senen. banco 10. facie 1. dupl. ex Indice an. 1481. confecto. *Sermones de mortuis, et de festivitatibus* eiusdem mss. ibid. armar. E. L. ex addit. eiusdem Indicis. **

Sermones de Sanctis habentur mss. in privata cujusdam Bibliotheca Regii in Æmilia, testimonio Possevini in Catalogo illius Bibliothecæ ad calcem Appar. sac. Revera cit. Bergomas affirmat scripsisse eum etiam *Sermones de Sanctis:* laudatus vero autor Firmamenti ait *Sermones tam de Tempore, quam de Sanctis per totum annum:* et quidem Jo. Turrecremata de Verit. Conceptionis B. V. par. 6. cap. 32. citat hujus autoris *Sermones Nativitatis B. Virginis;* ut et Gabriel Barletta in Serm. Concept. B. Virginis edit. Brixien. 1521. At *Sermones de Sanctorum festis,* qui habentur mss. in Biblioth. S. Germani Parisien. cod. 654., scribit Oudinus perperam in eo cod. *Rupellensi* adscribi, et esse dicit *Joannis Algrini* to. 3. Comment. ad an. 1220. in eodem, eo quod incipiant eo modo, quo illi Jo: Algrini.

De eo S. Antoninus in Chron. par. 3. multa cum laude scribit, cumque narrasset ipsum miro modo, et cœlitus Alexandro Halensi ostensum, quem Universitati Parisiensi, ejusque Cancellario pro *Baccalaureo* instituendo præsentaret, subdit: *qui*

Digitized by Google

qui postea factus Magister, maximus inventus est prædicator, religiositate, scientia, et discretione clarissimus, tantaque vi ingenii præditus, ut priorum Magistrorum subtilitati adjiciens prædicationi, et lecturæ in Theologica facultate artem, et modos traderet exquisitos; Conradus Gesnerus, et ex eo Possevinus, Oudinus sub an. 1230., Bulæus sec. v. Hist. Universit. Paris., et in Catalogo illustr. Academ. illius seculi, Dufresnius Cangius in indice Scriptor. Glossarii, aliique plures.

Joannes de Rupella fuit primus frater Ordinis Minorum, qui Parisiis recepit licentiam docendi (Denifle, Chartularium Universitatis Parisiensis, I, p. 158). Mortuus iam dicitur a Roberto (Grosthead) episcopo Lincolniensi in epistola ad ministrum fratrum Minorum in Anglia data mense septembri vel octobri a. 1245, relata ibidem pp. 186-187, et antea in collectione « Monumenta Franciscana » edita a J. S. Brewer Londini a. 1858, pp. 627-628.

Postilla super Matthæum reperitur etiam, sed anonyma, in bibliotheca Nationali parisiensi, mss. lat. 15590 et 15593, sæc. XIII (B. Hauréau, Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la biblioth. Nationale, v, p. 9).

Postilla in epistolas Pauli incipit: *Dixit regina Hester ad regem Assuerum: obsecro, ut novis epistolis veteres Aman littere insidiatoris et hostis iudeorum, quibus eos in cunctis regis provinciis perire iusserat corrigantur. Hester*, VIII. *Cum adiutorio domini salvatoris ex hoc verbo sumimus exordium in expositione epistolarum Pauli apostoli. Cause autem introductorie in eundem librum in verbo isto figuraliter exprimuntur.* Extat Parisiis in bibliotheca Nationali, mss. lat. 15602 + 15586 et 15603, sæc. XIII; Romæ in Vaticana, cod. Palat. lat. 94, sæc. XIV; atque etiam, sed Petro de Tarantasia manu sæc. XV adscripta, Bruxellis in Regia cod. nunc 287 scripto c. a. 1260. Cf. Erganzüngen zu Denifle's Luther und Luthertum. 1 Band. Quellenbelege (Mainz 1905), p. 122.

Commentarii in libros Sententiarum nullus codex est notus.

Expositio quatuor magistrorum in regulam Minorum extat Assisii in bibliotheca civica ms. 684 sæc. XIV, et impressa est in « Monumenta ordinis minorum » Salmanticæ a. 1506 tract. III, foll. 18-22; in « Speculum Minorum » Rothomagi a. 1509, tract. III, foll. 16b-20b; in « Firmamenta trium ordinum » Parisiis 1511-1512, par. 4a, foll. XVIIb-XXIa; in « Speculum Minorum seu Firmamentum trium ordinum » Venetiis a. 1513, par. 3a, foll. 15b-19a.

Ex tribus codicibus mss. *Summæ Theologicæ* a Sbaralea citatis Norvicensis Joannis Mori non memoratur apud Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova (cf. to. I, pp. 686-7, 689), nec umquam forte extitit, quum in « Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ » (Oxoniae 1697), unica Summa theologica, quæ in catalogo mss. Joannis Mori indicetur, anonyma sit, et a Summa theologica Joannis de Rupella opus diversum videatur (cf. to. II, par. I, p. 398, n. 782); reliqui duo sunt unus idemque codex, extans, Oxoniæ in Collegio Exoniensi, de quo in « Catalogi libr. mss. Angliæ etc. » to. I, par. 2, p. 26 (cod. 851; Coll. Exoniensis 51), et apud Montfaucon, op. cit., to. I. pag. 662 ad num. 851. Codex hic ex Henrico O. Coxe (Catalogus codd. mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxoniæ 1852, par. I, Coll. Exon. cod. IX) continet Joannis de Rupella et *Summam theologiæ moralis* et *Summam de anima*, illam in quæstiones 148 distinctam, hanc in capita 115 divisam. *Summa theologica* inscribitur *Summula articulorum* apud Jos. Pasinum, Codices mss. bibliothecæ Regii Taurinensis Athenæi, Taurini 1749, par. 2, pag. 257, cod. DCCLXXXIII (sæc. XIV).

Summam de vitiis alii, ut Daunou (Histoire littér. de la France, XIX, Paris 1838, pp. 172-173) et Jeiler (Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, VI, Freiburg im Breisgau 1889, col. 1761) cum *Summa theologica* confundunt; alii, ut Feret (La Faculté de théologie de Paris. Moyen-Age. I, 1894, p. 326) et Jennings in The Catholic Encyclopedia, VIII, New York (1910) p. 477, ab ea distinguunt. Extat Parisiis in bibliotheca Nationali ms. lat. 16417 sæc. XIII, et in Mazarina ms. 984 eiusdem sæculi (Molinier Aug., Catalogue des mss. de la biblioth. Mazarine, I, Paris 1885, p. 479).

Summa theologiæ moralis sive de malo incipiens *Cum summa theologicæ disciplinæ* continetur in Bodleiana codice Rawlinsoniano Cl. C. 241 sæc. XIII (G. D. Macray, Catalogus codd. mss. biblioth. Bodleianæ, partis V fasc. II, Oxonii 1878).

Summa de anima, nostri auctoris opus præcipuum et notius, maximi iam habita et adhuc habenda, teste Fideli a Fanna (Ratio novæ collectionis operum S. Bonaventuræ, Taurini 1874, p. 82) in tot codicibus mss. sæc. XIII et XIV reperitur, in quot nullus alius tractatus eiusdem argumenti. De ea præcipue egerunt Henr. Luguet (Essai d'analyse et de critique sur le text inédit du Traité de l'Ame de Jean de La Rochelle... Paris 1875, in 8) et Barth. Hauréau (Histoire de la philosophie scolastique, par. 2, t. I. 1880, pp. 195-213). Ex codice biblioth. Nationalis florentinæ D. IV, 970 sæc. XV, collato cum aliis codicibus præsertim Casanatensi A. IV. 25 (nunc 1288) sæc. XIV, edita est Prati a. 1882 inscripta « La *Summa de anima* di Frate Giovanni della Rochelle dell'Ordine Minori pubblicata per la prima volta e corredata di alcuni studi dal P. Teofilo Domenichelli Min. Oss., sotto la Direzione del P. Marcellino da Civezza. ». Alteram editionem, et quidem optimam ut sperare licet, iam parant doctissimi Patres Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas.

Tractatum incipientem *Sicut dicit Johannes Damascenus* et *Summam de anima* B. Hauréau (Notices, v, pp. 45-48) censet esse opera non solum diversa, sed nec unum ab altero derivatum et utrumque Joanni de Rupella attribuit. Extat *Tractatus*, sed anonymus, Parisiis in Nationali, ms. lat. 15952 sæc. XIII. De codice bibliothecæ S. Crucis conterendus Bandinius, Catalogus codd. lat. biblioth. Mediceæ Laurentianæ, IV, Florentiæ 1777, col. 712.

Sermones habentur, sed plerumque anonymi, in multis codicibus sæc. XIII bibliotecæ Nationalis parisiensis, præsertim in mss. lat. 12419 (de dominicis), 13583, 15568 (de dominicis), 15939 (de dominicis et festis), 15940, 16477 (de dominicis et festis, et de sanctis), 18188. Extant cum nomine auctoris: Monachii in Regia, ms. lat. 9614 sæc. XIV (sermones de tempore); Parisiis in bibliotheca « de l'Arsenal » ms. 547 sæc. XIII (sermones de sanctis); Trecis in bibliotheca civica, ms. 816 sæc. XIII-XIV (sermones de dominicis diebus et festis et de communi sanctorum), qui codex idem videtur ac claræval-lensis a Sbaralea ex Oudino memoratus, et ms. 1215 sæc. XIV.

Ei tribuntur etiam:

Tractatus de decem præceptis, qui, ut in Bodleiana existens, indicatur in Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ (to. I, par. I, p. 183, n. 4051).

Processus sive negociandi modi themata sermonum, cuius notitiam exhibet Luguet in Revue des societés savantes (1877), fasc. V, pp. 501-503. Cf. Haenel G., Catalogi librorum mss., qui in bibliothecis Galliæ, Helvetiæ, Belgii.... asservantur, Lipsiæ 1830, col. 756 n. 222, et col. 1019 n. 130.

Postillæ in Jsaiam, Jeremiam, Marcum (Biblioth. Nation. Paris. ms. lat. 15597, sæc. XIII), et alios libros S. Scripturæ.

De Joanne de Rupella agunt præcipue Luguet in Essai d'analyse etc., Domenichelli, Jeiler, Feret, Jennings locis supra notatis, sed circa opera ei tributa multa adhuc dubia supersunt discutienda.

MMCCCXC. 1248.

JOANNES DE RUPESCISSA = Gallus provinciæ Aquitaniæ, et Cœnobii Aureliacensis alumnus.

Visiones, seu revelationes Joannis de Rupescissa ad Gulielmum Curti S. R. E. Cardinalem, et Benedicti XII. nepotem Cistercien. Ordinis extant mss. Parisiis in Bibliotheca Colbert. cod. 4356. inscriptæ hoc modo: *Reverendissime in Christo Pater, et Domine Dne Guillerme Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis titulo quatuor Coronatorum. Ego Frater Johannes de Rupescissa Ordinis Fratrum Minorum provinciæ Aquitaniæ, Custodiæ Ruthenensis, et Conventus Aurelhiaci ad mandatum vestrum descripsi seriem notabilium eventuum futurorum mihi in carceribus apertorum, prout melius, et verius potero recordari.* Quibus præmissis, liber incipit: *Modus revelandi fuit iste. Cum anno Domini* MCCCXLV, *multis diebus flerem vinctus ferro in carcere Suti in Conventu Figiaci stupens, et mirans, quare cum tanta crudelitate missus essem per Fratrem Guillelmum Farmena tunc Ministrum Aquitaniæ in carcerem* etc. In fine vero libri habetur: *Scripta sunt hæc per me Fratrem Johannem de Rupescissa Ordinis Fratrum Minorum provinciæ Aquitaniæ, Custodiæ Ruthenensis, Conventus Aureliaci in Romana Curia in Avenione in carcere Domini Papæ Clementis sexti, Pontificatus sui anno octavo, qui carcer vocatur carcer Soldani,*

Digitized by Google

dani, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCCCXLIX. *in mense Novembri in festo S. Martini ad gloriam Dei. Amen.* Quibus ab Oudino to. 3. ad an. 1350. erroris arguitur Waddingus, vel Bzovius, qui ab *Innocentio VI.* an. 1357. in carcerem conjectum Rupescissam asseruit, cum dicere debuisset anno 1347. a Clemente VI.; sed cum Continuator Chronici Nangiaci, et autor vitæ Innocentii VI. eo tempore viventes tradant, id factum anno 1356. ab Innocentio VI., liquet, pluries eum in carcerem conjectum fuisse, et sub Clemente VI., et sub Innocentio VI. Habentur hæ *Revelationes* mss. etiam in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 65. et 69.; et *Prophetiæ* mss. in Biblioth. Basileensi ex cit. Catalogo pag. 630.: prodierunt autem hæ *Revelationes* Londini an. 1690. to. 2. *Fasciculi rerum expetendarum, et fugiend.* per Richardum Chiswel in fol., et antea Joannes Ergon Anglus Erem. S. August. vulgaverat una cum nonnullis aliis ejusdem argumenti autoribus hoc titulo: *Compilationes vaticiniorum,* ad Herfordiæ Comitem missæ, teste Joseph Pamphilo apud Possevinum in Appar. sac. v. *Jo: Ergon.*

Fragmenta revelationum ejus *extracta per Magistrum Lucam de Molendinis Doctorem Theologicum* extant in cit. Biblioth. Colbert. cod. 2835., et 3786.

Commentarium in Oraculum Cyrilli habetur ms. in Regia Galliarum Bibliotheca cod. 5695. hoc titulo: *In nomine Domini nostri Jesu Christi incipit Commentum super Prophetiam Cyrilli Eremitæ Presbyteri simul cum Commento Joachim editum a Fratre Johanne de Rupescissa Ordinis Fratrum Minorum. Omnipotentis Jesu Christi misericordiam, et auxilii lumen vivificum* etc.

Liber inscriptus Vade mecum in tribulatione impress. an. 1690. cum *Fasciculo rerum expetendarum,* et ms. in eadem Biblioth. Colbert. cod. 4650., cujus meminit Continuator Nangii, qui testatur se librum hunc vidisse; uti et alium

Librum, cui titulus est, *Ostensor,* teste Spondano in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1356. num. 20.; hos duos libros *Vade mecum,* et *Ostensor* commendat etiam Froissardus in suis Chronicis Gallicis, qui et docet ejus

Apologum propheticum prodiisse in lucem post litteras Petri de Vineis.

De famulatu Philosophiæ ad Theologiam, seu Evangelium ms. in cit. Biblioth. Colbert. cod. 5987., nec non in Anglica Bodlejana Biblioth. cod. 1644. ex Baluzio apud Oudinum.

De consideratione Quintæ essentiæ extat ms. in cit. Biblioth. Colbert. cod. 3412. duobus libris conflata, quorum primi titulus est: *Incipit liber primus de consideratione Quintæ essentiæ omnium rerum tradendus pauperibus, et evangelicis viris servis Jesu Christi a Magistro Johanne de Rupescissa sacræ Theologiæ professore compositus. Dixit Salomon Sapientiæ cap. 7. Deus dedit mihi horum scientiam veram* etc. Liber 2. est *de remediis generalibus Quintæ essentiæ* incipiens: *Licet primus liber, qui est de consideratione Quintæ essentiæ, tantæ virtutis* etc.: et in proœmio Operis autor ait: *consideravi ergo, quod tempus expensum in pruritu mundanæ Philosophiæ plusquam annis quinque ante ingressum Ordinis in florentissimo studio Tolosano, et plus aliis quinque, ex quo Ordinem hunc intravi, cum strepitu multo inanium verborum, et conflictu inutilium disputationum, et laude vana, et gloria fatua lectionum tam in studiis particularibus, quam in Generalibus legens* etc.... *ut revelem pauperibus Christi, et evangelicis viris, ut qui divitias propter Evangelium contempserunt, sine humana doctrina sciant faciliter, et de levi, et sine notabilibus expensis suas corporales miserias, et infirmitates humanas divina benignitate sanare* etc. Can., vel cap. 2. agnoscitur is extitisse autor *aquæ vitæ,* quam ipse appellat *aquam ardentem; animam vini, seu spiritus;* et *aquam vitæ;* et occultare volens vocat *Quintam essentiam,* ac *radicem vitæ; cœlumque humanum:* quamquam cap. 5. tradit *Quintam essentiam* fieri ex *aqua ardenti.* Cap. demum 44., seu ultimo primi libri inquit: *Reliqua autem Opera Philosophica summe stupenda, quæ hic subticeo, conjectus contra Deum, et justitiam (sicut in die judicii Deus ostendet) ab æmulis in vincula integris jam septem annis inter compedes, et catenas, per sublimes theorias, et illuminationes cœlestes didici, inferius per libros singulos, si Deus voluerit, vobis viris evangelicis, quibus scribo, plenissime revelabo, ut potero.* Mediolani in Biblioth. Ambros. extat ms. *de quinta essentia* ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518. cod. perg., extat quoque ms. Neapoli in Biblioth. S. Jo: de Carbonaria Augustinen. ex eodem pag. 233., et in Bibliotheca S. Severini ejusdem urbis, teste eodem cap. 21. Diarii Italici. Prodiit Opus Basileæ anno 1561., teste Langio in Hist. Medic. sec. 14., et Simlero in Epitome Biblioth. Gesner., nec non Baluzio in notis ad Vitas Papar. Avenionen. col. 602., et 942., et in addition. col. 1430. et 1434.; translatum vero e latino in gallicum idioma ab Antonio Molino vulgatum est Lugduni an. 1549. in 8. sub titulo sequenti: *Virtus Quintæ essentiæ omnium rerum.*

Liber ejus *de extractione Quintæ essentiæ omnium rerum potiss. pro usu medico* correctus est a Gulielmo Gratarolo Bergomate Patavii, et Basileæ publico Medicinæ Professore, ut habet Donatus Calvus in Scœna Liter. Bergom. par. 1.

Libellus de conficiendo vero lapide Philosophico ad sublevandas inopias Papæ, et Cleri in tempore tribulationis extat in Bibliotheca Uffenbachiana mss. parte 4. pag. 12., et cum *aliis* habetur inter autores chymicos, et in Theatro chymico volum. 3. Argentorati cuso anno 1659. cum ejus *libro lucis* tamquam diverso, cum tamen idem sit interpolatus; de eoque Petrus Borellus in Bibliotheca chymica. Prodierat autem sub initium Typographicæ artis; quæ editio in 4. extat Matriti in Biblioth. Conventus Regul. Observ. sub FF. num. 4. incip. *Natura, seu materia lapidis veri* etc. sine loco, et anno impressionis; deinde Venetiis an. 15.... in 8. inter autores Alchymiæ, cui adnectitur superius Opus *de Consider. Quintæ essentiæ.* Gallice redditus prodiit Lugduni an. 1549. in 8. ex Joan. a S. Anton.; et 6. oper. scribit *ante se nullum hominum in aperto* eam scientiam, ac veritatem tradidisse. *Tractatus,* seu excerpta ex ejus libro *de Lapide Philosophico,* et *de Quinta essentia* extant mss. Florentiæ in Bibliotheca Marchionis Riccardi in 4. Ex hujus viri igitur studiis, atque laboribus mechanicis, chymicisque habuit orbis *aquæ vitæ* inventum, et confectionem *Lapidis Philosophici* non ad aurum conflandum, ut quidam aut somniarunt, aut criminati sunt, cum ipse scriberet viris evangelicis, et paupertatem profitentibus; sed

Digitized by Google

ad sanitatem tuendam, vitamque diutius ducendam.

Commentaria in 4. *libros Sententiarum* ex Trithemio.

Agunt de hoc viro Jacobus Fodera in Histor. prov. S. Bonaven. pag. 318. et 322., ubi prodit, obiisse Villæfrancæ diœces. Lugdunen. an. 1362. apud suos humatus, apud quos ibi professionem Regulæ emiserat, idque sub Urbano V. eo anno mense Octobri assumpto; item Trithemius in Scriptor. Eccles. ait, fuisse eum in divinis Scripturis admodum studiosum, et eruditum, ac secularis Philosophiæ non ignarum; et longe antea Henricus Hervordiensis Ord. Præd. autor coævus in Chronico usque ad an. 1355. deducto meminit sub nomine *Haibali*, ut conjicit Vignerius Sectarius: postea Jo: Froissardus vol. 1. cap. 211., ubi de eo magnifice loquitur; Continuator Nangii in to. XI. Spicilegii Dacher. pag. 822; Dufresnius Cangius in Ind. Scriptor. Glossarii sui; Acta erudit. Lipsien. ad an. 1691. m. Martio, præter Rodulphium, Gonzagam etc.

Profecias de Johan de Rochatallada extant in bibliotheca publica Carpentoractensi, ms. 336 sæc. XV (Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France. Départements. Tome XXXIV, Paris 1901). De his prophetiis cf. Franz Kampers, Ueber die Prophezeiungen des Johannes de Rupescissa, in Historisches Jahrbuch, XV (München 1894), pp. 796-802.

Jo. de Rupescissa... de consideratione Quintæ essentiæ rerum omnium opus egregium impressum est Basileæ etiam a. 1597 in 8.

Liber de confectione veri lapidis philosophorum et *Liber lucis* extant etiam in editione argentoratensi Theatri chemici Lazari Zetzneri anni 1613 vol. 3°, et in Jo. Jac. Mangeti Bibliotheca chemica (Coloniæ Allobr., 1702), tomo 2°. *Liber lucis* prodiit et in volumine, cui titulus: Secreta Alchimiæ Magnalia D. Thomæ Aquinatis opera D. Brouchvisii nunc primum edita. Coloniæ Agrippinæ 1579, in 4; insuper Lugduni Batavorum 1598, in 8.

MMCCCXCI. 1249.

JOANNES LE SAFFE = Belga provinciæ S. Andreæ Strict. Observ., cujus liber gallice fert titulum, qui latine est:

Nodus salutaris Herculis Christiani complectens Summarium Indulgentiarum Confratribus chordæ S. Francisci concessarum; et plura alia ad notitiam Ord. S. Francisci, dictæque Confraternitatis, et ad pietatem conducentia. Insulæ anno 1615. in 8. typis Petri de Rache sine nomine expresso autoris; sed in fine epistolæ Operi præfixæ legitur F. J. L. S., quod est *Fr. Joannes le Saffe.* Joan. a S. Antonio agit de hoc ex uno Waddingo.

MMCCCXCII. 1250.

JOANNES SALON = de quo Rodulphius lib. 3., aliique cum eo agunt; ejus Opus

De emendatione Kalendarii prodiit et Romæ 1576. ex Joan. a S. Anton. Edidit etiam

Speculum astrologicum ad sanguinis missiones, ac medicinæ usum. Barcinone 1578. in 8. ex cit. Jo. a S. Antonio.

De eo et Nicolaus Anton. to. 2. Bibliothecæ Hisp., et autor Biblioth. Valentinæ pag. 281.

Opus *de Romani Calendarii nova emendatione* impressum non videtur Romæ a. 1576, cum hanc editionem nec in romanis bibliothecis nec in bibliopolarum catalogis invenerim, nec indicent J. C. Houzeau et A. Lancaster in op. Bibliographie générale de l'astronomie (cf. vol. 1, par. 2, p. 1458, n. 13757).

MMCCCXCIII.

JOANNES SALVATOR BAPTISTA DE AREL-LANO Hispanus prov. Beticæ *Tertii Ord.* Claustr. edidit vernacule

Antiquitates, et præstantias Carmonæ, ac Historiarum Compendium. Hispali an. 1628. in 8. teste Petro de Alva col. 831. Militiæ univ. De eo agit et Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hisp., et ex his Joan. a S. Anton.

MMCCCXCIV.

JOANNES SALVATOR TRADOS Hispanus composuit, et edidit

Dicta, et facta Virorum inclitorum Ordinis Seraphici. Barcinone an. 1581. in 8., teste Georgio Cardoso to. 3. Agiologii Lusitani die 26. Maji, et Petro de Alva tab. 1.

Librum illustrium feminarum Religionis Seraphicæ valde commendatum, quem ipsemet citat par. 1. superioris libri ex Joan. a S. Anton.

MMCCCXCV.

JOANNES DE SALZEDO Hispanus provinciæ, ut videtur, Castellæ edidit

Tractatum, seu *quæstionem: An Seraphicæ militiæ labor in propugnanda Immacul. Conceptione Mariæ nova christianæ militiæ erectione certa victoriæ spe coronetur, Mariæque originalis gratia utriusque militiæ conatibus proxime definibilis constituatur?* Vallisoleti an. 1625. in fol. ex Marracio in append. Biblioth. Marianæ, Petro de Alva col. 831. Militiæ, Lippenio to. 2. Biblioth. Franc. pag. 215.

Autor libelli inscripti *La Scimia di Montalto* inter Franciscanos Scriptores Theologiæ maxime Moralis recenset et *Salsedum,* hunc ne, vel alium, nondum compertum habeo.

MMCCCXCVI.

JOANNES SAMESIUS Gallus, de quo Waddingus in Annal., cum nonnullis Legationibus esset functus, creatur anno 1298. Episcopus Redonensis, et an. 1299. ad Lexovien. Ecclesiam transfertur. Anno 1297. in Canonizatione S. Ludovici Regis splendidam *Orationem* habuit, ut narrat autor Vitæ ejusdem apud Bollandios; et forsan ipsius est *Vita,* quam sub *Anonymi* nomine iidem Bolland. Socii evulgarunt, ut supra dixi in *Anonymo Gallo* num. CCLXVI.

Eius *Sermo habitus in capella regis in festo reliquiarum coram rege et prælatis multis* refertur a Petro Lemovicensi (canonico ebroicensi) in suo opere *Distinctiones,* ms. lat. 16482 biblioth. Nationalis parisiensis, fol. 131, ad vocem *Passio Christi.*

Orationem dixit in elevatione corporis S. Ludovici regis in ecclesia S. Dionysii (die 25 Augusti a. 1298), ut enarrat Joannes de Joinville in Histoire de Saint Louis (Recueil des historiens des Gaules et de la France, XX, Paris 1890, p. 304; Acta Sanctorum Augusti, V, Antuerpiæ 1741, p. 757). Hæc autem est oratio, quam Sbaralea erronee dicit habitam a. 1297 in eiusdem regis canonizatione, quum de nulla alia apud Bollandios mentio sit.

Vita S. Ludovici Regis auctore anonymo, a sociis Bollandiis latine evulgata, non potest eius esse; ipse enim auctor, in principio affirmans se adhibuisse exemplar inquisitionis de S. Ludovici vita et miraculis, hæc addit: *rerum ante dictarum exemplum partim mihi datum fuit a reverendo in Christo patre fratre Joanne de Samois, Lexoviensi episcopo.* Præterea nunc constat auctorem huius vitæ esse fr. Joannem de S. Pathusio Ordinis Minorum (cf. Vie de Saint Louis par Guillaume

Digitized by Google

Guillaume de Saint-Pathus..... publiée par H.-François Delaborde. Paris, Picard, 1899, pp. v-ix; L. Delisle, in Journal des Savants, 1901, pp. 228-30; H. F. Delaborde, in Bibliothèque de l'École des chartes, LXIII, 1902, pp. 263-64).

Fuit *perpetuo specialis in curia romana procurator ad canonisationem venerabilis sancti Ludovici*, ut idem auctor anonymus ibidem dicit; ex bulla Bonifacii VIII, qua constituitur episcopus Rhedonensis (Bullarium Franciscanum, IV, Romæ 1768, p. 468) pœnitentiarii munere apud eumdem functus est; obiit autem ex Eubel (Hierarchia cath. medii ævi, I, pag. 317) die 4 decembris a. 1302.

Cf. B. Hauréau in Histoire littéraire de la France, XXVI, Paris 1873, pp. 458-60; A. Lecoy de la Marche, La Chaire Française au moyen age, Paris 1886, pp. 147-48, 518.

MMCCCXCVII.

JOANNES SARRIA Hispanus ecclesiastes, ac Custos prov. Compostellæ Reg. Observ. edidit

Concionem de Immaculata Conceptione V. Mariæ Salmanticæ an. 1619. in 4., extatque in libro P. Gasparis a Villachoaga.

Historicum compendium rerum provinciæ S. Jacobi hispano idiomate incip. *Con entrañables* etc. ms. in fol. asservatur Matriti in Archivo Ordinis plut. 1. num. 8.

1251.

JOANNES SAXO = V. *Joannes de Erfordia.*

MMCCCXCVIII. 1352.

JOANNES SCALCUS = de quo Bordonus, Vernon, et Alfonsus Lasor to. 1. pag. 70., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2. Possevinus in Appar. sac. Institutum Regul. tacet, traditque

Xenium Evangelicum prodiisse anno 1579., et

Orationem lugubrem de Antiochena seditione an. 1572. apud Gulielmum Antuerpiensem.

MMCCCXCIX. 1253.

JOANNES SCHILBERT = al. Scheubelius Belga sac. Theologiæ Professor flandrico sermone scripsit

Historiam S. P. Francisci excusam an. 1614. in 4., teste Martino Lippenio to. 1. Biblioth. Philosophicæ, et ex eo Joan. a S. Anton.

Sacrum misericordiæ Palatium Nicolai Gazzæi ejusdem Instituti e gallico in latinum idioma vertit, prodiitque Treviris an. 1618. in 8. apud Jo: Schleuter.

Ex Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), p. 130, *Sacrum Misericordiæ Palatium* prodiit iterum Coloniæ apud Joannem Kinckium a. 1625 in 8.

MMCD.

JOANNES DE SCOPETO provinciæ Tusciæ a Mariano Florentino recensetur apud Waddingum in Annal. Min. sub an. 1344. num. 8. inter eos, qui scientia illustres plurimum *scriptis* suis Sodalitium illustrarunt; sed quid scripserit, uterque reticuit, dumtaxat addentes, legisse eum in seculo Parisiis; nempe Theologiam, ideoque

Commentarios in 4. Senten. libros ex more illorum temporum verisimile est exarasse, et alia forsan Philosophiæ scripta.

* JOANNES A SECLI, quem hic recenset Joannes a S. Anton., est *Franciscus a Secli*, de quo actum est supra, et ita vocatur a Waddingo, qui tunc vivebat.

MMCDI.

JOANNES SEGURA Hispanus provinciæ Beticæ, ut conjicitur, scripsit

Glossam in certamine Granatensi *pro Immaculata Conceptione V. Mariæ* impressam cum aliis, teste Petro de Alva col. 832. Militiæ apud Jo: a S. Antonio.

MMCDII.

JOANNES DE SEPTIMIO provinciæ Tusciæ socius B. Joannis Firmani cognomento *Alvernicolæ*, cujus meminit autor suppar Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. in provincia Tusciæ, locoque Alverniæ de B. Joanne Firmano disserens, cujus morti an. 1322. interfuisse scribit,

Vitam et gesta præfati *B. Joannis Alvernicolæ* composuit, teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad annum 1322. num. 49.; et quidem in Ind. mss. codd., quibus usus est Waddingus in Annalium Opere concinnando, legitur etiam *Joannes de Septimio in Vita B. Joannis Firmani:* citatur ab Arturo in Martyrol. Franciscano.

Vitam B. Joannis de Alvernia anonymo auctore ediderunt Socii Bollandiani in Actis Sanctorum Augusti, tom. II (Antuerpiæ 1735), pp. 459-69 ex codice bibliothecæ cœnobii florentini S. Crucis (cf. Bandinius, Catalogus codd. lat. Bibliothecæ Laurentianæ, IV, col. 690, et III, col. 384), eodem absque dubio cum codice, quem loco supra notato memorat Waddingus. Etsi vita in hoc codice extans a Waddingo compacta dicatur ex narratione Joannis de Septimio et Hugolini de Monte S. Mariæ, editori Bollandiano unius eiusdemque scriptoris visa est (ibidem, pag. 455); hinc, cum illi omnia conveniant, quæ de vita a Joanne de Septimio conscripta tradit Waddingus, haud improbabile est vitam in Actis Sanctorum editam opus esse Joannis de Septimio.

MMCDIII.

JOANNES SERRANO Hispanus provinciæ Conceptionis Regul. Observ., et Guardianus Conventus de Paredes vulgavit

Instructionem Viduarum Christianarum. Medinæ an. 1554. in 8. apud Franciscum del Canto ex Nicolao Anton., et Jo: a S. Anton.

MMCDIV. 1254.

JOANNES SERRANUS = factus est Episcopus Acernensis in Campania felici sub Salernitano Archiepiscopo anno 1613., et post 24. annos administrationis obiit an. 1637. ex Ughello Ital. sac. to. 7. Agunt de eo Petrus de Alva, et Nicolaus Antonius.

Missæ sacrosanctæ, ac cæremoniarum, quæ ejus celebratione fiunt, compendiosa expositio. Romæ 1626. in 8. apud Stephanum Paulinum.

Adversus pestem vitii conciones quadragesimales. Tom. 1. Cæsaraugustæ 1653. in fol. typis Michaelis de Luna: et to. 2. ibid., et eodem anno in 4. per Joan. de Ibar studio, et cura *Fr. Thomæ Frances* ejusdem Instituti.

Repertorium Historiarum Gallicarum Joan. Serrani impress. an. 1603. in 8. et Parisiis 1599. in 8. ex tomo 2. Biblioth. Barber. pag. 379., quod hic recensuit Joan. a S. Anton., est alterius *Joannis Serrani* autoris proscripti in 1. classe.

Missæ sacrosanctæ... compendiosa expositio. Romæ apud Stephanum Paulinum MDCXXII. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Vallicellana.

MMCDV.

Digitized by Google

MMCDV. 1255.

JOANNES A SEXTOLA = oppido in montibus Mutinensis ditionis provinciæ Bononiensis Definitor, Claudiæ Mediceæ Archiducis Austriæ a sacris Confessionibus, doctrina, et vitæ integritate insignis, de quo Dionysius Genuen. in Biblioth. Scritor. Capuccinor., Joan. a S. Anton., et Torrecilla in suo Catal. Scriptor. num. 392., scripsit etiam

Orationem in Laudem S. Caroli Faventiæ in Ecclesia majori habitam an. 1615., ibique impressam an. 1616. in 4. per Jo. Simbenum; sed an. 1627. ait Joan. a S. Anton. to. 2.; forsan fuit 2. editio.

Instructionem ad bene, beateque moriendum. Œniponti 1633. in 4. apud Danielem Agricolam.

Orationem in laudem S. Apollinaris Episcopi, et Martyris civitatis Ravennæ Protectoris. Ravennæ anno 1635.

Ætate annorum 64 (ut ipse testatur in præfatione ad lectores) scripsit opus *Del Capuccino d'Este che fù nel secolo il Ser.mo Alfonso. III. Duca di Modana, e nella Religione Serafica il Prè Gio. Battista Predicatore Apostolico e della Ser.ma Infanta D. Isabella di Savoia sua dilettissima Consorte Nascita, Vita, Morte, e Sepoltura,* quod opus impressum est Mutinæ a. 1646. non vero 1645, ut ait Waddingus. Sexdecim annos natus habitum religiosum induit, ut ex eadem præfatione.

JOANNES SILVENCENSIS Belga Min. Capuccin. provinciæ Belgicæ Minister, qui scripsit anno 1637. ex Aub. Miræo sec. 17. cap. 242., est *Jo: Evang. Silvaducensis,* de quo supra.

MMCDVI. 1256.

JOANNES SNELLINCK =

Opusculi a Waddingo indicati hanc editionem refert Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas (1885), p. 129: *Instructie om wel te mediteren ghemaect door H. Petrus van Alcantara, wergheset door Broeder Jan Snellinck van de Orden der Minderbroeders. tot Mechelen bij Hendrick Jaye. 1618.*

MMCDVII.

JOANNES DE SOLIS Truxillo Singiliæ Malacensis diœcesis natus, provinciæ Beticæ, et Granatensis Tertii Ordinis S. Francisci Definitor, et in Romana Curia Procurator, vir rerum gerendarum prudens, et in declamando facundus edidit Opusculum tit.

Demonstratio juris, de præcedentia nimirum debita suis alumnis, Fratribusque *supra Minimos FF. S. Francisci de Paula* impress. Neapoli an. 1641., quemadmodum refert Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38.

Apologiam pro 3. Ordine Franciscano. Granatæ an. 1677. in 4 apud Franciscum de Ochoa.

Memoriale latinum V. Tertii Ordinis de Pœnitentia ms. in 4. servatur Hispali in Biblioth. Conventus Dominæ nostræ a Consolatione.

Thesaurum Bullarum, et rerum antiquarum sacri Ordinis de Pœnitentia T. O. S. P. Francisci in tomos 3. distributum; extat ibidem.

Obiit circa annum 1696. in Cœnobio Dominæ nostræ de Remediis oppidi Syngiliensis ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDVIII. 1257.

JOANNES SOMERIUS = Antonius Wood Anglus in Hist., et Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 76. testatur, se vidisse hujus scriptoris *Kalendarium* hoc titulo:

Calendarium secundum Fratrem Johannem Somer incip. *Istud Calendarium subsequens fuit factum ad meridiem Universit. Oxonien. anno Dñi* CIƆCCCLXXXVII.; in Biblioth. Cotton. Anglica sub Vespas. [l. E] cod. 7. n. 2. extat ms. *Fr. Joannis Somur Ord. Minor. Algorithmus, et Kalendarium ad meridiem Universit. Oxoniæ una cum Tabulis astronomicis, et quibusdam notitiis historicis.* Romæ quoquæ in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ habetur *Joannis Semur Ordinis Minorum Calendarium compositum ad instantiam Principissæ matris Regis Angliæ Ricardi uxoris anno* 1384. ex Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 46. num. 1423.

Kalendarium tertium in eadem Biblioth. Cotton. sub Faustina [l. A] cod. 2. num. 1.

Versus, et Kalend. habentur mss. Patavii teste Labbeo in nova Biblioth. mss.

Carmina ejus mss. habentur etiam Romæ in Biblioth. Barber. ex ejus Indice to. 2. pag. 398.

Joannis Semur Minoritæ Biblia versibus compendiose in Vatic. Bibliotheca ex libris olim Alexandri Petavii cod. 1372.; idem Opus tit. *Anonymi Compendium Bibliæ metrice, cujus singula carmina singula capita continent,* habetur una cum Kalendario in cit. cod. Bibliothecæ Vatic. olim Reginæ Sveciæ ex Montfaucon pag. 46., et 66.

Chronica Conventus Villæ Briggevvater Comitatus Somersetensis mss. servabantur in laudata Bibliotheca Cotton. sub Domitiano l. A. cod. 2. n. 1., ut notavit et Jo. a S. Anton.

Librum *de quantitate,* non de qualitate, *anni* tribuunt ei Lelandus, Baleus, Pitseus ipse a Waddingo in cæteris exscriptus.

Tertium opusculum Kalendarii (A. D. 1387-1462) compositum *ad instantiam... Domine Johanne Principisse Wallie,... ac matris... Ricardi secundi... ad meridiem tamen Universitatis Oxoniæ, ex precepto... fratris Thome Kyngesburi, Ministri Anglie,* (non autem Thomæ Heberi qui nullus est).... *a fratre Johanne Semour ordinis minorum, A. D. 1380* extat in Museo Britannico, ms. reg. 2 B viii sæc. XIV, ex quo nonnulla exscribit D. Casley (A Catalogue of the manuscripts of the King's Library, London 1734, pp. 23-26). Reperitur etiam in biblioth. Bodleiana, ms. Digbeiano 5, f. 73, sæc. XIV; atque idem est cum Kalendariis ex bibliotheca Cottoniana a Sbaralea indicatis, verisimiliter etiam cum Kalendario bibliothecæ vaticanæ.

Cronica quædam brevis fratris Johannis Semour ordinis sancti Francisci de conventu ville Briggewater, non vero *Chronica Conventus* etc. Hoc opus, pluribus manibus conscriptum, et ultra medium sæculum XV excurrens, quoad minimam tantum partem nostro auctori tribui potest.

Neque *de facultate metrica librum* neque ulla *carmina* ei adscribunt Lelandus, et recentiores scriptores Little (The Grey Friars in Oxford, pp. 244-246) atque Bateson (Dictionary of National Biography, LIII, pp. 218-219). Præterea notandum est: 1) codicem ms. a Labbeo indicatum (Nova bibliotheca mss. libr., Parisiis 1653, p. 62) non dici Patavii existentem sed citari *ex bibliotheca Petaviana,* hinc eumdem esse cum codice (iam Petaviano 244) indicato apud Montfaucon. Biblioth. mss. nova, I, pp. 46 et 66; 2) carmina, in bibliotheca Barberina ex eius Indice extantia, non esse manuscripta, sed impressa in collectione Joh. Phil. Parei « Delitiæ poetarum hungaricorum » Francofurti 1619, et Casp. Dornavii « Amphitheatrum sapientiæ socraticæ ioco seriæ » Hanoviæ 1619, to. I, p. 209; ea autem deberi Joanni Sommero poetæ hungarico Pirnensi declinantis sæculi XVI.

MMCDIX.

JOANNES DE SORIA Hispanus: tres hujus nominis, et patriæ, nescio quo monumento, memorat Joannes a S. Anton., omnesque coævos; primum, quem

Digitized by Google

quem appellat insignem Theologum, et vitæ exemplaris nota insignitum, scripsisse dicit Compluti circa annum 1624.

Multiplicia consilia moralia, et regularia, quæ mss. asservantur Matriti in Biblioth. Conv. Reg. Observ. sub E. num. 38.

Alteri adjudicat

Enarrationem cujusdam miraculi S. Antonii Patavini. Oriolæ an. 1636. in 4. apud Vincentium Franciscum; et

Tractatum apologeticum, in quo dilucide ostendit Ministrum Generalem Regularis, ac Strictioris Observ. esse legitimum successorem S. P. Francisci, qui ms. habetur Matriti in Archivo Ordinis.

Tertium Joannem de Soria Buitron. Theologum edidisse ait

Epilogum Vitæ ac miraculorum S. P. Francisci Conchæ an. 1649. in 4. per Salvatorem de Viader.

Epilogum Summarum, sive Compendium amplissimum rerum omnium, quæ in universis materiis Theologiæ moralis tractantur primo in communi, secundo in particulari resumptum ex Villalobos cum aliquibus additionibus. Ibidem an. 1650. in 4. per eumdem; postea Parisiis an. 1656. in 8. apud Simeonem Piget. In hujus *Epilogi Summam* lusit tetrasticho *Fr. Franciscus Magnesius* ejusdem Instituti.

MMCDX. 1258.

JOANNES STAFFORTUS =

MMCDXI. 1259.

JOANNES STANDICIUS. = ex Standish familia antiqua, ac generosa in agro Lacastriensi ortus a patruo Henrico Standish ejusdem Ordinis Min. Conv. Doctore, et Episcopo Asaphensi ad Collegium Æneinasi Oxoniæ amandatur circa an. 1524., annoque 1531. Doctoris laurea decoratur; scripsit autem

Tractatum contra protestationem Roberti Barnes tempore mortis factam. Londini 1540. angl. ex autore Hist., et Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 2. pag. 216., qui subdit, eum ad annum MDLIX. vixisse ex Tabulis illius Collegii, in quibus hæc habentur ad eum annum: *Magister Johannes Standishe sacræ Theologiæ Doctor Lancastriensis discessit:* unde legendum puto apud Pitseum de Script. Angl.. et Waddingum *an.* 1559. pro 1556.

Quæstionem de Matrimonio, et divortio Henrici VIII., et Catharinæ scriptam a quodam Fr. Joanne Minorita evulgavit an. 1531. Petrus Paulus Caporella Italus Minorita Convent. Neapoli typis Antonii de Jubenis, teste Thoma Dempstero Eccles. Hist. Gent. Scot. lib. 9. num. 743.; suspicorque illius autorem fuisse hunc *Joannem,* nisi malint referri ad *Joannem Forestum* Anglum Catharinæ Reginæ a sacris Confessionibus; Sanderus tamen de Schism. Anglic. lib. 1. tradit, *Henricum* ejus patruum Episcopum Asaphen. an. 1529. hac de re pro Regina scripsisse.

De non edendis in vulgari sacris Bibliis adversus Erasmum anno 1520. ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed id tribuitur etiam *Henrico Standicio* ejus patruo; iste vero si scripsit, regnantibus *Philippo, et Maria* in Anglia, igitur inter ann. 1554., et 1558.; porro Rodulphius confundit Joannem cum Henrico, nepotemque cum patruo: Henricus scripsisse dicitur *contra versionem novi testamenti ab Erasmo factam:* Joannes vero *de non edendis in vulgari sacris Bibliis.*

De unitate Ecclesiæ Anglicanæ lib. 1. Londini an. 1556. juxta nonnullos; sed Alfonsus Lasor to. 1. Universi Orbis pag. 62. attribuit superiori *Joanni Stafforti;* at editionis tempus, et materia favent *Standitio* ex Pitseo, et Waddingo.

Obiit archidiaconus Colcestrensis a. 1570, et nunquam fuisse videtur franciscanus. Cfr Dictionary of national biography edited by Sidney Lee, vol. LIII, London 1898, pp. 473-474.

Falsum est Petrum Paulum Caporellam evulgasse *Quæstionem de matrimonio et divortio Henrici* VIII *et Catharinæ scriptam a quodam Fr. Joanne Minorita.* Extat tantum: *Quæstio de matrimonio Serenissimæ Reginæ Angliæ nunquam incudine subtilissimi Doctoris Joannis Scoti antehac uersata, at impresentiarum ab. R. P. Fratre Petropaulo Caporella ex Potentia Ordinis Minorum... excussa.* Neapoli per Joannem Sulczbachium, et Antonium de Jubenis Anno. Dñi M.D.XXXI. Die Secunda Septembris, in 4. Hanc autem *Quæstionem* Dempsterum tribuisse cuidam Joanni Minoritæ, de quo ne verbum quidem extat in toto volumine, patet ex hoc, quod ea ab iisdem quinque viris laudatur, quos ipse dicit laudare Quæstionem Joannis.

MMCDXII.

JOANNES A STIA oppido Casentinæ regionis in Tuscia Regul. Observ. Definitor suæ provinciæ, Cœnobii Alverniæ pluries moderator, ac Ordinis sui Procurator, humanioribus literis etiam delectatus nonnulla scripsit, quæ leguntur, ut

Capitulum de Vita, et stigmatibus S. Francisci versu vulgari, italicoque in *libro Carminum sacrorum* Silvestri Puppiensis ejusdem Instituti Regul. an. 1606. Florentiæ vulgato. Obiit in Monte Alverniæ an. 1568., cum extitisset *concionator* tota Italia celeber, ut refert Augustinus Milius in Dialogo Montis Alverniæ lib. 3. cap. 4., et Anton. Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 2. Gloriæ Clusentini pag. 65.

MMCDXIII.

JOANNES STOBNICENSIS Polonus primum Doctoris lauream an. 1494. in Academia Cracoviensi consecutus, quadriennio post in eadem Academia munus primarii Lectoris Philosophiæ obtinuit: exinde seculo relicto, Institutum S. Francisci Min. Observ. suscepit, ubi cum multis annis docuisset, sui *magistri Michaelis Parisien. Philosophiæ Professoris*

Scripta ad mentem Scoti typis edi curavit.

Parvulus Philosophiæ naturalis cum expositione textuali, ac dubiorum magis necessariorum dissolutione ad intentionem Scoti congesta in Studio Cracoviensi a Joanne Stobnicensi artium Magistro, impres. Cracoviæ anno 1507. in 4. parvo impensis Domini Joannis Haller civis Cracoviensis, cujus in libri initio *Thomas Posnaniensis* adjecit decastichon de *excellenti Philosophiæ utilitate:* et videtur 2. editio ex epistola nuncupatoria autoris. Extat liber Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaventuræ Min. Conv.

Quæstiones in universa Philosophia subtilissimas scripsit, quas *Thomas Posnaniensis* ejus discipulus ad mentem etiam Scoti simpliciter conclusit; ut ex Simone Starovolscio de Scriptor. Polon. n. 32. perhibet ipse Waddingus in Annal. Min. ad an. 1499. num. 23.

Elogium a Jacobo Vitellio ei positum versibus refert cit. Starovolscius; de eoque et Joan. a S. Anton. to. 2.

Questiones veteris ac nove logice cum resolutione textus aristotelis clarissima ad intentionem doctoris Scoti, auctore Michaele

Digitized by Google

chaele Parisiensi, edidit, fortasse nondum Minorita, in civitate Cracoviensi impensis Joannis Haller a. 1508 in 4 ex Catalogo Musei Britannici).

Parvulus philosophiæ naturalis cum expositione... congesta a Joa. Stobnicensi prodiit etiam: Cracoviæ Impensis... Joannis Haller per Florianum Unglerium a. 1513 in 4; Basileæ ex Ædibus Adæ Petri. Mense Septembri a. MDXVI. in 4; Cracoviæ impensis Joa. Haller a. D. 1517 in 4. Cf. Panzer, Annales typographici, VI, 455, 55; 198, 172; 558, 83. Ex epistola nuncupatoria editionis anni 1507, cuius exemplar iam Collegii S. Bonaventuræ vidi Romæ in bibliotheca Nationali, non colligitur huiusmodi expositionem, quam auctor vocat *primitias laborum nostrorum*, fuisse iam typis editam, sed manuscriptam a pluribus iam adhibitam, deinde, utpote depravatam vicio scriptorum in plerisque locis, revisam de novo ac castigatam et impressam.

Introductio (Joannis de Stobnicza artium magistri) *in Claudii Ptolomæi Cosmographiam: cum longitudinibus et latitudinibus regionum.* Cracoviæ per Florianum Unglerium, s. a. in 4, et MCCCCCXII in 4; Cracoviæ per Hieronymum Vietorem MDXIX, in 4. (Panzer, op. cit., VI. 481, 283; 454, 48; 461, 110).

Historia totius vitæ et passionis Domini nostri Jesu Christi. Ex quatuor Evangeliis collecta a Fratre Joanne de Stobnicza Ordinis Minorum de observantia. Regia in Civitate Cracovia:... opera et impensis... Joannis Haller... MDXXIII. in 4; ibidem, opera eiusdem, MDXXV. in 4. (Panzer, op. cit., VI. 466, 146; 467, 160).

Leonardi Aretini in moralem disciplinam introductio, familiari Joannis de Stobnicza commentario explanata. Cracoviæ impensis Joannis Haller, 1511, in 4 (in Museo Britannico; cf. Panzer, op. cit., VI. 453-38). Sed probabiliter hic commentarius nostri auctoris non est, quum Simon Starovolscius, Scriptorum polonicorum Hecatontas, Francofurti 1625, n. XXXII, pag. 54, hæc habeat: *Nota fuisse et alterum Stobnicensem in Academia Medicinæ Doctorem, qui in Moralem Philosophiam Commentarios reliquit.*

Ab eodem Starovolscio Thomæ Posnaniensi tribuuntur (ibidem) quædam scripta in philosophiam naturalem, similiter cum subtili schola conclusa, non autem *Quæstiones in universam philosophiam.*

MMCDXIV.

JOANNES STOMMELIUS ita dictus a *Stommel* oppido ducatus Juliacensis non procul a Rheno fluvio, provinciæ Coloniensis Min. Conv. alumnus, ac bonarum literarum cultor egregius scripsit

Orationes varias latinas, et elegantes, inter quas illam ab eo in patria habitam incip. *Quod veteribus illis* etc. *adversum Paulum Jovium pro Jo: Scoti morte,* teste Petro Rodulphio lib. 3. in *Jo: Duns Scoto,* qui et scribit, eum Bononiæ auditorem habuisse circa annum 1570.; de eoque et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1308. num. 70.

MMCDXV. 1260.

JOANNES A SYDERNO = Calaber, de quo Dionysius Genuen., et Joan. a S. Anton. secuti Waddingum.

MMCDXVI.

JOANNES DE SYLVA Hispanus prov. Castellæ Reg. Observ. eruditus concionator, et Regius Confessarius vulgavit

De recta administratione temporali, ac spirituali Indiarum. Matriti 1621. in fol. apud Viduam Ferdinandi Correa.

De prædicatione evangelica inter Indos. Ibidem 1613. in fol. typis Regiis ex Joan. a S. Anton. to. 1. et 3. in append.

Apud Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia.... Sanfrancescana, p. 570, n. 690 primum opus ita refertur:

Advertencias importantes acerca del buen gobierno y administracion de las Indias, assi en lo espiritual como en lo temporal. Repartidas en tres memoriales informaciones, dadas en diferentes tiempos a su Magestad y Real Consejo de Indias. Por el Padre Fr. Juan de Silva, Confessor del Palacio Real, Predicador de la Orden Serafica Nuestro Padre San Francisco de la Provincia de Castilla, Conventual de Madrid. Año de 1631. En Madrid. Por la Viuda de Fernando Correa Montenegro.

MMCDXVII.

IOANNES SINTHEN, ut mihi videtur, Germanus natione, et provinciæ superioris Germaniæ, seu Argentinæ scripsit *librum Grammaticalem,* nempe

Glossam super 1. *et* 2. *partem Magistri Alexandri* (scilicet *de Villa Dei*). Argentinæ an. 1599. in 8., teste Joan. a S. Anton. pag. 222., qui et addit, se illum vidisse in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ; sed forte legendum 1499.

Hic auctor non fuit Ordinis Minorum, sed ex Fratribus vitæ communis. Cf. Allgemeine Deutsche Biographie, 34 Bd., Leipzig 1892, p. 408, et Paquot, Mémoires pour servir à l'histoire littéraire des dix-sept provinces des Pays-Bas, II (edit. in fol.), p. 588. Plerasque editiones eius glossæ in Alexandrum de Villa Dei recenset Theod. Reichling in Das Doctrinale des Alexander de Villa Dei, Berlin 1893, sed in nulla earum eius Institutum indicatur.

MMCDXVIII.

JOANNES A TALIACOTIO Aprutii oppido Reg. Observ. S. Joannis a Capistrano socius, quem commendavit suis literis Angelus Reatinus Episcopus apud Amandum Hermannum in Capistrano Triumphante fol. 649., scripsit

Historiam longam, et exactam de morte ejusdem S. Joannis Capistran., cui præsens fuit, per modum *epistolæ ad B. Jacobum de Marchia* an. 1461. datæ, quam refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1456. num. 81. et seqq. usque ad num. 91.

Historiam, seu Relationem victoriæ de Turcis apud Belgradum divinitus obtentæ opera S. Joannis Capistran. jussu ejusdem B. Jacobi Piceni se quoque scripsisse indicat ipse sub initium superioris *Historiæ,* seu *Relationis* de morte memorati S. Joannis Capistran. De hoc agit et Joan. a S. Anton. to. 2.

Victoriæ mirabilis divinitus de Turcis habitæ (1456) series descripta per Fr. Joannem de Tagliacotio. Quaracchi, Tipogr. S. Bonaventura, 1907, in 16. Est epistola ad S. Jacobum Picenum data ex Utino die 21 Julii 1460, prodiitque cura Leon. Lemmens O. F. M.

MMCDXVIII bis.

JOANNES TANCREDI a Colle Minor. Convent. sac. Theol. Doctor, primum suæ provinciæ Hetruriæ, dehinc totius Ordinis an. 1568. General. Minister, Cosmo I. magno Duci acceptissimus, scripsit

Quadragesimales conciones mss. in Biblioth. S. Franc. Collis.

MMCDXIX.

JOANNES A TERRANOVA in Calabria Ord. min. Capuccin. concionator scripsit idiomate italico Opusculum

De origine, et principiis suæ Congregationis Capuccin. an. 1571. in Sicilia impressum, quo usus est Papebrochius in prævio Comment. ad Vitam *B. Felicis* Capuccini to. 4. Maii die 18. Act. SS. Bolland., illudque latine factum pro appendice ad Vitam *Beati* publicavit.

Obiit Galatri an. 1573. ætatis suæ 70. ex Boverio in Annal. Capuccin. ad eum an. num. 4., qui tradit floruisse ea pietatis, ac religionis opinione, ut prophetiæ dono illustratus occubuerit sanctitatis fama,

Digitized by Google

fama, et miraculis pluribus a Deo decoratus: sed eum quidquam scripsisse non commemorat. Videatur Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

Idem ac Joannes Romæus, de quo supra. Natus est ineunte sæc. XVI, et ab Observantibus ad Capuccinos transiit a. 1532. Opusculum *De origine et principiis Congregationis Capuccinorum usque ad a. 1571*, pars *Historiæ PP. Capuccinorum provinciarum Piceni et Calabriæ*, quæ periisse videtur, recusum est a. 1907 in Analectis Capuccinorum, vol. XXIII, italice et latine ex Silv. Maruli seu Maurolico (Historia sagra intitolata Mare Oceano di tutte le Religioni del Mondo. Messina 1613, pp. 875-93) et Papebrochio.

MMCDXX. 1261.

JOANNES TERRONES = Regul. Observ. scripsit vernacule ex Joan. a S. Anton., et autore Chron. illius provinciæ pag. 125. Non video, cur idem Jo: a S. Anton. to. 2. hunc diversum faciat ab alio *Joanne Terrones*, quem appellat *prov. Granatensis*, et typis dedisse ait

Concionem de Immaculata Conceptione V. M. Granatæ an. 1616. in 4. apud Martinum Fernandez ex Marracio in Biblioth. Mariana, et Petro de Alva in Militia. Ego quippe unum, eumdemque esse censeo.

MMCDXXI.

JOANNES TERTIUS Bergomensis Min. Conv. sac. Theol. Magister in Ticinensi Gymnasio publicus Theologiæ Professor extitit, quo munere Tridentino Concilio interfuisse legitur, eoque etiam bis legatus asseritur, semel a Mediolanensi Senatu, et iterum ab Episcopo Bergomensi N. Cornelio, cujus Theologus, et a sacris Confessionibus erat: suæ provinciæ *Minister* erat an. 1549., et 1550., et anno 1563. Commissarius Generalis; sed et in Regesto *Vicarii Generalis* sui Ordinis *Felicis Peretti* sub an. 1566. die 10. Junii legimus ei potestatem esse factam commorandi extra claustra, et legendi Theologiam Bergomi ad preces Domini Episcopi Friderici Cornelii. Decessit autem ex hac vita an. 1572. in patria funebri oratione laudatus, relictis sui ingenii monumentis, quæ in majori suæ patriæ Ecclesia exposuerat, quæque mss. asservari prodit Donatus Calvus in Scœna Liter. Bergom. par. 1. Errat Joan. a S. Anton. to. 2., cum ait, obiisse *Mediolani*, et *Opera* ejus edita fuisse. Sunt autem

Declaratio libri Proverbiorum cum sermonibus ad mores accomodatis.

Expositio libri Ecclesiastici.

Sermones super Ecclesiasticum italice habiti Bergomi in primario Templo.

Libri Job, et Tobiæ illustrati.

Casuum conscientiæ decisiones juxta ea, quæ passim Confessariis occurrunt, latine in majori Ecclesia Bergomensi habitæ.

Fragmenta in Apocalypsim.

Micæ, quæ cadunt de mensa Domini, hoc est de Eucharistico mysterio ponderationes.

De eo agit Nicolaus Comnenus lib. 3. cap. 21. tomo 1. Historiæ Gymnasii Patavini, et Marius Mutius par. 3. Fratrem germanum *Augustinum* nomine ejusdem Instituti Regul. habuit celebrem verbi Dei *prædicatorem*, ad quem scripsit Petrus Aretinus epist. lib. 6. *prædicatori Tertio* Venetiis data anno 1554., cujus cum laude meminit cit. Calvus. Ejusdem gentis, et Instituti extitit et P. M. *Joseph* præceptor P. M. Matthæi Ferchii in Logica, ut ipse Ferchius testatur in Vita Jo. Scoti cap. 5. num. 13., et vivit nunc P. M. *Alexander* virtutum suorum gentilium magnus æmulator, de quo in *Continuatione*. De *Hieronymo Tertio* insigni Theologo suo loco dictum est. P. M. *Marcus Tertius* Parochus S. Euphemiæ, et familiaris S. Caroli Borromæi fuit, qui in illius cubiculo habitavit, dum anno 1575. Visitatoris Apostolici munere fungeretur.

MMCDXXII. 1262.

JOANNES TISSERANDUS = memoratur a Genebrardo in Chronico ad an. 1492. inter Scriptores Eccles., et *Tesseranum* dicit: extitisse autem eum a consiliis, sacrisque Confessionibus Annæ Galliarum Reginæ, et anno 1494. Lugduni diem obiisse tradit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum; quo quidem anno Parisiis initium cœpisse *Ordinem Pœnitentium Mulierum* ex prostitutis in honorem S. Mariæ Magdalenæ prædicationibus Fratris Joannis Tisserandi literis mandarunt Til., et Genebr. in Chronicis apud Spondanum in Continuat. ad eum an. num. 13., qua de re Abbavillæus par. 3. Biblioth. concionat. cap. 76. scribit: *Enituit potissimum, cum exaltaret vocem suam quasi tuba cœlestis, ut facinorosos quosque, et plures mulieres ad libidinem prostitutas ad pœnitentiam converteret: cujus insigne est testimonium, quod anno* 1495., *quo maxime vigebat fama concionum ipsius, novus Ordo Mulierum Pœnitentium Parisiis institutus est.* De eo in Memoriali Ord. Min. apud Firmam. 3. Ord. sub 37. Ministro Generali; in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 7. cap. 29., ubi dicitur *Doctor Parisiensis;* Arturus ad diem 7. Augusti §. 7., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Legenda, seu *Historia de SS. Martyribus Marochiorum* vulgata est a Jo. Bollando to. 2. Januarii ad diem 16. ex ms. Cœnobii Corandocani Canon. Regul. Scripsit quoque

Adventuale, seu *conciones* tempore *Adventus Domini*, quæ editæ fuerunt Parisiis anno 1517. in 4. typis Petri Vidoue cura, et studio *Fr. Petri a Monte* docti Minoritæ, qui in laudem autoris nobile addidit *epigramma*. Ejusdem *sermones* 5. excusi leguntur a fol. 994. Operis inscripti: *Monumenta antiqua Seraphica* Petri de Alva, et ex ejus concionibus Adventualibus nonnullas adducit Abbavillæus loco cit.

Sensuyt une tres belle salutation faicte sur les sept festes de Nostre Dame, laquelle lon chainte au salut a sainct innocent a Paris. Et la fist et composa frere Jehan Tissarrant, avec lalelluya du iour de pasques, et auecques ce les Graces a Dieu en françois. [Lyon, Symphorien Champier, c. 1530], foll. 8 in 4. Ex Brunet, Manuel du libraire. Supplément, II, Paris 1880, col. 771. Eamdem vel similem editionem indicat L. Delisle in Bibliothèque de l'École des chartes, LXI pp. 595-96. Cf. Perennès, Dictionnaire de bibliogr. cath., II, col. 591.

S'ensuit le dicté en françois de frère Jehan Tisserant, docteur et frère mineur de l'ordre de l' Observance, lequel il fait chanter à son sermon. Absque ulla nota; foll. 4 in 8. Aliam eiusdem fortasse opusculi editionem (Paris, Guillaume Guerson de Villelongue, s. a. sed ex. sæc. XV, foll. 4 in 8) refert A. Claudin, Histoire de l'imprimerie en France, II, 559-60.

Eidem fortasse debentur carmina spiritualia sequentia:

Devote contemplation exitant à la crainte de Dieu moult utile et propice à ung chacun pecheur voulant penser de son salut, laquelle chantent les filles repenties à Paris par devotion. Paris par Guillaume Guerson de Villelongue, sine anno sed exeunte sæc. XV, foll. 4 in 8.

Sensuiuent les noelz tresexcelens et contemplatifz les quelz chantent les filles rendues par deuotion. Paris par Guill. Guerson de Villelongue, s. a. (ex. sæc. XV), foll. 4 in 8. Cf. Catalogue de la biblioth. du baron James de Rothschild, I, pp. 645-46, nn. 1015-16; Bibliothèque de l'École des chartes, LXII, pp. 719-20; Claudin, op. cit., pp. 327-28.

MMCDXXIII.

Digitized by Google

MMCDXXIII. 1263.

JOANNES TISSINGTONUS = de quo Pitseus, et autor Hist. Universit. Oxonien. to. 1. lib. 1. pag. 76. præter nostros; eius

Confessio contra Wicklefum extat ms. inter codd. mss. Biblioth. Bodlejanæ to. 1. fol. 174. in Fasciculo zizaniorum Jo: Wickleff cum tritico num. 5., teste Oudino to. 3. Comment. ad. an. 1400. in *Thoma Nettero Waldensi.*

Confessio contra confessionem Johannis Wiclif, unicum opus quod Lelandus ei tribuit et quod eius invenitur, idem procul dubio est quod *Scutum pro eucharistiæ defensione* seu *assertio de sacramento altaris.* Extat ms. Cantabrigiæ in Collegio Corporis Christi n. 331, cum hac subscriptione: *Explicit confessio magistri et fratris Johannis Tassyngton de ordine Minorum et S. T. doctoris, quam edidit, et in scholis, fratrum minorum Oxoniis determinando promulgavit... A. D. 1381;* reperitur etiam in biblioth. Bodleiana, ms. Bodl. 703 et Arch. Seld. B. 26, atque alibi; impressa autem in « Fasciculi zizaniorum magistri Johannis Wyclif, cum tritico. Ascribed to Thomas Netter of Walden... Edited by Walter Waddington Shirley. London 1858, pp. 138-180. Cf. A. G. Little, The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, p. 251.

MMCDXXIV.

JOANNES DE TOMANIS a Lucarno provinciæ Mediolanen. Minor. Conv. sac. Theolo. Magister Romæ publicus Theologiæ Professor, a Clemente VII. Pœnitentiarii Apostolici munere, aliisque donis cohonestatus obiit Comi an. 1540., cum edidisset *multa* præclara suæ doctrinæ *monumenta,* inquit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 23. ex Ballarino in Hist. Comen.; sed quæ fuerint, non edisserit.

MMCDXXIV bis.

JOANNES DE TONSIS filius Laurentii a S. Marino Picenus Minor. Conventual. sac. Theol. Magister anno 1422. scripsit

Statuta Collegii Theologici Florentini, cuius erat Decanus, adhuc mss.

Anno 1445. die XI. Aprilis successit in Episcopatu Fanensi Fr. Joanni de Serravalle, de quo supra, ex Chronico Ariminen. to. 15. Rer. Ital. Scriptorum.

* JOANNES DE TORQUEMADA Hispanus = V. *Joannes a Turrecremata.*

MMCDXXV. 1264.

JOANNES E TREVIO = sac. Theologiæ Magister provinciæ S. Francisci, Umbriæque Minister, et in Siciliæ regno *Vicarius Generalis Mare magnum* (forsan illud Sixti IV.) imprimi curavit ex Rodulphio lib. 3. Obiisse autem eum *Suessæ*, error est Willoti, a quo Possevinus, et Waddingus acceperunt, ex male intellecto Rodulphio, qui ibi in *Jo: de Trevio* non hunc, sed *Decium Nolanum Vicarium Generalem in provinciis regalibus* habet obiisse Suessæ: sicut et error est Abbatis Picinelli, in Athenæo Liter. Mediolan. asserentis hunc e *Trivilio* agri Mediolanensis oppido fuisse, cum fuerit *ex Trebio,* vulgo *Trevi,* unde *Trebiates* Plinii lib. 3. cap. 14. in Umbria.

Orationem aliam de veri Messiæ adventu incip. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Dominica die 2. Adventus Domini an. 1472. VIII. idus Decembris habuit coram Sixto IV., quam una cum duabus aliis excusam Romæ in 4. vidi Bononiæ in Biblioth. S. Franc. Min. Conv.

Orationes *de animarum immortalitate* et *de humana felicitate* simul impressæ sunt in domo Johannis Philippi de Lignamine a. 1473 d. 23 Decembris, sed separatim a quocumque alio opere. Oratio *de veri Messiæ adventu* impressa est (in fol., non in 4) in eiusdem domo anno secundo pontificatus Sixti IV, igitur ante d. 10 Augusti 1473.

Nullum Chrysostomi opus indicant recentiores et potiores bibliographi, quod a Jo. Phil. de Lignamine impressum sit. Orationes vigintiquinque, de quibus Waddingus, prodierunt quinquies sæc. XV: sine ulla nota, char. rom., in 4 et in fol., Romæ per Georgium Lauer, verisimiliter a. 1470 (Hain, Répert. bibliogr., 5039); pariter sine ulla nota, absque interpretis epistola et cum aliis opusculis, in fol., Coloniæ per Ulricum Zell (Hain, 5041); sine loco, sed Bononiæ, ex officina Baldasaris Azzoguidi 1475 die duodecimo Maii in 4 (Hain, 5043); sine ulla nota, 42 foll. in fol., Esslingæ per Conradum Fyner c. 1483 (Hain, 5042); sine ulla nota cum signaturis in fol. Coloniæ per Johannem Kœlhoff c. 1487 (Hain, 5040). In nulla harum editionum innuitur ut interpres Joannes de Trevio, quinimo in ultima titulus iis sermonibus præmittitur, in quo dicuntur per *Christophorum Personam priorem S. Balbinæ* nuper e græco in latinum traducti; qui titulus legitur etiam ms. in exemplari primæ editionis in bibliotheca Casanatensi extante (Inc. 223), atque, iudice J. B. Audiffredo (Catalogus edit. roman. sæc. XV, p. 360), uti apparet, sub ipsum libri exortum rubricato. Neque Joanni de Trevio stilus favet, quum ab eiusdem orationum stilo satis diversus videatur.

In exordio orationis de veri Messiæ adventu Joannes de Sixto IV loquens ait: *cuius aureo divinæ sapientiæ fonte aliquando et nos fuimus irrigati,* et in exordio orationis de animarum immortalitate ad eumdem dicit: *pauca de iis quæ te præceptore ex tuo sapientissimo pectore delibavimus;* hinc apparet eum Sixti IV discipulum fuisse.

MMCDXXVI.

JOANNIS TRIGOSUS Hispanus, ut videtur, prov. Aragoniæ, frater forsan, vel consanguineus Fr. Petri Trigosi Capuccini, edidit

Seminarium rerum prædicabilium ex S. Bonaventura. Parisiis 1613. in 12., testibus Fr. Petro de Alva col. 840. Militiæ, et Joanne a S. Antonio to. 2.

MMCDXXVII. 1265.

JOANNES A TRINITATE = in oppido Calzadæ diœcesis Abulensis ortus prov. S. Gabrielis Discalc. in Extremadura bis Minister, Commissarius, Visitator provinciarum Carthagin., Angelorum, SS. Jacobi, Josephi, et Pauli, et Algarbiorum in regno Lusitaniæ: obiit an. 1645. die 29. Septembris ex Joan. a S. Anton. to. 2., ejusque liber

De transformatione animæ in Deum super caput 8. *Canticorum* prodiit an. 1633. in 8. Ulyssipone typis Laurentii Craebeck.

Chronica provinciæ S. Gabrielis. Hispali an. 1652. in-fol. Eius *Chronicon* citat autor vitæ S. Petri de Alcantara Joan. a S. Bernardo lib. 7. cap. 31., et lib. I. cap. 38. sicut et cap. 16 ejusdem libri, ac lib. 2. cap. 7.

Apologias duas pro Discalceatis hispanice confecit, quæ prodierunt in 4., quarum primæ meminit Antonius Truxillo to. 2. Chron. prov. S. Gabrielis lib. 8. cap. 24.

Apologiam pro vera filiatione S. Petri de Alcantara impress. in 4., de qua Martinus a S. Joseph to. 2. Chron. prov. S. Joseph in fine.

Opuscula apologetica alia extant in Archivo suæ provinciæ, et in Bibliotheca Conventus Dominæ nostræ de Antigua.

Triumphus Catholicæ Religionis contra Judæorum defensores impressus sub nomine cujusdam Minoritæ *Hispani ex Discalceatis provinciæ S. Joseph* tribuitur *Fr. Joanni a SS. Trinitate Valdepenas* ex Joan. a S. Anton. in Append. to. 3. num.

Digitized by Google

num. 33. *Anonym.*, cujus ait *plura Opera* inedita haberi in Tuscia in Conventu S. Petri de Alcantara *de la Ambrosiana,* et in his agi de impressione Operis egregii prænotati: *Summarium vitæ christianæ.*

MMCDXXVIII. 1266.

JOANNES A TURRECREMATA = Hispanus prov. S. Evangelii in America Regul. Observ. Minister composuit hispano sermone

Monarchiam Indiarum in XXII. *libros, et tres tomos in fol. distributam* etc. Hispali an. 1605. per Matthiam Clavijo, et nuper Matriti ex Joan. a S. Anton. to. 2. Waddingus ait impress. an. 1615.

Vitam V. Fr. Sebastiani de Apparitio ejusdem Ordinis. Tlatiluci 1600. in Collegio S. Jacobi typis Didaci Lopez Avalco, mox Hispali 1605. in 8. ex Joan. a S. Anton.

De eo Nicolaus Anton., et Vetancurt in Catalogo AA. prædictæ provinciæ.

Monarchia Indiarum non est impressa Hispali a. 1605, neque in XXII libros dividitur. Ecce titulus secundæ et ultimæ editionis, ab Andrea Gonzalez Barcia castigatæ, atque, ut ex foliis liminaribus videtur, non ante a. 1725 in lucem emissæ: Primera (Segunda, Tercera) parte de los veinte i un libros rituales i monarchia Indiana, con el origen y guerras de los Indios Ocidentales, de sus Poblaçones, Descubrimiento, Conquista, Conuersion, y otras cosas marauillosas de la miesma tierra distribuydos en tres tomos. En Madrid en la oficina de Nicolas Rodriguez Franco 1723, voll. 3 in fol.

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, pp. 595-596.

MMCDXXIX. 1267.

JOANNES A TURRIBUS = cujus

Comment. in 3. Regulam S. Francisci una cum sacris colloquiis prodierunt Matriti an. 1631. typis Regni; estque 2. editio. *Joannes de Torres in practicis exhortationibus super 3. Regulam S. Francisci* citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 19. Novembr. §. 3., eumdemque puto cum *Joanne a Turribus;* qui edidit etiam

Expositionem doctrinæ christianæ justa editionem Matriten. an. 1623. in 8. apud Thomam Juncti ex Joan. a S. Anton., qui carpit Nicolaum Antonium alteri *Joanni Tertiario Franciscano* hanc *Expositionem* in Bibliotheca Hispan. tribuentem; extatque a fol. 135. *Comment. in 3. Regulam* ex eodem Joan. a S. Anton.

Librum sub titulo: *Esca animæ.* Matriti an. 1625. in 16. typis Theresiæ Juncti; estque septima editio.

Vitam S. Elisabeth Reginæ Lusitaniæ. Ibidem anno eodem 1625. in 8. vernacule ex Regia Typographia.

Tertiam partem Abecedarii spiritualis Fr. Francisci de Ossuna Hispani ejusdem Instituti publicavit Matriti an. 1638. in 4. typis Regiis, spem faciens novæ editionis totius *Abecedarii,* teste cit. Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 417. in *Francisco de Ossuna.*

MMCDXXX. 1268.

JOANNES TYTHLESHALE = ante Possevinum, et Pitseum Petrus Lucius Carmelitana in Bibliotheca hunc dixit *Carmelitam,* citatque Indicem Jacobi de Plebe Ordinis Servorum; eumdem Jacobum Servitam citat et Possevinus in Appar. sac., et tamen hunc *Minoritam* appellat; et uterque scribit claruisse an. 1534. cum errore: quare nullus dubito, quin Jacobus ille Plebanus a Lucio, et Pitseo secutus erraverit etiam in Instituto Regulari, cum videam, neque Trithemium, neque Speculi Carmel. autorem, neque Fornarium Carmelitam in Anno memor. Carmel. hunc inter suos enumerare. Joan. tamen a S. Anton. to. 2. hunc prætermisit.

Præter Cosmam de Villiers a S. Stephano (Bibliotheca Carmelitana, Aurelianis 1752, II col. 126), Thomam Tannerum (Bibliotheca Britannico-Hibernica, Londini 1748, p. 730), Jo. Alb. Fabricium (Bibliotheca latina mediæ et infimæ ætatis, Florentiæ 1858, t. IV p. 431). Jo. Bapt. Lezanam (Annales Ord. Carm., Romæ 1645, IV p. 610), Sixtum Senensem (Bibliotheca sancta, Neapoli 1742, I p. 424), Jo. Baleum (Scriptorum illustrium maioris Brytanniæ Catalogus, Basileæ 1559, par. I, p. 433), eum *Carmelitam* dicunt Jo. Lelandus e vita defunctus a. 1552 (De scriptoribus britannicis, Oxonii 1709, II p. 361, cap. CCCXCIII), Arn. Bostius carmelita qui scripsit a. 1475 (De illustribus viris Ord. B. V. M. de monte Carmeli, in Speculo Carmelitano Danielis a Virg. Maria, Antuerpiæ 1680, II p. 893), Jo. Grossus carmelita, cuius mors refertur ad a. 1437 (Viridarium Ord. B. V. M. de monte Carmelo, ibid. I p. 143 numer. 2ᵃᵉ, et in Speculo Ord. Carm. Jo. Riboti edit. a. 1507 folio 104 recto), ipse denique Trithemius (De scriptoribus ecclesiasticis, Basileæ 1494, fol. 90 verso; De ortu et progressu ac viris illustribus Ord. V. M. de Monte Carmelo, Coloniæ Agr., 1643, p. 83). Quoad Possevinum, is in Apparatu sacro (Venetiis 1606, II p. 252) ad v. *Joannes Tacesfale* de eodem scriptore tamquam diverso agit eumque *Carmelitam* dicit ex Trithemio.

* JOANNES VALENSIS, seu Vallensis. al. de Wallia = V. *Joannes Guallensis.*

MMCDXXXI.

JOANNES VALENTINUS Hispanus provinciæ Aragoniæ an. 1480. florebat, ediditque

Doctrinale salutis, teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad eum an. num. 12. De eo et Joan. a S. Anton. to. 2., sed errat, dum citat Waddingum ad an. 1440.

MMCDXXXII. 1269.

JOANNES VALLONUS = non *Vallo* Reg. Observ. Lector Generalis in Cœnobio Neapolitano, a Joanne a S. Anton. to. 2. dicitur Definitor Generalis apud Conventuales electus anno 1535. ex Bonaventura Fassano de Memorabil. Minoritis provinciæ S. Nicolai par. 2. cap. 3. §. 10.; sed cum in editione prima a me inspecta dicatur *Reg. Observ.,* crediderim ad hos a Conventualibus transiisse. Opus suum inscriptum

Lectura Joannis Vallonis a Juvenatio etc. *super formalitates Scoti compilatas per Antonium Syretti* dicavit Herculi Gonzagæ Card. Mantuano; vulgavitque primum Neapoli 1533. in fol. per Mag. Matthæum Brixiensem, quæ editio extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum; postmodum Venetiis an. 1566. in fol. typis Hieronymi Scoti, quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; deinde Perusii an. 1570. in 8. operâ *Fr. Constantii a Sarnano* Min. Conv. ad Felicem Card. Perettum missa, quam editionem vidi in nostra Bononien. S. Francisci Bibliotheca, et tandem Parisiis an. 1585. in 8. cura *Fr. Joannis Barraud* Minoritæ Galli typis Gulielmi Bichonii ex cit. Jo: a S. Anton. to. 2.

Summam de regimine vitæ humanæ non Joannes Vallonus, ut vult Waddingus, eumque secutus Joannes a S. Anton., sed *Joannes Wallensis,* seu *Guallensis* composuit, ut supra in *Joanne Guallensi* seniore ostensum est; nam *Joannes Vallonus* scribebat

Digitized by Google

bebat anno 1565. Memorat hunc Rodulphius lib. 2. fol. 278. in prov. S. Nicolai, et Custodia Barolitana, sed inter Min. Conv.

Alius *Joannes a Vallono* Lector Salernitanus Ord. Min. vivebat an. 1331. a Rege Roberto datus socius Landulpho Caracciolo Archiepiscopo Amalphitano ex Annal. Min. ad eum an. num. 6.

Editio veneta a. 1566 primæ simillima videtur, si excipiantur paucæ notulæ summarii instar eius marginibus appositæ. Editio perusina indice rerum notabilium aucta est marginibusque nonnullis ex fonte Scotistarum excerptis, per Fr. Constantium Sarnanum Ord. Min. Conv. summa diligentia recognitis atque in lucem editis. Editio florentina perusinæ similis *Lecturam* exhibet a Didaco Valades emendatam, non autem saltem quoad maiorem partem, ut neque præcedentes, textum Syrecti. Hic editione parisiensi continetur, in qua dicitur *Lectura* in multis ampliata nec non in præstantiorem stilum ordinemque digesta. Editionem venetam a. 1588 apud Franciscum Senensem nullibi inveni. Eo anno apud eumdem prodierunt quidem *Quinque illustrium Auctorum Formalitatum Libelli. Nempe, Antonii Syrecti, cum annotationibus Mauritij. Stephani Burlipheri. Mauritii Hibernatis. Antonij Trombetæ, et Laurentij Brixiensis;* sed hæc editio, quod etiam allato titulo declaratur, Valloni *Lecturam* non continet.

Dicitur Vallonus Regularis Observantiæ, præter quam in editione neapolitana, in veneta et in parisiensi; Minorita simpliciter in perusina; Minorita Conventualis in florentina. Ceterum ex eo quod in editione a. 1533 dicatur Regularis Observantiæ, a Bonav. autem Fassano Definitor generalis apud Conventuales a. 1535, eum ab Observantibus ad Conventuales transiisse deduci potest, non vero oppositum.

MMCDXXXIII.

JOANNES VARGAS Hispanus Regul. Observ. prov. S. Michaelis vernacule vulgavit

Orationem in exequiis D. Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ. Matriti anno 1612. in 4. per Ludovicum Sanchez ex Jo: a S. Anton. to. 2.

* JOANNES VARRO, quem hoc loco interserit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 229. ex Marraccio, Daza, et Marco Ulyssipon. apud Petrum de Alva col. 848. Militiæ, est *Gulielmus Varro,* ut notavi ibi; et ipsemet Waddingus in *Gulielmo Varrone* scribit, a Pico Mirandulano per errorem dici *Joannem.*

MMCDXXXIV.

JOANNES VASCO seculo XIV. exeunte florebat poësi, cujus

Biblia mellificata, idest versibus exposita, ac versificata anno 1395. extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 46. cod. 1425.: incipit a *primo lib. Regum* ex Jo. a S. Anton. to. 2., qui hunc habet ex Jacobo Le Long pag. 798. suæ Biblioth. sacræ; sed errat, dum ait claruisse anno 1595. Nescio, an sit ille *Vasco* autor *Chronicorum antiquorum* Ord. Min. in an. 1373. desinentium.

MMCDXXXV. 1270.

JOANNES A VEGA = de quo et Nicolaus Anton., et Didacus Cordubensis Chron. prov. XII. Apostolorum lib. 6. cap. 7., et ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

* JOANNES VERRI = V. *Joannes a Curianova,* qui idem est, etsi Joan. a S. Anton. putavit, et fecit diversos.

MMCDXXXVI. 1271.

JOANNES VIGERIUS = a *Vorragine,* al. Varagine agri Genuensis oppido dicitur in Bulla Clementis VII. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraphici sub an. 1533. num. 7., Gometii Hispani Min. Conv. Vicarii Generalis primum, mox Archiepiscopi Nazareni auditor, ut ipse fatetur in epist. ad Clementem VII. libro suo præfixa, et in altera ibidem ad Lectorem, in qua scribit se et Papiæ, et in urbe Romana plures annos publice Philosophiam docuisse; postea sui Ord. Conventualium summus Præfectus constituitur an. 1529. in Comitiis Gener. Spoleti celebratis; cum et Cæsaris Procurator extiterit ad componenda fœderis acta, pacemque procurandam, teste Rodulphio lib. 2. fol. 196.; demum anno 1534. die 19. kal. Februar. creatur Episcopus Chiensis in Ægeo a Clemente VII. ex cit. Bulla Indic. Bullarii Seraphici.

In hujus Operis laudem *epigrammata* ediderunt *Fr. Philippus Placentinus* Theologus a Secretis Ordinis, Orientisque provinciæ Minister, et *Fr. Ludovicus a Pontremulo* Theologus, Ordinisque Socius. Hujus viri agunt et Oldoinus in Athenæo Ligustico, et Jo: a S. Anton. to. 2.

Vivebat adhuc a. 1550, quo chiensem episcopatum abdicavit (Mich. Giustiniani, Gli Scrittori Liguri, par. I, Roma 1667, p. 405; Conr. Eubel, Hierarchia catholica, III, Monasterii 1910, p. 181); et videtur valde senex decessisse, quum in epistola ad lectorem a Sbaralea indicata tradat se Gometii Ulyssiponensis, qui obiit a. 1513, consuetudine usum esse annis fere viginti. In eadem epistola non scribit se Papiæ et Romæ philosophiam docuisse, sed in epistola ad Clementem VII.

MMCDXXXVII.

JOANNES VITALIS Hispanus, qui an. 1380. reperitur interfuisse Conventui in Villa Metinæ de Campo Salmanticensis diœcesis a Joanne Castellæ, Legionisque Rege convocato super exorto nuper schismate inter Urbanum VI., et Clementem VII. ex Actis apud Baluzium in Notis Papar. Avenion. to. 1. col. 1288.; jam Doctor Parisiensis an. 1390. interfuit revocationi a Fr. Joanne Nicolay Jacobita Parisiis factæ, ut apud Carolum du Plessis in Collectione judiciorum de novis erroribus to. 1. p. 2. pag. 144.; et anno 1395. erat provinciæ Castellæ Minister; memoraturque in historia Martyrii Joannis de Cetina, et Petri de Dueñas apud Marcum Ulyssipon. par. 3. Chron. S. Franc. lib. 1. cap. 12.; cum esset ecclesiastes eximius, scripsit an. 1389.

Tractatum, seu *Sermonem de Conceptione B., et gloriosæ Virginis Dei Genitricis:* incip. *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te* etc. *Magistri mei reverendi, et fratres charissimi, ut gratia almi Spiritus* etc.; qui est ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 3971. juxta Labbeum in brevi Chronologia Scriptor. Eccles.; et in cod. Thuano num. 264., teste eodem in nova Biblioth. mss. libror. par. 1. pag. 29.; ejusque meminit Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3., ubi autorem *excellentissimum Theologum* appellat.

Defensorium, seu Apologia pro immunitate V. Mariæ a peccato originali adversus Fr. Joannem de Montesono, ejusque asseclas an. 1387. contendentes, dicit Petrus de Alva, et Astorga in Armament. Seraph., et in Nodo indissolub.; et Strozza lib. de Concept. B. V. *Vitalis Defensorium* citat Daniel Meyerus an. 1510. in *Corona Doctorum* pro Immacul. Concept. V. M. præmissa quæstioni 237. Mag. Jo: de Colonia p. 176. §. *miracula;* et in 5. libros divisum editum est Lovanii an. 1665. in 4. m. operâ Fr. Petri de Alva, qui de eo agit etiam col. 852. Militiæ univ. Hoc Opus illud puto, quod Bernardinus

Digitized by Google

Bernardinus Busti appellat *tractatum de Concept.* loco supra cit.

Huius autoris mentionem fecit et Joannes Aymerici in Basileensi Concilio pro Immacul. Concept. V. Mariæ causa Procurator apud Jo. Card. Turrecremata in tract. de Verit. Concept. par. 3. cap. 4., et par. 6. cap. 28., Marraccius in append. ad Biblioth. Marian. ex Jo: Eusebio Nierenberg, Abulensis in prolegomenis sac. Script. cap. 1., et Joan. a S. Anton. to. 2. Alfonsus a Spina Hispanus Minorita autor *Fortalitii fidei* lib. 3. consid. 5. §. ad 4. argumentum citat *Jo: Vitalis Sermonem Nativitatis B. V.* incip. *O pulcherrima inter mulieres;* quem vocat *Doctorem Illuminatum;* sed incertum, an de isto, vel potius de *Vitali a Furno* Card., ut probabilius videtur, sit locutus.

Curante Petro de Alva et Astorga prodierunt Lovanii a. 1665 Joannis Vitalis et *Defensorium B. Virginis Mariæ contra Montisonistas* et *Sermo de eiusdem Conceptione.* Edita sunt in collectione « Monumenta antiqua seraphica pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ » pp. 89-165, 80-87.

MMCDXXXVIII. 1272.

JOANNES VITODURANUS = vulgo *Winterthur* in Helvetia oppido; de eoque agit Vossius lib. 3. de Hist. Latinis cap. 9., Possevinus in Appar. sac., et Hottingerus in Bibliotheca Tigurina lit. V. v. *Vitoduranus Joannes.*

Historia universalis extat ms. Tiguri in Biblioth. Universit. cod. 31. in 4., teste cit. Hottingero pag. 175., quam quidem Gulielmus Leibnitzius in *Accessionibus Historicis* to. 1. publicavit Lipsiæ anno 1698. in 4. apud Nicolaum Forsterum to. 1., sed mutilam, interpolatamque, ut nec tertiam Chronici partem contineat; de qua re legendus Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1340.; extat vulgata et Lipsiæ an. 1723. in fol. inter Scriptores medii ævi Joan. Georgii Eccardi to. 1. num. 24. Vide Acta Erudit. Lipsien. m. Martio an. 1698. Extat ms. et in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 21.

Joannis Vitodurani Chronicon a Friderico II Imperatore ad a. 1348 editum est melius quam antea in « Thesaurus historiæ helveticæ » a Jo. Conr. Füssli Tiguri a. 1735 in fol., optime autem a Georgio Wyss in Archiv. für Schweizergeschichte, XI (Zürich 1856); germanice versum dedit B. Freuler (Winterthur, 1866; in 4).

Cf. Allgemeine Deutsche Biographie, XIV, Leipzig 1881, p. 483; Lorenz O., Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter, I, Berlin 1886, pp. 67-74; Schlager Patr., Joannes Vitoduranus, in The Catholic Encyclopedia, VIII, New York (1910), p. 482.

MMCDXXXIX.

JOANNES VOGHELSANCH Batavus *Tertii Ordinis* S. Francisci vir pius, et doctus, et a sacris Confessionibus Monialium S. Claræ in urbe Montis S. Geltrudæ Bergæ, cum diu pro fide catholica ab hæreticis Geuseis in carcere detentus fuerit, circa an. 1573. scripsit patria lingua

Historiam persecutionis Catholicorum sui temporis, ut legimus ex Gonzaga par. 3., aliisque illorum temporum scriptoribus in 4. parte Chron. S. Franc. lib. 7. cap. 1.

* JOANNES UTINENSIS = V. *Joannes a Mortiliano.*

MMCDXL.

JOANNES WADLOKUS Deidonensis Scotus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis magnopere exercitatus, literarum vero elegantium progressu nemini sua tempestate secundus; ut et provinciæ suæ Minister extiterit, et Episcopatus dignitatem a Rom. Pontifice oblatam fortiter recusarit, *nullius rei cupidus, nisi divini honoris,* inquit Magnus Macolo in Continuat. Scoti Chronici apud Dempsterum Hist. Eccles. Gent. Scot. lib. 19. n. 3184., qui addit floruisse anno 1541.; sed cum lib. 12. num. 911. dicat *Magnum Macullochum,* seu *Macolocum* floruisse 1482., error alicubi cubat, et fides sit apud hos autores maxime Dempsterum, qui ait ejus ingenii monumenta relicta extitisse

In Metheora lib. 4.

De planetarum cursu, conjunctione, domibus, verisque nativitatum judiciis lib. 1.

De terræ mensura lib. 1.

De loco Paradisi lib. 1.

De maris proprietatibus lib. 1.

Magnum Mackullochum floruisse a. 1482 certum est; annis enim 1483 et 1484 Scotichronicon exscripsit pro Gulielmo Schewes archiepiscopo Sanctandreano (Ms. Harleianus 712; Dictionary of National Biography, XXXV, London 1893, p. 187). Quod autem de Joanne Wadloko aliquid dixerit vel exscripserit, ex Scotichronici editionibus curatis a Thoma Hearnio (Oxonii 1722) et Waltero Goodall (Edinburgi 1759) non apparet. Apud Mackenzie E. C. Walcott, Scoti-Monasticon (London 1874), dicitur Joannes Wadlock in conventu urbis S. Andreæ moratus esse (Études Franciscaines, XXIV, pp. 193-4); sed nescio, quum opus non viderim, utrum etiam de anno quo floruit sermo sit. Ex William Moir Bryce, The Scottish Grey Friars (Edinburgh 1909), conventus franciscanus (Minorum Observantium) urbis S. Andreæ fundatus est a. 1458 (Études Franc., ibid., p. 190).

* JOANNES WALLIUS Anglus ex Parisiensi Theologo Episcopus Wigorniensis ex Fr. Angelo de S. Francisco, Pitseo, et Harpsfeldo ponitur hoc loco tamquam scriptor *multorum librorum edit.* circa an. 1316.; verum qui ex Franciscanis fuit eo tempore Episcopus Wigorniensis, vocabatur *Gulielmus Gainesburgus* Anglus, de quo supra actum est; *Jo:* vero *Wallius* seu *Wallensis,* et *Guallensis* floruit anno 1280.; sed non fuit Episcopus Wigorniensis, et de eo actum est suo loco; cumque fuerit Cœnobii *Wigorniensis* alumnus, facile confusus est cum Gulielmo Episcopo Wigorniensi.

MMCDXLI. 1273.

JOANNES WALLNODORPIUS = *Vallendorpius* dicitur a Willoto, et Possevino provinciæ Coloniensis, ditionisque Trevirensis, qui ex Joan. a S. Anton. to. 2. *conciones plures* edidit.

Joannes Wallendorpius, Minor Conventualis, sacræ theologiæ in universitate Coloniensi doctor, defunctus Coloniæ a. 1628 die 3ª februarii. Ex Jos Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis (Coloniæ 1747), pag. 208.

MMCDXLII. 1274.

JOANNES DE WERDENA = *Werdens* dicitur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex antiquis scriptoribus insignis Philosophus, ac Theologus, ac verbi divini facundus prædicator floruisse circa an. 1440., non 1330.

Sermones de Tempore duplices incipiunt: *Induamur,* teste Trithemio.

Sermonarium

Digitized by Google

Sermonarium tit. *Dormi secure* jam typis impress. sine nomine autoris est hujus *Joannis*, teste Colvenerio to. 2. Kalend. Marian. fol. 6.; etsi Waddingus id attribuat *Matthæo Hus*, et prodiisse ait Norimbergæ an. 1486. apud Anton. Koberger. Titulum: *Dormi secure*, quo sermones prænotantur, merito cum multis sugillat Ludovicus Bail in Biblioth. concionat. V. *Matthæus Hus* infra.

Sermones de Sanctis prodierunt Lugduni an. 1488. typis Nicolai Philippi in 4. m., et post alias editiones revisi, emendati, et notis illustrati a Rodulpho Clutio Ord. Præd. cusi sunt Coloniæ an. 1612. tomis 2. ex Joan. a S. Anton. to. 2. typis Buchardi Kuicii; deinde anno 1616. typis Joan. Crithii; et 1625. in 4. typis Petri Kenningii ex Jac. Echardo to. 2. Biblioth. Ord. Prædic. pag. 468., ubi dicit *Sermones Dominicales, et de Sanctis Dormi secure* inscriptos sine nomine autoris.

Sermones Dominicales prodierunt et ipsi Lugduni an. 1488. apud HH. Simonis Vincentii in 4., in qua editione minime invenitur quædam propositio *de Conceptione S. Annæ* a non paucis sugillata, unde immerito huic autori adscribitur. Excusæ sunt postea ejus *conciones* Parisiis an. 1507. typis Jo: Barbier, et Argentinæ 1521. in fol. parvo, et alibi. Ex istis aliqua deprompsit Ludov. Bail par. 3. Biblioth. concionat. cap. 84. pag. 388., ubi per errorem hunc Hieronymianis adscribit: et perperam Dupinus sec. XIV. cum Operibus deperditis prædictos *Sermones* enumerat.

Sermones Joannis de Werdy mss. cum aliis diversorum autorum habentur in Biblioth. S. Benigni Divionen., ut asserit Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1260. in *Gilberto Tornacen.* cod. 186., si tamen est idem cum *Joanne Verdens.*

Sermones *Dormi secure* de tempore (dominicales) et de sanctis, per annum, qui titulus *Dormi secure* probabiliter auctori non debetur, quum teste Barth. Hauréau (Histoire littéraire de la France, XXIX, Paris 1885. p. 615) in mss. non inveniatur, a nonnullis Richardo Maidston carmelitæ anglo († 1396), a Waddingo Matthæo Hus Franciscano, communiter autem Joanni de Werdena attributi, iudice Sbaralea (infra sub v. Matthæus Hus) nullius Minoritæ sunt opus. At contra est testimonium Trithemii, qui in Catalogo illustrium virorum Germaniæ (Opera historica, par. I, Francofurti 1601, p. 150) ait: « Johannes de Werdena Coloniensis diœcesis ordinis fratrum minorum sancti Francisci.... Scripsit sermones de tempore et de sanctis valde notabiles, qui hodie vulgo dicuntur sermones dormi secure, eo quod sine labore quilibet prædicator in eis proficere possit. » Ob huiusmodi utilitatem sæpissime prodierunt, præsertim seculo XV, ita ut ab a. circiter 1477 ad 1500 totius operis et singularum partium 35 fere editiones a bibliographis enumerentur. Cf. Hain, Repertorium, 15955-79; Copinger, Supplement, III, 5971-78; Reichling, Appendices, I, n. 356; Panzer, Annales typographici, VI, 361. 128.; VII, 74. 59; VII, 78. 85; VII, 335. 481; VII, 507. 60; VIII, 16. 731 bis. Sermones de tempore (71) incipiunt: *Dicite filiæ Sion ecce rex tuus.... Verba ista scripta sunt originaliter Zach.* IX. *ubi dicitur exulta satis* etc.; sermones vero de sanctis (70): *Christo confixus sum cruci ad Gal.* II. *Notate charissimi. Dicit enim beatus Augustinus* etc. Eorum editiones aliquas hic subiungimus.

Totum opus prodiit: a) Argentinæ sine typographo 1487 circa festum S. Joannis Baptistæ et 1488 in die S. Marcelli papæ (4 septembris), par. 2 in fol.; — b) Lugduni per Nicolaum Philippi 1488 et 1488 die 20 augusti, par. 2 in 4; — c) Argentinæ sine typographi nota, 1489 in vigilia assumptionis b. Mariæ V., et 2ª feria post Lætare (31 martii), par. 2 in fol.; — d) Basileæ sine typographi nota, 1489 in vigilia Petri et Pauli apost., par. 2 in 4; — e) Lugduni par Matthæum Hus 1492 die 1 decembris, par. 2 in 4; — f) Hagenoæ sine typographo (per Henricum Gran), 1493 quarto idus ianuarias et sexto kalendas ianuarias, par. 2 in 8; — g) Lugduni sine typographo, 18 octobris 1495, par. 2 in 4; — h) Coloniæ impensis Henrici Quentel, 1500 quarto idus augusti et 1500, par. 2 in 4; — i) sine loci ac typographi notis (Argentinæ per Joannem Reinhardi), 1500, in die S. Barbaræ (4 decembris) et 3 augusti, par. 2 in 4; — k) Coloniæ per Henricum Quentell, 1507, par. 2 in 4; — l) Hagenoæ in officina Henrici Gran, 1509 in vigilia S. Matthæi apost. (20 septembris) et in vigilia Calisti papæ et martyris (13 octobris), par. 2 in 4; — m) Lugduni pro Jacobo Huguetan, 1511, par. 2 in 8 (Romæ in bibliotheca Angelica); etc. Ex Jac. Echardo editiones *Sermonum de sanctis* colonienses ann. 1612, 1616, 1625 etiam sermones dominicales complectuntur.

Sermones de tempore seorsim impressi sunt absque ulla nota pluries, primum fortasse Coloniæ per Conradum Winters de Homburg c. 1477 in fol. (Hain, 15957); insuper: a) sine loco et typographo (ibidem per Henricum Quentell), 1481 XVIII kal. septembris, in fol.; — b) Reutlingæ impensis Joannis Otmar, 1484, in fol.; — c) Augustæ per Hermannum Kästlin, 1485, in fol., — d) Argentinæ sine typographi nota, 1485 altera die post festum exaltationis S. Crucis (15 septembris), in fol.; — e) Norimbergæ per Antonium Koberger 1486, II nonas septembris, in fol.; — f) ibidem per eumdem, 1498 die 12 marcii, in fol.; — g) Lugduni per Dionysium de Harsy, 1523, in 8. — Editio Lugdunensis *anni 1488* apud hæredes Simonis Vincentii, a Sbaralea indicata, absque dubio non extat, quum Simon Vincentius decesserit sæc. XVI.

Sermones de sanctis separatim excusi sunt: a) absque ulla nota (Argentorati per Joannem Prüss, forte c. 1489), in fol. (Proctor, An Index, n. 565); — b) Nurembergæ per Georium (sic) Stuchs, 1489 in vigilia omnium sanctorum, in fol.; — c) ibidem per Antonium Koberger, 1494 in profesto trium regum (5 ianuarii), in fol.; — d) ibidem per eumdem, 24 novembris 1511, in fol. (Proctor, op. cit., n. 10961).

Præter sermones Dormi secure et sermonum quadragesimalium librum unum Joannem de Werdena aliqua nonnulla edidisse testatur Trithemius loco citato.

De anno autem quo floruit nec cum Waddingo nec cum Marco Ulyssiponensi alii scriptores conveniunt. Trithemius ibidem ait: « Claruit in conventu Coloniensi sub Wenceslao Imperatore Anno Domini mill. ccc. » Eum fideliter exscribit Joseph Hartzheim (Bibliotheca Coloniensis, Coloniæ 1747. p. 205), quem sequitur Victor Le Clerc (Histoire littér. de la France, XXV, Paris 1869, p. 74). Sed quum in sermone quinto de sanctis, qui est de conceptione B. Mariæ V., citentur, ut notavit Hauréau loco indicato, Aureolus, Franciscus de Maironis, Hugo de Novo Castro, auctor nequit scripsisse ante a. 1330; ceterum Waddingus in Annalibus Minorum de eo agit ad a. 1410. Hoc anno vel 1400 eum claruisse probabilius puto, et apud Trithemium errorem quoad annum, saltem in editione francofurtensi anni 1601, extare reor, quum ipse de Joanne de Werdena loquatur inter scriptores exeuntis seculi XIV, et nemo, Wenceslaus nomine, imperator fuerit a. 1300, sed utique a. 1400.

Præter auctores citatos videsis Flor. Landmann, Das Predigtwesen in Westfalen in der letzten Zeit des Mittelalters, Münster 1900, pp. 7-8; Patr. Schlager, Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner Ordensprovinz im Mittelalter, Köln 1904, pp. 165-67; R. Gruel, Geschichte der deutschen Predigt im Mittelalter, Detmold 1879, p. 478 ss.

MMCDXLIII. 1275.

JOANNES WICHINGHAMUS = nescio, an sit idem, ac *Joannes Viccamus*, quem Waddingus supra in *Gulielmo Nottinghamo* dicit in *Compendium* redegisse 4. *libros Comment. ejusdem Nottinghami Angli in Evangelia.* De eo Pitseus, et alii.

Joannes Wichinghamus idem certo non est cum Joanne Viccamo (Wickham), qui sacerdos *simpliciter* a scriptoribus dicitur, collegii Mertonensis Oxoniæ alumnus et doctor Oxoniensis. Conferantur: Jo. Baleus, Scriptorum illustrium maioris Brytanniæ Catalogus, Basileæ 1559, par. II, p. 79; Jo. Pitseus, Relationum historicarum de Rebus Anglicis to. I, Parisiis 1619, pp. 497-98; Th. Tannerus, Bibliotheca Britannico-Hibernica, Londini 1748, p. 766. Nemo franciscanus, neque Willot neque Waddingus, Joannem Wickham inter suos recenset, neque de eo agit A. G. Little in opere « The Grey Friars in Oxford ».

MMCDXLIV. 1276.

JOANNES WINCHELSÆUS = de quo agit Pitseus, Angelus a S. Francisco, et Jo: a S. Anton. to. 2., qui male ait, de eo Pisanum agere.

MMCDXLV.

Digitized by Google

MMCDXLV.

JOANNES WODNIANENSIS Bohemus, alumnus Conventus SS. Angelorum prope Orazdovich, vir pietate, literisque clarus circa an. 1470. scripsit

Dialogum de controversia Conceptionis B. V., cum *rhythmo* lingua vernacula; in quo Henricus Stravicowski magni Cancellarii filius proponit, et Fr. Joannes eruditione, ac doctrina resolvit, teste Thoma Strozza lib. de Concept. B. V., qui asserit etiam cod. ms. Crumlaviæ in Moravia in Collegio Soc. Jesu haberi, lib. 7. cap. 21.

Floruit exeunte sæculo xv (cf. Strozzi T., Controversia della Concezione della B. V. Maria, Palermo 1703, p. 413), et auctor fortasse est *Vocabularii latini bohemici* completi a. 1508 atque impressi Pilsnæ a. 1511 in 4, de quo agunt Brunet, Manuel du libraire, III, Paris 1862, col. 533, et Graesse Trésor de livres rares, VII (Supplément), Dresde 1869, p. 398.

MMCDXLVI.

JOANNES WOLFIUS Germanus Strict. Observ. Reformator, provinciæ Tiroli edidit Opus tit.

Schola meditationum vernacule, ex Felice Reineccio in Descriptione Histor. ejusdem provinciæ ms. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDXLVII. 1277.

JOANNES XIMENES = Xericensis in Betica Theologus, et suæ provinciæ tertio Minister, et fundator Congregationis S. Philippi Nerii in Valentina civitate, vir vitæ sanctimonia, ac doctrina illustris scripsit partim

Vitam B. Paschalis Baylon an. 1598. idiomate hispanico sub tit. *Chronici*, annoque 1601. Valentiæ impressam dicavit Philippo Hispaniarum Regi, ex cujus cap. 1. discimus, eum *B. Paschalis* discipulum extitisse: quæ etiam italice facta, vel ex ea plane ducta a Baretio exhibetur in 4. par. Chron. S. Franc. Venet. 1608. edita lib. 9. cap. 1. usque ad 66. Christophorus item ab Arta ejusdem Instituti, et Canonizationis prædicti Beati procurator hujus *Vitæ* aliam versionem italicam adornavit, publicavitque Romæ an. 1672; sed et Act. SS. Collect. Bollandii latine factam, perpaucis omissis, dederunt anno 1685. Antuerpiæ to. 4. Maji ad diem 17. Illud tamen *Chronicon* præter hanc *Beati* Vitam continet etiam

Vitas Fr. Alphonsi Lupi, aliorumque trium venerabilium Fratrum Discalceatorum hispan. in 7. cap. divisas ibi in dicta 4. parte Chron. lib. 10. cap. 1. et seqq.; nec non lib. 8. cap. 60. usque ad 66. nonnullorum aliorum Fratrum ejusdem provinciæ Vitas refert.

Chronica V. Fr. Antonii Sobrini, ejusque provinciæ ms.

Chronica V. Fr. Andreæ Hybernon ejusdem Instituti, de cujus Canonizatione anno 1732. agebatur, ms.

Examen casuum occurrentium in articulo mortis non hujus Joannis, sed alterius esse docet Joan. a S. Anton. to. 2.

Manuale Theologicum, et Juridicum etc. etiam alterius Joannis, de quo infra, non hujus ex cit. Joanne a S. Anton.

De oratione mentali. Valentiæ 1627. in 8. ex eodem.

Exercitia spiritualia. Ibidem anno 1622. in 16. ex eodem.

Exercitia divina Nicolai Eschii hispanice translata prodierunt etiam Hispali an. 1614. et 1621. apud Gabrielem Ramos in 16.; tandem Cæsaraugustæ 1668. typis Jo: de Ibar S. Petro Arbues nuncupata ex eodem.

Expositionem Regulæ Min. FF. hispanice, quæ typis data est etiam Barcinone 1629. in 16.

Historiam Imaginis Christi Crucifixi a Fr. Antonio Joan. Andrea a S. Joseph elaboratam correxit, et illustravit, edique curavit Valentiæ an. 1625. in 4. ex eodem.

Commentaria in Job: in Cantica: et *in Apocalypsim.* mss.

Concionum multiplicium 22. *volumina* in 4., quæ asservantur mss. in Biblioth. Conventus Montis Sion de Torrente, teste eodem.

Summam Theologicam in 1. *et* 3. *partem D. Thomæ.* ms.

Summam Theologiæ Moralis. ms.

Artem methodicam curationis animarum, in qua agit *de Sacramentis in genere,* et speciatim *de Baptismo, et Pœnitentia, de contractibus:* et *de autoritate Confessariorum* ms.

Ordinem judicialem ms.

De raptibus, et revelationibus methodo scholastica ms.

Obiit Ayoræ die 23. Februarii 1628. in regno Valentiæ ætatis suæ anno 67., et Religionis 52., de quo et Joseph Chatino in ms. Chron. illius provinciæ fol. 910., et Antonius Pañes par. 2. Chron. cap. 11.

Exercicios revelados al venerabile Nicolas Eschio. Traduzidos, y explicados por F. Juan Ximenez... Corregidos y añadidos en esta Impression. Impressos en Valencia, en casa de Juan Chrysostomo Garriz. 1617, in 16. (In Casanatensi).

MMCDXLVIII.

JOANNES XIMENO Hispanus Valentinæ provinciæ S. Joannis Baptistæ Discalc. Theologiæ Professor, magister morum, vitæque spiritualis, ac S. Officii Murciensis urbis Consultor edidit

Manuale Theologicum, et juridicum contra lupanaria a Principibus permissa. Anocæ anno 1619., vel 1629., ut habet Waddingus in superiori *Joan. Ximenez*, quem eumdem existimavit.

Examen casuum occurrentium in articulo mortis. Valentiæ anno 1636. in 8. typis Joannis Baptistæ Marzal.

Practicam regularem vernacule ms. in 4. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan.

Examen peculiarium revelationum V. M. Sor. Franciscæ Lopez a SS. Sacramento hispanice in 8.; mss. extant in Archivo prædictæ provinciæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit floruisse circa annum 1650.

Apud Jos. Rodriguez, Biblioteca Valentina (Valencia 1747), p. 594, primum opus ita refertur:

Memorial Teologico, y Juridico à los muy Ilustres Señores Jurados de la Insigne, y Noble Ciudad de Valencia, para que sus Señorias manden quiter la Casa publica. En Origuela, por Vicente Franco. 1629, in 4.

MMCDXLIX.

JOANNES YVIONIS Gallus Baccalaureus Parisiensis cum extitisset socius *B. Ademari* de Felzineo Aquitani, qui anno 1309. Figiaci gloriose ad cœlos evolavit, composuit

Vitam

Digitized by Google

Vitam prædicti B. Ademari Galli, teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad an. 1309. num. 10., et forsan ille est, de quo æqualis autor *Catalogi SS. Ordinis Minorum* ad calcem *Speculi Vitæ B. Francisci, et sociorum ejus* vulgati Ven. an. 1504. de *B. Ademario* provin. Aquitaniæ disserens ait: *sicut de his testimonium perhibuit Frater Johannes Lector Asisii anno Domini* MCCCXXXV.

In prima Annalium Minorum editione (III, 107) scriptum est Joannes *Yuiouis*, in altera (VI, 155) Joannes *Yuiovis*.

1278.

JOANNES ZAMARA = hic est *Joannes Ægidius a Zamora,* de quo supra actum est. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCDL. 1279.

JOANNES DE ZAMORA = Regul. Observ.

Cæremoniale Romanum prodiit typis Joan. Baptistæ Varesii in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Opus de Compensationibus Joanni Zamorano adscriptum, quod prodiit Lugduni anno 1676. in 4. ex Indice Bibliothecæ Josephi Renati [Imperialis], Joannes a S.Anton. to. 2. conjicit esse huius nostri Joannis.

MMCDLI. 1280.

JOANNES DE ZAYAS = Theologus Complutensis ex Joanne a S. Anton. to. 2.

MMCDLII. 1281.

JOANNES ZEITA = Ulyssiponensis Regul. Observ. Theologiæ Lector emeritus, insignisque ecclesiastes, ingenio, et doctrina clarus, totoque oris, et corporis gestu veluti ad eloquentiæ faciem contormatus singulari quadam dexteritate, et vehementia in arguendis hominum moribus utebatur, tam scholasticæ, quam dogmaticæ Theologiæ apprime gnarus, inquit Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp.: edidit autem lusitanice

Quadragesimam primam concionum in laudem Christi, et Christiparæ una cum exercitiis super Evangelia Dominicalia totius anni. Ulyssipone anno 1619. in fol. typis Petri Craesbeek.

Quadragesimam secundam concionum adventualium, et quadragesimalium. Eboræ anno 1625. in fol. per Laurentium Craesbeeck, quam in idioma castellanum vertit primo Joan. de Navaer Cisterciensis, vulgavitque Vallisoleti an. 1626.; deinde etiam Ferdinandus Camargo Augustinianus, et emisit Matriti an. 1629. in 4.

Concionem in solemni actu fidei. Eboræ an. 1624. in 4. apud Laurentium Craesbeeck.

Sermones de Christo Domino, Virgine Maria, et Sanctis, una cum 8. *concionibus de Defunctis, aliisque* 8. *de SS. Eucharistia.* Ulyssipone an. 1634. in 4. apud Craesbeeck: et castellane versos opera prædicti Camargi Augustiniani Cæsaraugustæ an. 1635. in fol.

Sermones de Sanctis Ordinis Seraphici, Apostolis, et Martyribus, adjectis x. *concionibus de sacra Eucharistia.* Ibidem an. 1635. in 4. typis ejusdem Laurentii Craesbeeck ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui refert et *elogium* ei carmine structum jam in exordio suarum concionum de Sanctis Minoritis editum. De eo agunt Petrus de Alva, et Dupinus.

Ex D. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, II, Lisboa 1747, pp. 634-35) obiit in urbe Setubal a. 1633 ætatis suæ quinquagesimo quinto.

MMCDLIII. 1282.

JOANNES DE ZELAYA = al. *de Celaja* citatur a Thoma Elysio Ord. Prædic. in *Clypeo piorum* Ven. an. 1563. excuso q. 18. art. 4., et a Thoma Strozza Soc. J. lib. *de Conceptione B. V.*: ceterum ejus *tertius Sententiar. liber* dumtaxat ab istis adducitur, neque inde duci debet, in alios *Senten. libros* eum non scripsisse. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCDLIV.

JOANNES ZUALARDO Italus ex Equitibus S. Sepulchri Tertii Ordinis, Locis sacris devote perlustratis, publicavit idiomate vulgari

Devotissimum iter Hierosolymitanum. Romæ an. 1587. in 4. apud Zanettum cum iconibus, uti testatur Joan. a S. Anton.

Fuit belga, non italus. Descriptio eius *itineris* recusa est italice Romæ a. 1595 in 8, et ab ipso auctore revisa atque versa prodiit gallice Antuerpiæ a. 1604, 1608, 1626, in 4. Editiones italicæ a. 1593, 1597, 1687 a R. Röhricht citatæ (Biblioth. geogr. Palæstinæ, Berlin 1890, p. 212) fortasse non extant. Ei debetur etiam

La description de la ville d'Ath. Ath, 1610, in 8, denuo impressa in Archives hist. et litt. du nord de la France, nouv. série, t. I.

MMCDLV.

JOANNES ZUAZO, de quo Waddingus in Syllabo Martyrum agit, vocatque *Zuara:* ejus caput Venetias allatum in Basilica S. Marci multis clarescit miraculis, inquit Joannes a S. Anton to. 2. Reliquit autem mss.

Revelationes plures ad Religionis statum declarandum pertinentes, quas publici juris fecit Boverius to. 1. Annal. Capuccin. ad an. 1543. et 1544. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Januarii §. 1., et cit. Joan. a S. Anton. par. 2. Biblioth. Min. Discalceat.

MMCDLVI.

JOANNES ZUMARRAGA Hispanus ex Durango Cantabriæ oppido etsi humilibus, honestis tamen parentibus ortus, cum per ætatem licuit, Ordinem S. Francisci Regul. Observ. in provincia Conceptionis ingressus est, in quo pietate adeo, et doctrina profecit, ut etiam suæ provinciæ *Ministri* fungi munere coactus fuerit; famâque ejus nominis ad Carolum V. Imperatorem delata, tulit ab eo *Inquisitoris* provinciæ Cantabriæ dignitatem, et anno 1528. primus Mexicanus *Episcopus* designatus, Indorumque Protector eo missus est, ubi quanta pro Christiana Religione, populorum institutione, ac juris Ecclesiastici defensione gesserit, perpessusque sit, legi possunt et apud Gonzagam par. 4., et apud Waddingum in Annal. Min. to. ult. Postmodum anno 1532. in Hispaniam ab Imper. Carolo revocatus, solemni ritu consecrationis Episcopalis munus accepit, iterumque ad Mexicanum regnum, suamque Ecclesiam amandatus post ingentia pietatis, religionis, et sanctitatis facta a Summo Pontifice anno 1548. declaratur primus Mexici *Archiepiscopus;* quo nuncio allato, paulo post ex hac vita decessit die 12. Junii; eique Ægidius Gonzalez posuit

Digitized by Google

posuit sequens *epitaphium* relatum a Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 235.

✠ « Deo Servatori. Illustrissimus Dominus Fr. « Joannes a Zumarraga natione Cantaber a Carolo « Augusto ob eximiam morum puritatem magni ha- « bitus, et ab eodem primus Episcopus, et Archi- « piscopus Mexicanus designatus, sibi creditas oves « ad semitas rite, et recte faciendas, tamquam bo- « nus pastor doctrina, et exemplo pavit; pauperi- « bus largus, sibi parcus quievit in somno pa- « cis anno ætatis LXXX. MDXXXXVIII.

Tumulatus fuit Mexici in Ecclesia Majori, ubi quoque signis a Deo fertur honoratus. Celebrat hunc virum et Marianus Florentinus apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 10., atque Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Junii §. 2., et alii. Scripsit

De Sacramento Matrimonii librum, quem typis editum fuisse refert Joseph Pamphilus Ord. Erem. S. Augustini Episc. Signinus apud Possevinum in Appar. sac. to. 2. v. *Joannes a Sumaraga,* qui perperam illum Ordinis S. Augustini facit: porro Gandulfus hunc suis Scriptoribus Augustinianis non accenset, et merito.

Doctrinam brevem christianam ad parvulorum utilitatem. Mexici 1543. in 4. typis Joannis Cromberg.

Tractatus de rebus novæ Hispaniæ scripsit, sed non vulgavit, teste Herrera ex Antonio de Leon in Biblioth. Occident. fol. 75.

Opuscula Joannis Gersonis de x. *præceptis, de Confessione, ac de arte bene moriendi* hispanice reddita publicavit ibidem 1544. in 4. eisdem typis.

Processionale Dionysii Riquel castellane versum, *nonnullis argumentis adjectis* edidit ibidem ex Relatione Cantabricen. provinciæ.

Doctrinam Christianam historica methodo efformatam a Fr. Petro Cordubensi Ord. Prædic. typis mandavit ibidem an. 1544. in 4. Jacobus Echardus tamen to. 2. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 64. huic *Petro Cordubensi* non adscribit *Doctrinam Christianam.*

Conciones quoque scripsisse reor, quas *Mexicanis* populis pluribus annis habuit, et

Epistolas ad diversos, quarum fit mentio in eius Vita; harumque una legitur apud Gonzagam par. 4., et ex eo in 4. parte Chron. S. Francisci lib. 2. cap. 8. ad Fratres suos in Comitiis Tolosanis congregatis data Mexici die 12. Junii an. 1531., qua illis edisserit Christianæ Religionis in illis partibus statum, et fructum, laboremque FF. Minorum in gentium conversione: eam hispanice edidit Ægidius Gonzalez Davila pag. 26. sui Theatri Mexicanæ Ecclesiæ, ubi et *duarum aliarum* Abulæ asservatarum fit mentio; cuius epistolæ fragmentum recitat Onuphrius Manescal Barcinonensis Rector S. Andreæ Sylvæ in *concione* de S. Francisco.

A Carolo imperatore præsentatus est in episcopum mexicanum die 12 decembris 1527, nominatus a Clemente VII quarto nonas septembris a. 1530, consecratus autem Vallisoleti die 27 aprilis a. 1533. Mexicum reversus a. 1534, ibi decessit a. 1548 die dominica infra octavam Corporis Christi, 3. non 12, iunii.

En elenchus eorum quæ scripsit vel edidit:

Universis et singulis R. P. ac Fratribus in Christo Jesu Domino nostro sincere dilectis ordinum Mendicantium, et præsertim ordinis Prædicatorij et minoritarum, regularis observantiæ: Frater Joannes de Çumarraga, professione Minorita Episcopus Tenuxtitlani Mexici salutem.... Cum brevis mortalium vita.... Epistola scripta verisimiliter a. 1533 post 27 aprilis seu post acceptam episcopalem consecrationem, qua Religiosos Ordinum Mendicantium hortatur ut in Novam Hispaniam ad Indos convertendos transeant; et impressa primum absque ulla nota 4 ff. in 4 in Hispania forte eo ipso anno: quæ editio extat Hispali in bibliotheca Columbina.

Breve y más compendiosa Doctrina Christiana en lengua Mexicana y Castellana, que contiene las cosas más necessarias de nuestra sancta fé cathólica, para aprovechamiento destos indios naturales y salvacion de sus animas. Con licencia y privilegio. (In fine:) *A honra y gloria de Nuestro Señor Jesu-Christo, y de la Virgen Santissima su madre, fué impressa esta Doctrina Christiana por mandado del señor don Fray Juan de Zumarraga, primer obispo desta gran ciudad de Tenuchtlitan, Mexico desta Nueva España, y á su costa, en casa de Juan Cromberger, año de mill y quinientos y treinta y nueve.* Foll. 12 in 4 (Cartas de Indias, p. 787). Primus liber in America impressus, qui ubi extet nescio.

Manual de Adultos. In fine: *Imprimiose este Manual de Adultos en la gran ciudad de Mexico por mandado delos Reuerendissimos Señores Obispos dela nueua España y a sus expensas: en casa de Juan Cromberger. Año del nacimiento de nuestro señor Jesu Chrsto* (sic) *de mill y quinientos y quarenta. A. xiij. dias del mes de Deziembre.* in 4 char. goth. Hunc librum, cuius nonnulla folia tantum supersunt, ex Betancurt (Teatro Mexicano, par. IV, tract. I, cap. 4, n. 13) et aliunde scimus iussu Joannis de Zumarraga editum esse.

Dotrina breue muy prouechosa delas cosas que pertenecen alafe catholica y a nuestra cristiandad en estilo llano para comun inteligencia. Compuesta por el Reuerendissimo. S. don fray Juan çumarraga primer obispo de Mexico. Del consejo de su magestad. Impressa en la misma ciudad de Mexico por su mandado y a su costa. Año de M.dxliij, (In fine:) *A honra y alabança de nuestro señor Jesu christo y de la gloriosa virgen sancta Maria su madre: aqui se acaba el presente tratado. El qual fue visto y examinado y corregido por mandado del. R. S. Don fray Juan Çumarraga: primer Obispo de Mexico: y del consejo de su Magestad. etc. Imprimiose en esta gran ciudad de Tenuchtitlan Mexico desta nueua España: en casa de Juan cromberger por mandado del mismo señor obispo Don fray Juan Çumarraga y a su costa Acabo se de imprimir a. xiiij dias del mes de Junio: del año de. M.d. quarenta y quatro años.* Foll. 84 in 4. Extat in Museo Britannico.

Tripartito del Christianissimo y consolatorio doctor Juan Gerson de doctrina Christiana: a qualquiera muy prouechosa. Traduzido de latin en lengua Castellana para el bien de muchos necessario. Impresso en Mexico: en casa de Juan cromberger. Por mandado y a costa del. R. S. obispo dela mesma ciudad Fray Juan çumarraga. Reuisto y examinado por su mandado. Año de. M.d.xliiij. (In fine:) *Acabo se el Tripartito de Juan gerson: a gloria y loor de la sanctissima trinidad: y de la sacratissima virgen sancta Maria reyna de los angeles. Y de los gloriosissimos sant Juan Baptista: Y sant Joseph. Y san Francisco. El qual se imprimio en la gran ciudad de Tenuchtitlan Mexico de sta nueua España en casa de Juan cromberger que dios aya. Acabose de imprimir. Año de. M.d.xliiij.* Foll. 28 in 4. Versio est Joannis de Molina, ut dicitur in editione toletana anni 1526, ad quam hæc mexicana fideliter est expressa. Extat in Museo Britannico.

Este es vn compendio breue que tracta de la manera de como se han de hazer las processiones: compuesto por Dionisio Richel cartuxano; que esta en latin en la primera parte de sus preciosos opusculos: romançado para comun vtilidad. (In fine:) *A honra y gloria de nuestro señor Jesu christo y de la virgen sancta Maria su madre: aqui se acaba este breue compendio, que tracta de la manera que se ha de tener en el hazer de las Processiones. El qual se imprimio en esta gran ciudad de Tenuchtitlan Mexico desta nueua España por mandado del muy reuerendo señor don Fray Juan çumarraga: primer Obispo de la misma ciudad. Del consejo de su magestad. etc. y a su costa. En casa de Juan cromberger. Año de. M.D.xliiij.* Foll. 12 in 4 — Extat altera editio, item in 4 cum eodem prorsus titulo et eodem charactere excusa, sed absque impressionis anno atque ex 16 foliis constans. Huius colophon hic est: *Aqui se acaba este breue compendio de Dionysio cartuxano: con la adicion de los argumentos con sus respuestas. etc. que tracta de lo que es mandado y vedado en las processiones: en especial en la de Corpus christi: por cuya causa se romanço. Impressa en mexico por mandado del S. obispo don fray Juan çumarraga: en casa de Juan cromberger.* Pars quæ Dionysii opusculum sequitur, et cui titulus « Unos argumentos con sus respuestas, que alcunos hacen contra la sopredicha doctrina » Joannem de Zumarraga auctorem habet et in hac altera editione auctior est.

Dotrina

Digitized by Google

Dotrina christiana para instrucion et informacion delos indios: por manera de hystoria. Compuesta por el muy reuerendo padre fray Pedro de Cordoua: de buena memoria: primero fundador dela orden delos Predicadores enlas yslas del mar Oceano: y por otros religiosos doctos dela misma orden. La qual dotrina fue vista y examinada y aprouada por el muy. R. S. el licencindo Tello de Sandoual Inquisidor y Uisitador en esta nueva España por su Magestad. La qual fue empressa en Mexico por mandado del muy. R. S. don fray Juan çumarraga primer obispo desta ciudad: del consejo de su Magestad. etc. y a su costa. Año de M.d.xliiij. (In fine:) *A honra y gloria de nuestro señor Jesu christo y de su bendita madre, aqui se acaba la presente doctrina que los padres de la orden de sancto Domingo en principio nombrados ordenaron para el catecismo et instruccion de los indios, assi como va por modo de hystoria: para que mas facilmente puedan comprehender: entender o retener en la memoria las cosas de nuestra sancta fe. Y va mas declarada y en algunas cosas añadida por los muy reuerendos padres el Obispo de mexico y fray Domingo de betanços. Y vista y aprouada por el muy reuerendo y muy magnifico señor el Licenciado Tello de Sandoual Inquisidor general et Visitador en estas partes. Impressa en la grande y mas leal ciudad de Mexico: en casa de Juan cromberger: que sancta gloria aya a costa del dicho señor obispo. El qual pide y ruega mucho a los padres religiosos que entienden en la instruccion y conuersion de los indios: ante todas cosas procuren de les predicar y hazer entender esta doctrina breue y llana: pues conocen su capacidad: y que tienen mas necessidad della que de otros sermones que se les predican. Y esta siruira mas para incipientes, y la otra con el tripartito de Juan gerson para proficientes. Y esta dotrina, por la gran religion: zelo y letras del auctor merece ser tenida en mucho: y por el estilo y manera que lleua para los indios, sera de mucho fructo, que quadrara mas a su capacidad. Y mucho mas si se traduze en lenguas de indios, pues hay tantos dellos que saben leer. Y esto encarga el dicho Obispo a los religiosos sieruos de dios de las tres ordenes: que aca tan fiel y prouechosamente y con tanto buen exemplo, qui aca es mas necessario, trabajan en la instrucion y conuersion destos naturales: y les pide por caridad que del catecismo tengan especial cuydado, pues se conoce quanto importa para su saluacion. Acabose de imprimir. Año de. M.d.xliiij.* Foll. 30 in 4. Extat in Museo Britannico.

Doctrina cristiana: en que en suma se contiene todo lo principal y necessario que el cristiano deue saber y obrar. Y es verdadero cathecismo para los adultos que se han de baptizar: y para los nueuos baptizados necessario y saludable documento: y lo que mas conuiene predicar y dar a entender alos indios: sin otras cosas que no tienen necessidad de saber. Impressa en Mexico por mandado del Reuerendissimo Señor Don fray Juan Çumarraga: primer obispo de Mexico. Del consejo de su Magestad. etc. (In fine:) *A gloria y alabança de dios nuestro señor y de su bendita madre fue impressa esta doctrina catholica en mexico por mandado del reuerendissimo señor don fray Juan çumarraga primero obispo de la misma ciudad: para vtilidad comun. Especial de los indios: porque por ella sean cathetizados los que se ovieren de baptizar: y enseñados los baptizados.* Sine anno sed a. 1545 vel 1546. Foll. 76 in 4.

Doctrina cristiana breue traduzida en lengua Mexicana, por el p.e frai Alonso de Molina de la Orden de los menores, y examinada por el R.do p.e Joan gonçalez, Canonigo de la yglesia Cathedral, de la ciudad de Mexico, por mandado del Reuerendissimo Señor fray Joan de Çumarraga obispo de la dha ciudad, el qual la hizo imprimir en el año de 1546, a 20 de Junio. Titulus ex quodam antiquo codice exscriptus, quum huius editionis nullum exemplar sit notum.

Doctrina cristiana: mas cierta y verdadera para gente sin erudicion y letras: en que se contiene el catecismo o informacion para indios con todo lo principal y necessario que el cristiano deue saber y obrar. Impressa en Mexico por mandado del Reuerendissimo señor Don fray Juan Çumarraga: primer Obispo de Mexico. (In fine:) *A gloria de Jesu christo y de su bendita madre: aqui se acaba lo añedido al cathecismo por doctrina mas facil para los indios menos entendidos y mas rudos, y negros. Et qual fue impresso en la muy leal y gran ciudad de Mexico por mandado del reuerendissimo señor don fray Juan çumarraga: primer obispo de Mexico. Del consejo de su Majestad. etc. Acabose de imprimir en fin del año de mil et quinientos y quarenta y seys años.* Foll. 100 in 4. Hic liber ex duabus partibus constat, Doctrina christiana (76 foll.) et Additionibus (24 foll.), et quoad primam partem, si primum folium excipias, verisimiliter idem est cum editione Doctrinæ christianæ anni nota destitutæ, quam supra recensuimus. Extat in Museo Britannico.

Regla christiana breue: para ordenar la vida y tiempo del christiano que se quiere saluar y tener su alma dispuesta: para que Jesu christo more en ella. Impressa por mandado del reuerendissimo Señor don fray Juan çumarraga primer Obispo de Mexico. Del consejo de su Majestad. etc. (In fine:) *A gloria y loor de la sanctissima trinidad y de la sacratissima et immaculata virgen sancta Maria fenece y acaba esta doctrina de los proficientes, que trata de la regla y vida christiana: con la forma de la oracion mental: y aparejo de bien morir. Fue impressa en la grande y muy leal ciudad de Mexico por mandado del reuerendissimo señor don fray Juan çumarraga primer obispo de Mexico. Del consejo de su magestad. etc. A quien por la congregacion de los señores obispos fue cometido la compilacion y examen et impression della. Acabose de imprimir en fin del mes de enero del año de mil y quinientos y quarenta y siete años.* Foll. 116 in 4. Extat in Museo Britannico.

Declaracion y exposicion de la Doctrina Christiana en Lengua Española et Mexicana: echa por los religiosos de la Orden de Sancto Domingo. Año de 1548. (In fine:) *Con Privilegio Imperial. A gloria y alabança de nuestro Redemptor Jesu Christo, y de su bendita Madre, aqui se acaba la Doctrina Christiana en Lengua española y Mexicana, y una columna corresponde a otra: sentencia por sentencia: de grande utilidad y prouecho para la salud de las animas, y en especial para los naturales desta tierra para que sean fundados y roborados en las cosas de nuestra sancta fe catolica: y animados para la guarda de los mandamientos diuinos: y para que todos sepan los grandes dones y requezas que nuestro clementissimo redemptor quiso comunicar mediante su sanctos sacramentos con el exercicio de las obras de misericordia: assi corporales como spirituales: todo lo qual se contiene en los querenta sermoncicos aqui contenidos. Ua sacada la lengua en tanta claridad como aqui parece: assi porque mejor se de todo a entender a estos naturales, como tambien porque mejor lo tomen de coro los que lo quisieren tomar. Fue impressa en esta muy leal ciudad de mexico en casa de juan pablos por mandado del reuerendissimo señor don fray Juan çumarraga primer Obispo de Mexico. Y porque en la congregacion que los señores obispos tuuieron se ordeno que se hiziessen dos doctrinas: vna breue y otra larga: y la breue es la que el año de M.d.xlvi. se emprimio. Manda su señoria reuerendissima que la otra grande puede ser esta: para declaracion de la otra pequeña. Acabose de imprimir a. xvij. dias del mes de enero. Año de M.d. y xlviij, Años. Soli Deo honor et gloria in secula seculorum. Amen.* Foll. 156 in 4; sed nullum integrum huius editionis exemplum adhuc est repertum.

Doctrina cristiana en lengua mexicana in 8, eodem charactere Joannis Cromberger impressa quo libri præcedentes, et insigne episcopale Joannis de Zumarraga in fronte exhibens; hinc verisimiliter suis impensis edita. Exemplar unicum superest, idque fine et maiore sui parte mutilum.

Joannis de Zumarraga *Epistola* summi momenti de rebus Novæ Hispaniæ ad imperatorem, hispanice scripta, data Mexico die 27 augusti 1529, et nonnullæ aliæ exhibentur a Joach. Garcia Icazbalceta in opere « Don Fray Juan de Zumarraga, primer Obispo y Arzobispo de México. Estudio biográfico y bibliográfico. Con un apéndice de documentos ineditos ó raros. » (México 1881). — Qui plura desiderat, consulat hoc opus (cuius extat et versio italica per Faustinum Ghilardi O. M.; Quaracchi 1891), et eiusdem auctoris « Bibliografia Mexicana del siglo XVI. Primera Parte. México 1886. »

MMCDLVII. 1283.

JOANNES DE ZWIGNEO = Sannig, et Joan. a S. Anton. exscripserunt Waddingum.

1284.

JOANNETTINUS NINNO = idem est, ac *Joannes Nuñez*, de quo supra actum est.

MMCDLVIII. 1285.

JODOCUS AB ALMARAS = de quo Valerius Andreas, Bordonus, Vernon, et ex his Joan. a S. Anton., fuitque 3. Ord. Claustralis alumnus.

MMCDLIX. 1286.

JODOCUS A CASTRO =

Decachordum Mariale etc. *per tractatus, et sermones prædicabiles distinctum.*

Conciones

Digitized by Google

Conciones quadragesimales, et de Sanctis promiserat ipse in prologo concionum Dominicalium. Agunt de eo Petrus de Alva col. 881. Militiæ, et Godefridus Vureus Pastor B. Mariæ Mechlinensis, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Juxta Serv. Dirks (Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique etc., p. 187) *Conciones in evangelia dominicalia totius anni* et *Octava Venerabilis Sacramenti* simul editæ sunt Antuerpiæ a. 1633 tomis 2 in 4, iisque sermonibus additus est *Elenchus ad formandas Conciones pro feriis quadragesimæ et Sanctorum.*

F. Judoci a Castro Ordinis Minorum Regularis Observantiæ Germaniæ Inferioris Provincialis Decachordum morale de decem virtutibus immaculatæ Virginis Annuntiatæ per Tractatus et Discursus prædicabiles distinctum: materiam administrans tum diversis prædicandi argumentis, tum Collationibus in Vestitione ac Professione Religiosorum habendis. Accedit copiosissimus Elenchus, qui formandis servit Concionibus, tam ad sæculares quam ad Regulares, in Dominicis et Festis per annum. Antuerpiæ, Ex Officina Plantiniana Balthasaris Moreti. M.DC.XXXV. 2 par. in 4. (Romæ in bibliotheca Nationali). Hanc unam editionem indicant Serv. Dirks et Petrus de Alva.

MMCDLX. 1287.

JODOCUS DE RYCK = al. *Rique* Mechlinensis, de quo Valerius Andreas, et Joan. a S. Anton.

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di Bibliografia stor. etnogr. sanfrancescana, pp. 252-253.

MMCDLXI.

JONSELMUS DE CANOVA Comensis provinciæ Mediolanensis Custos Min. Conv. *in compendium* redegit

Postillam Fr. Philippi de Monte Calerio Ord. Min. super Evangelia Dominicalia, vulgavitque Mediolani an. 1498. in 8. per Uldericum Scinzenzeler ex Ind. Biblioth. S. Francisci Bonon., quæ iterum prodiit Lugduni anno 1510. apud Balthassarem a Gabiano; et an. 1515. in 8. typis Jacobi Myt hoc titulo: *Incipit Compendium Postillæ editæ a Fratre Philippo de Montecalerio Ordinis Minorum abbreviatum per Fratrem Jonselmum de Canova de Cumis tunc Custodem Cumanum ejusdem Ordinis. Dominica prima de Adventu Domini. Evangelium primum. Expositio prima. Erunt signa in sole, et luna, et stellis* etc *Lucæ* XXI. *Sciendum est, quod duo sunt inter alia* etc.; una cum *Quadragesimali* ejusdem Philippi de Monte Calerio incip. *Cum jejunatis, nolite* etc., ex Indice Biblioth. S. Francisci Ferrariæ; ac demum an. 1541. ex Waddingo in *Philippo a Montecalerio* per Jacobum Junti in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDLXII.

JORDANES DE YANO diœcesis Spoletanæ oppido inter primos S. Francisci discipulos extitit unus ex coadjutoribus Fr. Cæsarii Spirensis primi Germaniæ Ministri in Missione Germanica an. 1221. arrepta, Guardianus primus Moguntinus, ac Custos Thuringiæ, et concionator; interfuit an 1262. Capitulo provinciali Halberstadii in Saxonia celebrato, ut habet Waddingus ad an. 1221. in 4., et scripsisse videtur

Gesta sui temporis per Fratres Minores, missionemque suam, et eorumdem in Germania, ut eruitur ex Waddingo ad an. 1318. n. 36. dicente de eo an. 1221., quo FF. Minores Coloniam accesserunt: *idque ex autore, cui refragari non licet; etenim missioni ipsi interfuit, præsensque vidit, quæ scripsit, Jordanes de Yano, ejusque Continuator Balduinus Brunsricensis.* Obiit denique in Saxonia ex cit. Balduino.

Chronica Fratris Jordani a Jano primus edidit Lipsiæ a. 1870 Georgius Voigt, sub titulo Die Denkwürdigkeiten (1207-1238) des Minoriten Jordanus von Giano, in Abhandlungen der philologisch-hist. Klasse der Königl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, t. v n. 6, sed minus accurate, quum apographo tantum usus sit codicis sæc. XIV bibliothecæ Universitatis Regismontanæ ipsi ignoti; deinde multo accuratius directe ex eodem codice (qui nunc extat Berolini in bibliotheca regia inter mss. theol. lat. in 4, n. 196) a. 1885 Fratres Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas inter Analecta Franciscana. I, pp. 1-19; denique, et optime quidem, cum docta præfatione et notis Henricus Böhmer Parisiis a. 1908 in Collection d'Études et de Documents sur l'histoire réligieuse et littéraire du moyen âge, t. VI.

MMCDLXIII.

JORDANUS DE SANTAREM Lusitanus cum in Cœnobio Scalabitano moraretur, elucubravit, vel collegit circa an. 1500.

Proverbia Senecæ laudata ex Cardoso a Nicolao Anton. in ms. append. ad suam Biblioth. Hispan. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Obiit a. 1553. Opus *Proverbios ou flores de Seneca* servabatur ms. in conventu Scalabitano exhibens in fronte approbationem ad imprimendum datam die 14 decembris 1540 per fr. Joannem Calvum Commissarium generalem Ordinis Minorum in Lusitania. Cf. D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, II, Lisboa 1747, p. 790.

MMCDLXIV.

JOSAPHAT ROTHOMAGENSIS Gallus prov. Normanniæ Min. Capuccin. Minister edidit idiomate gallico

Orationem funebrem in obitu Rev. Patris Honorati Bouchart Capuccini sanctitate, et miraculorum gratia illustris. Parisiis an. 1624., teste autore Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDLXV. 1288.

JOSEPH ACCETTA = ut ex Rodulphio lib. 3., non *Areta,* ut corrupte Possevinus: est autem Italis *Accetta* Latinis *Securis* instrumentum, vulgo *Scure.* Provinciæ S. Nicolai Reg. Observ. dicitur a Fr. Bonav. Fassano par. 2. Memorab. dictæ prov. cap. 3. §. 10., et ex eo Joan. a S. Anton. Addit Rodulphius et *alia* eum *non contemnendæ lectionis* composuisse.

In expectatissima novi Sancti Nicolai Provinciæ Præfecti Patris Christophori Palmerii a Monte Pelusio Theologi clarissimi Minoritæ Conventualis Electione Fratris Josephi Acettæ Andrii Baccalaureorum Bononiensium Minimi Encomion. Bononiæ Alexandri Benatii. MDLXV. in 8. (Romæ in biblioth. Casanatensi).

Super præclara Reveren.mi Patris Vicarii Apostolici totius Ordinis Min. Conven. Generalis, ac Theologi Clarissimi, Fratris Felicis Peretti a Montealto Insignia, F. Josephi Accettæ Andrii Baccalaurei, et in Gymnasio Bonon. indigni artium Lectoris Poemata. Bononiæ Typis Alexandri Benatii. MDLXVI. in 4. (Romæ in Nationali).

Ex epistolis nuncupatoriis horum opusculorum et ipsis titulis allatis satis apparet hunc auctorem Minorem Conventualem fuisse.

MMCDLXVI. 1289.

JOSEPH ANGLES = Regul. Observ. Commissarius Generalis in Sardinia, et a sacris Confessionibus

Digitized by Google

nibus Monasterii Clarissar. Excalceat. Matriten. floruit in Academiis Valentina, Ilerdensi, Complutensi, et Salmanticensi, factusque est Episcopus Bosanensis in Sardinia a Sisto V. an. 1585. Scripsisse autem eum

Flores in primum Senten. librum, liquet, cum eos ipsemet citet in *Floribus* 2. *Senten.* d. 1. q. 11. diff. 6., et 11.

Flores in secundum Senten. librum prodierunt Matriti 1586. typis Petri Madrigal to. 2. in 4., et ex Joan. a S. Anton. etiam Venet. apud Joan. Baptistam Somascum, et anno 1587. apud Alexandri Gryphi hæredes; Possevinus in Appar. sac. to. 3. v. *Theologicarum quæstionum* affert alias editiones Taurini an. 1583., et Venet. typis Zalterii. * * Flores theologicarum quæstionum in 2. Sententiarum. Venetiis apud Andream Baba an. 1616. in 8. * *

Prima pars florum in 4. *librum Senten.* prodiit Lugduni an. 1575. in 8. apud Stephanum Michaelem ex Possevino.

Prima, et secunda pars in 4. *Senten. librum* prodierunt Romæ an. 1578. in 8. apud Josephum de Angelis Antonio Peresio Regis Hispan. a Secretis dicatæ; postea Taurini anno 1581. per Benedictum Boyerium ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bononiæ, et quidem cura Julii Roscii Hortani, qui in epistola, quam Operi præmisit, ait: *Josephus Angles cum in Magistri universum Opus subtilissime scripsisset, editurusque sit, si cum vita valetudo, et cum valetudine otium suppetet, in extrema illa parte omnium pulcherrima, et fructuosa interpretanda studiosorum gratia studuit primum elaborare:* postea etiam Antuerpiæ impressæ sunt an. 1584., et 1585. apud Bellerum, teste Possevino; nec non Burgis an. 1585. typis Philippi Juntæ tomis 2. in 4. ex Joan. a S. Anton.; et 1616. tomis 2. in 8. Venet. apud Andream Babam cum additionibus autoris; et antea ibidem an. 1586. typis Damiani Zenarii cura Feliciani Berardi sac. Theolog. Doctoris ad Petrum Trevisanum Abbatem missæ, cujus in epist. ad eumdem data inquit: *Novi ego de facie, et allocutus sum sæpe virum istum doctissimum, cum Romæ an.* 1577. *degerem, quo tempore ipse rursus Flores suos Theolog. in* IIII. *Senten. cum nova additione imprimendos curabat;* et huic editioni additi sunt

Tractatus tres de oratione, jejunio, et eleemosyna cum approbatione Operis facta an. 1573., et 1574.

De opinionibus Scoti super 4. *libros Senten.* separatim promisit se editurum, et fusius in Floribus secundi Senten. dist. 2. q. 3. diff. 2., uti et

De controversiis inter S. Thomam, et Scotum in Floribus 2. Senten. d. 2. q. 3. diff. 3. et 4., et q. 4. diff. 7., et 12; d. 9. q. 5. diff. 4. et 9.; ac d. 22. q. 2. diff. 3.; quod an præstiterit, me latet. Laudant hunc Gonzaga, Nicolaus Antonius, ac Matthæus a Sosa.

Flores theologicarum quæstionum in secundum librum Sententiarum prodierunt etiam Lugduni apud J. B. Buysson a. 1596 in 4; *Flores... in quartum librum:* Antuerpiæ apud P. Bellerum a. 1580-81 in 8; Lugduni apud hæredes C. Pesnot 1586 in 8, et apud A. Périer 1587 in 4; Venetiis apud hæredes Alex. Gryphii 1587 in 8. Appositi sunt et huic editioni *tractatus de oratione, ieiunio et eleemosina.*

MMCDLXVII.

JOSEPH BARCINONENSIS genere clarus Tarraconensis primum Regul. Observ., deinde Lalетanæ provinciæ Min. Capuccin. alumnus, vir prudens, ac primus Capuccinorum, qui in Hispania *Orationem* 40. *Horarum sermonibus* celebravit: obiit sanctimoniæ fama in Barcinonensi Cœnobio an. 1584., relicto libro

Sermonum de Tempore, qui ms. servatur in Cœnobio Montis Calvariæ Barcinon., teste autore Biblioth. Capuccinor. ex Boverio to. 2. Annal. Capuccin., ubi ejus Vita descripta legitur, et ex his Joan. a S. Anton.

Bernardus a Bononia in Bibliotheca Scriptorum Ord. Min. S. Francisci Capuccinorum (Venetiis 1747) ei adscribit etiam *Opuscula aliqua spiritualia,* quæ dicit absque auctoris nomine impressa.

MMCDLXVIII. 1290.

JOSEPH BERGAIGNE = origine Italus, sed Antuerpiæ natus; est autor libri titulum ferentis:

Legatus Ecclesiasticus pro Ecclesia Cameracensi ad Regem Hispaniarum, in quo defendit jus electionis Capituli etc., ut est in nova Gallia Christiana Sammarth. to. 3.

De eo Ludov. Moreri in gallico Diction., Dupinus sec. 17., et Sammarthani to. 1. Galliæ Christ. de Archiepisc. Cameracen. §. 83., ubi et sequens legitur ejus *epitaphium:*

« Ecclesia Cameracensis optimo Pastore orbata, « spe maxima erepta, nova viduitate afflicta, novis « curis agitata, de successore anxia, de libertate « sollicita Præsuli meritissimo justa persolvens mo- « numentum mærens posuit. Luge viator, si pacem « amas; et precare, ut homo pacis requiescat in « pace.

1291.

JOSEPH DE BERNA = V. *Joseph Cameratensis;* de quo Diony. Genuen., et Mongitor.

MMCDLXIX.

JOSEPHUS BONAVENTURA VALPERGA Taurinensis nobilibus ortus parentibus Min. Conv. Institutum amplexus bonarum literarum, ac in primis Historiæ studiis addictus fuit, scripsitque hetrusco idiomate

Vitam, et gesta Harduini Eporediensis Marchionis, Italiæque Regis: nec non

Vitas quorumdam Virorum illustrium ex Comitibus Valpergæ: quas mss. penes Episcopum Salutiarum asservatas, mox ad manus Caroli ab Ecclesia Senatus Mediolanensis (leg. *Taurinensis*) Præsidentis devenisse memoriæ prodidit Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont., et ex eo Franchinus in Biblios., ac Joan. a S. Anton. to. 2.

Duo codices mss. sec. XVII in fol. Augustæ Taurinorum servantur, alter in bibliotheca Regis (st. p. 402), alter in Nationali (O. IV. 2), historiam anonymam continentes, quæ eadem cum opere nostri auctoris videtur ex eius titulo ita allato ab Ant. Manno (Bibliografia storica degli Stati della Monarchia di Savoia, VIII, Torino 1907, p. 318): *Vita e fatti di Arduino, marchese ultimo d'Ivrea, re d' Italia, de' conti di Valperga progenitore, ed alcuni fatti dei medesimi, brevemente descritta l'anno 1614 ed aggiunta nel 1620.*

MMCDLXX.

JOSEPH BRANCHA Syracusanus provinciæ Siculæ latine vulgavit Opus inscriptum

Analytica demonstratio, in qua ostenditur, immunitatem tam personarum, quam rerum Ecclesiasticarum

Digitized by Google

clesiasticarum esse de jure divino. Romæ anno 1607. in 4. apud Paulinum ex Indice Biblioth. Tellerianæ pag. 172., de eoque et Dupinus sec. 17., ac ex his Joan. a S. Anton.

MMCDLXXI. 1292.

JOSEPHUS BRUNUS = an. 1625. erat *Guardianus* Cœnobii CPolitani, pro quo literas dedit Urbanus VIII. die 24. Januarii, ut est in Indiculo Bullarii Seraphici Petri de Alva et Astorga sub eo anno num. 3. Ejus Opus prodiit per Joan. Baptistam Bonsad, et Augustæ an. 1651. in 8. ex Joan. a S. Anton. De eo Petrus de Alva col. 865. Militiæ, et Alfonsus Lasor to. 1. Universi fol. 499.

Omnia, quæ apud Waddingum huic auctori tribuuntur, unum opus efficiunt, quod integrum reperitur tum in editione veneta apud G. B. Bonfad (i. e. Jo. Bapt. Bonfadinum) anni 1616, tum in editione augustana anni 1651.

MMCDLXXII.

JOSEPH CAMERATENSIS, mendose nonnullis *de Berna,* et *Taberna* dictus, Siculus prov. Panormitanæ Min. Capuccin. Sacerdos valde pius edidit

Symphoniam sacræ lectionis, sive libellum de sacrarum dictionum prolatione. Rhegii 1646. apud Jacobum Matthæi, et Perusii eodem anno in 8., deinde Messanæ an. 1656. apud HH. Petri Breæ, inquit Joan. a S. Anton.

Tractatum de arte bene moriendi italico idiomate. Messanæ an. 1646. in 8. apud Jacobum Matthæi, et ibidem an. 1652.

Dictionarium Etruscum. Neapoli an. 1666. in 4. apud Dominicum Anselmum.

De 4. novissimis meditationes. Panormi 1665. in 12., et an. 1670., quæ editio dicitur sexta; tandem Messanæ 1704. in 12. typis Antonii Massei.

Viam dolorosam Christi Domini. Panormi an. 1665. apud Petrum de Insula in 8., et 1667., et 1692., inde Neapoli 1693. in 12. apud Michaelem Mutium.

Tractatum de sacris ritibus tam ad celebrationem Missæ, quam ad recitationem divini Officii, et alias functiones ecclesiasticas spectantibus. Panormi an. 1669. in 4. apud Dominicum de Anselmo.

De Maria dolorosa. Neapoli 1673. apud Anselmum, et 1695. apud Constantium in 12.

Corollam 100. *rosarum, idest* 100. *Capuccinorum Crucifixum, ac Matrem dolorosam complectentium.* Neapoli 1676. in 8. apud Petrum de Isola. Obiit autem an. 1677.

Ex famiglia Taberna; obiit Panormi anno ætatis suæ 78, religionis vero 60. En tituli iis operibus præmissi, quæ italice scripsit, quæque sunt omnia supra indicata præter primum:

Pietoso, et abbondante soccorso per l'anime tribulate, afflitte, et agonizanti.

Vocabulario, et Ortografia Toscana. Impressum est a. 1666 Panormi, non autem Neapoli.

Acuti sproni, e pungentissime spine, che svegliano, e pungono i peccatori, e alcune considerationi della Morte, del Giuditio, dell' Inferno e del Paradiso.

Viaggio doloroso del Calvario, e brieve raccolta de' patimenti di Christo in tutto il corso della sua Passione.

Copiosa raccolta di vaghi, e varii fiori nell' ameno campo de' Sacri Riti.

I Pesami, che i devoti della Vergine vanno a darle per la morte del suo amantissimo figlio. Panormi, non vero Neapoli, a. 1673 et 1695. Quarta editio ibidem a. 1706 apud Dominicum Cortese.

Collana di cento, e dieci Rose, che alla gran Signora Maria, del Padre Figlia, del Figlio Madre, dello Spirito Santo Sposa dilettissima, e Tempio di tutta la Santissima Trinità, de' miseri peccatori refugio sicurissimo, et Avvocata, e della Religione Cappuccina Madre amorosissima, le Rose bianche sono cento Cappuccini divoti di detta Signora, e le diece rosse tanti divoti del Santissimo Crocifisso, e della sua dolorosissima, et acerbissima Passione, la Collana di tante odorosissime, e vaghissime Rose nell'ameno campo degli Annali Cappuccini raccolte, humilmente a' santissimi piedi d'essa gloriosissima Imperatrice genuflesso dona, dedica, e consacra il P. F. Giuseppe da Camerata Cappuccino. In Palermo, per Pietro dell'Isola, 1676. (pp. 16 n. n., 549 n.)

Cf. Anton. Mongitore, Bibliotheca Sicula, I, Panormi 1708, pp. 375-376; Gius. M. Mira, Bibliografia Siciliana, I, Palermo 1875, p. 443; Eduardus d'Alençon, Bibliotheca Mariana Ord. Capucc., Romæ 1907, p. 29.

MMCDLXXIII.

JOSEPH CARLINUS Ord. Capuccinor. Italus, ut videtur, sed incertæ regionis, et ætatis, scripsit

De origine Capuccinorum, teste Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 3. Augusti §. 6., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMCDLXXIV.

JOSEPH CARON citatur ab Arturo in indice autorum Martyrol. Francisc. anno 1637. editi, et, eo teste ad diem 31. Augusti §. 29., scripsit

Querimoniam novæ Franciæ, et controversias fidei contra Hebræos, et hæreticos. Parisiis anno 1600. in 8. ex Catalogo Bibliographiæ Anisson.

Josephus le Caron Recollectus provinciæ Parisiensis seu S. Dionysii fuit unus ex primis missionariis regionis Canadensis, quo profectus est cum tribus sociis die 24 aprilis 1615; ibi aliquot annos commoratus, conversioni illarum gentium præsertim Huronum magno zelo incubuit. De eo, qui obiit in Gallia die 29 martii 1632, plura narrant Gabr. Sagard in Histoire du Canada (Paris 1636) et Chr. le Clercq in Etablissement de la Foy dans la Nouvelle France, to. 1 (Paris 1691).

Controversiæ fidei prodierunt Parisiis a. 1660, non 1600, nec eum habent auctorem, sed Raymundum Caron eiusdem Ordinis hibernum. Cf. Bibliographia Anissoniana ad a. 1702 (Lugduni 1702), p. 38, et H. Hurter, Nomenclator literarius theologiæ catholicæ, IV (Œniponte 1910), col. 101.

Querimonia novæ Franciæ Canadiensis ad Franciam eius Germanam ann. 1627, quam ei attribuit Arturus a Monasterio in suo Martyrologio Franciscano ad diem 31 augusti (§ 20 tum in prima editione anni 1638, non 1637, tum in altera a. 1653), sine dubio idem est atque opusculum gallicum, quod prodiit anonymum absque ulla nota typographica, in 8. cum titulo *Plainte de la Nouvelle France dicte Canada, a la France sa Germaine. Pour seruir de Factum en vne cause pandante au Conseil.* Cf. H. Harrisse, Notes pour servir à l'histoire, à la bibliographie et à la cartographie de la Nouvelle-France (Paris, Librairie Tross, 1872), n. 42; et J. Ch. Brunet, Manuel du libraire. Supplément par P. Deschamps et G. Brunet, II (Paris 1880), col. 246.

Récit de l'hivernement du P. Joseph le Caron chez les Montagnais adressé par le même le 7 Août 1618 au Père Provincial de Paris. Extat apud Le Clercq, op. cit., I, pp. 132-140.

Fragmens des Memoires du Pere Joseph le Caron addressez en France (a. 1624), *touchant le genie, l'humeur, les superstitions, les bonnes et mauvaises dispositions des Sauvages.* Extat apud eumdem, ibidem, pp. 263-288.

Dictionarium linguæ Huronum confecit, de quo consulendus idem Le Clercq, ibidem, pp. 88, 258, 327-28.

* JOSEPH A CASALI Montis ferrati = V. *Joseph Reseghinus.*

MMCDLXXV.

JOSEPH CHARAVAGIUS Mediolanensis Min. Conv. alumnus composuit

Præfationem doctam, et elegantem in Regulam S. P. Francisci velut *epitomen Historiæ Franciscanæ,* quam præfixit eidem *Regulæ,* misitque ad P. Mag. Carolum Moronum Bergomatem Mediolanensis

Digitized by Google

nensis provinciæ Ministrum an. 1615., vulgatam eodem anno Mediolani typis Pandolfi Malatestæ in 8.

MMCDLXXVI.

JOSEPH CHATINO Hispanus Valentini regni Strict. Observ. Reform. concionator composuit an. 1626. jussu suæ provinciæ Ministri

Chronica provinciæ Discalc. S. Joan. Baptistæ in regno Valentiæ, quæ asservantur mss. in Archivo ejusdem provinciæ, teste Joa. a S. Anton.

MMCDLXXVII. 1293.

JOSEPHUS LE CLERC = de Tomblay Parisiensis nobilitate generis, doctrinæ præstantia, ac animi pietate magnus, suæ Parisien. provinciæ Definitor, ac Turonensis Minister, dilatandæ ubique fidei, et Religionis catholicæ studiosissimus, et acatholicorum acerrimus hostis Monasterium Benedictinarum sub tit. Montis Calvariæ fundavit, et prelo mandavit gallico sermone

Praxim interiorem præcipuorum vitæ christianæ exercitiorum etc. Parisiis 1632. in 4.

Tractatum de tribus generibus vitæ spiritualis, et tribus votis viri Religiosi. Niosti 1646. in 8.

Epistolæ ejus, et alia pietatis *Opuscula* typis data sunt Parisiis an. 1645. in 4. apud Dionysium Thierry.

** Ab aliquibus creditur autor Operis tit.

L'huomo del Papa, e del Re: ovvero risposte vere sopra le imputazioni di un libello diffamatorio seminato contro sua Santità, e contro sua Maestà Cristianissima dalli nemici coperti della S. Sede, e della Francia. Parisiis 1634., et gallice Bruxellis eodem anno. Alii illud adscribunt Joanni Sirmondo; sed Le Long Biblioth. Gallicæ num. 11896. circa illius autorem dubius hæret. **

Obiit autem anno 1657., et de eo cum laude egerunt ii, qui de rebus Gallicis scripserunt sub Ludovico XIII., a cujus consiliis fuit, Dupinus in Supplemento, autor Biblioth. Capuccin., et ex his Joan. a S. Anton.

Joseph Le Clerc du Tremblay, Franciscus in baptismate vocatus, natus est Parisiis die 4 novembris a. 1577, habitum Capuccinorum induit a. 1599 die 2 februarii, obiit autem a. 1638, non vero 1657, die 18 decembris. — De eo præcipue consulenda hæc opera: *Cl. Lepré Balain*, La Vie du R. P. Joseph de Paris, Predicateur de l'Ordre des Peres Capucins, Commissaire Apostolique des Missions estrangeres, Fondateur des Religieuses reformees de S. Benoist sous le tiltre de la Congregation de Nostre Dame sur le Calvaire, opus maximæ auctoritatis, quod autographum servatur Parisiis apud Patres Capuccinos; — *Suplement à l'Histoire de France*, où sont expliquees les plus considerables affaires de cet Estat, durant l'administration du Cardinal Duc de Richelieu depuis l'annee 1624 (1623) jusques à 1638, eodem Lepré Balain auctore, cuius autographum, 887 pp. in fol., extat in Museo Britannico (mss. Egerton, 1673); — *Gust. Fagniez*, Le Père Joseph et Richelieu (1577-1638). Paris, Hachette, 1894, voll. 2 in 8, ex quo L. Delavaud in « La Grande Encyclopédie » XXI, pp. 202-203; — Le Père Joseph du Tremblay. Notice biographique d'après le sieur de *Hautebresche*. Essai bibliographique par l'abbé *L. Dedouvres*. Angers, Germain et G. Grassin, 1889, in 8; — *L. Dedouvres*, Le P. Joseph, études critiques sur ses œuvres spirituelles. Paris, C. Pousselgue, 1903, in 8 (antea, sed an integre nescio, in Études Franciscaines, I, 522-535; III, 485-505, 601-619; IV, 477-492, 590-609; VI, 441-455, 553-568; VII, 30-50, 256-271, 626-650; IX, 471-486); — *Idem*, Le Père Joseph polemiste, ses premiers écrits, 1623-1626. Thèse. Paris, A. Picard et fils, Éditeurs (Angers, imprimerie Germain et G. Grassin) 1895, in 8; — *Idem*, Le P. Joseph, conférence donnée à l'Université catholique de l'Ouest le 13 mars 1896. Appendice: catalogue des œuvres polémiques du P. Joseph. Angers, Germain et G. Grassin, 1896 in 8.; — *Idem*, De Patris Josephi Turciados libris quinque (thesis). Andegavi, typis Germain et G. Grassin, 1896, in 8. — Nonnullis ex his libris usi operum P. Josephi indicem accuratiorem hic exhibemus.

Introduction à la Vie spirituelle par une facile Méthode d'Oraison pour toute âme dévotieuse et spécialement pour les noviciats et séminaires des FF. Mineurs Capucins, composée par le P. Joseph de Paris, provincial des FF. Mineurs Capucins de la province de Touraine, et imprimée par le commandement du R. P. Paul de Césenne général du dit Ordre. A Paris, chez Jean Fouet, 1620, in 12; editio secunda. — A Paris, chez Jean Fouet, 1626; editio tertia aucta — Denuo revisa et annotationibus illustrata a P. Apollinari de Valentia, hoc breviori titulo *Méthode d'oraison:* Paris, Œuvre de Saint-François d'Assise, 1898, in 12.

Practique intérieure des principaux Exercices de la Vie Chrestienne. A Paris, chez Jean Fouët, 1626; a Paris chez Martin Durand, 1638, in 12. Hæc altera editio ex 594 paginis constans septem opuscula complectitur, quæ sunt: *Traité du Sacrement de Pénitence; Populaire et facile Méthode d'Oraison; Exercice spirituel durant la saincte Messe; Méditation durant la saincte Messe sur la mort de Jésus-Christ crucifié pour exciter les âmes a son parfait amour* (impressum iam a. 1623); *Abrégé de la Vie spirituelle tiré de la considération de trois excellents Mystères qui reluisent en la mort de Jésus-Christ crucifié; Exercice interieur durant le divin Service; Traité de l'essentiel et pur Amour.* — Opusculum « Exercice spirituel durant la sainte Messe » separatim editum est a. 1896 ab Emmanuele de Lanmodez Ord. Capucc. (Calais: Imprimerie des Orphelins; in 16).

Les Exercices des Bienheureux praticables en terre par les âmes dévotes et dépouillées des affections de la terre. A Paris chez Martin Durand, 1633, in 8 min.; cui editioni additum est opusculum *Exercice spirituel durant la saincte Messe*, supra indicatum.

La Perfection Séraphique seu *De la perfection séraphique et du bonheur admirable des serviteurs de Jésus-Christ, sous la forme d'une couronne mystique, laquelle il donne à tous les vrais observateurs de ses divins conseils et spécialement aux Religieux de saint François.* A Paris chez Jean Fouët, 1624, in 8 (464 pp.).

Fragmens d'une Explication mystique sur la Regle du Séraphique Pere S. François, où est traité des trois Vies purgative, illuminative et inactive, et Traicté des Trois Vœux de Religion. Prodierunt a. 1646 curante P. Angelo de Mortagne sub generali titulo *Perfection Séraphique* (762 pp., in 4.) Ex hoc opere nonnulla exhibet L. Dedouvres in Études Franciscaines, I, pp. 91-98.

Constitutions de la Congrégation des religieuses bénédictines de Notre-Dame du Calvaire vivant sous la première et exacte règle de saint Benoît par le P. Joseph du Tremblay. Impressæ primum a. 1625, recenter etiam editæ sunt: Paris, Desclée, 1902, in 12 (212 pp.)

Considerations sur la Regle de S. Benoist, sur lesquelles sont fondees les Constitutions de la Congregation du Calvaire; typis excusæ (507 pp. in 8).

Plusieurs Epistres fort spirituelles, escrittes à plume volante à une illustre Religieuse, grand servante de Dieu, sa Disciple; typis excusæ (237 pp., in 8).

Epistres escrittes à plume volante aux Religieuses Benedictines de la Congregation de Nostre-Dame du Calvaire: typis excusæ (221 pp., in 8).

Sex Epistolæ encyclicæ, dictæ *Grandes Epistres*, ad easdem moniales; typis excusæ (15, 71, 12, 45, 54, 28 pp. in 8).

La Vocation des Religieuses de la premiere Regle de S. Benoist: opusculum typis editum.

Exercices spirituels des Religieuses Benedictines de la Congregation de Nostre Dame du Calvaire; opus item typis editum (448 pp. in 8).

Exhortations, numero sexaginta, ad moniales eiusdem Congregationis ex testimonio Waddingi non solum, sed etiam Dionysii Genuensis et Bernardi a Bononia, qui addunt eas impressas esse Parisiis a. 1632 in 4. Advertendum tamen L. Dedouvres eas non indicare, saltem sub eodem vel simili titulo, in elencho operum spiritualium P. Josephi typis expressorum, quem exhibet in opere « Le Père Joseph polémiste » pp. 16-17.

Les dix jours par le P. Joseph du Tremblay. Préface de A. Dufourcq. Paris, Librairie St. François, 1914, in 12 (pp. LXVI-470). Sunt duodetriginta exhortationes ad easdem moniales; edidit (an primum, nescio) P. Joannes de Beaulieu.

Le Secret de la Croix et de sa douceur. Traité inédit (Biblioth. Mazarine, ms. 2301) du P. Joseph du Tremblay de l'Ordre

Digitized by Google

l'Ordre des Capucins, publié par le P. Emmanuel de Lanmodez du même Ordre. Calais: Imprimerie des Orphelins, 1896, in 16 (pp. 24).

Les Étrennes du Petit Jésus. Conférence publiée par la première fois par le R. P. J., O. M. C. Toulouse, 1913 in 12 (pp. 15). Extr. ex « Voix Franciscaines ».

Discours en forme d'exclamation sur la conduite de la Divine Providence en la disposition des événements de sa vie depuis sa naissance jusq'a son entrée en religion. Impressus est, sed fine mutilus, ut reperitur in mss., a P. Apollinari a Valentia in hac editione: *Quatre opuscules du P. Joseph du Tremblay:* I. *La Fondation de l'Ordre des Bénédictines du Calvaire:* II. *La Vocation des Bénédictines du Calvaire:* III. *Mémoires du P. Joseph sur son enfance et son adolescence;* IV. *L'Exercice des Bienheureux pratiquable en terre.* Nîmes: Imprimerie Gervais-Bedot, 1895, in 8 (pp. XIII-395).

Histoire de Madame Antoinette d'Orleans (cuius extat initium tantum); ms.

Parvi tractatus spirituales, numero c. 29, ad moniales Congregationis Calvariæ, gallice; mss.

Plurimæ Exhortationes, ad easdem, gallice; mss.

Litteræ spirituales ad easdem, gallice; mss.

Epistolæ c. 160 ad alios; mss. — Quæ manuscripta servantur Andegavi et Aurelianis apud moniales dictæ Congregationis, et Parisiis in bibliotheca Mazarina, mss. 2266-2266B et 2301 (1203-1206 Catalogi A. Molinier).

Turciados libri V *dicati Urbano* VIII. *Pont. Max.* Parisiis, apud Jo. Fouët, 1625, in 8; pp. 153. Editio unica et rarissima, quæ ex bibliotheca Barberiniana extat nunc in Vaticana. Poema ex 4637 versibus constans, ad excitandos christianos principes ut bellum Turcis inferrent, quod Urbanus VIII vehementer admiratus Christianam Æneida nominavisse fertur.

Carmina quædam gallice scripta (2284 vv.), quæ omnia mss. extant in bibliotheca Mazarina, ms. iam 2301, nunc iuxta Catalogum A. Molinier 1206. Ex iis tria leguntur integre impressa apud Fagniez. op. cit., II, pp. 502-510; tria alia, apud Dedouvres, Le P. Joseph, études critiques etc. (Études Franciscaines, III, pp. 502, 608-609, 616-619); aliud, teste eodem Dedouvres (Le Père Joseph polemiste, p. 140) in Annales Franciscaines. — De iisdem carminibus, præter Dedouvres, conferri potest: Émile Faguet, Le P. Joseph poète, in Revue des Cours et Conférences, 26 Avril 1894, pp. 193-204.

Operibus supra indicatis multa ad rempublicam spectantia et polemica addenda sunt, quæ tamen, quum pene omnia P. Josepho non sint inscripta, haud facile est determinare. Claudius Lepré Balain in eius Vita aliqua indicat ab ipso edenda inter Posthuma P. Josephi, nempe: *Dispositions à la guerre contre le Turc; Instruction pour les Princes; Ouverture de l'interest de tous les Princes pour les engager à la guerre contre le Turc: Estat deplorable de la Chrestienté: comme il faut le relever; Moyens pour tenir la Chrestienté en repos et specialement la France; Divers Traictez touchant la Milice Chrestienne, son establissement et les moyens pour sa subsistance; Discours sur les alliances avec les heretiques*, ex quo longa excerpta dat lib. V, cap. V. - Gustavus Fagniez edidit (op. cit., II, pp. 467-480): *Mémoire presenté au Roy par le P. Joseph, capucin, en suite du voyage qu'il a faict vers le Sainct Pere par ordre de Sa Majesté.* — Ren. Richard in Histoire de la Vie du R. P. Joseph, II (1702), pp. 142-144 ei tribuit: *Coup d'Estat de Louis* XIII; *Defense du Roy et de ses Ministres; Advertissements aux Provinces sur le nouveaux mouvemens du Royaume*, opera edita a. 1631, quæ tamen postea aliis adscripta sunt. — Lud. Dedouvres plusquam centum huius generis libros P. Josepho attribuit, et in opere « Le P. Joseph polemiste » multos nititur probare eius esse; eius tamen argumenta non satis probantur Gustavo Fagniez (Revue des questions historiques, LX, Paris 1896, pp. 475-484), qui cum eo tantum consentit circa opus *Remonstrance a ceux de la Pretendue Religion Reformee du Bas Languedoc qui ont pris les armes contre le Roy* (Mercure françois, XV, Paris 1631, pp. 318-455).

MMCDLXXVIII. 1294.

JOSEPHUS CODICIS = rectius *Cordicius*, ex oppido Montis S. Juliani, de quo Rocchus Pyrrhus apud Mongitorem to 1. Biblioth. Siculæ.

MMCDLXXIX.

JOSEPH A COLLEAMATO prope Fabrianum castro Picenæ provinciæ Ord. Capuccin. post se reliquit ms., teste Dionysio Genuen., et Arturo ad diem 28. Junii,

Historiam de origine, et progressu Reformationis Capuccinor. in provincia Marchiæ: obiitque sanctissime Forosempronii anno 1557.

* JOSEPH CORDICIUS = V. supra *Joseph Codicis.*

MMCDLXXX.

JOSEPH DE LAS CUEVAS Hispanus Ord. Capuccinorum ante an. 1626. composuit vernacule

Meditationes, et glossas super Officium divinum, teste Vitali Algezira, et ex eo Torrecilla apud Joan. a S. Anton. to. 2. Hunc non habet Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor.

MMCDLXXXI.

JOSEPH DONDORIUS Capuccinus provinciæ Tusciæ descripsit

Vitam Ven. Sororis Helenæ Cellesiæ nobilis Pistoriensis Ord. S. Clarae, quæ magna sanctitatis fama vivere desiit Pistorii in Monasterio S. Desiderii m. Aprili anno 1572. Nec Dionysius Genuen. hujus autoris meminit, nec Joan. a S. Anton. hoc opus vidit.

Pistoriensis, nobili genere, postquam in Universitate Pisana studiis operam dedit, anno 1613 die 27 aprilis, ætate annorum 25, Cortonæ habitum religiosum induit. Jam guardianus conventus lucensis et definitor suæ provinciæ, huic præfectus est die 7 maii a. 1649. Obiit Pisis a. 1650, decembris die quinta iuxta Eug. Gamurrini (Istoria genealogica delle Famiglie Nobili Toscane et Umbre, II, Firenze 1671, p. 101) et Aug. Oldoinum (F. A. Zacharia, Bibliotheca Pistoriensis, Augustæ Taurinorum 1752, p. 187), die quarta iuxta Sixtum a Pisis (Storia dei Cappuccini Toscani, I, Firenze 1906, p. 439). Falsum est Dionysium Genuensem huius auctoris non meminisse, quum saltem in altera editione suæ Bibliothecæ anni 1691 (p. 201) de eo agat.

Della Pietà di Pistoia in grazia della sua Patria, scritta da Fra Giuseppe Dondori Ministro Provinciale de' Cappuccini di Toscana. Dedicata all'Eminentiss. Sig. Cardinale Giulio Rospigliosi.... da Francesco Dondori Nipote dell'Autore,... In Pistoia per Pier'Antonio Fortunati, 1666, par. 2, vol. 1 in 4. In hoc opere (p. 344) auctor, inter scriptores Pistorienses se ipse memorans, ait parare se *un volumetto di prediche municipali, indirizzate al giouamento della patria, et un'altro di Prediche miscellanee scelte le più morali, e di frutto per l'anime*, quas orationes fortasse imperfectas reliquit, quum paulo post addat: *per lo cui compimento vuolvi per mera grazia dell'Altissimo vita, sanità e ozio.* Ex V. Capponi (Bibliografia Pistoiese, Pistoia 1874, p. 146) extat autographum Pistorii in bibliotheca Forteguerriana; testante autem F. A. Zacharia (loco cit.) apographum ab editis nonnihil discrepans servabatur suo tempore Florentiæ apud Dominicum Mariam Mannium.

In Burgo S. Laurentii in bibliotheca Ordinis Capuccinorum extat ms. quædam eius *Oratio* habita ad Clerum in Synodo diœcesana Lucensi. Cf. Sisto da Pisa, op. et l. cit.

Nonnullæ eius *Epistolæ* reperiuntur Pistorii in bibliotheca Forteguerriana, ms. E, 391. Cf. G. Mazzatinti, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, I, Forlì 1891, p. 267, n. 247.

Dom. Moreni (Bibliografia storico-ragionata della Toscana, I, Firenze, 1805, p. 332) loquens de eius opere *Della Pietà di Pistoia* addit: « Mi vien supposto dal D. Cantini, che il predetto Dondori abbia fatto *eziandio* un'Istoria Pistoiese, MS. in IV T. in 4, in Casa Dondori ». An idem ac codex ms. B, 77 dictæ bibliothecæ Forteguerrianæ? Cf. Mazzatinti, loco cit., n. 62.

In opere *Della Pietà di Pistoia* auctor nullo loco, nec pag. 344 ubi de se agit nec pag. 59 ubi agit de Sorore *Lena* Cellesi, aliquam mentionem facit de eius Vita a se scripta vel conscribenda, neque de hac Vita apud alios scriptores notitiam ullam inveni.

MMCDLXXXII.

Digitized by Google

MMCDLXXXII.

JOSEPH DRUJENSIS, vulgo *de Dreux*, Gallus natione provinciæ Parisien. Capuccin. concionator edidit

Concionem funebrem in obitu R. P. Fr. Josephi de Morlais concionatoris Capuccini. Parisiis anno 1662. apud Dionysium Thierry.

Thronum Dei in anima justi, seu ideam perfectæ Abbatissæ in vita sancta, et præclaris gestis D. Magdalenæ de Sourdis Abbatissæ Regii Monasterii S. Pauli Bellovacensis. Parisiis anno 1668. in 8. ex autore Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joan. a S. Anton.; sed vereor apud aliquem numeri annorum depravationem.

Oraison funèbre ou Panégyrique du R. P. Joseph de Morlaix, prédicateur capucin. Où sont descrites les plus belles particularitez de sa naissance, de sa vie et de sa mort. Prononcé dans l'Église des Religieuses du Calvaire aux Marests du Temple, le 7 octobre 1661. A Paris, chez Denys Thierry, rue Saint Jacques, à l'enseigne de la ville de Paris. MDCLXI. in 4; 3 ff. n. n., 51 pp. n. e 1 p. n. n. Opusculum rarissimum. (Études Franciscaines, XXV, p. 113).

Rétraite Séraphique ou Exercices spirituels selon le veritable esprit de Saint François d'Assise. Par le T. R. P. Ioseph de Dreux, des Frères Mineurs Capucins, Définiteur et Maître des Novices de la Province de Paris. Nouvelle édition, revue et corrigée par un Religieux du même Ordre (Josephum a Durocassibus). Le Mans: Imprimerie Clément Roulier, 1898, in 16; pp. XX-293. (Analecta Ord. Capuccinorum, XVI, p. 159). — *Seraphische Einsamkeit. Geitesübungen im Sinne des kl. Franziskus von Assisi. Verfasst von P. Josef de Dreux, Novizienmeister der Kapuzinerprovinz von Paris, im Jahre 1670. Singemäss übersetzt von P. Thomas a Villanova Gerster, Theologielektor desselben Orden.* Innsbruck, Druck und Verlag von Felizian Rauch, 1910, in 12; pp. (IV)-154.

Courtes méditations ascétiques pour tous les jours de l'année Ouvrage inedit.... revu et publié par le R. P. Salvator de Bois-Hubert. Paris, 1887, in 12.

Habitum religiosum induit die 28 iulii a. 1647, obiitque Parisiis a. 1671, ætatis suæ quadragesimo secundo.

MMCDLXXXIII. 1295.

JOSEPH EXIMENIUS = Valentinus Regul. Observ. concionator, et Custos recognovit, et additionibus locupletavit

Vitam Ven. Fratris Nicolai Factoris Minoritæ a Fr. Christophoro Moreno ejusdem Instituti compositam, quæ prodiit typis Sebastiani Cormellas ex autore Biblioth. Valentinæ apud Joan. a S. Anton.

MMCDLXXXIV.

JOSEPH A FERNO provinciæ Mediolanen. Min. Capuccin. alumnus, ac provinciæ Bonon. Vicarius, deinde Generalis Definitor, vir in Theologia apprime excultus, Institutor *Orationis* 40 *Horarum*, et coadjutor Ordinum S. Pauli Decollati *Barnabit.*, et Clericorum Regularium *Somaschor.* typis edi curavit

Methodum, seu instructionem celebrandi devote, et cum fructu prædictam 40. *Horarum Orationem* Mediolani anno 1571.

Miraculis clarus obiit an. 1556. ex Joan. a S. Anton. to. 2. Huncque eumdem existimo, quem pag. 77. to. 1. dixit *Angelum Fernensem* Apostolicum concionatorem provin. Mediolanen., in qua mortuum ait anno 1568., cum scripsisset *plurimos Sermones de Tempore, et de Pœnitentia;* de quo suo loco.

Octodecim annos natus Ordinem Minorum Observantium ingressus est, ex quo post aliquot annos ad Capuccinos transiit. Nullo modo confundi potest cum Angelo Fernensi, qui tamen ex Boverio (Annales Min. Capucc., I, Lugduni 1632, pp. 536, 675) aliisque de rebus Ordinis Capuccinorum scriptoribus fuit eius germanus frater.

MMCDLXXXV. 1296.

JOSEPHUS FERRER = Valentinus provinciæ S. Joannis Baptistæ Discalc. Theologus, Exdefinitor, et Vicarius Provinc., concionatorque vir præstantis doctrinæ edidit

Logicæ, Metaphysicæ, et Physicæ Summulisticum præludium. Valentiæ 1636. in 4. typis Josephi Esparzæ.

Panegyrim de purissima Conceptione Virginis. Granatæ an. 1651. in 4. typis Francisci Sanchez.

Pharum Evangelicam, seu Commentaria in 4. *Evangelia.* Lugduni 1661. in fol. typis Philippi Borde.

Tractatus in Evangelia Sanctorum latine in 8. ms.

Pharetram concionum latine tomis 2. in 8. ms.

Sertum concionum prædicabilium latine tomis 2. in 8. ms.

Concionum de Sanctis tomos 2. in 8. mss.

Epitome concionum Dominicalium ms. Omnia asservantur Valentiæ in Biblioth. Conventus S. Joannis a Ripa, teste Joan. a S. Anton.

Ex V. Ximeno, Escritores del Reyno de Valencia, II (Valencia 1749) p. 90, obiit die 22 septembris a. 1682.

Primum opus, ex cuius titulo, ut Waddingus verbum *Metaphysicæ*, ita Jos. Rodriguez (Biblioteca Valentina, Valencia 1747, p. 212) et V. Ximeno (loco cit.) verbum *Physicæ* excludunt, impressum est iuxta eosdem Rodriguez et Ximeno per Silvestrum Esparsa.

Operis « Pharus Evangelica » prima tantum pars, agens de præludiis evangelicis et de primis Christi mysteriis, edita est.

MMCDLXXXVI.

JOSEPH FERRETTUS a S. Martino Mutinensis ditionis oppido, Herberiæque Cœnobii Min. Conv. alumnus sac. Theologiæ Magister, ac Parmensis Gymnasii anno 1638. moderator, humanarum literarum, in primisque poesis amator, ut Academiis Parmensi, Regien., ac Romanæ nomen dederit, Spoleti immatura morte sublatus an. 1650., cum nonnulla scripsisset metro italico, et latino, nimirum

Odas in laudem Ducis Cæsarini, et... Farnesii; carmenque epicum ex Franchino in Biblios. num. 199.

Epigramma ejus in laudem Francisci Antonii Blondi a S. Severino legitur in fronte illius Operis *de censuris, et irregularitate* Romæ 1636. impressi.

In *Collectione pro Philosophico certamine in Comitiis Antonii Mariæ Tertii* facta Parmæ an. 1639. in 4. typis eorum [fortasse *Erasmum*] de Viotis leguntur hujus autoris nonnulla latino, et vulgari sermone composita; celebraturque a D. Cæsarino in suis carminibus, et a Theulo in Triumpho Seraphico, a quo dicitur Consultor sac. Congr. Indicis.

MMCDLXXXVII.

JOSEPH A S. JULIANO Siculus Ord. Capuccinorum Nesitanus scripsit ante an. 1640. nonnulla *de S. Conone Monacho Basiliano* Nesitano in Sicilia an. 1236. mortuo, testibus Act. SS. Editoribus

Digitized by Google

bus Bolland. to. 3. Martii die 28. pag. 734; sed consulenda est PP. Capuccinor. Bibliotheca.

Eum de S. Conone scripsisse tradit Octavius Caietanus (Vitæ Sanctorum Siculorum, II, Panormi 1657; Animadversiones, p. 67); ergo scripsit ante diem 8 martii a. 1620, qua Caietanus obiit.

MMCDLXXXVIII. 1297.

S. JOSEPH A LEONISSA = Aprutii oppido cognomine *Desideri* pro Christi nomine multa passus est Constantinopoli a Turcis, ubi sac. *Missionis* munus exercere tentavit: in Italiam reversus post multa pietatis, sanctitatisque signa meritis onustus ad cœlum evolavit Amatrici in Aprutio die 4. Februar. an. 1612.; sed paulo post ejus corpus Leonissam translatum est. Anno 1737. die 2. Junii *Beatorum* a Clemente XII., et an. 1746. die Junii 29. a Benedicto XIV., *Sanctorum* fastis adscribitur: de quo agit P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin. pag. 203., et Arturus ad diem 20. Decembr., ac Boverius to. 2. Annal. Edidit etiam

Præparationes ad bene moriendum. Romæ anno 1602.

Opusculum de protestationibus etc. prodiit primum Brixiæ an. 1610., et postea alibi ex Joan. a S. Anton.

MMCDLXXXIX. 1298.

JOSEPHUS MALDONATUS = de quo Waddingus in append. ad hunc librum: Americanus, avis tamen Hispalensibus editus, e provincia Quitensi, cujus erat alumnus, cum suffragio veniens anno 1618. ad Capitulum Generale Ordinis, et moram ex eo tempore in Castellæ provincia Reg. Observ. trahens Commissarii Generalis sui Ordinis, et Confessarii Margaritæ Austriacæ munere functus est, unaque cum *FF. Petro de Alva, Petro de Balbas, Jo. Guttierez,* et *Gaspare a Fonte* Opus elaboravit inscriptum

Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo Immacul. Conceptionis. Matriti anno 1648. in fol. ex Joan. a S. Anton.

Abditum secessum animæ, in quo defunctorum vitæ, eorumque sepulchra deteguntur sermone hispano. Cæsaraugustæ an. 1649. in fol. ex append. Waddin., et Joan. a S. Anton.

De autoritate Commissarii Generalis Indorum. Matriti 1649. in fol. ex eisdem.

Additiones ad tractatum Ludovici Molinæ de Primogeniis Hispaniarum. Ibidem 1667. in fol. per Julianum de Paredes ex Biblioth. Josephi Renati [Imperialis] apud cit. Joan. a S. Anton. Hujus scriptoris meminit cum laude Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hispan.

Operis « Armamentarium Seraphicum et Regestum Universale tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis » quod prodiit Matriti ex typographia regia a. 1649, non autem 1648, auctores ipso in libro dicuntur Gaspar de la Fuente, Petrus de Valvas, Petrus de Alba et Astorga, Joannes Gutierrez, non vero Josephus Maldonatus. Qui, quum Commissarii generalis Ultramontanæ familiæ munere fungeretur, litteris ad eosdem datis die 1 octobris a. 1648 et operi præmissis, hoc tantum curavit, ut opus iam sub suo decessore incœptum ad exitum perduceretur. — Res confirmatur ex ipso Petro de Alva et Astorga, qui in op. « Militia immaculatæ conceptionis Virginis Mariæ » de se, de Josepho Maldonato et de ceteris scriptoribus supra nominatis singulatim agens, sibi et ceteris omnibus, præter Josephum Maldonatum, *Armamentarium* adscribit.

Additiones (novissimæ) *ad Molinam de iure Primogeniorum* a Nicolao Antonio (Bibliotheca hispana nova, I, Matriti 1783, p. 809) attribuuntur D. Josepho Maldonado et Pardo Matriti regiis conciliis advocato.

MMCDXC. 1299.

JOSEPH A S. MARIA = provinciæ S. Gabrielis alumnus, ac provinciarum SS. Josephi, et Pauli Commissarius Visitator edidit

Practicam criminalem sub titulo: *Tribunal Religiosorum.*

Tractatus apologeticus de usu, et frequentia sacratiss. Eucharistiæ vernacule. Matriti 1616. in 8. typis Viduæ Alfonsi Martini, et alter tractatus

De modo audiendi Sacrum ex to. 1. Chron. provinciæ S. Pauli Discalceat. lib. 1. num. 316. a Joan. a S. Anton. adscribuntur alteri *Josepho a S. Maria* ex Mantua Carpentan., et provinciæ S. Pauli, quem floruisse ait anno 1630.; sed cum alterum obiisse dicat an. 1621. die 6. Januarii; eadem utrique Opera sint adscripta; et ejusdem provinciæ *S. Pauli* alter dicatur *alumnus*, et alter *Commissarius Visitator*, liquet unum, et eumdem ob varia munia in duos divisisse. In Indice Bibliothecæ Barberinæ legitur

Relatio Martyrii 6. *Fratrum S. Francisci, et* 20. *Japonensium an.* 1597. *ex hispano in italicum idioma translata a Josepho de S. Maria. Romæ* 1599. *in* 8., quæ et tribuitur *Fr. Joanni a S. Maria,* sed ille hispanice scripsit, iste vero transtulit, vel transferre fecit, dedicavitque Clementi VIII.; hanc non vidit nec Joan. a S. Anton.

Relationem Martyrii sex Fratrum S. Francisci etc, auctore Joanne a S. Maria in italicum sermonem transferri tantum iussit, ut patet ex ipso titulo eiusmodi versioni præmisso in editione romana anni 1599.

MMCDXCI.

JOSEPH A S. MARIA alter provinciæ primum Aragoniæ, tum S. Gregorii in Philippin. Insulis Discalceat. typis dedit

Tractatum de Tertio Ordine S. Francisci, ejusque Sanctis in Manilensi Cœnobio, ex Antonio de Llave in Chron. illius provinciæ trien. 10. cap. 3. apud Jo: a S. Anton.

MMCDXCII.

JOSEPH MARIA MUZZARELLUS patritius Ferrariensis Min. Capuccin. Orator disertissimus, et Poeta minime vulgaris, verbique divini prædicator suo tempore clarus edidit

Orationem in obitu Fr. Joannis Baptistæ Estensis sui Ordinis, antea Alphonsi Ducis Mutinæ cusam Mutinæ in Typographia Ducali an. 1644. una cum *Carminibus italicis.*

Postmodum circa an. 1665. transiit ad Institutum Min. Conv.; moxque sac. Theologiæ lauream consecutus, Lectorque Philosophiæ, Theologiæque dogmaticæ constitutus haud multo post declaratus est Terræ Sanctæ Minister: exinde Veneto Conventui aggregatus, et civitate ea etiam donatus extitit Theologus Francisci Mauroceni Venet. armorum clarissimi Ducis, Peloponnesiacique regni expugnatoris, vertitque ex hispano in italicum idioma librum hoc titulo:

Notitia degli Aji, e Maestri, che hanno havuto i Principi Infanti, et altre persone Reali di

Spagna

Digitized by Google

Spagna scritta da Rodrigo Mandez [Mendez] *di Silva.* Venetiis an. 1674. in 8. typis Jacobi Hertz ex Franchino in Bibliosophia num. CCI., ubi hunc dicit *Joseph Mucciarellum Fananensem* ditionis Mutinensis, et an. 1690. adhuc Venetiis vitam duxisse: alii vero, ut Baruffaldus, et Borsettus *Joseph Mariam* Muzzarellum *Ferrariensem*: forsan eo quod ut Veneta, ita et hac donatus fuerat civitate, ubi hæc illustris familia viget, et quæ eamdem cum Fananensi, et Bononiensi originem habere creditur, quemadmodum laudatus Franchinus affirmat; nisi fuerit alius ab illo.

Habentur ejus versus in *Collectione select. Poet. Ferrar.* anno 1713. facta, vulgataque Ferrariæ pag. 315. Baruffaldus agit de eo in Opere de Poetis Ferrarien. clas. 2., et Borsettus par. 2. Hist Gymnasii Ferrarien. lib. 4.

Duo scriptores hic distinguendi sunt: alter, Josephus Maria Muzzarellus Ferrariensis, qui ex Antonio Libanori (Ferrara d'oro, par. 3, Ferrara 1674, pp. 120-121) postquam Parmæ philosophiæ et partim etiam theologiæ studuit, et complures philosophicas conclusiones Ferrariæ coram Jacobo Serra cardinali magna cum laude defendit (quæ conclusiones excusæ sunt Parmæ per Antheum Viottum a. 1622), Ordinem Capuccinorum amplexus est in eoque plures annos philosophiæ et theologiæ lector fuit, ex Dionysio vero Genuensi decessit in ditione Parmensi in conventu Fontis-vivi eiusdem Ordinis a. 1659 ætatis 59; alter, Josephus Muzzarellus e Fanano, de quo Franchinus agit, primum Capuccinus, deinde circa a. 1668 Conventualis, vivens adhuc c. a. 1692, quo Franchinus scribebat.

Oratio (italica) *in obitu Joannis Baptistæ Estensis* debetur Josepho Mariæ Muzzarello. Hanc in editione mutinensi a. 1644 non sequuntur plura carmina italica, ut post Baruffaldum scribit Sbaralea, sed unum ut iam notavit Borsettus, neque eiusdem Muzzarelli alii versus leguntur in Rime scelte de' Poeti Ferraresi antichi e moderni (Ferrara 1713). — *Alias Orationes* ei attribuit Dionysius Genuensis, easque separatim excusas se vidisse testatur.

Versio *Notitia degli Aji e Maestri* etc. est Josephi Muzzarelli e Fanano, eiusdemque extat Romæ in bibliotheca Angelica:

Ristretto di molte imprese del Serenissimo Francesco Morosini Peloponnesiaco, Prencipe di Venetia, etc. Opera del Padre Maestro Provinciale Giuseppe Antonio Muzzarelli, Teologo di Sua Serenità, nuovamente ampliata. In Venetia, Appresso Andrea Poletti, MDCXCIII. in fol. Opusculum una pagina conclusum.

Hieronymus Tiraboschi in Biblioteca Modenese, III (Modena 1783), pp. 346-47 de quodam Muzzarello franciscano loquitur, qui tum a Josepho Maria tum a Josepho Antonio diversus videtur. Eum Joannem Mariam vocat, Fananensem dicit et Minorem Conventualem, scriptorem vitæ B. Gherardi Boccabadati.

MMCDXCIII.

JOSEPHUS MARTINUS a Fonte Hispanus ex Tertio Ord. Claustr. S. Franc. ad usum Salmanticensium ejusdem Instituti vulgavit

Ceremoniale. Salmanticæ anno 1625. typis Eugenii Garcia ex Joan. a S. Anton. to. 3. append.

MMCDXCIV.

JOSEPH NEAPOLIS Drepanensis provinciæ Siculæ Minor. Convent. sac. Theol. Doctor insignis, et ecclesiastes non spernendus, de quo autor coævus Philippus Cagliola Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manif. 5. p. 134. inquit: *superest nunc Mag. Joseph Neapolis senioris ex fratre nepos in Scoticis eruditissimus disciplinis, principum Ordinis studiorum Regens, ob virtutum nomen, quo per Philosophica, ac Theologica scripta per universam Religionem provinciam hanc condecorat, absens provinciæ Minister conclamatur anno* 1618.; *nunc de rebus fidei in hoc Siculo regno Censor* etc.: quod ipsum, aliis tamen verbis, perhibet et August. Superbus eodem tempore vivens in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 90., Theologorum sui seculi decus appellans, ingenio subtilem, Scoticæ doctrinæ admirabilem defensorem *multos eruditionis, ac subtilitatis libros* composuisse, cum vario scientiarum genere mirum in modum excultus esset. Scripsit autem inter alia

Tractatum de concursu causæ primæ cum secunda, in quo et *de prædestinatione, scientia Dei, gratia, auxiliis, voluntate divina* etc. docte pertractat: eumque ms. penes se habuisse a Bartholomæo Mastrio ejus discipulo exaratum, et ab eodem sibi dono datum Franchinus affirmat in Bibliosophia num. 53. pag. 86., additque primum in Scotistarum Scholas *decretum concomitans* invexisse, quod postea laudatus Mastrius publicavit, et defendit; qui in Opere, cui titulum fecit: *Mastrius, et Bellutus expurgati* pag. 22. virum vocat ingenio subtilissimum, et *Angeli Vulpis* clarissimi Theologi præceptorem.

De Conceptione B. Virginis fragmenta subtilissimi Theologi Drepanen. mss. extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Vivebat adhuc anno 1644. ex cit. Cagliola; de eo etiam Theulus in Triumpho Seraphico.

MMCDXCV.

JOSEPH OXIBIENSIS Ligur prov. Genuen. Minor. Capuccinor. scripsit

Tractatum de triumphante Resurrectione Jesu Christi in tres partes distributum in 8., et

Tractatum de sacro Monte Alverniæ tripartitum, in quo instar meditationum agit *de sac. Stigmatibus S. P. Francisci.*

Sanctimonia clarus obiit Genuæ an. 1591. teste autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 253.

MMCDXCVI. 1300.

JOSEPHUS PICCOLOMINEUS = nobili familia Senensi natus in provincia Tusciæ pietate ac religione claruit; de quo Anton. Terrinca, et Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

Exercitia spiritualia pro Chordigeris italico sermone digesta prodierunt anno 1637., teste Francisco Anton. de Leonibus in *Instructione Chordigerorum* S. Francisci cap. 27. §. 5., qui et ipsa sæpe citat ibi cap. 2. pun. 11., cap. 5. pond. 2., et cap. 17. §. 6., et 13.

MMCDXCVII. 1301.

JOSEPHUS RESEGHINUS = a Casali Montisferrati Strict. Observ. in sacris literis peritus

Scalam Templi Salomonis italico idiomate vulgavit primo Mediolani an. 1618. in 8. typis Hieronymi Bordoni; deinde auctiorem Genuæ an. 1623. in 4. apud Josephum Pavonem; de eoque agit Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., nec non autor coævus Augustinus Superbus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 135. in append., ubi *Scalam Templi Salomonis* dicit. *Templum Salomonis Rosighini* citatur a P. Antonio Natali apud Domin. Vivam in *appendice Indulgentiarum* §. III.

Etiam *Scalam Jacob* scripsit *italice*, teste Andrea Rossotto op. cit.

MMCDXCVIII.

Digitized by Google

MMCDXCVIII.

JOSEPH RICCARDUS Alcariensis provinciæ Siciliæ, ac Custodiæ Messanen. Min. Conv. alumnus sac. Theol. Magister, et bonarum literarum studiis apprime excultus edidit

Orationem gratulatoriam electioni Joannis Casimiri Sueciæ Regis in Regem Poloniæ habitam Venetiis in Templo PP. Servorum B. V. coram omnibus Principum Oratoribus, et Nunciis anno 1648. *m. Febr.*, ibique impressam eodem anno in 4. typis Francisci Milochi.

De eo agunt Theulus in Triumpho Seraph., ubi ait, *de Immacul. Concept. V. M.* plura dixisse, et scripsisse, et cito obiisse; Franchinus in Biblios. num. 205.; Mongitor in Biblioth. Sicula, et ex eo Joan. a S. Anton., qui addunt obiisse an. 1652.

MMCDXCIX.

JOSEPH ROSCIOLUS de Corommanis Perusinus Regul. Observ. pietate, et doctrina clarus, concionatorque haud ignobilis, cum Venetiis prædicationi operam daret, a quadam matrona dono accepit sacrum *lapidem*, quo Christus puer circumcisus fuit, et in quo pretiosi sanguinis gutta adhuc apparet, illumque detulit Perusium circa an. 1530., et Ecclesiæ S. Francisci in Monte sui Instituti donavit, ubi toto anni cursu, sed potissimum primo anni die magna populorum frequentia colitur. Scripsit autem

Concionum tomum 1., et *alterum Theologicum*, ut ex Jacobillo de Scriptor. Umbriæ, et aliis habet Oldoinus in Athenæo Perusino, et Joa. a S. Anton. pag. 254.

Apud Oldoinum dicitur *de Coromannis*, apud Jacobillum autem *de Caromannis*.

MMD.

JOSEPH DE RUBEIS Campaniæ provinciæ in regno Neapolitano alumnus scripsit italice

Opusculum de partu Deiparæ semper Virginis. Neapoli an. 1650. in 16. ex to. 4. Biblioth. Marianæ ms. apud Jo: a S. Anton.

MMDI. 1302.

JOSEPHUS SIMON PALLARES = prov. Aragoniæ Regul. Observ. Concionator edidit hispanice tractatum inscriptum

Dux spiritus, cum tractatu

De Antichristo, et tribulationibus illius tempestatis. Valentiæ an. 1634. in 8. per Silvestrum Esparzam ex Joa. a S. Anton. to. 2.; de eoque et Nicolaus Anton., et autor Biblioth. Valentinæ.

* JOSEPH TOMBLAY = V. *Joseph le Clerc.*

MMDII. 1303.

JOSEPHUS VASQUEZ = sui Ordinis etiam Procurator Generalis dicitur a Joa. a S. Anton. ob zelum justitiæ tribulationibus vexatus ex to. 1. Chron. prov. S. Jacobi lib. 3. cap. 6.

MMDIII.

JOSEPH DE ZISNEROS Hispanus prov. Conceptionis Regul. Observ. S. Officii Censor, et Peruviensium provinciarum Generalis Commissarius evulgavit

Discursum in publico actu fidei Limæ celebrato an. 1636. die 23. *Januarii*, impres. ibi anno 1639. in 4. per Hierony. Contreras ex Joa. a S. Anton.

Discorso que en el insigne Avto de la Fe, celebrado en esta Real ciudad de Lima, a veinte y tres de Enero de 1639. años: Predico el M. R. P. F. Joseph de Zisneros, Calificador dela suprema, y general Inquisicion.... Ita apud Brunet J. Ch., Manuel du libraire. Supplément par P. Deschamps et G. Brunet, II, Paris 1880, col. 969.

MMDIV. 1304.

IRENÆUS AVALONENSIS = provinciæ S. Ludovici Min. Capuccin. alumnus, sanctis moribus ornatus, et per plures annos contra hæreticos Apostolicarum Missionum Præfectus edidit etiam

Controversiarum contra Calvinistas, Hugonotos, et Anabaptistas libros tres. Lugduni an. 1626. in 4., teste autore Biblioth. Capuccinorum, et Joa. a S. Anton. to. 2. pag. 267.

Controversiæ contra Calvinistas etc. gallice scriptæ sunt, et iuxta Dionysium a Genua, Bernardum a Bononia, Franciscum Pérennès (Dictionnaire de bibliographie catholique, I, col. 796) Lugduni impressæ a. 1628.

* IRENÆUS AUGENSIS = V. *Irenæus Deu* infra.

MMDV. 1305.

IRENÆUS BRASAVOLUS = Reg. Observ. factus est Episcopus Castrensis in Tuscia anno 1617., et anno 1621. ex hac vita decessit humatus ibi in sua Ecclesia cum epitaphio apud Ughellum to. 1. Italiæ sac. Ven. edit. legendo, ubi dicitur *Joannes Irenæus.*

Quæstiones miscellaneæ Theologicæ, et Philosophicæ prodierunt Venetiis anno 1600. in 4. juxta Indicem Biblioth. Barber.

In 4. Senten. libros, et alia prelo parata habuisse scribit Augustinus Superbus autor suppar in *Apparatu Illustri* Ferrar. par. 1., et quidem ipsemet in epist. ad Petrum Cardinalem Aldobrandinum præmissa Quæst. univers. Scoti an. 1599. ait: *quia tamen lucubrationes aliæ in Logicam, Philosophiam, ac Theologiam me interpellarere, ejus textum* (nempe Scoti in Porphyrium) *sæpe numero intermisi.*

Quæstiones de primis, et secundis intentionibus super formalitates Scoti excusæ sunt Venetiis anno 1591.

De hoc magna cum laude scripserunt Marcus Anton. Guarinus in Compendio Hist. Eccles. Ferrar. lib. 5. pag. 346., Possevinus in Appar sac. to. 2., Baruffaldus in Comment. Hist. Familiæ Brasavolæ pag. 189., et Borsettus par. 2. Historiæ Gymnasii Ferrarien. lib. 4. pag. 334., præter Ughellum, et Superbum, quos dixi.

MMDVI. 1306.

IRENÆUS DEU = Tertii Ordinis Claustralis magnæ pietatis vir, de quo et Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 32. num. 86., et cap. 38., edidit etiam

Juvenum effigiem idiomate gallico. Parisiis anno 1647. ex Dupino sec. 17.

Librum exercitiorum, et devotionum pro omnibus diebus hebdomadæ in favorem Confraternitatis Dominæ nostræ a Nazareth. Ibidem 1649. in 16.

Perfectionem

Digitized by Google

Perfectionem Christiani ad exemplar perfectionum Deiparæ Virginis gallice. Ibidem anno 1654. in fol., cujus, et superioris Opusculi meminit Petrus de Alva col. 873. Militiæ univ., Vernon in Syllabo AA. in Annal. 3. Ord., et ex his Joannes a S. Anton.

Irenæus filius Richardi Mithon dictus de Eu, latine Auga, ex loco quo natus est; obiit a. 1659. Cf. Éd. Frère, Manuel du bibliographe normand, II, Rouen 1860, p. 100.

* IRENÆUS SIMON in Indice Scriptor. a Waddingo relatus, in Catalogo vero prætermissus, ut notavit Jo: a S. Anton. in append., mea sententia est *Simon Ardæus*, corrupte dictus forsan *Irenæus*.

MMDVII. 1307.

ISIDORUS PERUSINUS = de quo Jacobillus in Scriptor. Umbris apud Oldoinum in Athenæo Perus., et Jo: a S. Anton., qui ait floruisse anno 1660.

Tum apud Oldoinum tum apud Jacobillum legitur floruisse hunc auctorem a. 1560.

MMDVIII.

ISIDORUS ROTA Venetus Regul. Observ. vir doctus, et diligens edi curavit

Conciones XXVIII. *italicas, et extraordinarias Francisci Panigarolæ ejusdem Instituti cum notis a se additis.* Venetiis an. 1592. in 8. per Joannem Baptistam Ciottum; nec non

Conciones tres Parisiis ab eodem Panigarola habitas cum notis, ut supra. Bononiæ anno 1592. in 8. typis Joan. Rubei ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Bonon., et Ferrar. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 259. citat tantum primas, quas dicit *peregrinas*, cusas Ven. 1599.

Lectiones Cornelii Mussi in psal. De profundis, additis *argumentis.* Venetiis an. 1588. in 4. typis Joan. de Gara.

Prediche di Monsig. Rever.mo Panigarola Vescovo d' Asti. Fatte da lui straordinariamente, e fuor de' tempi Quadragesimali, in varij luochi, et a varie occasioni più Illustri. Postillate dal R. P. F. Isidoro Rota Venetiano de' Minori Osservanti, et con maggior utilità à Lettori ordinate. In Venetia, MDXCIX (item MDCVI). Appresso Gio. Battista Ciotti Senese. in 8. Utraque editio extat Romæ in bibliotheca Nationali.

MMDIX.

ISIDORUS SICLENSIS e *Spinella* familia Siciliæ Min. Capuccin. alumnus, et Poeta non vulgaris edidit italice sub nomine *Julii Xifi* fratris sui

Poema sacrum in laudem S. Gulielmi titulo: *La nuova Settimana divisa in 7. giornate:* qua canit vitam, et miracula dicti Sancti. Panormi anno 1632. in 12. typis Alfonsi Isola ex Anton. Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 259.

* ISRAEL ERLANDI, ut videtur, natione Suecus Episcopus Arosiensis in Norvegia, Sueciaque, qui obiit anno 1291. ex Jo. a S. Anton. to. 2., scripsitque *Vitam, et miracula S. Erici Regis Sueciæ* impressam Holmiæ an. 1675. in 8., Dominicanis accensetur ab Echardo de Scriptor. Ord. Præd. to. 1. ad an. 1321.

* JUCUNDUS VERONENSIS = V. *Joannes Jucundus.*

MMDX.

JULIANUS A CAVALLINA loco agri Mugellani in Hetruria Reg. Observ. in fine seculi XV. vivebat, majorque octogenario an. 1498. scripsit

Historiam, et originem Conventus S. Bonaventuræ Nemoris de Mugello Custodiæ Florentinæ, teste Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. Histor. par. 3. tit. 1. ser. 4., quam *Historiam* citat Joannes Baptista Ubaldinus in Hist. Familiæ Ubaldinorum apud Mannum to. 9. Observ. Hist. ad Vetera Sigilla pag. 136.

Vitam B. Claræ Ubaldinæ Florentinæ Abbatissæ Monasterii Montiscælii Florent., quam ms. citat Waddingus in Annal. Min. ad an. 1261. num. 10., et Arturus in Martyrologio Francisc. die 27. Febr., et in Gynæceo eodem die §. 6. Agit de eo et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDXI.

JULIANUS CAUSIUS a Molleano in Piceno Firmanæ diœcesis oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor insignis, et verbi Dei Prædicator egregius anno 1569. publico in Gymnasio Ferrariensi docuit ex Historia illius Gymnasii nuper a Cl. Viro Ferrante Borsetto elaborata par. 2. lib. 2. pag. 193., ubi mendose dicitur *Julianus Cautino de Maliano:* inde contra hæreticam pravitatem Inquisitor declaratus an. 1583. suæ Provinciæ regimen obtinuit; mox Ordinis in Urbe Procurator Gener.; tandem an. 1590. ejusdem Ordinis supremus pastor, et moderator est factus; sed paucis post diebus vivendi finem fecit, ut refert Franchinus in Biblios. num. 149. 230., et 242.; ejusque

Commentarii super lib. Periherm., et Poster. Arist. to. 1. in fol. ms. *Maceratæ* 1575., et

Commentarii super lib. Prædicament. Arist. to. alter in fol. *Maceratæ* 1576. ms. extant Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci. De hoc viro etiam autor 4. partis Chronic. S. Francisci lib. 10. cap. 78. agit, et Rodulphius autor synchronos lib. 2. fol. 257. in Custodia Firmana, locoque Molliani, ubi eum dicit *Doctorem egregium plures annos in Maceratensi Academia Philosophiam* professum esse. Romæ ad SS. Apostolos prope januam Ecclesiæ lateralem subter elogium, inscriptionemque in claustro Card. Laurentii Brancati de Laurea extat marmoreus lapis cum hac inscriptione:

« Juliano Causio a Molleano Piceno S. T. M.,
« ac concionat. illust. ob præclara ejus merita Fran-
« ciscanæ Relig. post S. Pat. General. LX. Romæ
« V. id. Junii MDXC. omnium lætitia electo, ac XII.
« ab elect. die omnium mœrore defuncto FF. Mi-
« nores hujus Romani Cœnobii Conveñles XII. pa-
« riter ab obitu die mœstiss. pos.

MMDXII.

JULIANUS GINART Reg. Observ. provinciæ Majoricarum; cujus extat

Opus morale in duas *partes distributum* editum Palmæ Balearium anno 1652. apud HH. Gabrielis Guasp post autoris mortem, quæ contigit an. 1644., teste Jo: a S. Anton. to. 2.

MMDXIII.

JULIANUS MAFFEUS Volaterranus provinciæ Tusciæ Min. Conv. Philosophicis, Theologicisque disciplinis clarissimus natus est anno 1435., sancti-

que

Digitized by Google

que Francisci Ordinem adolescens ingressus, eo pietatis, virtutum, doctrinæque pervenit, ut doctissimorum virorum, in primisque Card. Bessarionis necessitudinem meruerit, eique in re literaria adjumento fuerit: a Sixto IV. Ecclesiæ Foropompilien. an. 1477. promotus fuit: anno vero 1493. erat Episcopus Bertinorii, sed morabatur Romæ *Vicarius Generalis* Juliani de Ruvere Episcopi Ostien., Majoris Pœnitentiarii, et Lateranen. Ecclesiæ Archipresbyteri ex to. 1. Eccles. Venet. N. V. Flaminii Cornelii pag. 318.; et anno 1505. a Julio II. ad *Ragusinam* Sedem translatus, factus est etiam S. R. E. *Bibliothecarius* usque ad mortem ex Angelo Rocca in *Biblioth. Vaticana* apud Joan. Ciampinum in Catalogo S. R. E. Bibliothecariorum: obiit quinquennio post Romæ apud S. Petrum in Monteaureo sepultus cum hoc epitaphio:

D. O. M.

« Juliano Municipi Volaterrano Archiepiscopo Ra-
« gusino ex Ordine Minorum assumpto Philosopho,
« Theologoque clarissimo Bessarioni Card. Nicæno
« studiorum adjutori a Sixto IV., et Paulo II. Pon-
« tiff. Maxx., quibuscum conjunctissimus vixit, di-
« gnitatibus honestato, Pænitentiariæ Apostolicæ
« annos 25. regens. Vixit annos septuagintaquinque
« manuscript. Marcus Vigerius Savonen. Card. Se-
« nogallien. amico fratri, et contubernali jucundis-
« simo Sacello communicato P. 1510.

quod refert et Ughellus to. 2. Ital. sac. in Foropompilien. Episcopis n. 41., sed cognomen reticuit; id autem innotescit ex ejus assumptionis Bulla Pontif. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1476. n. 33. Quidnam iste scripserit, apud neminem hucusque legi: verumtamen cum dicatur *Card. Bessarionis* fuisse studiorum coadjutor, facile intelligimus, ex illis ejus scripta esse ducenda.

Ex eadem familia eodem tempore florebant etiam *Marius* Episcopus Aquinas primum, postea Cavallicensis, *Jacobus*, et *Raphael* literis præclari.

** Epitaphium ita corrigendum:

« D. O. M. Juliano Municipi Volaterrano Ar-
« chiepiscopo Ragusino ex Ord. Minor. assumpto
« Philosopho Theologoq. clariss. Bessarioni Card.
« Nicæno studior. adjutori a Sixto IV. et Julio II.
« Pontiff. Maxx. quibuscum conjunctiss. vixit, di-
« gnitatib. honestato Pœnitentiariæ Apostolicæ an-
« nos XXV. regenti. Vixit an. LXXIII. m. VIII. Marcus
« Vigerius Savonen. Card. Senogallien. amico Fra-
« tri, et contubernali jucundissimo sacello commu-
« nicato ex testamento posuit an. MDX.

Ita habet archetypum in Ecclesia S. Petri in Janiculo ad lævam ingredientium. **

MMDXIV.

JULIANUS MONCEAU Gallus natione sermone patrio scripsit, publicavitque

Concionum de Sanctis, et eorum Regina tom. 2. in 8. Parisiis an. 1616., et 1617., testibus Marraccio in Append. ad Biblioth. Marianam, et Petro de Alva col. 882. Militiæ, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDXV.

JULIANUS MONTEFUSCUS prov. Siciliæ Regul. Observ. composuit ante annum 1640.

Vitam S. Coni, ut ex Joseph Predicario in Vitis SS. Siculorum refert Antoninus Mongitor to. 1. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. Vide Act. SS. editores Bollandios to. 3. Martii die 28. de *S. Conone Nesitano* Siciliæ *Monacho Basiliano* pag. 734., ubi hunc citant.

Eum de S. Conone scripsisse tradit Octavius Caietanus (Vitæ Sanctorum Siculorum, II, Panormi 1657; Animadversiones, p. 67), qui obiit die 8 martii a. 1620.

MMDXVI.

JULIANUS MUGLIENSIS ab oppido vulgo *Muggia* diœcesis Tergestinæ in ora maris Adriatici Italica celeberrimus fuit, cujus mentionem agit Georgius Benignus Salviati ejudem Ordinis Archiepiscopus Nazarenus lib. 6. de *Natura Angelica* cap. 14., eumque sibi amicitia conjunctissimum, doctissimum virum, et prædicatorem egregium pronunciat. *Juliano insigni Theologo Ord. Min.* Marsilius Ficinus an. 1493. die 21. Februarii Epistolam dedit, quæ lib. 12. ejusdem Marsilii epistol. legitur; refertque eum in Angelorum Æde frequentibus concionibus auscultasse dicentem: et Joannes Mapellus ejusdem Ordinis Theologus, de quo supra actum est, an. 1498. huic *Bartholomæi Pisani Quadragesimale de Contemptu mundi* dedicavit, vocatque sac. Theologiæ Doctorem celeberrimum, et sui temporis Concionatorem disertissimum, Mediolani tribus annis summo omnium favore auditum: jam an. 1488. conciones habuit quadragesimales Justinopoli ex Regesto Ordinis; et Monumenta Basilicæ S. Petronii Bononien. referunt an. 1491., et 1505. *Julianum a Capite Histriæ Ord. Min. sac. Theologiæ Magistrum* ibi conciones quadragesimales habuisse. Scripsit igitur

Conciones quadragesimales; aliasque per annum; nec non

Tractatum de Immaculata Conceptione B. V., quem adducit autor synchronos Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 9. p. 4. sub nomine *Juliani de Histria sac. Theol. Doctoris.*

MMDXVII.

JULIANUS PASINUS a S. Marino provinciæ Piceni, Custodiæque Feretranæ Min. Conv. Theologus, et ecclesiastes per quam illustris, Ordinis sui Gymnasiis pluribus rectis, aliisque muneribus egregie functis, tandem ejusdem Ordinis in Urbe Generalis Procurator est dictus; et cum latina, græcaque lingua polleret, coram Adriano VI. Summo Pontifice non semel oravit, cui testimonium perhibuit Petrus Bembus apud Rodulphium lib. 2. Hist. Seraph. fol. 258. inquiens: *audivimus Magistrum Julianum coram Adriano Pont. Max. orantem* etc.: obiitque an. 1530., cum reliquisset mss.

Conciones, et Orationes; atque alia ex Aug. Superbo in ms. Catalogo Script. Ord. Min. pag. 90.

MMDXVIII.

JULIANUS PISAURENSIS concionandi muneri addictus seculo XV. scripsit

Centum Sermones Mortuorum incip. *Scio, quia resurget in resurrectione in novissimo die. Jo.* XI. *Mulier fidelis ut suum* etc.; quibus additi sunt alii *tres Sermones* in festo unius Martyris, unius Virginis, et SS. Virginum: et in fine legitur: *Per me Fratrem Julianum Pisaurensem Ordinis Minorum sub anno Domini* 1467. Extat codex ms. in 4. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci Min. Conv.

MMDXIX.

Digitized by Google

MMDXIX. 1308.

JULIANUS TEUTONICUS — *de Spira* dictus a Waddingo ad an. 1227. num. 4., et videtur jam tunc fuisse *Minorita*, et socius Simonis Anglici secundi Ministri Germaniæ eo anno constituti; *de Spira* dicitur etiam a Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 260., qui citat Willotum, Petrum de Alva, et Arturum ad diem 9. Febr. §. 1. 2., et 3. De eo autor antiquus Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de provin. Franciæ, Conventuque Parisiensi scribit: *Parisiis jacet Frater Julianus Theutonicus vir miræ sanctitatis, qui fecit Historias B. Francisci, et B. Antonii et quo ad cantum, et quo ad antiphonas, versus, et responsoria: quibusdam antiphonis ad Magnificat, et responsorio Carnis spicam, exceptis. Hic ante Ordinis ingressum fuit Magister cantus in Aula Regis Francorum:* et Confor. XI. par. 2. de provincia Franciæ, et loco Parisiensi disserens ait: *in hoc etiam loco jacet Frater Julianus Theologus* (leg. *Teutonicus* ex ms.), *qui Legendam B. Francisci composuit, et responsoria nocturnalia, cantumque B. Francisci quoad hymnos, et omnia ipse composuit: fuit enim in cantu magister summus in Aula Regis Francorum, et fuit in Ordine sanctus Frater, et devotissimus.* Paulinus etiam Puteolanus Episcopus autor suppar in *Speculo Histor.* cap. 229. par. 26. de Viris, qui in Ordine S. Francisci floruerunt, ait: *Julianus Theotonicus fecit Historias, et cantum beatorum Francisci, et Antonii:* nec diversimode tradit Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 5. cap. 5. ex Chronicis antiquis ante Pisanum editis, et ex Mariano, qui produnt etiam obiisse eum circa annum 1285.; sed ex Waddingo in Annal. moritur an. 1278. ad eum annum num. 31. Porro quod Pisanus ait, *Legendam B. Francisci* a Juliano fuisse compositam, intelligatur oportet de antiphonis, et responsoriis; quandoquidem ex Microl. cap. 32., et Radulfo prop. 12. *responsorium* est historia, quæ vulgo *Legenda* dicitur: hinc primo loco inquit Pisanus, eum *historias* fecisse etc.; et Fr. Jacobus de Trisanto in ms. Sermone 2. de S. Antonio citat modo *responsorium*, modo *historiam*, cujus verba sumpta sunt ex responsor. 4. 6., et 9. lectionis Officii antiqui S. Antonii: *dono sapientiæ plenus, arrogantiæ fastum, quem timebat* etc.; scribebat autem ille paulo post an. 1300. *Historiam* pro *Officio* Ecclesiastico eo tempore dici consuevisse, habetur etiam ex Tholomeo Lucen. Hist. lib. 22. cap. 24. apud Jac. Echardum to. 1. pag. 340. in *S. Thoma de Aquino.*

Officium S. Francisci incipit: *Franciscus vir Catholicus* etc.: et

Officium S. Antonii Patavini incipit: *Gaudeat Ecclesia* etc.: habenturque integra in antiquis Breviariis, ut in illo Cremonæ impresso an. 1499. in fol. per Carolum Darlerium; in recentioribus vero imminuta, in quibus deest 9. *responsorium*, quod temporibus illis in usu fuisse, testis est Gulielmus Duranti Ration. divin. Offic. lib. 5. cap. 2.: quinimo in antiquo cit. Breviario post 9. lectionem de S. Francisco habentur 4. *responsoria* cum totidem versiculis; in Officio autem S. Antonii unum tantum *responsorium* post 9. lectionem occurrit; quod sane cernitur et apud autorem *libri Mamotrecti*, qui paulo post annum 1300. scribebat. Julianus enim ante an. 1279. *Officia* ea composuerat; cum Joannes Peckam Minorita in *Expositione Regulæ* Minorum edita ante dictum annum, ut supra ostendi in *Joanne Peckamo*, cap. 9. referat: *jussa dat Innocentius Papa de prædicando:* quæ sunt ex 9. *responsorio* veteris Officii S. Francisci: quin et ante annum 1260. ex his, quæ habet Waddingus ad eum an. num. 13., ubi innuitur mutatio versiculi primi nocturni Officii S. Francisci: *Hic vir in vanitatibus nutritus indecenter* etc. Officium autem *B. Antonii* memorat Joannes de Parma Minister Generalis in Literis an. 1249. datis ad Fratres Tusciæ apud Waddingum ad eum annum num. 2.

Alius *Julianus Theutonicus* vita, et doctrina clarus floruit inter FF. *Reg. Observ.* circa an. 1480., et *Aquilæ* in Cœnobio S. Bernardini sepulturam accepit, teste Marco Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 38. ex *Memoriali*, qui lib. 7. cap. 4. ait, obiisse an. 1484. pridie kal. Octobr., ut et Bartholomæus Cimarella par. 4. Chronic. S. Francisci lib. 4. cap. 51.; ejusque est *epitaphium*, quod refert Willotus, Waddingus, et Joan. a S. Anton., non superioris, antiquiorisque Juliani; ut etiam *versus* epitaphii elegantioris seculi produnt; de quo *Juliano* juniore agit et Rodulphius lib. 2. fol. 277.

Officiorum S. Francisci et S. Antonii hæ duæ editiones ut præcipuæ notandæ sunt:

Die liturgischen Reimofficien auf die heiligen Franciscus und Antonius gedichtet und componiert durch Fr. Julian von Speier († c. 1250) in moderner Choralschrift mit kritischer Abhandlung und 10 phototypischen Tafeln erstmals herausgegeben von P. Hilarin Felder, O. M. Cap. Dr. und Lect. Theol. Freiburg (Schweiz) Universitaets-Buchhandlung (B. Veith), Druckerei St. Jean l'Évangéliste Tournai (Belgien). 1901 in 8: 179-LXXI pp. — *Die Choräle Julian's von Speier zu den Reimoffizien des Franziscus- und Antoniusfestes. Mit einer Einleitung nach Hss herausgegeben von J. E. Weis Dr. phil. et theol. Mit einer Tafel.* München 1901. Verlag der J. J. Lentner'schen Buchhandlung. (E. Stahl Jun.): in 8: VIII-34-XXXVIII pp.

Præter hæc *Officia* Juliano tribuenda est *Vita S. Francisci* anonyma edita iam Antuerpiæ a. 1768. non integre et in particulas discerpta. a P. Constantino Suyskeno in Commentario prævio de S. Francisco in « Acta Sanctorum » Octobris to. II. pp. 548. 560-688. deinde Bruxellis a. 1902 integre ex pluribus codicibus mss. a P. Francisco Van Ortroy in « Analecta Bollandiana » XXI, pp. 160-202. Conferantur præsertim idem Van Ortroy, Julien de Spire biographe de S François d'Assisi (Analecta Bollandiana, XIX, pp. 321-340); et Eduardus Alinconiensis, Spicilegium Franciscanum. De Legenda S. Francisci a Fr. Juliano de Spira conscripta brevis dissertatio critica (ex Analectis Ord. Min. Capucc.). Romæ 1900. in 12.

Nicolaus Glassberger scriptor sæc. XVI in suis Chronicis de Joanne de Peczano agens (Analecta Franciscana, II, Ad Claras Aquas 1887. pp. 90-91) ait: *Vitam beati Antonii Paduani miro stilo conscripsit, quamvis frater Julianus de Spira Theutonicus... historiam antiphonas ac Legendam compendiosiorem olim tempore fratris Johannis Parentis, Ministri Generalis, digessisset.* Ex his verbis plures auctores censent tribuendam esse Juliano etiam *Legendam S. Antonii* ab officio distinctam. ex multa autem affinitate quæ extat inter idem Officium et vitam anonymam S. Antonii editam in « Acta Sanctorum » Junii to. II. Antuerpiæ 1698, pp. 705-708, 712-717, eam cum Juliani Legenda idem esse putant. Advertendum tamen Nicolaum Glassberger alibi in eodem opere (Analecta Franciscana, II. pp. 46-47) nihil aliud Juliano tribuere quam Officia S. Francisci et S. Antonii et Legendam S. Francisci.

Ex ms. Vatic. lat. 4554 sec. XIV ex., f. 112 fecit Julianus *responsoria et antiphonas quam plures de beato Dominico ad petitionem fratrum ordinis Predicatorum: sed preventus morte ystoriam de beato Dominico non complevit.* Cf. Analecta Bollandiana, XIX, 329.

Obiisse videtur non a. 1278 sed ante a. 1251. Cf. eadem Analecta, ibidem, 338-39.

MMDXX. 1309.

JULIANUS VERROCHIUS = *Joannes* perperam vocatur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex Mariano etc., ubi dicitur Theologus præclarissimus, et concionator celeberrimus legisse et in Italia, et in Gallia, atque obiisse circiter

Digitized by Google

citer anno 1445.; sed leg. 1413.; de eoque cum laude scribunt Pocciantes in Catalogo illust. Script. Florent., Badius in Catalogo Theologorum Universit. Florent., Cangius Fresnen. in Glossario, Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., et ex his Niger in Script. Florent. In Bibliotheca S. Crucis Florentiæ scam. 10. versus claustrum habentur plures codices mss. Logicæ Arist. cum magnis notis margineis, præsertim cod. 510. in fol., et cod. 514. in 4., sed sine autoris nomine; hujusne, vel alterius divinare est.

** Obiit anno MCCCCXLII. ex inscriptione in Templo S. Crucis Florentiæ. **

Florentiæ in medio templo S. Crucis in eius sepulchrali lapide sub effigie legitur nunc hoc epitaphium: « F. Julianus Verrocchius theologus insignis hic sepultus est. F. Antonius de Medicis eiusdem Ordinis theol. et Etruriæ provinciæ minister, ne iaceret incultus qui ætatis suæ fuerat decor, hoc monumentum donavit. Vix. A. XXXXII men VI dies X Obiit MCCCCXXXXII. » Circa ipsum lapidem cum versiculis 1-2 psalmi XLI (*Quemadmodum desiderat*, etc.) charactere gothico insculptus est idem annus, sub forma MCCCCXLII. Epitaphium nonnihil diversum tum ab eo quod affert Waddingus, tum ab eo quod supra ex ipso lapide excripsi, sed cum anno item MCCCCXLII. legitur apud Gius. Richa, Notizie istoriche delle chiese fiorentine, I. Firenze 1754, p. 78, et F. Moisè, Santa Croce di Firenze, Firenze 1845, p. 206. — Ex Antonio a Terrinca (Theatrum Etrusco-Minoriticum, p. 38) Antonius de Medicis erat provinciae Etruriæ minister a. 1468.

* JULIANUS VOLATERRANUS = Vide supra *Julianus Maffeus*.

* JULIUS ANTONIUS CATALANUS sacræ Theol. Mag., et prov. S. Nicolai Minister frater germanus P. M. Michaelis Angeli Catalani Ministri Gener. Ordinis Min. Conv. hoc loco recensitus a F. Joan. a S. Anton. non scripsit, sed edi curavit sub nomine alterius fratris sui Doct. Nicolai Catalani Opus præfati P. M. *Michaelis Angeli Catalani* tit. non *Fumum*, sed *Flumen* etc.; de quo infra.

MMDXXI. 1310.

JULIUS ARIGONIUS = sac. Theol. Magister, et patrii Cremonen. Gymnasii Regens, humanioribus literis addictus Romæ Columnenses Ducis Zagaroli natos imbuendos suscepit, factusque concionator in præcipuis Italiæ civitatibus auditus est. De eo Theulus in Triumpho Seraph., et Vernon in Annal. 3. Ord. Syllabo 2. AA., et ex hoc Joan. a S. Anton. to. 2.

Vita Sororis Diomiræ Binæ patritiæ Asisien., quam dum Asisii studiis operam navabat, circa an. 1610. composuit, extabat ms. etiam apud Franchinum, ut ipse scribit in Bibliosophia num. 222. Aug. Superbus autor coævus in Catalogi ms. indice Script. Ord. Min. tit. *Orationes variæ* asserit, has edidisse:

Orationes latinas in die Nativitatis Domini.

Orationes tres in Adventu Rermi Patris Ministri Generalis.

Orationes quatuor de Conceptione B. V.

Orationes duas funebres.

Orationes de laudibus sac. Theologiæ, et alia.

Julii Arigoni Cremonensis O. M. Opus Grammaticæ ms. extat Parisiis in Bibliotheca Coisliniana Sangermanen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1116.

Epigramma ejus habetur in fronte *Minoricæ Silvestri Bartolucci* edit. Perusii 1615.

Vulgavit *Orationem*, quæ titulum præfert: *Excellentissimo, et Serenissimo Federico Cæsio Duci Aquispartano totius Familiæ Seraphicæ Mæcenati Amplissimo hanc gratiarum actionem in Comitiis generalibus Assisii celebratis habitam, F. Julius Arrigonus Cremonensis Ord. Min. Conv. gratitudinis, et Observantiæ totius in eum Religionis ergo nuncupat, perpetuoque dicat.* Cremonæ apud Baruccinum de Giovannis, 1594, in 4. Ex Francisco Arisio, Cremona literata, III, Cremonæ 1741, p. 21. — Hinc recte deduci potest eum non circa a. 1610, sed pluribus annis ante studiis operam navasse.

MMDXXII.

JULIUS BERNARDINUS CAPUANUS, a Theulo dictus *de Galatia, seu de Capua*, nempe de Galatia, vulgo *Gajazza* sub Capua, Min. Conv. Theologus, et ecclesiastes haud vulgaris varia sui Ordinis Gymnasia moderatus est, et variis in urbibus verbum Dei sub initium seculi XVII. prædicavit; ediditque

Tractatum de divinis ideis copiosum, ut habet Theulus in Triumpho Seraph., et ex eo Franchinus in Bibliosoph. num. 223.

MMDXXIII.

JULIUS BURGO Patavinus citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 8. Novembr. §. 11. velut qui condidit

Subtilis Doctoris Joannis Scoti Elogium, quod in fronte *Maris Magni Scoticæ subtilitatis* excusum habetur.

MMDXXIV.

JULIUS CÆSAR FIGINI Mediolanensis Conventualis edidit

Notulam Sanctorum Corporum, et Reliquiarum, quæ Mediolani in Templo Sancti Francisci Minorum Convent. requiescunt, cum descriptione ejusdem Templi veteris. quod postea media nocte pridie non. Septembris an. 1688. corruit. Mediolani an. 1613. in 8. m. typis Antonii Corri. De eo Franchinus citatus num. 225.

MMDXXIV bis.

JULUS COLUMBUS, seu *Columbertus*, de Asisio Minor. Convent. sac. Theol. Mag. Utini contra hær. prav. Inquisitor, et Studii Regens edidit

Paradoxa miscellanea. Venetiis an. 1569.

MMDXXV. 1311.

JULIUS A CORRIGIO = de quo Rodulphius lib. 3. anno 1586. scribens agit, aliique post eum, sed stricte, et nude. Joannes a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum. Augustinus Superbus, qui paulo post scripsit, in ms. Catalogo Script. Ord. Min. dicit Convent. sac. Theologiæ Magistrum, et antea J. V. D., utraque lingua latina, et græca eruditum floruisse anno 1580., et septuagenarium obiisse, cum scripsisset etiam

Tractatum de Justificatione; et

Comment. in Epist. Canonicam S. Joannis; atque *alia*, quæ perierunt.

Errat Franchinus in Bibliosophia num. 226. hunc cum alio *Julio*, qui an. 1620. Forolivii Conciones habuit, confundens.

MMDXXVI.

JULIUS GEMELLUS Montagnanensis provinciæ S. Antonii, Venetæque Min. Conv. sac. Theolo. Magister, et Bononiæ Metaphysices Lector ordinarius evulgavit *Opusculum* tit.

Duodecim mirabiles gyros ad mentem Platonis, Aristotelis, et Theologorum, totum cursum Logicæ

Digitized by Google

Logicæ, Philosophiæ, ac Theologiæ circumambientes cum tribus quæstionibus de obiecto, et subjecto ad Alexandrum Card. Perettum. Venetiis an. 1592. in 4. per Robertum Mejettum, quod memini me olim apud nostros Finalis Mutinæ vidisse; extatque etiam Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonavent. Min. Conv.

MMDXXVII.

JULIUS GIORNATA a Populis Aprutii oppido Anxianen., vulgo Lancianensis diœcesis provinciæ S. Bernardini Min. Conv. Theologus, ac ecclesiastes insignis, præcipuorum sui Ordinis Gymnasiorum Ferrarien., Veneti, Patavini, et Neapolitani Regens cum extitisset, suæ etiam provinciæ regimen obtinuit, et postmodum Card. Vicecomitis Alfonsi Theologus, inque Gallica Legatione Consultor designatus, et magnæ famæ concionator immatura morte sublatus est ætatis suæ anno 50., cum edidisset

Opusculum de principio individuationis ad Antonium de Sanctis. Theate an. 1597. in 4. typis Isidori Facii, et Bartholomæi Gobetti.

Cum laude magni Philosophi, Theologi, et concionatoris commemorat hunc Ludovicus Novarinus lib. *Variorum Opusculorum*, Aug. Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min., Toppius in Biblioth. Neapolit., Franchinus cit. num. 227, et Joan. a S. Anton.

MMDXXVIII.

JULIUS LEONARDUS ab Aquapendente in Tuscia provinciæ Romanæ Convent. Theologus, et concionator suo tempore celeberrimus, bonarumque disciplinarum cultor eximius an. 1641. suæ provinciæ Minister est declaratus, ac in primariis Italiæ civitatibus conciones habuisse dicitur, ac edidisse italico idiomate, versuque vulgari

In laudem SS. Justinæ, Barbaræ, Theodosiæ, Victoriæ Virg. et Mart., atque Hermetis, de singulis seorsum.

Orationem in laudem S. Francisci de Paula; et

Sermonem de pretioso Sanguine J. C. D. N. in Veneta Ecclesia S. Francisci Min. Conv. Ven. 1634. in 4.

Opus panegyricum in laudem civitatis Aquipendii latine ex Franchino cit. num. 228., ac Theulo in Triumpho Seraph.

Il Virginal Candore da rigor domestico imporporato. Opera nella quale si rappresenta il martirio di S. Giuliana Nicomediense Vergine, e Martire. Del P. M. Giulio Leonardi d' Acquapendente Min. Convent. Dedicata all'illustriss. et Eccellentiss. Signora la Signora D. Isabella Bentivogli Sforza. In Fiorenza. Nella Stamperia nova di Massi, e Landi. 1641. in 12.

Opera drammatica sopra il martirio di S. Barbara Vergine e Martire. Del P. M. Giulio Leonardi d' Acquapendente Min. Con. Dedicata all' Eminentiss. e Reverendiss. Sig. Card. Fausto Poli Vescovo d' Orvieto. In Viterbo. Appresso il Diotallevi. 1645. in 12.

Le Palme di Vittoria Verg. e Mart. Dedicate all' Illustrissima Sig. D. Minerva Del Monte Contessa Otteri da Giulio Leonardi d' Acquapendente. In Perugia. MDCLV. Per gli Eredi del Bartoli, et Angelo Laurenzi. in 12.

Hermete Generoso di Giulio Leonardi All' Ill.mo e Rever.mo Sig. Monsignor Nicolo Leti Vescovo d' Acquapendente. In Perugia, Per gl' Eredi del Bartoli, et Angelo Laurenzi. 1656. in 12.

Li sforzi di Teodosia in diffesa dell' honestà, al Prencipe D. Errigo Sforza. Ita Franchinus.

Drama de S. Justina nullum esse existimo, quum a Leone Allatio in sua *Drammaturgia* non indicetur, et Franchinus, qui drama de S. Juliana non indicat, eius titulum ita referat: *Il Verginal candore porporato, per Santa Giustina, dedic. ad Isabella Bentivogli.*

Ex eodem Franchino cetera opera a Sbaralea notata scripta sunt soluta oratione, atque ex iis duo priora italice, primum titulo *La Cetra*, alterum titulo *Il pretioso Rubino.*

Vivebat adhuc a. 1656 die 23 februarii.

MMDXXIX.

JULIUS MAGNANUS Placentinus provinciæ Bononien. Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, verbique divini concionator præclarus ea morum probitate fuit, doctrinæ præstantia, et rerum gerendarum dexteritate, ut Ordinis sui in Curia Romana Procurator, inde Vicarius, postmodum Minister Generalis an. 1553. Genuæ in Comitiis sit institutus; *habebat quamdam in vultu,* inquit Rodulphius lib. 2. fol. 196., *et verbis gratam venustatem, innatam humanitatem, ut omnes ad sui amorem, et reverentiam excitaret*: rexit annis 7., deinde ad Calvensem in Campania felici Ecclesiam a Pio IV. promovetur an. 1560., quo titulo interfuit Tridentino Concilio; sexennioque expleto, obiit Theani apud Ædem S. Francisci humatus ad Aram majorem cum hoc epitaphio:

« Julio Magnano Placentino vitæ innocentia mo-
« rum integritate excell. Q. Theol. Opt. M. Ponti-
« ficibus sui temporis non minus clarus, quam cla-
« rus familiæ Franciscanæ toto Orbe, Minoris Ord.
« Sum. Vicar. postea Max. Præfect. demum vero
« Calvensium digniss. Pontifici; anno tandem æta-
« tis suæ LX. mens. IIII. non sine superstitum lacri-
« mis Theani mortuo R. Julius ejusdem Ordinis
« Theol., et Julius Jurecons. Magnani sororis filii
« XXV. Septemb. MDLVXV [*sic*]. fecerunt.

quod legitur in Italia sac. Ughelli edit. Ven. to. x. in Adden. et Corrigen. ad Episc. Calven. Scripsit autem

Librum de illustribus Viris Ord. Min., quem ms. se habuisse Waddingus refert in Annal. Min. ad an. 1340. num. 14., ejusque Supplementi autor ad an. 1465., et alibi. Augustin. Superbus sæpe citatus in suo ms. Catalogo Scriptor. Minor. plura alia ejus *Opera Philosophica, et Theologica* recenset, de quibus fides sit penes ipsum. Citat hunc scriptorem Arturus in Martyrol. Francisc. an. 1637. edito ad diem 23. Augusti §. 4., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 261., sed parce admodum, et jejune.

** *Ordinationes et Statuta pro provincia Lusitaniæ* an. 1553. mss. in Cœnobio Senensi.

Historia illustrium Patrum Ord. Minorum, laudatur in Martyrol. Franc. die 25. Augusti. **

Bononiæ inter codd. mss. bibliothecæ civicæ asservatur Necrologium conventus bononiensis Ord. Min. Conv., quod fieri curavit Julius Magnanus Vicarius Generalis a. 1551 per fr. Hieremiam Bononiensem, qui, ut in epistola ad lectorem declarat, eiusdem suasu, adiuvantibus duobus fratribus in sacra theologia professoribus, ex quibusdam scripturis antiquis pene consumptis annotavit in libro viros etiam, qui franciscanam religionem professi eam quoquo modo vel virtute vel scientia illustraverant. Hoc Necrologium idem esse ac *Librum de illustribus viris Ord. Min.*, quem Julio Magnano tribuit Waddingus loco a Sbaralea citato, patet ex eo quod testimonium de obitu Guidonis de Spathis a Waddingo ibidem ex eodem libro allatum concordat ad litteram cum testimonio de Guidone de Spathis in Necrologio existente. Cf. ipsum Necrologium a Ludovico Frati editum annis 1889-90 in Miscellanea Francescana, IV, pp. 163-167, V, pp. 23-28, 60-66.

Extat Romæ in bibliotheca Casanatensi:

Compendium eorum, quæ P. Prædicatores omnino docere, nulloque modo silentio præterire debeant, per Reve. et Ill. Dominos

Digitized by Google

Dominos Cardinales, a Sede Apostolica ad hæreses revellendas deputatos, summatim omnibus præscriptum, atque hic in gratiam Prædicatorum Ord. Min. Conven. a Reveren. P. eiusdem ord. Vicario Generali Apostolico in lucem æditum. Absque ulla nota in 8; sed cum epistola Julii Magnani omnibus sui Ordinis concionatoribus data Tridenti Cal. April. MDLII.

MMDXXX. 1312.

JULIUS PRUNIANUS = an. 1578. in Gymnasio Ferrariensi publice cœpit *Libros Platonis de Republica* interpretari, insequentique anno Collegio Theologorum suæ patriæ aggregatus est ex Hist. ejusdem Gymnasii nuper a Ferrante Borsetto elucubrata par. 2. lib. 3. et 5.; anno 1593. defuncto *Cornelio Martino*, Cathedram Theologicam patria in Universitate regendam accepit; cumque extitisset præceptor Philippi Fabri Faventini celeberrimi Theologi, vivere desiit in patria die 12. Octobr. an. 1595.; de quo autor æqualis Rodulphius lib. 2. fol. 267., Augustin. Superbus in Illustri Apparatu Viror. Ferrar., et in Catalogo ms., Franchinus in Biblioso. num. 229., Bonavent. Baro to. 1. Opusculor. par. 14. num. 1., sed parce, et depravate, Jac. Le Long pag. 914. Biblioth. sac., et Joan. a S. Anton.

MMDXXXI. 1313.

JUNCTA DE BEVEGNATIS = de quo Waddingus in Annal. ad an. 1297., Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par 3., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 262., ubi eum dicit ex urbe Umbriæ Mevania, vulgo *Beragna*; ejus

Legenda de Vita, et miraculis B. Margaritæ Cortonen. scripta an. 1308. extat ms. Romæ in Biblioth. Vallicell. C. 122.; legiturque apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 5. cap. 29. usque ad cap. 37., nec non apud Act. SS. Bolland. to. 3. Febr. ad diem 23. cum notis, et addition.; sed sine cap. 12. *de miraculis* ea historia, seu codex ms. fuisse dicitur.

Huius *Legendæ*, scriptæ a. 1308 excepto ultimo capitulo *de miraculis*, textum integrum et longe emendatiorem ex codice ms. originali collato cum duobus aliis codd. pene synchronis dedit Ludovicus a Pelago Ord. Minor. hac editione:

Antica Leggenda della vita e de' miracoli di S. Margherita di Cortona scritta dal di lei confessore Fr. Giunta Bevegnati dell' Ordine de' Minori colla traduzione italiana di detta Leggenda posta dicontro al testo originale latino e con annotazioni e dissertazioni diverse ad illustrazione del medesimo testo per opera di un sacerdote divoto di detta Santa e socio della insigne Accademia Etrusca di Cortona. Lucca MDCCXCIII. Presso Francesco Bonsignori. par. 2. vol. 1 in 4. Idem textus cum versione et notis (paucis omissis) prodiit iterum Romæ ex typographia Monaldi a. 1858 in 8, et cum eadem versione, notis pene omnibus (nonnullis tamen contractis) et dissertationum summario cura P. Æmilii Crivelli Ord. Min. Senis ex typographia S. Bernardini a. 1897 in 8 maiori. Antiquior versio italica edita Romæ a. 1515 in 4 indicatur a Mazzuchelli (Gli Scrittori d'Italia, vol. II par. II, Brescia 1760, p. 1103); extat et versio gallica auctore G. F. O. Luquet (Paris, V.e Poussielgue-Ruland, 1859, in 12).

Eiusdem *Legendae* asservatur Cortonæ codex ms. ineuntis sæc. XIV (G. Mancini, I manoscritti della libreria del Comune e dell'Accademia Etrusca di Cortona. Cortona 1884, pag. 9, cod. 21), quo fortasse Ludovicus a Pelago pro sua editione usus est. De cod. ms. Vallicellano (sæc. XVI) et duobus aliis minus antiquis Romæ extantibus videsis Alb. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum latinorum bibliothecarum romanarum præter quam Vaticanæ (Bruxelliis, 1909).

Junctam Bevegnatis (i. e. filium Bevegnatis) Cortonensem fuisse probat Ludovicus a Pelago in sua Dissertatione IV, qui etiam ibidem aliqua documenta indicat, ex quibus coniici potest eum haud improbabiliter natum esse c. a. 1240 et vixisse usque ad a. 1318. Certe vixit usque ad a. circ. 1312, quum in Legenda quoddam miraculum referat factum non ante a. 1311

MMDXXXII.

B. JUNIPERUS ASISIAS socius S. Francisci, de quo, ejusque [*sic*] gestis tractat Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. parte 2. in provincia, Cœnobioque Romano. et Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 1. lib. 6. cap. 36. usque ad caput 45. ex autore Chronicorum antiquorum ante Pisanum editorum, ac ex istis Waddingus in Annal. Min. to. 1.; scripsit

Opusculum de virtutibus B. Francisci, ob quas a Deo tot gratias, donaque meruit accipere, teste Marco Ulyssipon. Chron. par. 1. lib. 3. cap. 21., quod in editis a Baretio, vel Diola italicis legitur post caput 75. lib. 2.

MMDXXXIII. 1314.

JUNIPERUS DREPANENSIS = Urbani VIII. *Capellanus* cum esset, ac *Pœnitentiarius* in Basilica Lateranensi, edidit etiam

De casibus reservatis, seu de Regularium Prælatorum jure reservationis tractatum. Venetiis an. 1652. in fol. apud Turrinum; quem citat Lucius Ferraris in *Bibliotheca canonica* etc.

Emblemata civilia mss. in 4. Duci de San Lucar dicata extant in Bibliotheca Marchionis de Monte Alegre, cujus Index est vulgatus Matriti 1677., par. 3. fol. 117.

De immunitate, et libertate Ecclesiæ tom. 1. in fol. ms.

Totius Theologiæ Moralis omnium controversiarum securiores sequendas conclusiones to. 1. in fol. ms., teste Mongitore in Bibliotheca Sicula, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDXXXIV. 1315.

JUNIPERUS PARASCANDALUS = ab urbe Vicoæquensi in Picentinis, teste Ughello t. 6. Ital. sac. in descript. illius urbis; fuit et in Urbe Roma Supremæ Inquisitionis Consultor.

Spicilegii Evangelici pars secunda prodiit an. 1652. in fol. Neapoli typis iisdem.

Parascandolus; a Neapoli se dicit auctor in subscriptione epistolæ nuncupatoriæ primæ partis Spicilegii, et a Neapoli dicitur in titulis utriusque partis, in facultatibus tum Ministri Generalis tum Commissarii Generalis, in approbationibus theologorum et in elogiis, primæ vel alteri parti præmissis.

MMDXXXV.

S. IVO IN ARMORICA Britannia ex honestis parentibus an. 1258. natus, Lutetiæ primum, deinde Aureliani literis in tantum operam navavit, ut in utroque jure peritissimus evaserit, et sacram Theologiam optime calluerit; nec minus virtutibus, ac signis fuerit illustris. Ab Episcopo Trecoriensi Judex Curiæ suæ designatus, id munus summa cum laude exercuit; sed factus Ecclesiæ Lohaneti Parochus residentiam agere decrevit, jam habitu *Tertii Ordinis S. Francisci* suscepto; intereaque scripsit

Summam Decretalium, quæ ms. habetur in Bibliotheca Cœnobii Camberonensis Cistercien. in Hannonia, teste Antonio Sandero par. 1. Bibliothecæ Belgicæ.

Ejus gesta leguntur apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1303., quo anno ætatis suæ 45. die 19. Maji ad cælos evolavit, et apud Arturum in Martyrolo. Franciscano, nec non Act. SS. Collectores Bolland.: de eoque et Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. Concion. cap. 49. In numerum SS. relatus

Digitized by Google

latus est a Clemente VI. anno 1347. Schedel in Chronico mundi fol. 227. hoc refert elogium

« Ivo pater legum, custos, protector, et am-
« plum,
« Egregiumque decus, cui se debere fatentur
« Jura, tuo toties debellata favore (*sic*):
« Aptus eras justas miserorum sumere causas.

Natus est a. 1253, non vero a. 1258. Omnino incertum est eum habitum Tertii Ordinis S. Francisci unquam suscepisse, falsum autem videtur scripsisse *Summam Decretalium*.

Conferantur D. Papebrochius, De S. Yvone presbytero Trecorii in Britannia Armorica Commentarius prævius (Acta Sanctorum, Maii to. IV, Antuerpiæ 1685, pp. 537-538); B. Hauréau, Saint Yves, fils d'Helory, iurisconsulte, in Histoire littéraire de la France, XXV, Paris 1869, pp. 132-146; Monuments originaux de l'histoire de saint Yves, publiés pour la première fois par A. de La Borderie, l'abbé J. Daniel, le R. P. Perquis et D. Tempier. Saint-Brieuc, imprimerie L. Prud'homme éditeur, 1887, in 4.

MMDXXXVI. 1316.

IVO MAGISTRI = Bituricensis, cujus ineptias multi damnarunt, utpote quia in exemplum se ceteris proponit, quasi ex ea re amplissimum fructum sint omnes consecuturi, inquit Rodulphius lib. 3. A Joanne a S. Anton. bis recensetur to. 2. pag. 179. v. *Joannes Ivo*, et pag. 263. v. *Ivo*. Ceterum *Manipulus Fratrum Minorum* tribuitur etiam Fr. *Michaeli Tabernier* infra, quippe qui Opere et ipse adlaboravit.

Vitas Joannæ Gallicæ, et Margaritæ Lotharingæ etiam scripsisse refert Langlet Fresn. Parisiis anno 1585. in. 4.

Ex licentia Franc. Gonzagæ fratri Yvoni Magistri data, approbatione Joa. Hervy, epistola nuncupatoria P. Yvonis ad eumdem Gonzagam, epistola ad lectorem, editioni anni 1582 præmissis, videtur nemo alius, quam P. Jvo, esse auctor operis *Manipulus Fratrum Minorum*. Michaelis Tavernier sunt tria disticha, quæ præmittuntur.

Vie de Jeanne, Reine de France, et de Marguerite de Lorraine: par Yves Magistri, Cordelier, Directeur des Religieuses de l'Annonciade. Bourges, 1585, in 8. (Le Long, Bibliotheque historique de la France, Paris 1719, n. 10009; cf. n. 10217).

Guide des professeurs Ecclesiastiques, où est contenu ce qu'vn religieux, ou religieuse militans soubs le breuiere Romain et l'ordre minorique, sont obligez d'ensuyure. Paris par Estienne Petit 1580 in 16. (Ant. du Verdier, La Bibliotheque, Lyon 1885, p. 1190).

Miroir Chrestien autrement dict seconde partie de la Guide Ecclesiastique. Paris par Estienne Petit, 1580. (Du Verdier, op. cit., p. 1191; La Croix du Maine, La Bibliotheque, II, Paris 1772, p. 443).

Verger et Jardin des ames desolees et esgarees pour la consolation de messieurs les citoyens de la cité de Bourges soubs la protection du Reuerendiss. Prélat d'Aquitaine Archeuesque de ladite Metropolitaine cité. Bourges par Pierre Bouchier, 1584, in 4. (Du Verdier, op. cit., p. 1191).

Le Réveil-matin, ou le mot du Guet des bons Catholiques: par Yves Magistri, Cordelier. Paris, 1591, in 8. (Le Long, op. cit., n. 8293).

Bastion de défense et Mirouer des Professeurs de la vie régulière de l'Abbaye et Ordre de Fontevrauld; ou Chronique de l'Ordre de Fontevrauld, la Vie de Robert d'Arbrisselles, son Oraison funèbre, par Leger, Archevêque de Bourges; un Traité De exemptione Ordinis Fontis-Ebraldi, etc. par Yves de Magistri de Laval, Frère Mineur. Angers, Esnault, 1586, in 4. (Le Long-Fevret de Fontette, Bibliothèque hist. de la France, I, Paris 1768, n. 13936).

Ex hoc titulo, ex La Croix du Maine et Du Verdier (opp. cit.) non fuit Bituricensis, sed de *Laval* (Valle Guidonis, in finibus Britanniæ).

MMDXXXVII. 1317.

IVO PARISIENSIS = antea in seculo *Advocatus* magnæ eloquentiæ fuerat in Consistorio, vulgo *Parlamento*, Pariensi, cujus

Felices successus pietatis etc. prodierunt Parisiis an. 1633. ex Ind. Biblioth. Barberinæ, et 1638. in 4., et in 8., ac 16. tomis 2. ex Joan. a S. Anton. Contra hoc *Opusculum* an. 1633., prodiit Parisiis *Examen proloquii libri P. Ivonis Parisiensis.*

Declaratio quarumdam propositionum ex prædicto suo Opere non adeo sincere extractarum. Parisiis 1630.; sed forte legendum 1633. in 4.; cumque quidam libellis insanis denuo conati fuissent utrumque Opus impugnare, Senatus-consulti Regii Galliarum decreto an. 1633. iidem libelli fuerunt proscripti: Opera vero P. Ivonis mox speciali mandato Christianiss. Regis serio examinata, roborata fuerunt a tribus Professoribus sac. Facultatis Parisiensis, quorum publicum testimonium exscripsit P. Dionysius Genuensis in sua Biblioth. Capuccinor. aucta; et 2. edit. pag. 209.

Theologia naturalis tomis 4., quorum in primo agitur *de existentia Dei, et creatione mundi;* in 2. *de immortalitate animæ; de Angelis; et dæmonibus;* in 3. *de perfectionibus divinis in particulari, de providentia Dei, et justitia;* in 4. *de Religione christiana, quod sit vera, et de ejus mysteriis.* Parisiis 1638. apud Dionysium Thierry.

Moralis christiana tomis 4. in 4., quorum in primo agitur *de Morali christiana in universum, et in particulari de officiis hominis erga Deum;* in 2. *de directione vitæ singularis;* in 3. *de vita publica, œconomica, et politica;* in 4. *de usu bonorum, et malorum, ac de gratia contra novatores.* Ibidem an. 1641. 1643., et 1645.

De potestate Romani Pontificis adversus hæreticos. Ibidem an. 1643. tomis 2. in 4.

Progressus divini amoris tomis 4. in 8., quorum in primo agitur *de divino amore nascente;* in 2. *de divino amore patiente;* in 3. *de divino amore operante;* in 4. *de divino amore fruente.* Ibidem an. 1644. apud eumdem Thierry.

Demonstratio ad Reginam Christianissimam circa doctrinas novitias excusa legitur Parisiis ex cit. Indice Biblioth. Barber. an. 1644.

Tractatus de differentia actuum humanorum. Ibidem anno 1645. in 8.

De agente Dei in humanis, qui censuram exercet in rebus Ecclesiasticis, politicis, et œconomicis. Ibidem an. 1646. per eumdem.

De perfectione religiosa an. 1649. in 4. Parisiis per eumdem.

De Institutione, et officio veri [sic] *Religiosi.* Rhedonis 1653. in 8.

Tractatus de necessitate, in quo docetur ab omni necessitate morali expedita libertas. Ibidem 1654. tomis 2. in 4.

Instructiones religiosæ ex Chronicis, et Annalibus Fratr. Minor. excerptæ. Parisiis an. 1661. in 4.

Regulæ morales cum suis exceptionibus. Parisiis 1680.

Pœnitens christianus. Ibidem eodem anno.

De falsis mundi opinionibus. Ibidem in 8. Omnia hæc ex gallico in latinum ab autore conversa fuerunt, et prelo submissa Parisiis an. 1677. apud Diony. Thierry ex Bibliothecæ Capuccinor. autore, una cum quatuor sequentibus Operibus latine scriptis, nempe

Jure naturali rebus creatis a Deo constituto, quod prodierat an. 1658. in fol.

Fato mundi, seu totius Orbis horoscopo, quod Opus prodiisse Rhedonis an. 1656. in fol. tradit idem autor Biblioth. Capuccinor.

Digesto

Digitized by Google

Digesto Sapientiæ etc. *reductione sub combinatis terminis Artis Lullanæ, sub quibus tractantur omnes quæstiones morales, politicæ et theologicæ*: Opus in 4. tomos distributum, quorum in primo agit *de principiis absolutis*; in 2. *de relativis*; in 3., et 4. *supplementum omnium materiarum*: et hi tres prodierunt primum Paris. 1659., et locupletiores anno 1661. in fol. typis Diony. Thierry; tomus 4. Lugduni an. 1672. in fol. per Laurentium Anisson. Quartum denique Opus latine editum est

Astrologiæ nova methodus sub nomine *Francisci Allæi Arabis Christiani ad Senatum Armoricæ Britanniæ*; et prodiit primum Parisiis anno 1659. in fol., postea Rhedonis, sed vitiose, ut indicat alia editio anno 1688. facta ex M. Augusti Beyeri Memoriis Historico-Criticis libr. rar., in qua tradit autor, se natum in Arabia felici, artemque hanc cum lingua latina a 15. suæ ætatis anno per patrem mercatorem didicisse, deinde in Europam navigasse. Morerus in Gallico Diction. Hist. v. *Yves de Paris* ait edidisse etiam gallico idiomate

Magistratum Christianorum. Parisiis.

Opera Misericordiæ, in genere, et in specie. Ibid. 1650. tomis 2. in 4. apud Thierry.

Falsas opiniones, et vanas excusationes peccatoris; quæ omnes singillatim dissolvuntur. Ibidem 1662. in 4.; sed forsan idem est cum supra cit. *de falsis mundi opinionibus*.

Principem, et nobilem virum Christianum. Ibidem 1679. in 8.

Sua gesta.

Actor, curatorque Dei apud mundum videtur idem cum eo *de agente Dei in humanis*.

Vivebat adhuc venerandus senex anno 1679. in Cœnobio Parisiensi, variaque componebat Opera; sed paulo post obiisse memorat cit. Diony. Genuen., nempe an. 1685. Parisiis. Gallica ejus Opera ad meliorem formam redacta fuerunt a *Fr. Alfonso de Chartres* ejusdem Instituti, et vulgata Parisiis an. 1680. to. 3. in fol. apud eumdem Thierry.

Les Heureux succez de la piété, ou le Triomphe de la vie religieuse contre ceux qui l'attaquent. Par le P. Yves de Paris, capucin. Paris, 1628. Ex Bernardo a Bononia et Franc. Pérennès (Dictionnaire de bibliographie catholique, III, col. 968). — Paris, 1632, in 8. (Bibliotheca Duboisiana, La Haye 1725, 3e partie, n. 1852). — *Les heureux succès de la piété, ou les triomphes, que la vie religieuse a emportez sur le monde et sur l'hérésie. Composé par le père Ives de Paris, capucin.* Troisième édition, reveuë et corrigée. A Paris, chez la veufve Nicolas Buon.... MDCXXXIII. (Analecta iuris pontificii, XXIII Série, 1884, col. 190). Die 2 novembris 1633 hoc opus quarta editione iam impressum erat, ut constat ex testimonio trium theologorum Facultatis Parisiensis a Sbaralea memorato; quæ tamen editio prodiisse videtur cum anni nota 1634 (cf. Catalogue des livres imprimez de la bibliotheque du Roy, 2e Partie, Paris 1742, p. 413). — Cinquième édition. Paris, Denis Thierry, 1643, in 12 (ex eodem Catalogo, l. c.). Circa turbas ab eo excitatas conferri possunt Analecta iuris pontificii, vol. cit., coll. 189-201, et Études Franciscaines, XXVI, p. 19.

Eclaircissement de quelques propositions extraictes du livre des Heureux succez de la Piété. Par le P. Yves de Paris, Capucin. Paris, Ve Nicolas Buon, 1634, in 8.

La Theologie naturelle. Par le P. Ives de Paris. A Paris, Chez la veufve Nicolas Buon; tom. 4 in 4. Primi tomi impressio finita dicitur primum die 1 iunii 1634, secundi die 1 martii 1635, tertii die 8 octobris 1635, quarti die 30 novembris 1636. Primus tomus prodiit secundo a. 1635 (in biblioth. Casanatensi), tertio a. 1637 (in Museo Britannico), quarto a. 1640 (Florentiæ in biblioth. Nationali), quæ editio dicitur revisa et correcta ab auctore; secundus tomus, qui iuxta primam editionem extat in Casanatensi, prodiit tertio a. 1642 (Florentiæ in Nationali); tertius tomus prodiit secundo, ut videtur, a. 1636 (in Casanatensi), quarto a. 1645 (Florentiæ in Nationali); quartus tomus, cuius prima editio reperitur in Museo Britannico, prodiit secundo a. 1638 (in Casanatensi), tertio a. 1641 (Florentiæ in Nationali).

Les Morales Chrestiennes. Où il est traité des devoirs de l'homme en la vie particuliere et publique. Par le P. Ives de Paris, Capucin. A Paris, Chez Denys Thierry; tom. 4 in 4. Primi tomi impressio prima finita dicitur die 20 martii 1638, secundi die 3 septembris 1639, tertii die 10 ianuarii 1641, quarti die 8 martii 1642. Primus tomus prodiit tertio a. 1640 (in Casanatensi), quarto a. 1645 (Florentiæ in Nationali); secundus tomus prodiit secundo, ut videtur, a. 1640 (in Vallicellana), tertio a. 1643 (in Casanatensi); tertius tomus prodiit tertio vel a. 1642, ut legitur in exemplari biblioth. Nationalis Florentinæ, vel a. 1643 ut habetur in exemplari Casanatensi; tomus quartus, cuius primam editionem a. 1642 vidi in Casanatensi, prodiit etiam a. 1648 (Florentiæ in Nationali). In hoc tomo *de gratia contra novatores* non agitur.

Des misericordes de Dieu, en la conduite de l'homme (avant le peché; durant et aprez le peché). *Par le P. Ives de Paris, Capucin. Dediées à Monseigneur le Prince.* A Paris. Chez la Veuve Micolas Buon, et Denys Thierry. M.DC.XLV. in 4 (in Casanatensi).

Tractatus *De potestate Romani Pontificis adversus hæreticos* idem verisimiliter est atque opus *Le Souverain Pontife*, quod Pérennès (op. cit., I, col. 1056) dicit impressum etiam Parisiis a. 1646, in 4.

Les progrez de l'Amour Divin (l'Amour Naissant; l'Amour Souffrant; l'Amour Agissant; l'Amour Jouissant). *Par le Pere Ives de Paris Capucin.* A Paris, Chez Denys Thierry. MDCXXXXIII. tom. 4 in 16; quorum duo priores iam dicuntur impressi diebus 24 et 23 decembris a. 1642, duo posteriores diebus 26 et 27 ianuarii a. 1643 (Florentiæ in Nationali).

Tres-humble Remonstrance faite a la Reyne. Par le R. P. F. Yves de Paris Capucin. M.DC.XLIV. in 4 (Romæ in Nationali). — Alia editio, quæ dicitur correcta et vera: *Tres-humbles Remonstrances presentees a la Reine, contre les nouvelles doctrines de ce temps. Par le P. Yves de Paris, Capucin.* A Paris, M.DC.XLIIII. in 4 (Romæ in Angelica). Eodem anno per quemdam iansenistam prodiit Responsio ad hunc librum (cf. Pérennès, op. cit., I, col. 1028).

De l'Indifference des actes humains. Par le P. Ives de Paris capucin. Paris, Denis Thierry, 1640, in 8; ibidem, 1646, in 4. Ita Pérennès, op. cit., II, col. 314. Tum Dionysius Genuensis tum Bernardus a Bononia habent « *indifferentia* ». Ex Catalogo bibliothecæ Regiæ supra citato, 2e Partie, p. 270, editio a. 1640 est secunda.

L'Agent de Dieu dans le monde par le R. P. Yves de Paris. Paris, Thierry, 1658, in 4. (Pérennès, op. cit., II, col. 776).

De la perfection religieuse. Par le Père Yves de Paris, capucin. Paris, Denys Thierry, 1649, tom. 2 in 4. Ita Pérennès, op. cit., III, col. 925; fortasse tamen, quod etiam dictum volo quoad alias editiones ex eo infra relatas, non ex ipso opere, sed ex Dionysio Genuensi vel Bernardo a Bononia.

La Conduite du Religieux par le P. Ives de Paris, Capucin. A Rennes, chez Pierre Garnier, MDCLIII, in 4; 7 foll. n. num. et 633 pp. (Etudes Franciscaines, XXVI, p. 23).

Traité de la necessité, où l'on démontre que notre liberté est independante de toute nécessité morale. Par le Père Yves de Paris, capucin. Paris 1654, tom. 2 in 8. Ita Pérennès (op. cit., I, col. 1103) cum Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia.

Instructions religieuses tirées des chroniques et des annales des frères mineurs de l'ordre de saint-François. Par le Père Yves de Paris, capucin. Paris, 1661, in 4. (Pérennès, op. cit., III, col. 864).

Maximes morales avec leurs exceptions. Par le P. Yves de Paris, capucin. Paris, chez Denys Thierry, 1687, in 8. (Pérennès, op. cit., II, col. 430).

Le Pénitent chrétien. Par le P. Yves de Paris capucin. Paris, 1680, in 8. (Pérennès, op. cit., II, col. 533).

Les Fausses Opinions du monde, ou le Monde combattu dans ses maximes criminelles. Par le P. Yves de Paris, capucin. Mises en ordre par le P. Yves de Paris, son neveu. Paris, Sim. Langrognes (in Catalogo Biblioth. Regiæ, II, p. 273: *Langronne*), 1688, in 8. (Pérennès, op. cit., II, col. 506).

Jus naturale rebus creatis a Deo constitutum. Ex observatione P. Ivonis Parisini Ordinis Capucinorum S. Francisci. Parisiis, Apud Viduam et Dionysium Thierry. M.DC.LVIII. in fol. (Romæ in Nationali).

Digestum sapientiæ in quo habetur scientiarum omnium rerum Divinarum atque humanarum nexus, et ad Prima Principia reductio. Autore P. Yvone Parisino Capucino. Lutetiæ Parisiorum, Sumptibus Dionysii Thierry. M.DC.XLVIII. Editio prima

Digitized by Google

prima primi tomi (in Vallicellana). Tomus secundus non prodiit, ut ait Waddingus, a. 1650, sed vel 1653 vel 1654, quum eius impressio prima finita dicatur die 20 novembris 1653. Hi duo tomi auctiores et correctiores editi sunt secundo Parisiis apud Viduam et Dionysium Thierry annis 1659-60, quos a. 1661 primum secutus est tomus tertius. Conferantur folia priora singulorum tomorum, præsertim præfatio tomi quarti ad lectorem. In hac auctor proximam totius operis novam editionem promittit, quæ an aliquando prodierit nescio. Integrum opus (duo priores tomi ex secunda editione) extat Florentiæ in Nationali.

Astrologiæ nova methodus. Francisci Allæi Arabis Christiani. Anno M.DC.LIIII. (2 ff. n. n., 12 pp. n.). *Fatum Universi observatum a Francisco Allæio Arabe Christiano.* Anno M.DC.LIIII. cum utriusque operis indice, et in fine hac subscriptione: Rhedonis, Ex Typis Juliani Herbert M.DC.LIV. (pp. 62 n. et 2 n. n.). *Ad Illustrissimos Viros amplissimi Senatus Armorici In Librum de Fato Universi nuper editum. Disceptatio P. Ivonis Parisini Capuc.* In fine: Rhedonis, Ex Typis Juliani Herbert. M.DC.LV. (25 pp. n., 1 n. n.) 3 pp. in fol. Editio fortasse originalis (in Casanatensi). Quum P. Ivonis *Disceptatio* tota apologetica sit, totum volumen a plerisque, præeunte God. Guill. Leibnitio (cf. Fellerus Joach. Frid., Otium Hanoveranum, Lipsiæ 1718, pp. 154-155) P. Ivoni tribuitur. Editio originalis Namneti igni addicta est propter vaticinia singularia in secunda parte extantia relata ad varia Europæ regna, turbarum causas; cf. G. Peignot, Dictionnaire des principaux Livres condamnés au feu, II, Paris 1806, pp. 204-205. Opus prodiit etiam, sed correctum, sine loci et typographi notis a. MDC.LVIII. (Romæ in Nationali). Hanc editionem Beyerus (opere a Sbaralea citato, Dresdæ 1734, pp. 24-26) non indicat; quare editio a. 1688 a Beyero primum indicata et postea ab aliis ex ipso, quam nullibi reperi, mihi valde dubia videtur.

Le Magistrat chrétien. Paris, chez Padeloup, 1688, in 8.

De œuvres de miséricorde en général et en particulier. Pérennès (op. cit., II, col. 488) etiam hanc editionem indicat: Paris, Thierry, 1661, in 4.

Les Vaines Excuses du pécheur, qui toutes sont réfutées et détruites une a une. In titulo a Sbaralea relato duo opera diversa et separatim impressa iunguntur.

Le Gentil-Homme Chrestien. Par le R. P. Yves de Paris, Capucin. A Paris, Chez la Veuve Denys Thierry, 1666, in 16; editio prima (in Casanatensi).

Nescio unde hauserit Sbaralea hunc virum decessisse a. 1685. Neque Dionysius Genuensis neque Bernardus a Bononia indicant annum eius mortis. Teste Dionysio Genuensi vivebat adhuc a. 1679 die 5ª martii; attamen apud L. Moréri (Le Grand Dictionnaire hist., Paris 1759, x, p. 14), quem sequuntur Peignot, op. cit., et Weiss in Biographie universelle (nouv. édit.), obiisse dicitur a. 1678, ætatis suæ octogesimoquinto, religionis vero circ. sexagesimo. Si fr. Alphonsus Carnotensis ad meliorem formam eius opera redegit ediditque a. 1680 (Bern. a Bononia ait: *apud Emman. Anglois*), probabilius est id fecisse defuncto iam auctore.

MMDXXXVIII.

JUSTINUS NURSINUS provin. S. Francisci, Umbriæque Ord. Capucc. Novitiorum Magister assidua oratione, aliisque virtutibus commendatus edidit

Libellum de oratione mentali. Venetiis 1593. tacito nomine, teste autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton.

Alia opuscula ascetica exaravit, quæ et suppressit defunctus an. 1594., miraculis, et prophetico spiritu illustris ex Boverio to. 2. Annal. ad eum annum.

MMDXXXIX.

JUSTUS BONAFIDES Picenus provin. Marchiæ Anconitanæ Min. Capuccin. Minister vir pietate, et doctrina conspicuus edidit italice

Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ, quo instruuntur fideles, ut hoc Sacramentum cum fructu recipiant. Maceratæ 1626. apud Joan. Carbonum.

Soliloquia sacra, et devotissima. Ibidem, et eodem anno in 16.

Gratum tributum Dominæ universi oblatum in tres libros divisum. Paduæ 1661. in 4. (forsan legendum 1616., nisi sit 2. editio.)

Obiit Firmi an. 1631., cum ibi esset Guardianus, ex Marcellino Pise to. 3. Annal. Capuccin. §. 36., Marraccio, Dupino in Supplem., Dionysio Genuen., et Joan. a S. Anton.

A S. Justo oppido diœcesis Firmanæ; Commissarius etiam generalis provinciarum Styriæ et Aprutiorum.

Soliloquii et Essercitii amorosi dell' Anima inamorata di Dio. Dati in luce dal Signor Bruto Bonafede Pievano di San Giusto. In Ancona, Presso Marco Salvioni. 1624. in 16. In epistola nuncupatoria Brutus affirmat hoc opus sibi dono datum esse a religioso viro fratre suo. Alia editio: In Bologna, Presso Gio. Battista Ferroni, 1647. in 16. — Idem Brutus edidit etiam sequens opusculum

Trattato della Penitenza, utilissimo a tutti, ove s' insegna a' Penitenti il modo di ben Confessarsi, et a' Confessori il modo di ben Confessare, et a questi et a quelli molti documenti degni a sapersi, con molte belle Dottrine. In Macerata, Appresso Giuliano Carboni. 1626. in 16.

Picciolissimo tributo offerto alla Sovrana Regina dell' Universo, dal Signor Timaleone Bonafede consecrato all'Eccellenza Illustriss. del Signor Marc' Antonio Priuli nobile Veneto. Opera ripiena d' affetti e concetti: utile non meno a divoti di essa Santissima Vergine per maggiormente infervorarli, che a Predicatori per formare Sermoni, o novene. In Padova, per Paolo Frambotto, 1661, in 4. Editio prima.

In opusculi *Soliloquii* etc. editione bononiensi anni 1647, quam vidi Florentiæ in bibliotheca Nationali, sub inscriptione « Lo stampatore al benigno Lettore » de auctoris vita atque operibus plura habentur, inter quæ hæc pag. 5ª: « Ha lasciate alcun' altre opere, che si conservano manoscritte, et sono *Una Dichiaratione sopra la Regola del P. S. Francesco, Un Trattato dei meriti di Christo Signor Nostro, Un altro dell'Autorità del Sommo Pontefice; Un libro contro il Duello; Un altro delle lodi della B. Vergine* ». Hunc puto eumdem esse ac librum *Picciolissimo Tributo* etc. impressum a. 1661.

MMDXL.

JUSTUS A MONTE ULMI Picenæ provin. Min. Capuccin. Theologus, Minister, ac Definitor Generalis zelo altissimæ paupertatis accensus scripsit

Expositionem in Regulam FF. Minorum, teste autore Biblioth. Capuccin., ac Jo: a S. Anton.

Hymnos sacros in laudem Matris admirabilis ac ejus Sponsi gloriosiss. S. Joseph, adjunctis devotis orationibus. Venetiis 1629. Laudatur a Pagnotio lib. de Maria triumphante cor. 3. cap. 65.

MMDXLI.

JUSTUS DE ROSA Florentinus socius, et discipulus *B. Thomasucci* Fulginatis Tertii Ordinis S. Francisci anno 1377. vita functi, cujus meritis a gravi infirmitate sanatus fuit, ut ait Waddingus ad an. citat. num. 10. et 21., scripsit

Vitam, et virtutes ejusdem B. Thomasucci Fulginatis, quæ impressa fuit Vicentiæ anno 1500. per Henricum S. Ursi, quemadmodum scribit Waddingus ad an. 1377. num. 23., et Julius Niger in Scriptor. Florent. ex Mariano Florent. cap. 24., et Anton. Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. ser. 4., et Joan. a S. Anton.

Vita B. Thomasucci Fulginatis, italice conscripta, prodiit Vicentiæ per Henricum de S. Urso, absque nota anni sed circa a. 1500 ut probabilius videtur, cum *Legenda del beato Galeoto da Rimino* et Legendis quinque aliorum beatorum Tertii Ordinis S. Francisci. De ea editione, quæ extat in bibliotheca Vaticana, videsis Miscellanea Francescana, I (Foligno 1886), pp. 89-90, 137-138; D. Reichling, Appendices, V, p. 171; et ipsum Sbaraleam in hoc opere, par. I, p. 62, n. CCCLIII.

MMDXLII. 1318.

JUVENALIS DE TERRANOVA = provinciæ Aquitaniæ, de quo et Vernon in Annal. Syllabo 2. AA., et Jo: a S. Anton. ex Wadd.

MMDXLIII.

Digitized by Google

L

MMDXLIII. 1319.

LACTANTIUS ARTURUS = de quo Rodulphius lib. 3., et ab eo alii exscripserunt; sed corrupte *Arctarius* dicitur pro Arturo; nam *Lactantius Arturus de Cropano Calaber civis Scyllacensis* dicitur in quodam suo Opere, testante Franchino; de eoque idem Rodulphius lib. 2. fol. 279. in prov. Calabriæ, Custodia Cutronis, locoque Scyllacensi meminit. Fuit enim Minor. Convent. sac. Theolo. Magister, suæ provinciæ Minister an. 1586. electus, nec non Ordinis Romæ Gen. Procurator, obiitque an. 1604.; cujus extant etiam typis

Concio de nuptiis Evangelicis habita in Synodo Rhegiensi. Neapoli 1574. in 4. per Horatium Salvioni.

Oratio funebris ad Card. Sirletum habita Scylluci 26. Octobris 1585. apud eumdem 1586. in 4. ex Toppio, et Teisserio apud Joan. a S. Anton.

De hoc agit et Franchinus in Bibliosophia num. 241., pluraque tradit de eo, docetque, non duos, sed *tres libros de Monarchia Ecclesiastica* composuisse, sed morte præventum edere nequivisse.

Predica delle nozze evangeliche fatta nella città di Terranova celebrandosi il sacro Sinodo Metropolitano di Reggio la seconda Domenica di Ottobre... 1574. In Napoli Appresso Horatio Saluiani. 1575. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Angelica.

Oratio in obitu Card. Sirleti, edita apud eumdem Salviani, italice item est conscripta. Extat ibidem.

Ex Franchini op. cit. obiit *circa* a. 1604.

MMDXLIV.

LACTANTIUS INTERAMNENSIS Capuccin. provinciæ S. Francisci composuit

Volumen Epistolarum moralium, et spiritualium varii generis, quod ms. asservatur in sui Ordinis Cœnobio Tuderti, ubi anno 1619. cursum vitæ pie consumavit ex Marcellino Pisensi to. 3. Annal. Capuccin., autore Biblioth. Capuccin., et Joan. a S. Anton.

MMDXLV.

B. LADISLAUS A GIELNOVIO diœcesis Gnesnensis oppido Cracoviæ liberales disciplinas adolescens didicit, quo tempore vivendi austeritatem, sanctitatemque Fratrum Minorum Observ. recens per S. Joannem Capistranum in Poloniam introductorum admiratus, eorumdem habitum in Varsaviensi Cœnobio suscepit, tantumque in eo profecit, ut *perfectissimorum quorumcumque sanctissimus, et sanctissimorum omnium perfectissimus* haberetur; rectis pluribus sui Ordinis Cœnobiis, Custodis etiam, Vicarii suæ provinciæ, ac concionatoris ministerio functus, plenus laboribus, ac meritis decessit anno 1504. 4. nonas Maji Varsaviæ magna sanctitatis fama, ut anno 1634. Synodus provincialis Cracoviæ celebrata Urbano VIII. preces porrexerit pro ejus Canonizatione. *Beatorum* Catalogo adscriptus est an. 1750. a Benedicto XIV., qui de eo agit in *Actis, et Decretis in causis Beatificationum, et Canonizationum* etc. Romæ 1751. decr. XIII. cap. 3. Ejus Vitæ Compendium ante annum 1521. edidit Andreas Cretius (*sic*) Cancellarius Reginæ Poloniæ, postea Archiepiscopus Gnesnensis. Scripsit autem

Rhythmos, et versus propriam conversionem, et vitam concernentes, quibus docet se anno 1462. kal. Augusti Minoriticum suscepisse habitum.

Sermones, rhythmos, et cantilenas plures in laudem Deiparæ Virginis composuisse ait Marraccius in Append. ad suam Bibliothec. Marianam.

Sermones de Tempore, et de Sanctis, et

Normam recitandæ coronæ Deiparæ Virginis, quam Christi, et Matris ejus Vitæ meditatio comitaretur, ei attribuit Haroldus in Epitome Annal. Min. ad an. 1505. §. 13., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 268.

Natus circa a. 1440, minoriticam religionem a. 1462 *professus est*, ex hoc vita vero migravit die 4 maii a. 1505. In « Acta Sanctorum » Maii to. I, Antuerpiæ 1680, pp. 561-614, extat eius Vita ex processibus auctoritate Ordinarii factis, ex confessionibus contestatis aliisque publicis monumentis conscripta per Vincentium Morawski Ord. Min. de Obs., impressa iam, sed multis mendis fœdata, Varsaviæ a. 1633 in 4.

Rhythmos et cantilenas complures in Virginis Deiparæ laudem eum edidisse testatur ipse Andreas Cricius. Cf. eius testimonium apud Waddingum, Annales Minorum, VIII, Romæ 1654, §. XXIX.

De certa *Norma recitandæ coronæ Deiparæ Virginis* a B. Ladislao præscripta diffuse agit Waddingus, ibidem, §. XXVII.

MMDXLVI. 1320.

LADISLAUS MARSOMI = de quo autor coævus Marianus Florentinus scribit apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 8. cap. 33., Joan. a S. Anton. ex Waddingo, et Jac. Le Long pag. 848. Biblioth. sac., cujus et *Expositio* etc. forsan exarata est *carminibus:* sed forte loco *Marsomi* legendum *Warsaviæ,* eritque B. *Ladislaus Gielnov.,* cum ejus non meminerit.

Quum hic auctor ex Waddingo obierit Marsomi a. 1508, videtur dubitari non posse cum Sbaralea eum eumdem esse ac Ladislaum a Gielnovio Varsaviæ defunctum a. 1505.

MMDXLVII.

LAMBERTUS DE ESPES de Gracia Hispanus Cæsaraugustanus provinciæ Aragoniæ Regul. Observ. obiit an. 1619., cum reliquisset mss.

Exercitia spiritualia ad prelum parata sub initium seculi illius, ex Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., Didaco Murillo Hist. Dominæ nostræ *del Pilar* tract. 2. cap. 51., et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMDXLVIII. 1321.

LAMBERTUS A S. TRUDONE = clarebat circa an. 1600. ex Marraccio par. 2. Biblioth. Marianæ, et Joan. a S. Anton.

MMDXLIX. 1322.

LAMBERTUS WILLOT =

MMDLX. 1323.

LANDULPHUS CARACCIOLUS = de quo autor suppar Bartolomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. inquit: *Fr. Landulfus de Neapoli ornate multum, et subtiliter plura addendo Scotum declaravit. Hic Sermonibus, et Postillis editis clarus habetur*: et fusius etiam Confor. XI. par. 2. in provincia Terrælaboris, et Custodia Neapol. *De Neapoli fuit Magister Landulfus magnus prædicator*

Digitized by Google

prædicator ad populum, et Clerum: qui Postillam pulcherrimam incepit super omnia Evangelia, et super Epistolam ad Hebræos, et super Zachariam: et multos Sermones scholasticos, et Collationes fecit. Scripsit multum luculenter super 4 libros Sententiarum vestigia sequendo Scoti ipsum in omnibus declarando: et fuit Archiepiscopus Malphitanus. Hunc porro sæpe citat Jo: Canonicus in lib. Physic., Alfonsus Toletanus 1. d. 1. q. 3. et 7., et alibi, Petrus Aquilanus 2. d. 2. q. 1., et d. 17. q. 2., vocatque *Doctorem Landulphum,* Gulielmus Vorilongus in 4. d. 32. dicit *egregium Doctorem Scoti interpretem,* et d. 47. *Scoti discipulum,* ubi tamen eum carpit, quod contra Magistrum suum aliquando senserit, Adrianus VI. Quolib. q. 7. etc. Agit de eo et Arturus in Martyrol. Franciscano ad diem 1. Martii §. 2.

In 4. libros Senten. incip. *Fundamentum primum jaspis* etc. olim ms. extabat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Biblioth. Indice an. 1437. confecto pag. 14., et 66.; nunc autem habetur ms. Cantabrigiæ in Archivo Collegii Caji ex Bundero fol. 422. [sic, opere non indicato: sed vide infra], et in Bibliotheca Basileensi hoc titulo: *Landulphi Commentarius in 4. libros Magistri Sententiarum* in fol., teste Theophilo Spizelio in sac. Bibliothecarum illustrium Arcanis retectis. *Landulfus in 1. et 2. Sententiarum* nec non *Lectura in 1. Sententiarum Fratris Landulphi Neapolitani* ms. extat Patavii in Biblioth. S. Antonii ex Thomasino in Catalogo mss. Bibliothec. Patavin. *Comment. in 2. Senten.* ms. habetur etiam Neapoli in Biblioth. S. Laurentii Min. Conv. plut. 16., sed sine initio, teste Nicolao Toppio in Biblioth. Neapol.; etiam Florentiæ in S. Crucis Bibliotheca scam. 34. versus Eccles. extat codex 389. in fol. ms. incipit: *Fundamentum 1. jaspis; 2. saphirus* etc. *Augustinus Doctor preclarus sac. Scripturæ* etc.: expletoque prologo, habet: *Utrum de Deo possit communicari aliqua notitia viatori pro statu viæ* etc.: et in fine legitur: *Expliciunt Reportationes fratris Landulfi de Ordine Minorum super primum Sententiarum scriptæ per Petrum de Corundia.*

Liber 2. Sententiarum incipiens: *Fundamentum primum jaspis; 2. saphirus etc. Apocal. penult. cap. Celeber Doctor Ber. mundialis fabricæ* etc. extat ibid. ms. scam. 32. num. 368. in fol. post libros Senten. *Hugonis* Ord. Min. Liber iste secundus prodiit etiam typis in fol. incip. *Fundamentum primum jaspis* etc.; quam editionem antiquam Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 270. testatur se vidisse Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, et Valentiæ in Biblioth. Prædicat., et videtur fuisse loco, sine etanno.

Liber 4. Senten. incipiens: *Circa materiam 4. libri Sententiarum unam quæstionem quæro, et est: utrum totalis novitas alicujus effectus* etc.: habetur ibid. ms. scam. 34. cod. 391. in fol., nec non cod. 390. in 4. incipiens: *Quæritur, utrum totalis novitas alicujus effectus sit a virtute illimitata* etc.: sine prologo, et fine; sed scam. 2. al. 3. versus claustrum cod. 433. in 4. magno ms. post Epitomen *Directorii juris* extat cum prologo incip. *Fundamentum 1. jaspis; 2. saphirus* etc. *Apocal. penult. c. secundum Grego., et habetur in canone 1. q. 1. Multi secul.* etc.; quo expleto, incipit: *In cujus efficacia, et sanctificatione inchoando quæro unam quæstionem, s. utrum totalis novitas alicujus effectus sit a virtute illimitata* etc.

Scribit Bunderius pag. 422. Biblioth. Dominicanæ ejus *Comment. in primum Senten.* incipere: *Nolite multiplicare loqui sublimia:* sed nisi ipse scripserit binos *Commentarios* in 4. libros Senten., dictum est ejus *primum Senten.* incipere: *Fundamentum primum jaspis* ex mss. a me lectis; quare crediderim, Commentarium illum esse alterius Landulphi, de quo infra dicetur. Joannes Picus Mirandulanus in Apolog. q. 1. citat 2. *Senten. Archiepiscopi Amalphitensis.*

Postilla in sac. Scripturam præcipue *in Zachariam Prophetam, et in Epistolam Pauli ad Hebræos* ms. Patavii, teste post alios Jacobo Le Long pag. 667. Biblioth. sacræ, et Fabiano Justiniano in suo Catalogo.

Commentaria moralia in 4. Evangelia prostant Neapoli 1637. in 4. teste eodem Le Long pag. 667.

Landulfi Postilla super Evangelia Dominicalia: et *Postillæ Magistri Landulfi super Evangelia Dominicalia* incompletæ extant mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis Min. Conv. scam. 7. versus Ecclesiam n. 80. in fol., et scam. 11. n. 125. mss. in fol. incip. *Sinceris,* al. sinceræ, *charitatis sibi nexibus copulato Fratri Monaldo de Perusio Ord. Fr. Min. Procuratori in Romana Curia Fr. Landulfus de Neapoli religionis ejusdem sac. Theologiæ Doctor exiguus* etc.: qua epistola præmissa, subditur prologus: *Vidi alterum Angelum volantem per medium cœlum habentem Evangelium æternum* etc.: et mox Opus: *Erunt signa in sole, et luna* etc. *Lucæ* XXI. *Doctor egregius Ugo lib. de Sacramentis dicit* etc.: extat ibi et scam. 35. cod. 460. ms. in 4., sed incompleta. *Sermones de tempore* incip. prolog., seu epist. *Sinceræ charitatis* etc. *Fratri Monaldo de Perusiis Ordinis Fratrum Minorum Professori* (leg. *Procuratori*) *in Romana Curia Fr. Landulphus* etc. *æternæ jucunditatis dulcedinem:* habentur mss. Coloniæ apud Canonicos S. Crucis in 4. num. 30., et Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum capsa AA. n. 55. teste Joan. a S. Anton. to. 2. ex Petro de Alva.

Sermones quadragesimales, et festivi incipientes: *Apoc. Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere. Apoc. 1. Ad hoc autem, ut intelligas* etc.: extabant olim mss. in Sacrario Asisien. Conventus S. Franc. IV. solario occid. ex Inventario illius loci; servantur nunc mss. in Tabulario ejusdem Conventus.

Sermones vero *festivi, seu de Sanctis* incipiunt a S. Andrea: *Christo confixus sum Cruci etc. Gal. 7. Hoc dicit Apostolus de se ipso.* ibidem mss. *Sermones Landulphi* extabant olim mss. Bononiæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri illius Bibliothecæ Indice an. 1421. scripto, et paucis ab hinc annis a me lecto in Tabulario illius Cœnobii. *Landulphus in Postilla super Evangelia totius anni super Exurgens Maria* citatur a Gabriele Barletta serm. de Concept. B. V. edit. Brixien. 1521., et a Vincen. Bandello.

Tractatum de Conceptione Virginis quoque scripsit, teste Anton. Bonito Episcopo Acernensi in Elucid. Concept. maxime par. 2. col. 2.

In Metaphysicam quæstiones, quas citat Gabriel Zerbius in sua Metaphysica anno 1480. elaborata, *Landulfum imitatorem Scoti appellans;* et Matthias Aquarius Ord. Præd. lib. 7. Metaphys. diluc. 13. et 14. sub nomine *Archiepiscopi Amalphitani.*

Pleraque

Digitized by Google

Pleraque ejus Opera mss. asservari in Sacrario majoris Ecclesiæ Amalphitanæ, eumque obiisse circa an. 1351. Amalphi, cum supra 20. annos Sedem illam tenuisset, testis est Ughellus Ital. sac. to. 6. et 7., ubi de eo magna cum laude disserit.

Nemo Bunderium (Joannem) opus titulo *Bibliotheca Dominicana* edidisse tradit, sed collegisse ex schedis Fr. Gulielmi Carnificis Indicem codicum mss. in Belgii vicinarumque regionum bibliothecis extantium; hunc Indicem citare fortasse voluit Sbaralea.

In opere « Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ » (Oxoniæ 1697) inter codd. mss. Collegii Caio Gonvileusis in Cantabrigia indicatur tantum (to. 1, par. 3, p. 110, n. 789) *Landulphus super 2. Lib. sententiarum;* item apud Gust. Haenel, Catalogi librorum mss. qui in bibliothecis Galliæ, Helvetiæ,.... asservantur (Lipsiæ 1830), inter codd. mss. bibliothecæ publicæ Basileensis non recensetur nisi (col. 586) *Landulfus sup.* III. *et* IV. *sentent.*

Landulphus in primum et secundum Sententiarum et *Lectura in primum Sententiarum Fr. Landulphi Neapolitani* exhibentur a Jac. Phil. Tomasino inter codd. mss. bibliothecæ S. Antonii non patavinæ sed venetæ. Cf. eius opera: Bibliothecæ Patavinæ manuscriptæ, Utini 1639, pp. 60-62; Bibliothecæ Venetæ manuscriptæ, Utini 1650, pp. 7 et 1. — Ex Ant. M. Josa. (I codici mss. della biblioteca Antoniana di Padova, Padova 1886, pp. 70-71) ex quatuor codd. mss. (omnibus sec. XIV) bibliothecæ S. Antonii Patavinæ, commentarios Landulphi Caraccioli in libros Sententiarum continentibus, unus exhibet commentarios in libros I et IV, unus in librum II, duo in IV.

A Nicolao Toppio dicitur quidem *Landulphi commentarius in libr. 2. Sentent.* extare Neapoli in bibliotheca S. Laurentii, sed typis expressus, non manu scriptus. Et sane hic *commentarius in 2 sententiarum*, recognitus atque emendatus a Jo. Bapt. Elysio medico neapolitano, prodiit cum eiusdem Elysii tractatu de subiecto naturalis philosophiæ sec. XV absque ulla nota (sed Neapoli, probabiliter c. an. 1487 et per Christianum Preller), in fol.; cuius editionis exemplaria duo, Elysii tamen tractatu mutila, extant in bibliotheca Vaticana.

Jacobus Le Long opere a Sbaralea indicato, præter Landulphi *Commentaria moralia in 4 Evangelia*, non recenset nisi eius postillas *in Zachariam Prophetam* et *in Epistolam ad Hebræos*, et quidem ex Waddingo et absque nota loci quo servantur; item Fabianus Justinianus in opere « Index universalis alphabeticus.... Elenchus item auctorum qui in sacra Biblia..... scripserunt » (Romæ 1612), tribuit Landulpho Caracciolo (Elenchi pp. 44, 86) Scripta in Zachariam et in Epistolam ad Hebræos, sed non dicit ea extare Patavii mss. — Ex Josa, op. cit., in biblioth. patavina S. Antonii reperitur *Landulphi Postilla super Evangelia totius anni* (ms. sec. XIV), non vero super alias partes S. Scripturæ.

In opere Antonii (Boniti) de Cucharo, cui titulus Elucidarius Virginis, impresso primum Neapoli per Joannem Antonium de Caneto a. 1507, recuso a Petro de Alva et Astorga in Collectione « Monumenta antiqua seraphica pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ » Lovanii 1665, pp. 535-993, longa excerpta reperiuntur ex nostri auctoris speciali *tractatu pro immunitate Virginis a peccato originali.*

MMDLI. 1324.

LANDULPHUS ignoti Cognominis = quem Eysengrenius ait floruisse an. 1462., forsan ille Landulphus Minorita est, cujus *primus liber Senten.* incipit: *Nolite multiplicari loqui sublimia:* ex Bunderio supra cit. in *Landulpho Caracciolo:* neque enim quia Eysengrenius ait, hunc scripsisse in 2. *libr. Senten.*, quia hunc librum tantum vidit, idcirco in alios libros Senten. Comment. non edidit.

MMDLII.

LAURENTIUS forsan ARIANENSIS patria in Hirpinis, atque etiam idem cum *Laurentio* incerti cognominis, temporis, et patriæ infra memorato a Waddingo, circa annum 1327. assumptus Episcopus *Arianensis* Sedem illam usque ad annum 1342. administrasse invenitur ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min., et Ughellum Ital. sac. tomo 8., scripsitque *Opusculum* hoc titulo:

Origo Christi, et Virginis Mariæ per Historias Bibliæ compilata a Fr. Laurentio Episcopo Arianensi Ordinis Minorum. Incipit: *Tres calami* etc., cui autor attexuit

Breve Opusculum Collectionum temporum veteris Testamenti incipiens: *Licet nostrum non sit, nosse tempora* etc: quod ms. pervetustum membraneum in fol. m. extat Bononiæ in nostra S. Francisci Bibliotheca a me, dum studiorum causa ibidem commorarer, lectum: notavique scriptum quidem habere *Episcopum Narniensem,* sed cum inter Narnienses Antistites nullus præsertim Ordinis Minorum, et temporis antiqui Laurentius occurrat, reponendum censui *Arianensem.*

Laurentii de Ariano Ord. Min. Chronica ab Adamo usque ad Christum extat ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Mariæ Annunciatæ Ord. Servor. B. V. ex Catalogo apud Montfaucon tomo 1. Biblioth. mss. pag. 429.; et Parisiis in Regia Biblioth. cod. 6582. ex eodem to. 2. pag. 764.

Sermones Dominicales Fr. Laurentii de Ariano mss. olim in parvo volumine extabant Utini in Bibliotheca Conventus S. Franc. ex illius loci Regesto anno 1397. exarato.

Eius electio in episcopum arianensem, a Capitulo facta, per summum pontificem Joannem XXII datis litteris ad archiepiscopum beneventanum confirmata est die 1 martii a. 1320. Episcopus consecratus aliquandiu ecclesiæ arianensis administrationem spiritualem gessit, sed captus opera fr. Michaelis de Cesena, quia ei non favebat, in carcere longo tempore est detentus, a quo tandem liberatus in liberam eiusdem ecclesiæ administrationem ab eodem summo pontifice per epistolam ad archiepiscopum salernitanum data XXI kal. Jan. anno XVI (1331) immissus est. Cf. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, I, Monasterii 1898, p. 107, et Regestum Pontificium apud Waddingum, Annales Minorum, VII, Romæ 1733, pp. 436-437. Non ultra a. 1342 sedem arianensem eum administrasse certum est, sed utrum usque ad hunc annum administraverit, incertum (cf. Eubel, l. c.). Non est cur idem putetur ac Laurentius incerti cognominis, præsertim cum huius *Postillæ* ex Waddingo servarentur mss. in bibliotheca Minorum Westphaliæ.

1325.

LAURENTIUS incerti Cognominis = de quo Willotus, probabilius videtur idem cum superiori, cui propterea adjudicandæ sunt *Postillæ pro concionibus*, quæ mss. extare dicuntur. *Laurentius Panormitanus* Reg. Observ. vir doctissimus, et verbi Dei prædicator egregius floruisse dicitur anno 1460., et a Summo Pontifice *Commissarius Apostolicus* constitutus in Insulis Orientis, ut incolas ad arma contra Turcas capessenda excitaret, ut legimus apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 4. cap. 28., sed an aliquid scripserit, incertum est.

MMDLIII.

LAURENTIUS BORDOGNA Cornelii Vallis Brembanæ oppido natus anno 1599. Min. Strict. Observ. Institutum anno ætatis suæ 17. amplexus est; in quo cum et Lectoris, et Concionatoris munia exercuisset, ac Cœnobiorum nonnullorum regimen tenuisset, immatura morte decessit anno 1646. die 24. Januarii, relictis pluribus sui ingenii monumentis, quæ mss. asservari literis mandavit Donatus Calvus in Scæna Liter. Bergom. par 1., videlicet

Conciones in Adventu Domini italico idiomate.

Conciones quadragesimales, et annuæ; nec non *extraordinariæ.*

Mariale

Digitized by Google

Mariale, et Santuarium: seu Sermones de B. V. Maria, et de Sanctis.

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento, et *in diebus Sabbati.* Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 271. tribuit ei tantum *Mariale* ex Marraccio in Append. ad suam Biblioth. Marianam.

Natus Cornelli, non Cornelii. Donatus Calvi titulos omnium eius operum italice refert, quare verisimile est ea omnia italice esse conscripta.

* LAURENTIUS BOURGOINUS, quem hic interserit Joan. a S. Anton. ex Willoto, et Daza, est *Florentius Bourgoinus,* quem vide supra suo loco.

* LAURENTIUS BRANCHATUS, qui scripsit *de Deo, et de Angelis,* hoc loco ex Dominico de Gubernatis recensitus a Joan. a S. Anton., est Clemens Brancasius, quem videas supra suo loco. Hic enim Joan. a S. Anton. confundit hunc cum *Laurentio Brundusino,* de quo infra.

MMDLIV. 1326.

LAURENTIUS BRIXIANUS = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum jejune satis:. fuit autem *Laurentius* Min. Conv. sac. Theol. Magister, ut ex ejus Opere habetur, quod primum vulgatum fuit hoc titulo:

Breves, faciles, ac perutiles Ysagoges in Jo: Scoti Formalitates. Brixiæ anno 1537. in 8. typis Damiani de Turlinis ad Vincentium de Madiis Brixianum in Gymnasio Patavino Lectorem ab autore missæ; quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Franc., postea prodierunt Venetiis an. 1588. in 8. typis Francisci de Franciscis cum diversorum Tractatibus de *Formalitatibus Scoti* cura Constantii Sarnani Franciscani, ejusdemque notis margineis cum titulo: *Magistri Laurentii Brixiensis Philosophi, ac Theologi præstantis in Jo: Scoti Doct. Subtilis Formalitates Isagogica Expositio:* estque expositio *Tractatus Formalitatum Mag. Antonii Syrecti,* quod hactenus a nemine observatum video. *In Formalitates Antonii Syrecti Turonensis Isagoges ad Scoti Theologiam* prodierunt Parisiis an. 1588. typis Jo: Bouc, teste Franchino in Biblios. n. 299. in *Salvatore Bartoluccio,* quem ait in eas *Commentarium,* et *Expositionem* edidisse, suppresso tamen *Laurentii* nomine. Fallitur autem Franchinus ibidem n. 245., dum hunc *Laurentium* existimat eum esse, qui anno 1608. Venetiis munus Concionatoris obibat annoque 1612. in Dalmatiam missum illius provinciæ Capitulo præfuisse legitur.

Titulum editionis venetæ dedimus supra p. 138 sub v. *Joannes Vallonus.* Franchinus (Bibliosofia, n. 299) dicit (ut Waddingus supra, v. Antonius Syrretus) impressas esse Parisiis a. 1587 *Formalitates Antonii Syrecti isagogicas ad Scoti Theologiam,* non vero *Isagogas Laurentii Brixiani in Jo. Scoti Formalitates.*

MMDLV.

B. LAURENTIUS BRUNDUSINUS provinciæ Venetæ Min. Capuccin., ejusdemque, ac Genuensis, et Hetruriæ provinciæ Minister, totiusque sui Ordinis Vicarius Generalis ob eximias virtutes, ac zelum propagandæ fidei Principibus, Regibus, ac Summis Pontificibus charissimus, totique orbi pene notus plura scripsit, suntque

Sermones de Tempore.

Expositio in Ezechielem.

Tractatus de modo concionandi, in quo assignantur multæ regulæ novis prædicatoribus necessariæ.

Epistolæ IV. *pro perfecta Seraphicæ Regulæ observantia.*

Ulyssipone dum apud Regem res gravissimas ageret, migravit ad Dominum anno 1619. die 22. Julii, cujus funera in omnibus fere Europæ civitatibus celebrata sunt: sicut in vita, ita et post mortem miraculis claruit. De eo Joan. a S. Anto. to. 2. pag. 273. ex autore Biblioth. Capuccin., apud quem et legimus hunc laudibus elatum a Ferdinandez, Lopez, et Gravina Ord. Prædicat.

In Sanctorum numerum relatus est die 8 decembris anni 1881.

Eius *Sermones de tempore,* quorum multi italice sunt conscripti, comprehendunt:

Quadragesimale in 2 pp, to. 2 in fol. mss.

Conciones pro Adventu, to. 2 in fol. mss.

Dominicale, to. 3 in fol. mss.

Conciones annuales super Evangelia, to. 1 in fol. ms.

Alia eius opera:

Adversus Layserum et Lutherum, et

Responsio ad libellum Layseri; to. 3 in fol. mss., cum notis etiam græcis et hebraicis;

Explanatio in Genesim, to. 1 in 4 ms.

Silva isagogica in conciones, to. 1 in fol. ms.

Sanctorale, to. 1 in fol. ms.

Mariale, quod servatur ms. in Archivo provinciæ venetæ Ord. Capuccinorum, et cuius concio prima edita est in ephemeride « Eco di S. Francesco d'Assisi » vol. VIII (1880), pp. 276-283. Conferatur Eduardus Alenconiensis, Bibliotheca Mariana Ordinis FF. Min. Capuccinorum, Romæ 1910, p. 46.

De rebus Austriæ et Bohemiæ (1599-1612) Commentariolum autographum primum evulgavit notisque ac multis monumentis ineditis illustravit P. Eduardus Alenconiensis eiusdem Ordinis archivo præfectus. Romæ 1910 in 4. (Ex Analectis Ordinis Capucc.) pp. IV-64.

MMDLVI. 1327.

LAURENTIUS CARDUSIUS = Ejus Opus tomis 2. divisum est. Terrinca par. 3. tit. 1. ait scripsisse alia *Opuscula;* de eo Marraccius apud Alvam col. 908. Militiæ, et Joa. a S. Anto.

Villa Regia di Maria Vergine Con delitiosa habitatione per l'incarnato Dio, e Real' Palagio guernito di Gioie, e di Pitture di gron pregio, in mezo à bellissimo Giardino di varie piante adornato, fabricato sopra il Sal. Fundamenta eius. Descritta dal R. P. F. Lorenzo Cardoso Minore Osseruante Riformato. Con la lettura sacra Annuale nel Giardino di Milano, spiegando le tre lettioni dell' offitio piccolo della Madonna, In omnibus requiem quæsivi, etc. Et sic in Sion, etc. Quasi Cedrus. Eccl. 24. Dove si ragiona de' priuilegi singolari di Maria Vergine. Con discorsi, e concetti Scritturali applicabili, et applicati à tutte le feste che tra l' Anno si celebrano della Madre di Dio. In Venetia, Per Giorgio Valentini, MDCXXX. in 4. — *Villa Regia... Parte seconda. Dichiarando, et applicando a proposito, e lode di M. V. li sette versetti del Salmo* [Fundamenta eius] *ne Sabbati di Quaresima, predicati in tal tempo dall' Autore prima nel Giardino di Milano, appresso nel Duomo di Fiorenza, et vltimamente in S. Zaccaria di Venetia. Aggiunteui in fine le Prediche dell' Annontiatione, e Purificatione della Madonna per commodo de' Predicatori.* In Venetia, Per Giorgio Valentini, MDCXXX. in 4. — Extat Romæ in Bibliotheca Casanatensi. Librum hunc, eiusdem prorsus argumenti atque opus a Waddingo Laurentio Corbosæ adscriptum, approbatum ad imprimendum eodem a. 1627, quo opus Laurentii Corbosæ dicitur compositum, etsi totus ex 35 tantum lectionibus constet, unum idemque puto atque opus Laurentio Corbosæ tributum.

MMDLVII.

LAURENTIUS A CASAMAXIMA Italus provinciæ S. Nicolai, Apuliæque Reg. Observ., de quo agit Bonav. de Fasano in Hist. ms. dictæ provinciæ, et par. 2. Memorab. ejusdem, et Joa. a S. Anton., anno 1645., quo vivebat, scripserat italice

Mortuorium sacrum Jesu, et Mariæ.

MMDLVIII.

Digitized by Google

MMDLVIII. 1328.

LAURENTIUS A CONCHA = vulgo *Cuenca* Reg. Observ. provinciæ Castellæ, de quo Nicolaus Anton., et Joan. a S. Anton. pag. 274. ex Waddingo.

MMDLIX. 1329.

LAURENTIUS CORBOSA = de quo et Terrinca, et Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

Hic auctor, eiusdem nominis ac provinciæ ac Laurentius Cardusius, de quo supra, scriptor operis ei simillimi quod idem Cardusius composuit atque eodem tempore, ab eo probabiliter diversus non est.

MMDLX. 1330.

LAURENTIUS CORRADUCCIUS = Ord. Min. Convent. provinciæ Piceni, de quo Rodulphius lib. 3., aliique postea; et sunt, qui tradiderunt, vixisse eum an. 1503., de qua re viderint ipsi.

MMDLXI.

LAURENTIUS DE LA CUEVA Hispanus prov. Castel. Reg. Observ. versibus vulgaris linguæ hispane cecinit

La Conversion del Beato San Francesco. Compluti 1619. in 8. apud Joannem Garciam, teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 2., et Joan. a S. Anton.

MMDLXII. 1331.

LAURENTIUS FASANUS = de quo Nicolaus Toppius, et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDLXIII.

LAURENTIUS FORESTANUS Pisciensis Cœnobii in Hetruria alumnus Min. Conv. Mathematicis disciplinis addictissimus, in quibus illud progressus attulit, quo publice eas profiteri potuerit pluribus locis Hetruriæ, et Venetiis etiam summa cum laude; ideoque et gratissimus extitit Magnis Hetruriæ Ducibus Ferdinando I., Cosmoque II., quibus magno usui eum fuisse tradunt. Moritur Pisciæ an. 1623. die 14. Febr., cum edidisset Opus inscriptum:

Praxis Arithmeticæ, et Geometriæ hetrusco idiomate. Venetiis anno 1603. in 4. typis Georgii Varisci, postea et Senis an. 1628. in 4. ex publ. Biblioth., et alibi, teste Franchino in Biblios. num. 246. De eo et Joan. a S. Anto., sed parce.

Pratica d'Arithmetica, e Geometria nvovamente posta in luce Dal R. P. F. Lorenzo Forestani da Pescia, De Minori conuentuali di S. Franc. nella qual si dimostra vn vero, e facilissimo modo da risoluer ogni sorte di ragioni, Da misurar tutte le superficie terrene, e corpi regolari, da misurar con l'aspetto le distanze, l'altezze, e le profondità. Con il modo da leuar le piante senza bussola: e scuopronsi in essa alcuni errori di certi Auttori. Opera veramente non men' vtile, che necessaria a gli studiosi di tali scienze. Con Privilegi. In Venetia, Appresso Georgio Varisco. M.DCIII. in 4, c. figg. Editio rara. — Di nuovo Ristampata, e con somma diligenza Ricorretta. In Siena nella Stamparia del Pubblico MDCXXXII. in 4, c. figg. — Præter has duas editiones, quas videre est Romæ in Bibliotheca Nationali, nulla alia extat, neque Franchinus indicat editionem senensem anni 1628, sed anni 1682. Opus magni momenti, de quo conferri potest P. Riccardi, Biblioteca matematica italiana. Parte 1, vol. 1 (Modena 1870), col. 478.

MMDLXIV. 1332.

LAURENTIUS A S. FRANCISCO = Discalceatus provinciæ Bæticæ Novitiorum Magister, et postea Hispalensis Cœnobii Præfectus scripsit lingua vernacula

Tesoro espiritual y divino para rescate, y consuelo de las almas; sive *de Indulgentiis Pontificiis, quibus Defunctorum animis in Purgatorio detentis suffragari possumus;* primum Gadibus 1638. in 8.; deinde auctius Hispali an. 1650. in 4. ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 2.; et 3. Gadibus 1655. in 4. per Laurentium Machado ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 276., et in priori Biblioth. Discalceator.

MMDLXV.

LAURENTIUS GUARDIOLA Hispanus Valentinæ prov. Regul. Observ. Lector emeritus ac Historiographus evulgavit

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis. Valentiæ 1644. in 4. per Silvestrum de Esparza ex Petro de Alva, Marraccio, autore Biblioth. Valentinæ, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDLXVI. 1333.

LAURENTIUS GULIELMUS = de quo agit Rodulphius lib. 3., aliique post ipsum.

Rhetorica ejus prodiit apud Villam S. Albani an. 1480., teste Orlando Bononien. de Orig., et progres. Typographiæ par. 2. pag. 342., eamque citat Paulus Aresius Episcopus Dertonensis de Arte Oratoria lib. 4. cap. 3., sed perperam dicit eum *Min. Observan.*, cum fuerit alumnus *Sixti IV.*, ejusque Opera mss. asserventur Savonæ apud *Minores Conventuales:* hinc Joan. a S. Anton. Strict. Observ. Discalc. to. 2. pag. 277. fatetur *Conventualem* fuisse.

Rhetoricam ex dictis testimoniisque sacratissimarum scripturarum doctorumque probatissimorum compilatam et confirmatam complevit Cantabrigiæ a. 1478 die 26 iulii. Videsis Hain, Repertorium bibliographicum, n. 14327.

MMDLXVII. 1334.

LAURENTIUS LUPUS = vulgo *Lobo* Regul. Observ. provinciæ Castellæ, cujus *Compendiosa Explicatio* impressa est ex Typographia Regia; et insuper edidit

Conciones, quarum volumina circumferri scribit Petrus Salazarius in Hist. provinciæ Castellæ an. 1612. vulgata, teste autore Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 4.

MMDLXVIII. 1335.

LAURENTIUS MAGRIUS = forsan hujus est et ea *Apologia,* quæ sine autoris nomine vulgata est etiam in *Speculo Minorum,* seu *Firmamento trium Ordinum* Venetiis anno 1513. in 4. per Lazarum Soardum hoc titulo:

Apologia Defens. Status Frat. Minor., ut et in *Monumentis Ordinis* editionis Salmant. anno 1511. tract. 2. incipiens: *Quidam nimium scrupulosus* &c. edita sub *Innocen. VIII.* circa annum 1490. contra quemdam *Episcopum Ordin. Minor. titularem,* Suffraganeumque, forte *Liberium Belgam.* Hunc non vidit Joan. a S. Anton. to. 2., nec to. 3. in Append.

MMDLXIX. 1336.

LAURENTIUS MASSORILLUS = quem Rodulphius lib. 3., Gonzaga etc. mendose vocat *Masterillum,* natus est anno 1490. annoque 1508. Ordinem S. Francisci ingressus est. ut ipsemet scribit *Elegia* in fine libri 2.

De

Digitized by Google

De eius opere conferri potest Mich. Faloci Pulignani in Miscellanea Francescana, II, Foligno 1887, p. 59.

* LAURENTIUS MASTEALLUS, quem ex August. Wite adducit Joan. a S. Anto. in cit. Append. to. 3., meo judicio est superior *Laurentius Masterillus* Rodulphi, et Gonzagæ, rectius tamen *Massorillus* dictus a Waddingo; etenim apud cit. Wite occurrunt nomina, et cognomina persæpe mendosa.

MMDLXX.

LAURENTIUS A MONTEPOLITIANO provinciæ Tusciæ Min. Capuccin., et Minister provinciarum Aprutii, et S. Francisci cum ad plures annos Novitiorum educationi præfuisset, ad eorum instructionem scripsit

Tractatum de externa hominis compositione, et hominis interioris abnegatione ex Opusculis S. Bonaventuræ depromptum ms., teste autore Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joa. a S. Anto., qui addunt obiisse in Civitate Pennæ an. 1601, cum sanctimoniæ fama.

MMDLXXI. 1337.

LAURENTIUS PARISINUS =

Palatium divini amoris laudat S. Franciscus Salesius in libri gallice scripti præfatione *de Amore Dei:* de eo Card. Bona de Mystica Theol. cap. 5. et seq. Legatur etiam Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

Ex Bernardo a Bononia *Palatii Divini Amoris* editio altera prodiit a. 1626.

MMDLXXII. 1338.

LAURENTIUS PORTEL = in oppido *Portel* Transtagani tractus natus in provincia Algarbiorum Minoribus Regul. Observ. nomen dedit, et summopere laudatur ab Anto. Diana in indice autorum, quos adhibuit in sua *Summa* concinnanda.

Dubia Regularia etc. prodierunt Ulyssipone 1618. in 4., postea Lugduni 1633., et 1634. sumptibus Joannis Amati Candidi, *Additionibus,* quæ seorsum in fine fuerant adjectæ, in suos loculos distributis; deinde Venetiis 1641. cum primo *Responsionum* volumine typis Pauli Balleonii; et tandem Lugduni 1643. per Laurentium Arnaud to. 2. in 8. m.

Responsiones aliquorum casuum moralium etc. Ulyssipone 1629.; et Lugduni 1633. 1640. 1642., et 1644. typis Guatherin; nec non 1652. in 8. tomis 2. per Laurentium Arnaud; et Lovanii 1635. apud Joannem Billium.

Sermones, et exhortationes monasticas religiosis personis necessarias, et secularibus proficuas cum *tractatu de scrupulis,* et *de opinione dubia eligenda,* alteroque *de impensis factis in Templo Salomonis.* Ulyssipone 1617. in 4. apud Petrum Craesbeeck. Quæ omnia latine edita sunt, et scripta.

De los casos, que a los Religiosos se pueden reservar. Ibidem an. 1615., et anno 1671. per Georgium a Costa.

Sermones totius anni de Portel prodierunt Antuerpiæ 1651., vel 1655., inquit autor cit. Biblioth. Hispa. pag. 7.; sed fatetur, se nescire, an sint hujus scriptoris, quem adhuc anno 1640. ætate multa in vivis fuisse refert.

De triplici voto solemni sermone patrio. Ulyssip. 1626. in 4. per Craesbeeck ex Jo. a S. Anto.

Responsio circa Concept. Deiparæ ms. in fol. extabat apud P. de Alva ex col. 911. Militiæ.

Dubia Regularia, cum *Additionibus* prodierunt etiam Olyssipone apud Petrum Craesbeeck 1623 in 4, Lugduni ex typogr. quondam Jonæ Gautherin 1640 in 8, Venetiis

Responsiones aliquorum casuum moralium Olyssipone apud Georgium Rodrigues 1618 in 4 (tom. 1us), et tomus 2us ibidem apud Petrum Craesbeeck 1629 in 4; deinde uno volumine Turnoni sumptibus Laur. Durand 1633 in 8, etc.

Exhortationes monasticæ etiam Antuerpiæ apud Gull. Leestenium 1651 in 4.

Explicaçao dos casos reservados conforme ao Breve do Senhor Papa Clemente VIII. Lisboa por Jorge Rodrigues 1611 in 8.

Juxta Did. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, pp. 36-37) reliquit mss.

Annotationes in Evangelia, in fol.

Sermoens dos Santos da Ordem Serafica, in 4.

Quadragessimal, in 4.

MMDLXXIII.

LAURENTIUS REATINUS sac. Theol. Magister, et S. Antonii Venetæque provinciæ Minister seculo XV. floruit, scripsitque complura, quæ mss. asservantur Reate in Biblioth. Cœnobii S. Franc., teste Bonaven. Theulo lib. 4. Appar. Minor. cap. 2. pag. 124.

MMDLXXIV. 1339.

LAURENTIUS SPATHA = in patria universitate Metaphysicam interpretatus est anno 1529., et inter celebres Philosophos Bononien. recensetur ab autore synchrono Leandro Alberto in *Italia,* ubi Bononiam describit; ejusdem meminit cum laude Rodulphius lib. 2. fol. 196., Ghirardaccius lib. 24. Hist. Bonon., et Ughellus Italiæ sac. tomo 6., ubi perperam dicitur *Bernardinus* Laurentius: de eodem agit et Bumaldus in Biblioth. Bononien.; de quo et Alidosius to. 1. pag. 132. ait in *Quolibeta Scoti* scripsisse; sed forsan hunc cum *Hieronymo Gadio* ejusdem Ordinis, et temporis, locique autore confundit. Necrologium Conventus S. Francisci Bonon. refert hunc multa composuisse Opera; sed quænam, non indigitat; et anno 1544. decessisse Neapoli anno ætatis suæ 51. Joan. a S. Anton. accipit a Waddingo. V. *Anonymum Italum* CCCVI.

MMLDXXV.

LAURENTIUS DE TUSANO seculo 16. medio transtulit e latino in italicum sermonem

Arborem vitæ Crucifixi ab Ubertino Casalensi compositam, quæ prodiit Venetiis anno 1564. in 4., teste Joan. a S. Anton. de *Fr. Ubertino de Ilia* disserente.

Videtur Sbaralea in plures errores hic lapsus esse, quum tantum extet *Il Quarto Libro del R. P. Ubertino da Casale,.... chiamato Arbor de la vita de Jesu Christo crocefisso.... novamente tradotto in volgare et messo in luce. Stampato in Foligno per Agostino Colaldi da Civita Ducale, a presso a Vincentio Cantagallo, L'anno.... 1561 adi* XX *di Maggio,* auctor autem huius versionis tum in epistola nuncupatoria tum in titulo operi immediate præmisso dicatur Laurentius a Foiano Ordinis Prædicatorum et Lector Fulginei in conventu S. Dominici. Cf. Mich. Faloci Pulignani in Miscellanea Francescana, I, Foligno 1886, pp. 171-172.

MMDLXXVI.

LAURENTIUS A VALLICO in Carpharonia, vulgo *Garfagnana* supra Mutinam in finibus Hetruriæ loco Regul. Observ. sac. Theol. Lector scripsit circa annum 1640.

Commentaria in Summulas Petri Hispani; et *Examen*

Digitized by Google

Examen Ordinandorum, teste Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1., quem excripsit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 278.

MMDLXXVII.

LAURENTIUS VERONENSIS prov. Venetiarum Ord. Min. Capuccin. fervidus concionator scripsit, ediditque vernacule

Sermones de Sacramento Pœnitentiæ, et alios, qui absque ejus nomine circumferuntur.

Conciones de Tempore, quæ mss. asservantur apud suos, teste Dionys. Genuen. in Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joan. a S. Anton. in Append.

Obiit in patria anno 1631., ejusque gesta leguntur to. 3. Annal. Capuccinorum.

MMDLXXVIII. 1340.

LAURENTIUS A VILLAVINCENTII =

Non fuit Franciscanus, sed Heremita Augustinianus. Waddingi errorem iam notavit Nicolaus Antonius (Bibliotheca Hispana nova, II, Matriti 1788, p. 11).

MMDLXXIX. 1341.

LEANDER MONTANUS = suæ provinciæ Minister, Supremæ Inquisitionis Qualificator, et concionator Regius in utroque jure egregie versatus scripsit etiam

Quæstiones selectas Regulares. Matriti an. 1646. in fol. apud Alphonsum de Paredes ex Jo: a S. Anton.

Llave maestra, y escudo de la verdadera explicacion de las Bulas de Innocentio X., y de la santa Cruzada sobre la suspension de todas las indulgentias, facultades, y indultos el Año Santo con un tratado, en que defiende la verdad de las opiniones, que llevó en su libro de las Questiones selectas Regulares. Matriti an. 1648., et iterum an. 1650. in 4. apud Gregorium Rodriguez; estque contra Fr. Martinum a S. Joseph Placentin. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 279., qui pro eo scripsit nonnulla to. 2. Chronic. prov. S. Pauli lib. 6. cap. 40. num. 70.

Apologia in defensionem suarum quæstionum selectarum. ibidem an. 1655.

Memoriale, in quo probavit, PP. Provinciales Hispaniæ non teneri in conscientia Romam ire ad Capitulum Generale.

Apologia in defensionem Annalium Capuccinorum P. Boverii.

Liber apologeticus in defensionem aliquarum propositionum suarum concionum.

Memoriale apologeticum pro Missione Capuccinorum in provincia de Caracas.

Disputatio moralis Regularis cujusdam novæ Constitutionis P. Jo: a Montecalerio Ministri Generalis.

Manifestum in defensionem sui Ordinis contra aliquorum calumnias.

Quæstiones selectæ morales. ibidem apud Alphonsum de Paredes an. 1646.

Explicacion de la Regla de S. Clara. ibidem apud Gregorium Rodriguez an. 1658. ex autore Bibliothecæ Hispan. pag. 11., vel 1648. ex Joan. a S. Anton.

Responsio apologetica contra quamdam quæstionem moralem super Regulam Clarissarum. ibidem an. 1666.

Comment. in Regulam FF. Minorum vernacule. iisdem typis an. 1658. in fol.

Disquisitiones morales in 1. 2. *D. Thomæ*. ibidem to. 2. in fol. ann. 1653., et 1660. sumptibus Anton. Rierii; ex Dionysio Genuensi, et Jo: a S. Antonio.

Questiones selectas Regulares, y Exposicion de la Regla de los Frayles Menores.... por el Reverendo Padre Fray Leandro de Murcia, Lector de Santa Teologia,.... En Madrid. Por Gregorio Rodriguez. M.DC.XLV. in fol. (Romæ in bibliotheca Nationali). Opus ita unum, ut in duos tractatus dividi, quemadmodum fecerunt Waddingus, Dionysius Genuensis, Bernardus a Bononia et Sbaralea, nullo modo possit. Ex Nicolao Antonio (Bibliotheca hispana nova, II, Matriti 1788, p. 13) prodiit quidem et Matriti apud Alphonsum de Paredes, sed a. 1647.

R. P. Fr. Leandri Montani Aragonii Murciani, sive Fr. Leandri a Murcia,.... Commentaria ad litteram, et moralia in librum Esther.... Anno 1648. Cum Privilegio. Matriti. Ex Officina Typographica Ildephonsi à Paredes. in fol. Extat ibidem. — Etsi in titulo legatur *Anno 1648*. tamen, ut ex declaratione quadam deducitur post Errata existente, volumen iam impressum erat die 1 novembris a. 1646. Ex censuris operi præmissis patet hoc iam compositum fuisse mense februario a. 1645.

Llave maestra etc. Secunda pars tantum, nempe *Tratado* etc., est contra Martinum a S. Joseph. Editio anni 1648 totius operis in titulo indicati nulla est, quum Bulla Innocentii X, qua declaratur suspensio quarumcumque indulgentiarum durante anno universalis iubilæi 1650, data sit die 6 maii 1649 (Bullarium Romanum, XV, Augustæ Taurinorum 1868, pp. 632-634). Nicolaus Antonius, Dionysius Genuensis, Bernardus a Bononia indicant solum editionem anni 1650; apud Dionysium Genuensem autem et Bernardum a Bononia nostro auctori tribuitur, ut opus a *Llave maestra* distinctum, *Espositio super Bullam Cruciatæ. Matriti 1648.*

Quæstiones selectæ morales secundum Dionysium Genuensem et Bernardum a Bononia prodierunt Matriti apud Ildephonsum a Paredes non a. 1646, sed 1649.

Responsio apologetica etc. Est contra F. Christophorum Delgadillo contendentem regulam S. Claræ, ne sub peccato veniali quidem, eam profitentes obligare. Dubito an prodierit a. 1666, quum Sententia Delgadilli, non autem Leandri *Responsio*, dicatur a Nicolao Antonio, Dionysio Genuensi, Bernardo a Bononia eo anno impressa. Secundum Nicolaum Antonium huiusmodi *Responsio* extat in volumine *Disquisitiones morales*, de quo infra; sed ego in exemplari bibliothecæ Casanatensis eam non inveni.

Disquisitiones morales in primam secundæ Divi Thomæ: et resolutiones in eas potissimum quæstiones, quæ in hoc tempestate exortæ sunt, vel ab antiquis leviter, et per transenam (sic) *pertractatæ, atque discusæ* (sic). *Per admodum Reverendum P. Fr. Leandrum Montanum Aragonium Murcianum,....* Matriti ex Typographia Pauli de Val (impensa Antonii Rieri), 1663, in fol. Operis pars prima. Licentia Ministri Generalis, ut auctor opus imprimere posset, in volumine impressa, data est die 20 marcii a. 1663; ergo non extat editio anni 1653. Ex Nicolao Antonio altera pars prodiit non a. 1660, sed 1670.

Præter *Responsionem* ad Christophorum Delgadillo aliud opus simile edidisse videtur ex Nicolao Antonio, Dionysio Genuensi, Bernardo a Bononia, qui titulum ita refert:

Responsiones ad obiectiones aliquas cuiusdam Viri docti supra Expositionem in Regulam S. Claræ.

MMDLXXX.

LELIUS MEDICEUS patritius Placentinus provin. Bononien. Min. Conv. Theologus, et Ecclesiastes insignis, multorum, ac præ ceteris Veneti, et Bononiensis Gymnasiorum moderator, suæque provinciæ anno 1579. Minister electus; postmodum Pisis anno 1586. contra hær. pravit. constitutus Inquisitor; inde Florentiæ an. 1603., eo in munere decessit an. 1608., cum jam edidisset hetrusco idiomate

Sermonem super fundamentis, et rationibus excusationum adversus interdictum Pauli V. Bononiæ anno 1606. in 4. typis Joan. Baptistæ Bellagambæ; quod et refert Franchinus in Bibliosophia num. 242., ubi plura de eo habet, aitque Cœnobium suum plurimis, ac selectioribus libris locupletasse testimonio lapidis ei ob id erecti. Meminit

Digitized by Google

minit ejus etiam cum laude autor æqualis Rodulphius lib. 2. in prov. Bonon. Custodia Parmen., et Conv. Placentino, Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 2. tit. 2. ser. 9., et Raphael Badius in Hist. Collegii Theolog. Florent., fuit enim nepos *Hieronymi Medicei*, de quo supra actum est, *Luciique Anguisciolæ*, de quo paulo post dicetur. Agit de eo et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 280.

Discorso del P. M. Lelio Medici.... sopra i fondamenti, e le ragioni delli SS. Veneziani, per le quali pensano di essere scusati della disubbidienza, che fanno alle Censure, et Interdetto della Santità di Nostro Signor Papa Paolo Quinto, dove evidentissimamente si dimostra, che chiaramente si ingannano, e che da' loro Consultori sono ingannati. In Bologna, Appresso Gio. Battista Bellagamba, 1606, in 4.

MMDLXXXI. 1342.

B. LEO ASISIAS = cujus *Legenda* S. Francisci una cum Ruffino, et Angelo conscripta communiter dicitur

Legenda trium Sociorum; et extat ms. in Biblioth. Canon. Regular. Tungren. ditionis Leodien., teste Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ: incipit: *Reverendo in Christo Patri, Fratri Crescentio Dei gratia Generali Ministro Fr. Leo, Fr. Rufinus, et Fr. Angelus olim socii licet indigni beatissimi Patris Francisci reverentiam in Domino debitam, et devotam. Cum de mandato proximi preteriti Capituli Generalis, et vestro teneantur Fratres signa, et prodigia beatissimi Patris Francisci, quæ scire, vel reperire possunt, vestræ Paternitati dirigere: visum est nobis, qui secum, licet indigni, fuimus diutius conversati, pauca de multis gestis ipsius, quæ per nos vidimus, vel per alios scire potuimus* etc. . . . *sanctitati vestræ intimare . . . quæ tamen per modum Legendæ non narramus, cum dudum de vita sua, et miraculis, quæ per eum Dominus operatus est, sint confectæ Legendæ, sed relut de magno, et amœno prato quosdam flores arbitrio nostro pulchriores excerpsimus continuam historiam non sequentes, sed multa serio relinquentes: quibus pauca, quæ dicimus, poteritis facere inseri, si vestra discretio videbit esse justum. Credimus quod si venerabilibus viris, qui dictas confecere Legendas, hæc nota fuissent, ea minime preteriissent* etc. . . . *Dat. Græciæ* 3. *idus Augusti* 1246.: extat apud Waddingum ad an. 1244. num. 9. Petrus Joannes Olivi Minorita, qui obiit anno 1297., in *Expositione Regulæ* S. Francisci cap. 10. memorat *Cedulas Fratris Leonis, quas de his, quæ de Patre nostro, tamquam ejus singularis socius viderat, et audierat, conscripsit:* et B. Franciscus Fabrianen. in suo Chronico ms. ait: *Fratrem Leonem ego vidi, et scripta ejus legi, quæ recollegit de dictis, et vita sanctissimi Patris nostri Francisci;* ut etiam legitur apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1267. num. 5.; Bartholomæus Pisanus quoque Confor. XVIII. par 2. habet: *Prædixit enim Fratribus* (S. Franciscus) *teste Fr. Leone de ædificatione sumptuosa locorum dicens: Fratres mei, post nos venient Fratres* etc.: et paulo post: *et plura alia etiam de Ordine prædixit, sicut socii retulerunt B. Francisci; et Frater Leo scripsit B. Franciscum intellexisse venturæ, et futuræ tribulationis per Spiritum Sanctum tempora appropinquare:* sed an sit Opus diversum a *Legenda trium Sociorum*, vel idem, inquirant alii. Scripsit quoque

Vitam B. Ægidii Asisiatis, ut habetur ex Fr. Salimbene Parmen. in suo Chron. ms. pag. 140. his verbis: *Fuit Frater Ægidius, qui Perusii in arca saxea tumulatus est in Ecclesia Fratrum, quartus Frater Ordinis Fratrum Minorum, computato B. Francisco, cujus Vitam Fr. Leo, qui fuit unus de tribus specialibus sociis B. Francisci, sufficienter descripsit:* et hæc illa esse creditur, quam ms. italico sermone, et in cap. 72. distributam sibi a Constantino Cajetano commodatam habuisse testatur Waddingus in Annalibus; quandoquidem Historiæ autor fatetur, se familiariter sancto viro usum ex cit. Waddingo, et Arturo ad diem 25. Novembris: de eo Cornelius a Lapide 2. ad Timoth. 2. v. 14. *Vita Sancti Ægidii de Assisio Laici Ord. Min.*, quæ finiebat his verbis: *cunctis retro diebus:* extabat olim Asisii in Bibliotheca Conventus S. Francisci ex veteri illius Inventario an. 1381. confecto in 5. solario orientali una cum *Legenda S. Ludovici Episcopi, et Confessoris,* quæ incipit: *Scripturus Vitam S. Ludovici* etc.: legitur etiam dicti *B. Ægidii Vita* in Chronicis 24. General. extantibus Asisii mss. pag. 26., et seqq. *Vita del Beato Frate Egidio terzo Frate, e compagno di S. Francesco* divisa in duos libros incip. *Questo glorioso homo citadino de la Città da Scisci abiando intexo da i soi parenti* etc.: extat Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 11. in 4. cartaceo ex illius Catalogo pag. 224.

** *Legenda Fr. Ægidii, de præceptis, et de timore* incip. *Hæc pauca*, ms. pergam. in Biblioth. S. Franc. Senar. armar. H. L. ex illius Indice in addit. **

Scripta Fratris Leonis, nempe *Vita beati Fratris Ægidii, SS. P. N. Francisci Intentio Regulæ, Verba S. P. Francisci* prodierunt a. 1901 ad Claras Aquas cura Leonardi Lemmens (Documenta antiqua Franciscana, I). *Speculum perfectionis,* quod tamquam *S. Francisci Legenda antiquissima fratrisque Leonis opus* a Paulo Sabatier editum est Parisiis a. 1898, etsi multa certe contineat ex documentis a fratre Leone iam relictis derivata, communiter opus recentius putatur et variorum auctorum.

De hoc beato viro cf. Chronica XXIV Generalium (Analecta Franciscana, III, ad Claras Aquas 1897, pp. 65-74); Sabatier in op. cit., pp. LXII-LXXXV; A. Macdonell, Sons of Francis, London 1902, pp. 95-112; Pasch. Robinson, in The Catholic Encyclopedia, IX, New York (1910), p. 173. Quoad opera recentia circa auctorem Speculi perfectionis vide L. de Kerval in Bullettino Critico di cose Francescane, Dec. 1905, p. 109, et P. Robinson, Introduction to Franciscan Literature, New York 1907, p. 12 sq.

MMDLXXXII. 1343.

LEO BACCON =

Summam Confessorum vulgavit Parisiis an. 1646., teste Joan. a S. Anton. to. 2. Hunc eumdem crediderim cum *Leone Bacovio* Gallo Episcopo non *Flandatensi,* sed *Glandatensi,* qui elaboravit Opus inscriptum

Delphinus, seu *de prima Principis institutione.* Parisiis 1671. in 4.; deinde ibidem anno 1685. in 8., et in 12., Lugduni 1688. in 8., de quo agit Alfonsus Lasor to. 1. Universi Orbis pag. 327., et autor Ephemer. Erudit. Galliæ ad an. 1686., et ex his Jo: a S. Anton.

Somme de la Theologie morale et canonique. Composee en espagnol par le R. P. Henry de Villalobos religieux de l'Observance de S. François,.... Et traduite en François par le R. P. Leon Bacone Theologien du mesme Ordre, de la Prouince de Guyenne. A Paris, Chez Denis de la Novë M.DC.XXXV. par. 2 in fol. Verbum *Bacone* errorem esse patet ex approbationibus Superiorum Ordinis operi præmissis, in quibus legitur Bacoue. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

Delphinus seu de prima Principis institutione. Sex libris. Ad clarissimum Ducem Montoserium, Serenissimi Galliarum Delphini institutioni præfectum. Auctore R. P. Leone Bacovio, Regularis Observantiæ Sancti Francisci in Provincia Tholosana. Tholosæ, et vænenunt. Parisiis, Apud Jacobum Piget

Digitized by Google

Piget, M.DC.LXXI. in 4. Editio verisimiliter prima, quum licentia Ministri Generalis pro opere imprimendo, eidem præmissa, data sit die 10 ianuarii a. 1671. Ex ode ad lectorem, quæ cum duabus aliis poema præcedit, patet Bacovium illud scripsisse iussu Clementis IX Pont. Max., et *lustris iam clausis bissenis*. Editioni tertiæ (Albiæ apud F. Patron et Parisiis apud A. Dezallier, 1685, in 8) accessit liber carminum eiusdem authoris; item editioni quartæ (Lugduni 1688, in 8).

Extant etiam, eodem auctore:

Augustiss. et invictiss. principi Ludovico XIV.... *Carmen panegyricum, nec non christianæ politices exemplar.* Parisiis, apud A. Bertier, 1666, in 4; pp. 73.

Augustiss. et invictiss. principi Ludovico XIV... *Carmen panegyricum secundum, super pace cum Britannis inita et cum Hispanis, Deo dante, ineunda.* Tolosæ, excud. Jo. Boude, 1667, in 4; pp. 51. Cf. Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale, VI, Paris, 1901, col. 268.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri Clementi Papæ IX. *Carmen Panegyricum; nec-non omnis sapientiæ exemplar.* Tolosæ, excud. Jo. Boude, 1667, in fol. min, pp. 84. cum hac subscriptione: Fr. LEO BACOVE, Reg. Obseruantiæ S. Francisci, Prouinciæ Tolosanæ, Theologiæ lector emeritus, et Exprouincialis, Concionator Regius. (Romæ in bibliotheca Nationali).

Obiit a. 1694, ætatis secundum Amelot de la Houssaie (Mémoires historiques, Amsterdam 1722, I, p. 360) et Dion. Sammarthanum (Gallia Christiana, III, Parisiis 1725, col. 1248) quarto supra nonagesimum, secundum alios sexto vel septimo supra octogesimum, quod ex supra dictis de poemate *Delphinus* probabilius videtur.

* LEO BALESTRINUS = V. *Leonardus Balestrinus* infra.

* LEO DE PEREGO = V. *Leo Valvassorius*.

MMDLXXXII bis.

LEO RAVENNAS doctus concionator, et Jurisperitus scripsit *Sermones*, quorum unus tit.

Sermo Fr. Leonis de Ravenna Decretorum Doctoris Ordinis Fratrum Minorum factus in Romana Curia in festo Apostolorum Simonis, et Judæ anno Dñi 1343. incip. *Judas, et fratres ejus;* in quo agit de autoritate Pontificia; et alter habitus *in Synodo* incip. *Lucerna splendens,* cod. chart. ms. habentur Lucernæ in Biblioth. Minor. Conventual., ex Ginanno in Scriptor. Ravenn.

MMDLXXXIII. 1344.

LEO RUBEUS = de quo et Joan. a S. Anton. to. 2. Waddingum exscribens.

MMDLXXXIV. 1345.

LEO VALVASSORIUS = Abbas Picinellus ex Paulo Morigia de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 30. tradit hunc edidisse

Quædam Opera Theologica, de qua re viderint ipsi. Fr. Franciscus Pipini Ord. Prædic. lib. 2. cap. 52. Chron. to. 9. Scriptor. Rer. Ital. de eo scribit: *toto tempore animosus, et optimus sermocinator, libertatis, et nobilitatis custos*: et autor coævus Fr. Salimbene Parmen., qui eum novit, in Chron. ms. pag. 236.: *qui fuit famosus, et solemnis prædicator, et magnus persecutor hæreticorum, et confutator, et superator*: et pag. 458. inquit: *Fr. Leo Archiepiscopus Mediolanensis, qui in Mediolano optime prædicasse* etc.; scripsit igitur et

Conciones varias, quæ aut perierunt, aut latent adhuc. Waddingus ad an. 1232. num. 21. ait, quædam scriptis mandasse de *B. Bentivolo Minorita,* forsan illius *Beati Vitam,* quæ ms. servabatur in Conventu S. Severini in Piceno ex cit. Waddingo to. 4. Annal. in Addition. ad to. 1. num. 26. Plurimi tractant de hoc viro veteres, recentesque scriptores, quorum unus est Ughellus in Ital. sac. to. 4. de Archiepisc. Mediolanen. num. 97., et mihi quoque de eo alias redibit sermo. De eo et Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 18. Decembris §. 2.

Electus est archiepiscopus mediolanensis a. 1241 Junii die 15. Obiit a. 1263 ex testimoniis Donati Bossii in Chronicis et Galvanei Flammæ in Manipulo Florum cap. CCXCIX, cuius testimonium plurimi faciendum est, cum Leonis ætati proximus fuerit, eiusque successorem Ottonem optime noverit; die vero 16, non 15, octobris. Conferatur Jos. Ant. Saxius, Archiepiscoporum Mediolanensium Series, II, Mediolani 1755, pp. 712-715.

MMDLXXXV. 1346.

LEO DE VENNES = provinciæ Parisien. Ecclesiastes, de quo videndus Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccinor. Opus ejus prodiit primum Nanete an. 1635., et postea Parisiis ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Dicendus Leo de Vannes. Cf. Bern. a Bononia in Bibliotheca Scriptorum Ord. Capuccinorum (Romæ 1747).

MMDLXXXVI. 1347.

LEO ZAMBELLUS = prov. Bononien. Theologus, et Pater, de quo Lasor pag. 405. to. 2.

Globus cælestis etc. prodiit Venetiis etiam anno 1655. in 4.: edidit etiam

Tractatum de Politica tomis 2. Bononiæ 1635. in 4. typis Clementis Ferroni. *Ethicam, Œconomiam, et Politiam militarem* opus in 4. partes distributum ait Joan. a S. Anton.

Practicam criminalem. Ibidem, et eodem anno; et

Repertorium morale resolutionum casuum conscientiæ alphabetico ordine. Venetiis 1640. in 8. typis Marci Ginammi, ut habet Fernandus Bononiensis in Memor. Histor. prov. Bonon. Min. Observ. par. 3. c. 8.; et quidem *Repertorium* hoc extat Bononiæ, et Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Opus a Sbaralea secundo loco ex parte indicatum italice est conscriptum, et quinque partes comprehendit, quarum secunda titulum habet *Il Savio industrioso nella Economia,* quarta *Il Socio industrioso nella Politica militare d'offesa.* prima vero, quæ Ethicam respicit, titulum generalem *Il Savio industrioso.* Partes tertiam et quintam non vidi, quas tamen, si unquam prodierunt, ex præfatione auctoris hos fere titulos præferre verisimile est: *Il Savio industrioso nella politica civile; Il Savio industrioso nella Politica militare di difesa.*

Quod Sbaralea inscripsit *Practicam criminalem,* hunc habet titulum: *Juris criminum regulæ generales Judicio Regularium maximopere utiles, ac necessariæ, ut Judices Religiosi Religiose muneri proprio.... satisfacere possint.*

MMDLXXXVII.

LEONARDUS AB ALTARE Subalpinus, provinciæque Genuensis, vel S. Didaci Regul. Observ. Theologus, et concionator haud ignobilis, cum esset Guardianus Conventus Fossani, composuit idiomate hetrusco

Vitam, et miracula B. Paulæ Gambaræ Costæ. Monteregali anno 1650. in 8., nec non et Cunei, teste And. Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 281.

MMDLXXXVIII.

LEONARDUS BALESTRINI *Genuensis,* non *Perusinus,* ut a quibusdam recentibus appellatur, nescio quo monumento, Regul. Observ. anno 1506. Colossensis in Rhodi insula Archiepiscopus constitutus est ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1506. to. 8. pag. 128.; scripsit

Sermones

Digitized by Google

Sermones in Adventu Domini, Quadragesima, in Dominicis anni mss.

Volumina plura Theologicis de rebus, et carmina plura, teste Oldoino in Athenæo Perusino pag. 209. ex Haroldo in Epitome Ann. Min. ad an. 1506.

Orationes aliquas *sacras*, quas typis datas vult Oldoinus citatus: et quidem *Orationem* egregiam habitam ad Milites S. Joannis in Æde majori die SS. Trinitatis an. 1522., cum immineret civitatis obsidio per Turcas, refert Jacobus Fontenus, qui præsens fuit.

Historiam illius obsidionis an. 1564. a Francisco Sansovino Venetiis evulgatam, qui autorem ait fuisse virum summa in sacris literis doctrina, memoria incredibili, qua aut Cyrum, et Mithridatem superabat, aut æquabat, in sententiis acutum, et in verbis ornatum, efficacemque, velut Periclis eloquentia perorantem.

Perusinus, non Genuensis: cf. L. Pascoli, Vite de' pittori, scultori, ed architetti perugini. Roma, 1732, pp. 66-67, et G. B. Vermiglioli, Biografia degli scrittori perugini, I. Perugia 1828. pp. 167-168: qui addit eum obiisse Romæ a. 1522.

Historia obsidionis Rhodi dubito ne umquam a Leonardo Balestrini scripta sit, quum neque apud bibliographos neque in bibliothecarum catalogis eam invenerim. Franciscus vero Sansovinus a. 1564 Venetiis denuo evulgaverit (in opere « Dell' historia universale dell' origine et imperio de' Turchi libri tre » a fol. 231 v. ad fol. 263 v.) historiam a se versam Jacobi Fontani, in eaque extet (fol. 237 r.) ipsum Leonardi Balestrini elogium quod refert Sbaralea, illud male tribuens historiæ interpreti potius quam auctori.

MMDLXXXIX.

LEONARDUS BERGOMAS prov. Brixien. Min. Capuccin. Minister emisit

Apologiam pro Arte amandi Deiparam, ejusque vero autore Fr. Alexio Salodiensi. Brixiæ anno 1611.

Anno 1612 die 12 iulii dedit litteras pubblicas, quibus opus *Ars amandi Deiparam*, quod a. 1611 Brixiæ prodierat P. Humili Segalæ Ord. Min. de Obs. adscriptum, Alexio Segalæ Salodiensi Ord. Capucc., suo vero auctori, vindicavit atque restituit. Conferatur Dionysius Genuensis, Bibliotheca Scriptorum Ord. Min. S. Francisci Capuccinorum. Genuæ 1691, pp. 4-5. Quum nec idem Dionysius nec Bernardus a Bononia Leonardum Bergomatem inter scriptores sui Ordinis speciatim recenseant, eas litteras crediderim idem esse atque *Apologiam* Leonardo a Sbaralea tributam.

MMDXC. 1348.

LEONARDUS BORIANUS = hunc *Leonem* vocat Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDXC bis.

LEONARDUS DE CREMONA scripsit seculo xv.

Compilationem artis mensurativæ practicæ ex P. Zaccaria Itin. per Italiam, qui eum dicit cognomine *de Antoniis*.

MMDXCI.

LEONARDUS DULIRIS ex Recollectis Galliæ Astronomiæ non ignarus vernacule scripsit

Apologiam, sive *Expostulationem contra Morinum*. Parisiis 1648. in 4.; de quo P. Milliet to. 1. Cursus Mathematici cap. 9. *de progressu Astronomiæ* fol. 103., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Operis a Jo. Bapt. Morino oppugnati hic est titulus: *La Théorie des Longitudes réduite en pratique sur le globe céleste, extraordinairement appareillé pour cognoistre facilement en mer combien l'on est esloigné de toutes les terres du monde, Avec l'invention du globe Hauturien pour prendre la hauteur équinoxiale et polaire. Comme aussi la composition d'un autre instrument pour l'observer à toute heure de la nuict par le R. P. L. Duliris.* Paris, impr. de J. Guillemot, 1647. in 4. — Extat etiam

Ephéméride Maritime dressée pour observer en Mer la Longitude et la Latitude, selon l'invention du P. Leonard Duliris,... Avec un nouveau moyen de perpétuer l'Ephéméride du Soleil, pour avoir tous jours exactement sa déclinaison, comme aussi l'invention de la spire solaire,.... par le susdit P. Léonard Duliris. Paris, E. Couterot, 1655, in fol.

* LEONARDUS HUIPHONENSIS, quem ex Hieronymo Lorte refert Joan. a S. Anton. in Append., est *Leonardus* prave *Chifonensis*, sed *Giffonensis*, al. *de Rubeis* dictus.

MMDXCII.

LEONARDUS A MONTE POLITIANO provinciæ Tusciæ vir fuit magnæ religionis, et doctrinæ, memoraturque ab Urbano VI. in Epist. Bartholomæo Monasterii in Gorgona Priori anno 1378. data, et vulgata a Friderico Burlamacchio S. J. in notis ad epist. 54. S. Catharinæ Senensis ex Archiv. Monasterii Carthusianorum Pisani, qua cum nonnullis aliis diversorum Ordinum piis viris Romam vocatus ad Apostolicæ Sedis negotia fuit: a Mariano Florentino apud Waddingum in Annal. Min. sub an. 1344. num. 8. recensetur inter eos, qui Franciscanum Sodalitium suis *scriptis* illustrarunt; sed quid scripserit, minime significat; fuit enim ex antiquis scriptoribus, quorum multorum *Opera*, et fere memoria periit.

MMDXCIII. 1349.

LEONARDUS RUBEUS = ex *Geofano*, al. *Joris Fano*, vulgo *Giffono* diœcesis Salernitanæ oppido sac. Theol. Magister.

Comment. super Cantica Canticorum extant mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 7. versus Eccles. n. 69. in fol. imperiali, sed cui deest prima prologi pagina: Opusque incipit: *Osculetur me osculo oris sui: Cantic. pri. ca. Humana progenies in statu primario* etc.

Sermones multos scripsisse lib. 1. tradit Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 13. sub an. 1353. *Sermones Dni Leonardi de Giffono* extabant olim mss. Utini in Bibliotheca Conventus S. Franc. ex Regesto ejusdem Biblioth. an. 1397. edito; quo anno erat ille Avenione S. R. E. *Cardinalis*, ideoque dicitur *Dnus*.

Tractatus ejus *adversus Benedictum XIII. tamquam hæreticum in schismate* circa annum 1398. editus habetur ms. in Gallica Bibliotheca Colbert. cod. 820.

Tractatus utrum via renunciationis Summi Pontificis eo modo sit acceptanda, quo oblata a nonnullis proponitur: et an subtractio obedientiæ debeat fieri Benedicto XIII. scriptus anno 1395. extat ms. in veteri cod. Carthusiæ majoris incip. *Utrum via renunciationis.*

Epistola ad Carolum VI. Galliæ Regem die 8. Septembris an. 1395. *data*, qua suam confirmat opinionem de via cessionis ad schisma extinguendum, extat in veteri cod. ms. Archivi Regii Parisien. ex Baluzio in Vitis Papar. Avenionen.

Liber Soliloquiorum animæ pœnitentis ad Deum ad impetrandam gratiam, et lacrymas habetur ms. in cit. Biblioth. Colbert. cod. 2743. fol. 107., et creditur *Cardinalis de Giffono*, inquit cit. Baluzius

Digitized by Google

Baluzius in notis ad Vitas Pap. Avenion. col. 1261., de quo agit et col. 566., et 570., sicut et Raynaldus ad an. 1381. num. 26., nec non Spondanus ad eumdem an. n. 13., quo carceri datus ab *Urbano VI.*, tandem post quinquennium liberatur an. 1386., annoque sequenti Italia aufugiens Avenionem pervenit ad *Clementem VII.* Gallum, a quo dignitati, qua nudatus fuerat, restitutus tandem sub *Benedicto XIII.* factus est *Episcopus Ostiensis*, quo munere obiit Avenione an. 1405., vel 1407. apud suos humatus. De eo et Trithemius in Scriptor. Eccles., et Oudinus to. 3. Comment. sub an. 1380., et ante omnes autor coævus Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter S. R. E. Cardinales Ord. Min., et Confor. XI. par. 2. in provincia Terræ laboris.

* LEONARDUS SENENSIS, qui anno 1446. hortatu S. Joannis a Capistrano scripsit breviorem *Vitam S. Bernardini* sui æqualis, et familiaris, ex qua idem S. Joannes potiora transcripsit in suam, ut refert Waddingus ad an. 1380. n. 1., Minorita, dicitur a Terrinca, et a Joan. a S. Anto., sed nullo monumento.

MMDXCIV. 1350.

LEVINUS BRECHTUS = Hunc Petrus Bertius in descriptione Comitatus Flandriæ *Gandavensem* patria dicit, uti et Joannes Blaeu in Theatro urbium Belgicæ Regiæ, et forsan aggregatus fuit Conventui Antuerpiensi, vel ea civitate donatus: alii *Lovaniensem* dicunt: fuitque Magister Ven. *Danielis Arendock* Mart. De eo Sedulius in Hist. Seraphica. Possevinus in Appar. sac., et Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Junii §. 7.

Tractatus contra Turcas, quem Gregorius de Rives adscribit *Lirino Gallo*, probabilius huic adjudicandus videtur ob ea, quæ in *Lirino Gallo* dicam.

Euripus, tragœdia christiana nova prodiit secundo castigatior Lovanii apud Petrum Thalesium et Martinum Rotarium a. 1550 in 8: deinde etiam Coloniæ typis Jasparis Gennepei, 1555. in 8: et cum Appendice selectorum aliquot Carminum, Lovanii per Jo. Waen. 1556, in 8. Male Waddingus distinguit *Euripum* et *Christianam Tragœdiam*.

Sylva piorum carminum prodiit Lovanii a. 1555 per Jo. Waen, in 8, cum longa præfatione, quæ parvus tractatus moralis dici potest. Eius *Carmen.... quo Christus in cruce extentus ac sanguinolentus cum peccatore expostulat et eumdem ad pœnitentiam incitat* extat in op. « Dialogus de Isaacci immolatione ad puerilem captum accomodatus authore Petro Philicino » (Petro Campson). Antuerpiæ in ædibus J. Steelsii, 1546. in 8.

Memorabilis historia, complectens agones illustrium aliquot martyrum, resque docta pietate conditas, et lectu dignissimas: adiectis præfationibus, et nonnullis piis carminibus. Fratris Lirini Brechti Minoritæ Lovaniensis. Lovanii, apud Martinum Rotarium, typis Reyneri Velpii, 1551, in 8. Hanc historiam expolitam, in nonnullis locis illustratam, subtractis paucis non magni momenti, reliquis multo luculentius efficaciusque expressis edidit Brechtus, adiectis, inter alia carmina ex Sylva sua deprompta, vitis S. Lamberti episcopi Leodiensis et B. Zachariæ franciscani.

Vita B. Christinæ Virginis, cognomento Mirabilis, auctore Thoma Cantipratano: ad operis decorem verbis sententiisque locupletata a F. Levino Brechto, ms. servabatur olim Lovanii apud Canonicos Regulares S. Martini.

Secundum Serv. Dirks (Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St.-François en Belgique..., p. 79) quem contulisse iuvat, obiit a. 1558.

MMDXCV.

LIBERATUS MAGGATI Italus in seculo *Cæsar Maggati* Medicinæ Doctor, factus Ordinis Capuccin. provinciæ Bonon. evulgavit

Opus de rara medicatione vulnerum, seu nova methodo, qua felicissime, ac citius vulnera sanantur. Venetiis 1626. apud Ambrosium Dei sub nomine *Cæsaris Maggati.*

Opera medica composuit, quæ circumferuntur sub nomine *Joan. Baptistæ Maggati* ejus fratris: et *alia* parata habebat, quæ morte præventus indigesta remanserunt, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin., a quo accepit Joan. a S. Anto. to. 2. pag. 282.

Natus est Scandiani a. 1579. Bononiæ philosophiæ et medicinæ lauream a. 1597 consecutus, primum ibi medicinam exercuit sub clarissimis professoribus, deinde plures annos Romæ, ubi anatomiæ et chirurgiæ præsertim incubuit, postea in patria et locis finitimis. Anno 1613 iuxta Prosperum ex fratre nepotem, a. 1612 iuxta Ferr. Borsettum, electus est medicinæ professor in gymnasio ferrariensi. Tandem a gravissimo vitæ periculo liberatus Ordinem Capuccinorum ex voto ingressus est, sed, superioribus consentientibus, ab exercendis medicina et chirurgia non abstinuit. Obiit Bononiæ a. 1647.

Cæsaris Magati Scandianensis, in almo Ferrariensi Gymnasio publicæ Medicinæ Professoris De rara medicatione Vulnerum, seu de vulneribus raro tractandis Libri duo. In quibus nova traditur methodus, qua felicissime, ac citius quam alio quovis modo sanantur Vulnera. Quæcunque præterea ad veram, et perfectam eorum curationem attinent, diligenter excutiuntur: permultaque explicantur Galeni, et Hippocratis loca eo spectantia. Hæc autem duplici quæstione. I. *Utrum melius sit vulnera quotidie solvere, ac procurare, an pluribus interiectis diebus.* II. *Utrum turundarum, et penicillorum usus in Curatione Vulnerum sit necessarius.* Venetiis, 1616. Apud Ambrosium, et Bartholomæum Dei, Fratres. 2 pp. in fol.; ibidem, 1676. 2 pp. in fol., cui editioni accessit Jo. Baptistæ Magati *Tractatus, quo rara vulnerum curatio defenditur contra D. Senertum*, quem tractatum Dion. A. Sancassanus affirmat Cæsaris opus esse; Amstelodami et Lipsiæ, 1733. 2 pp. in 4.

Eiusdem Sancassani sententia *Cæsari* adscribendæ sunt *Considerationes medicæ, quibus potiores difficultates in praxi contingentes expenduntur*, quarum primus tomus sub nomine Jo. Baptistæ Magati impressus est Bononiæ typis Jacobi Montii a. 1637 in 4, secundus et tertius servantur mss. Mutinæ in Bibliotheca Estensi; sed Prosperus Jo. Baptistæ filius in Cæsaris vita hoc tantum habet: *Plurimum contulit ad iuvandos conatus Jo. Baptistæ fratris sui Opus considerationum medicarum molientis.*

In eadem Estensi bibliotheca extant etiam quædam *dissertationes* latinæ de re medica, quæ in titulo, probabiliter a dicto Prospero apposito, dicuntur a Cæsare propria manu exaratæ tempore quo erat medicinæ professor in Lyceo Ferrariensi. Item *Varia eius consulta et nonnullæ epistolæ* insunt collectioni ms., cui titulus: Cista Medica Regiensis, in qua variæ Medicorum Lucubrationes, Responsa, Epistolæ, Observationes, etc. congesta cura Prosperi Magati a. 1682. Cal. Jun. in fol. Ex duabus eiusdem collectionis epistolis, una Cæsaris ad Jo. Baptistam fratrem data die 9 augusti a. 1629, altera Caroli Tassoni ad Cæsarem scripta a. 1642 apparet inter hæc tempora Cæsarem Capuccinorum institutum professum esse.

Cf. Gir. Tiraboschi, Biblioteca Modenese, III, Modena 1783, pp. 108 seqq.

MMDXCVI.

LIBERTUS BELGA, ut suspicor, vel Germanus factus est an. 1470. Episcopus Bericensis, al. Berytensis, et Suffraganeus, sive Coadjutor Leodiensis, ediditque

Collectionem de crucibus, quæ illo tempore, et aliis apparuerunt. Argentinæ anno 1478. ex Orlando Bonon. de Orig., et progres. Typogr. par. 2. pag. 357., postea Antuerpiæ an. 1501. in fol., teste Miræo in Auctario de Scriptor. Eccles. sec. 16. num. 7. Meminit hujus Waddingus in Annal. Min. ad an. 1470. n. 8., dicitque *Libertum e Broel*, al. *Brachuna*, cui anno 1477. 4. idus Febr. a Sixto IV. conceditur, ut habeat *beneficium* ex Reg. Pontif. apud Petrum de Alva, et Astorga in Indic. Bullarii

Digitized by Google

Bullarii Seraph. ad eum an. num. 48. Nescio, an sit ille *Episcopus* Suffraganeus, qui his temporibus edidit

Tractatum adversus separationem FF. Min. Observ. a Convent., ut supra num. CDV. in *Anonymo Episcopo Suffraganeo*, et in *Laurentio Magrio*. Extat *Broel*, al. *Brilovia* provinciæ Coloniensis.

Collectio de crucibus non videtur impressa esse Argentinæ a. 1478; prodiit autem, præter quam Antuerpiæ a. 1501 in 4, etiam absque ulla nota initio sæc. XVI in 4. Cf. Panzer, Annales typographici, IX, 183. 224.

Speculum peccatorum perlucidissimum.... domini Liberti Episcopi Bericensis pro hiis qui bene et meritorie confiteri desiderant. Duæ editiones sec. XV, ambæ sine ulla nota in 4, altera impressa Lovanii par Joannem de Westphalia probabiliter c. a. 1483, altera Antuerpiæ par Matthiam Goes. Cf. Campbell, Annales de la typographie Néerlandaise au XVe siècle, n. 1151 et 1152.

Vivebat adhuc a. 1506.

MMDXCVII. 1351.

LINUS MORONUS = Reg. Observ. Definitor, ut vocant, suæque provinciæ Tusciæ Minister laudatur ab Antonio Daza ejusdem Instituti lib. de Stigmatibus S. Franc. cap. 2., obiitque anno 1633. in patria, uti scribitur ab Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor., et Nigro in Scriptor. Florent. Opus cusum est in fol. ex Joan. a S. Anton. to. 2., ubi corrupte dicit *Morinum:* iterum autem prodiit Florentiæ 1626. in 8. ex Lasor to. 1. Univ. Terr. Orb. pag. 39. apud eumdem Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 310., ubi corrupte dicitur *Dinus Moronus*.

MMDXCVIII. 1352.

LIVINUS GALLUS = in Chronicis antiquis paulo post conscriptis apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 7. et 8. legimus, composuisse eum etiam

Tractatum, seu *Questionem, utrum liceat Christiano Mesquitam Saracenorum ingredi, eorumque legem palam improbare ob periculum mortis imminentis*, docte resolutam. Gregorius de Rives in Controversia tit. *Pro expeditione contra Turcas* tradit eum scripsisse

Tractatum contra Turcas, quem Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 283. conjicit esse *Questionem* supra memoratam; sed mea quidem sententia aberrat: aliud plane indicat *Tractatus contra Turcas*, et facile est, spectare illum ad superiorem *Levinum Brechtum:* et Gregorium de Rives confudisse illum cum isto; tempore enim Livini Galli in Europa non Turcæ, sed *Saraceni* audiebantur. Agit de hoc Martyre etiam S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. §. 17. cap. 9., Marraccius tomo 2. Biblioth. Marianæ, et Arturus in Martyrol. Francisc. die 1. Aug. §. 1.

MMDXCIX. 1353.

LIVIUS GALANTES = Reg. Observ. prov. Bononiensis Theologus, et Philosophus eruditus in Platonicis disciplinis versatissimus, nec minori doctrina, quam pietate præclarus, inquit autor coævus August. Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. Fuit autem et bonis literis, Poesique in primis excultus, legique nonnullos ejus *versus* neque insulsos, neque inelegantes, qui circumferuntur mss., hetrusca lingua pro defensione *Francisci Petrarchæ* contra *Alexandrum Tassonum*, cum quo hac de re non minima, sed tristis altercatio fuisse fertur. De eo Lasor to. 1. Universi pag. 15., Dupinus sec. 17., ac ex eis Joan. a S. Anton. t. 2.

* LOPETIUS A SALINIS = V. *Lupus*.

* LUCAS APULUS = V. *Lucas Bituntinus*.

MMDC. 1354.

LUCAS ASSISIAS = præceptor fuit *Gulielmi Vorilongi* ejusdem Ordinis in Gymnasio Parisiensi circa an. 1430., quemadmodum testatur idem Gulielmus in 4. Senten. libro d. 50. prope finem, ibidemque commorans an. 1431. per Magistrum Conradum Wild de Wittemberg in artibus scriptorem exscribi fecit *Repertorium Morale Petri Bercorii* tom. 4. in fol. pro suo Cœnobio Asisien., unde an. 1753. Opus translatum est in privatam Benedicti XV. Bibliothecam. Fuit etiam *Inquisitor* contra hæreses in Valle Spoletina, Umbriaque, ut habetur apud Waddingum in Annal. ad an. 1438. n. 28. Memoratus Gulielmus initio prologi Senten. citat *Principium* sui Magistri, quod est *in libros Sententiarum;* unde lucet, scripsisse eum etiam

Comment. in 4. *Sententiarum libros* de more illorum temporum.

MMDCI. 1355.

LUCAS BALIONIUS = quem citat Thomas Garzonus in Platea Univers. in fine disc. 3. an. 1585. descripta. Possevinus in Appar. sac. perperam vocat *Ludovicum Baleonem:* reticensque Institutum Regul. ejus Opus dicit prodiisse Ven. an. 1562. typis Andreæ Turrisani, et fratrum; etiam Julius Niger in Script. Florent. citans Carolum Cartarium in Syllabo Advocatorum Consistor. tacet Institutum, et patria Florentinum fuisse dicit: verum cum neque Pocciantes Florentinus eo tempore scribens, neque Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. hunc habeant, æstimo potius eum extitisse aut Venetum, aut *Perusinum*, ex qua urbe, familia, et Instituto paulo ante floruerat *Fr. Evangelista*. Certe Oldoinus in Atheneo Perusino pag. 212. Perusinum dicit, eumque secutus est Joan. a S. Anton. t. 2.

** Misit Opusculum ad Ministrum Gener. sui Ordinis Regul. Observ. litteris datis Venetiis an. 1562; quod prodiit etiam Cæsenæ typis Barthol. Raverii an. 1581. in 8. **

L'arte del predicare contenuta in tre libri, secondo i precetti rhetorici, Composta dal R. P. Fra Luca Baglione de l'ordine de' Frati Minori Osservanti. In Vinegia, appresso Andrea Torresano, et Fratelli. 1562. in 8.

Jo. Baptista Vermiglioli (Biografia degli scrittori perugini, I, Perugia 1828, p. 92, no. 6^a) negat hunc auctorem perusinum fuisse et venetum dicit, sed nullum pro sua sententia documentum affert. De eo etiam Mazzuchelli in Gli Scrittori d'Italia, vol. II par. 1, Brescia 1758, p. 4.

* LUCAS BELLUDA = V. *B. Lucas Patarinus* infra.

MMDCII. 1356.

LUCAS BITUNTINUS = *Fratris Lucæ de Apulia* Ord. Min. an. 1233. meminit Fr. Salimbene Parmen. in Chronico ms. pag. 243., ubi ait fecisse *Sermonem* in morte Henrici filii Friderici II. Imperat., ita ut Imperator illum voluerit habere: et pag. 286. scribit: *Frater Lucas Apulus ex Ord. Fratrum Minorum, cujus est Sermonum memoria* (idest liber), *qui fuit Scholasticus, et Ecclesiasticus, et literatus homo, et in Apulia in Theologia eximius Doctor, nominatus, solemnis, et famosus,* addens

Digitized by Google

addens fuisse sub Gregorio IX. anno 1241. defuncto. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 33. versus claustrum num. 761. extat codex antiquus valde. et pulcher in 4. magno hoc titulo:

Sermones venerabilis Lucæ de Botonto; incipitque prologus: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes* etc. *Tanta est divinæ legis excellentia* etc. Opus vero incipit: *Universæ viæ Domini misericordia, et veritas. Quando populo notificatur sui Regis adventus* etc.; ab Adventu enim procedit usque ad ultimam Dominicam Pentecostes: et licet in prologo dicat, *se mandato Superioris urgente, nec non quorumdam Fratrum desiderio Opusculum Sermonum Dominicalium* coactum esse annotare: addatque: *Suscipe digne Pater totius Ordinis Minorum Minister auditoris tui licet inculti Operis rudimenta* etc., tamen habentur ibi plures alii Sermones Dominicalibus intermixti ex Epistolis Pauli, aliisque, Sermones de Nativitate Domini, SS. Stephano, Johanne, et Innocentibus; in fine vero Sermones plures de Mortuis, desinitque: *ut laborem convertat in requiem. Amen.* In extrema pagina legitur charactere diverso, sed antiquo: *Sermones venerabilis Fratris Lucæ de Botonto provinciæ Apuliæ:* in prima vero: *Iste liber est ad usum Fratris Jacobi de Trisancti Ordinis Minorum provinciæ Ethruriæ, et Custodiæ Florentinæ, post cujus mortem pertinet ad armarium Florentini Conventus:* floruit autem *Fr. Jacobus,* scripsitque paulo post annum 1308., ut dictum est supra, dum de eo egi. *Fr. Lucæ de Botonto prov. Apuliæ Ord. Min. Sermones super Epistolas, et Evangelia Dominicalia totius anni* incipientes sine prologo: *Universæ viæ Domini misericordia, et veritas* etc.: et finientes: *sic iste effulsit in templo Domini:* extabant olim mss. in Sacrario Conventus S. Francisci Asisii ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto IV. solario occid., et banco V. occid., qui codices videntur incompleti, eo quod in Biblioth. ejusdem Conventus ex cit. Inventario in IV. sol. dicuntur desiisse: *Christo præstante, qui est benedictus in secula seculorum. Amen:* in quo solario IV. alius codex incipiebat: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes:* et finiebat: *Christus Dominus noster:* cum tamen *Narraverunt* sit initium prologi, *Universæ viæ* vero initium Sermonum; et iste codex completus nunc superest, servaturque in Tabulario ejusdem Conventus, sed sine nomine autoris. Hi *Sermones de Tempore* incip. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes* etc., prodierunt an. 1483. in fol. quæ editio habetur Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 283., dicens se illam vidisse; additque eos etiam mss. in fol. ex Biblioth. Antuerpien. Abbatiæ S. Michaelis habuisse Petrum de Alva cum hoc titulo: *Sermones viæ, et veritatis super Epistolas, et Evangelia de tempore per totum annum eximii sacræ Theologiæ Doctoris Lucæ de Bitonto Ordinis S. Francisci socii S. Antonii de Padua:* ex quo cit. Joan. a S. Anton. ansam arripuit carpendi Waddingum, et asserendi Lucam *Bituntinum,* et *Patavinum* unum eumdemque esse, quo nihil falsius.

Sermones ejusdem *Dominicales, Quadragesimales, et festivi* incip. *Ecce nomen Domini venit de longinquo ardens furor ejus,* et finientes: *qui fuerunt Dei sui apertissimi proditores,* extabant Asisii in IV. sol. occid. ex cit. Inventario.

Sermones de Sanctis incip. *Facies leonis a dextris* etc., quos memorat Rodulphius pag. 328., in Bibliotheca Florentina S. Crucis non amplius extant.

MMDCIII.

LUCAS CALESSILITANUS Siculus prov. Messanen. Min. Capucc. scripsit

Summam de casibus conscientiæ, quæ *Summa Lucana* appellatur, in 3. tomos in 8. distributam, et ab eo completam anno 1563., quæ ms. habetur in Biblioth. Conventus Genuen. sui Instituti, teste autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* LUCAS CIONI = V. *Lucas Nini.*

MMDCIV.

LUCAS DE S. FRANCISCO de la Tovilla Valentiæ nobili loco natus, Excalceatorum provinciæ S. Joan. Baptistæ, concionator, et a Confessionibus Philiberti Proregis Valentiæ, vir extaticus, ingenti pietate, salutisque animarum zelo præditus scripsit lingua materna

Monile Deiparæ V. M. Murciæ 1619. in 12. ex Biblioth. Hispan. pag. 13., et postea 1650.

Tractatus tres *de iterata Communione: de oratione mentali:* et *de laudibus S. Joseph* extant mss., teste Joseph Chatino in Chron. ms. illius provinciæ. De eo Antonius Pañez, et Jo: a S. Anton. to. 2.

* LUCAS A GUEVARA. V. infra *Ludovicus a Guevara.*

MMDCV. 1357.

LUCAS MECHLINIENSIS = de quo et Dionysius Genuen. exscribens Waddingum.

MMDCVI.

LUCAS MENCHOLINIUS a Cutiliano Pistoriensis diœcesis oppido provinciæ Tusciæ Theologus Reg. Observ., et ecclesiastes celeber pluribus sui Ordinis in Gymnasiis Aquilæ, Perusii, Florentiæ, et Venetiis doctrinam Scoti exposuit, legitque, quo quidem tempore adnotavit, et scriptis tradidit

Contradictiones Scoti tum literales, tum virtualiter tales, tum dictis Sanctorum, et Philosophorum oppositiones in prologum, primum, atque secundum librum Sententiarum Subtil. Joannis Duns Scoti, quas expurgatas, et auctas vulgavit *Jacobus Pierius* Pistoriensis ejusdem Ordinis Florentiæ anno 1625., ut dictum est supra in *Jacobo Pierio.* Lucas vero decessit ex hac vita Neapoli anno 1590. ex Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2., qui tamen habet an. 1621. loco 1625.

MMDCVII. 1358.

LUCAS A MONTEFORTI = de quo Marraccius, Toppius, Petrus de Alva col. 949. Militiæ, et autor Espeditionis Hispan. S. Jacobi to. 2. n. 70.

Domus Sapientiæ etc. prodiit Neapoli an 1654. in fol. typis Camilli Cavalli, teste Joa. a S. Anton., et prohibetur ex Decr. sac. Congregat. Indicis sub die 10. Junii an. 1658. ex Ind. Libror. prohibitor.

Domus sapientiæ, quam septem suffultis per allegoriam columnis, F. Lucas a Monteforti Minoritarum minimus Mariæ cultoribus novissime ædificavit, in qua permultas sacræ paginæ

Digitized by Google

nae quæstiones, ad spiritualem pro commendanda Virgine sensum sapide redigens, ipsas Divini Verbi Præconibus communiori concionandi stylo adaptavit. Easque singulas Ecclesiæ, vel Theologorum, aut frequentius Patrum testimonio roboravit. Neapoli, Typis Camilli Cavalli, 1653, in fol. Editio unica, et totius operis tomus primus primam *columnam* exhibens. Alii tomi non prodierunt.

MMDCVIII.

LUCAS NINI, al. Cionis Senensis de *Marsiliis* juxta Ugurgerium in Pomp. Senen. par. 1. tit. 14. n. 47., sac. Theol. Doctor, cujus meminit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1424., quo anno tradit Procuratoris Generalis munere functum; contra hæreticam pravitatem fidei Inquisitor in Marchia Tarvisina, Senisque in Tuscia an 1428.; anno 1434. pridie kal. Decembris Eugenius IV. literas dedit pro *Fr. Luca Cione Inquisitore,* ut est apud Indic. Bullarii Seraphici Petri de Alva, et Astorga ad eum annum num. 41; Theologicæ Academiæ Florentiæ aggregatus an. 1438. ab Eugenio IV. ad Ferrariense œcumenicum Concilium amandatur ex Waddingo ad an. 1437. num. 3., et 1438. n. 2. ut unus e 12. sacræ Theolog. Magistris a Pontifice pro Concilio postulatis, ubi scripsisse dicitur doctissimum

Opusculum de Spiritus Sancti a Patre processione. Missus est postea *Nuncius,* et Theologus a Senensi Republica Basileam ad Concilium: unde ejus extat

Epistola ad suos cives de legitimo Basileensi Concilio acceptando dat. Basileæ, uti docet cit. Ugurgerius, qui addit, ei se subscripsisse *Ministrum Generalem:* sed forsan legendum *Ministrum Provincialem:* vel aliquid erroris irrepsit. Scripsit etiam cum nonnullis aliis

Constitutiones Theologici Collegii Florentini, teste Luca Josepho Cerrachino in Fastis Theologicis Collegii Academiæ Florentinæ pag. 53., et 721. Hic fortassis est ille *Lucas Senensis* sacræ Theologiæ Magister, de quo loquitur Abbas Panormitanus parte 2. Consil. numero 63., ejusque causam egit, cum Domina B. illi donationem fecerit 16. florenorum aureorum singulis annis ejus vitæ pro libris emendis, aliisque necessitatibus pro studio Theologiæ; resolvitque legatum tenere, præsertim quod a Summo Pontifice facultatem illud recipiendi obtinuerat.

** *Flores Epistolarum S. Hieronymi collecti per Rev. Mag. Lucam Cionis de Ninis de Senis* olim mss. in Biblioth. S. Franc. Senar. armar. F. F. ex Indice in addit.

Sermones varii mss. ibidem. **.

Alius *Lucas Senensis* (nam alium plane dixerim) Min. Conv. sac. Theol. Magister, et ecclesiastes insignis anno 1486. Bononiæ in celeberrimo S. Petronii Templo *conciones quadragesimales* habuit ex Monumentis mss. illius Basilicæ; annoque 1489. Florentiæ interfuit Disputationi *de causa mali* habitæ coram Laurentio Mediceo, Jo. Pico Mirandulano, aliisque pluribus viris doctissimis, teste Georgio Benigno Salviato in suo de hac Disputatione Opusculo supra relato. Cerrachinus laudatus primum *Lucam Cioni* dicendum affirmat, Waddingus vero vocat *Lucam Nini,* qui videtur utrumque confundere, et migrasse ait ex hac vita anno 1499. in Annal. Min. loco cit.; sed ex Reg. Gener. Ord. pag. 56., et 12. factus est anno 1508. Vicarius Gener. in provinciis Romæ, et S. Francisci usque ad reditum Ministri Generalis de partibus Hispaniæ.

* LUCAS ORGAS. V. *Lucas Romanus.*

MMDCIX. 1359.

LUCAS PACIOLUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister; anno 1489. Romæ se publico in Gymnasio Lectoris munus obiisse ipsemet scribit circa finem dist. 8. *Tractatus* Geometriæ; et in limine peculiaris *Tractatus circa corpora regularia, et ordinaria* adjuncti ad calcem 2. partis, seu tractatus *Geometriæ,* significat, se eo anno 1489. Romæ ad obsequium Petri Valetarii Genuensis, et Episcopi Carpentoracensis apud Cardinalem Petrum Fuxum in palatio Ursino Campi Floræ destinatum; anno vero 1493. erat Patavii ex Regesto Ordinis pag. 8. et 9.; et anno 1501. Bononiæ in Universitate primarius Mathematicæ Lector factus est ex monumentis illius Gymnasii; denique anno 1510. 22. Febr. institutus est Commissarius sui Cœnobii cum facultatibus amplis ex cit. Regesto pag. 12. Primus hic dicitur, qui de Algebra *scripta* typis dederit.

Summa Arithmeticæ, Geometriæ, Proportionum, et Proportionalitatum cum *Tractatu circa corpora regularia, et ordinaria* scripto anno 1494., italice ad Guidonem Ubaldum Urbini Ducem prodiit in fol. *Venetiis apud Paganinum de Paganinis Brixiensem, imperante Augustino Barbadico* M.cccc.lxliiij., idest *anno* 1494., non autem 1465., ut habet Franchinus in Bibliosophia num. 246. pag. 401.; quæ editio extat in Hispalensi Biblioth., teste Jo: a S. Anton. to. 2., et Bononiæ in Biblioth. S. Franc., memoratur ab ipso in lib. *de divina proportione* pag. 32., et adducitur ab N. Fr. Haym in Not. Libror. rarior. italic.: et iterum ibidem an. 1509. in fol. ex Dictionario Baile to. 4. pag. 2696. not. E.; et demum Tusculani ad Lacum Benacum an. 1523. per eumdem Paganinum in fol. ex Indice etiam Bibliothecæ Barber., et Florentinæ S. Crucis. Maittaire Annal. Typograph. to. 1. pag. 454. scribit prodiisse primo Venetiis an. 1484. in fol.; sed autor dist. 5. tractat. 1. pag. 67. vers. asserit, se Opus illud scribere anno 1487. Innocentii PP. VIII. an. 4., cum esset Perusiæ Mathematicæ publicus Professor. Ibi etiam ait, in seculo se discipulum fuisse Venetiis Dominici Bragadini, et de *Algebra* alia quatuor Opera scripsisse, quorum unum misit anno 1470. Bartholomæo, Francisco, et Paulo de Rompiasis Venetis fratribus; alterum an. 1476 Perusinæ juventuti nuncupatum; tertium an. 1481. Jaderæ scriptum. In epist. autem nuncupatoria dicit, etiam in Gymnasio Neapolitano se Euclidem professum esse; præmittiturque Operi sequens Fa. Pompilii *epigramma* ad lectorem:

« Quæ fuerant mediis carie consumpta latebris.
« Restituit Lucas, lector amice, tibi.
« Mœnia si lapides, quot habent erecta sub
« auras;
« Aut ubi phœbeos temperat annus equos:
« Et quæ cæruleas ducat te stella per undas:
« Et quæ declivo corpore signa cadant;
« Linea, quid corpus, quid circus, et angulus
« omnis;
« Quæ sit apellea picta tabella manu;
« Ultima quæ terris regio, quas fluctibus ur-
« bes
« Extremus gelidis abluat occeanus;
« Tempore seu certo concordem emittere vo-
« cem,
« Naturæ mores discere seu cupies;
« Demere seu numeros numeris, sive addere
« tentas,

« Sollicitum

Digitized by Google

« Sollicitum medio seu juvat esse foro;
« Hunc eme; quidquid erit liber hic condu-
« cet agenti:
« Quod non dant plures, hic feret unus
« opem.

** In *Summario* autem 1. partis principalis scribit, Opus desumpsisse maiori ex parte ab Euclide, Boetio, et recentioribus Leonardo Pisano, Jordano, Blasio de Parma, Jo: a Sacrobosco, et Prosdocimo Patavino. *Epistolæ* autem duæ, quas præmisit, ad Marcum Sanutum, et Guidonem Ubaldum Urbini Ducem, erroris arguunt dicentes, eum latini sermonis ignarum fuisse. In ea, quæ est ad Guidonem Ubaldum, ait etiam: *Musica vero ipsa nihil tota aliud pertractat, quam numeros, mensuras, proportiones, et proportionalitates. Qua de re curia tua omni virtutum genere ornatissima optimum perhibebit testimonium; et in primis illud tuum sacellum præstantissimis cantoribus, et tibicinibus refertissimum, quorum e numero venerabilis Pater Martinus conterraneus meus, et confrater merito existit.* **

De divina proportione italice scriptum Mediolani an. 1497.; sed ubi agit de architectura Venetiis scripsit an. 1509., ex pag. 23., ibique et prodiit an. 1509. eisdem typis in fol. In epist. ad P. Soderinum Reipublicæ Florentinæ Principem ait, Euclidis elementa lingua patria donare coactum esse, confluente studiosorum copia; et pag. 28. scribit, ab anno 1496. ad an. 1499. Mediolani stipendiis Ludovici M. Sforza conductum vixisse: adjunxit autem

Libellum in tres partiales tractatus divisum quinque corporum regularium, et dependentium activæ perscrutationis.

** Post tractatum *quinque corporum* etc. tradit *regulam, et mensuras* geometricas *pro formandis majoribus alphabeti litteris,* pristinæ antiquæ venustati, et elegantiæ firmiter per eum restitutis. **.

Edi curavit castigatius *Euclidem* ex interpretatione Campani, additis ad loca difficiliora suis *annotationibus,* misitque ad Cardinalem Volaterranum Franciscum Soderinum Florentinum, cusum Venetiis anno 1509., et iterum 1519. per eumdem Paganinum, quæ posterior editio extat Asisii apud nostros, præmissis binis Epistolis, altera Danielis Cajetani Cremonensis ad Danielem Ranerium J. C. Venetum, altera vero Francisci Massarii Veneti ad Jacobum Coccum ejus concivem in laudem autoris, et Operis, in quarum prima dicitur in *Physica, Theologia,* et *Mathesi* vir incomparabilis, nec non *concionator* celeber in Italia, et extra in nobilissimis civitatibus frequentissimo cœtu auditus; in cujus laudem et sequens præmittit epigramma:

« Redditus infernis Euclides mœstus ab umbris,
« Pallidus, informis, conditus ora situ
« Hospicium a multis miseranda voce poposcit
« Per fora, per Regum limina, perque
« scholas.
« Accipitur nulli, nisi qui se nosse putabant:
« Sed male quod fuerat cognitus, emicuit;
« Extremasque diu mundi spaciatus ad oras,
« Si qua sibi misero dextera ferret opem;
« Invenit tandem qualem felicia dudum
« Patronum votis fata tulere suis.
« Frater is est, a quo nitidus, formosus et ille
« Redditur, antiquo tempore qualis erat.

Thuanus lib. 19. Hist. de *Nicolao Tartalea* Brixiensi Mathematico nobili disserens ait, illum *multa a Luca Burgensi Monacho solertissime incenta* illustrasse, et correxisse. Hieronymus Cardanus etsi in sua *Practica Arithmeticæ* sæpe eum confutet, ut videatur adversus eumdem ex professo Opus illud confecisse, tamen interdum citat, et commendat, ut cap. 41. in fine, et cap. 61. n. 10., ac 15. etc.: cap. vero 68. in fine dicitur *amator virtutum, et laboriosus;* et *quod si non fuisset, ego fortasse non potuissem complere artem ad modum, quem feci.* De eo P. Milliet cap. 2. et 3. de progressu Matheseos.

Habuit germanos fratres ejusdem Instituti *Jo: Petrum* sac. Theol. Mag., et *Ambrosium* ex pag. 23. *de divina proportione.*

Operis *Summa de Arithmetica Geometria Proportioni, et Proportionalita* duæ tantum editiones extant, anni nempe 1494, et 1523. De eo agunt præsertim P. Cossali. Scritti inediti pubblicati da B. Boncompagni, Roma 1857, pp. 63-288, et M. Chasles, Aperçu historique sur l'origine et le développement des méthodes en géométrie, Paris 1875, pp. 533-539. Anno 1878 hæ duæ editiones partiales prodierunt: *Fra Luca Paciolo Tractatus de computis et scripturis Trattato de' computi e delle scritture con prefazione e note edito per cura del prof. Vincenzo Gitti.* Torino, Camilla e Bertolero, in 8; et *Der Traktat des Lucas Paccioli von 1494 über den Wechsel.* Stuttgart, in 8.

Tractatus mathematicus ad discipulos perusinos, nondum editus, extat in codice vaticano latino 3129. Italice est conscriptus, et in septemdecim partes dividitur; agitque de arithmetica, algebra, geometria; dicitur autem in epistola nuncupatoria completus a. 1478, non a. 1476 ut in *Summa:* ubi errorem inesse putandum est, quum ex Annalibus Decemviralibus perusinis in Archivo illius civitatis asservatis constet Paciolum docuisse Perusiæ a. 1477-1480, non vero 1476. Cf. Bullettino di bibliografia e di storia delle scienze matematiche e fisiche pubblicato da B. Boncompagni, VII pp. 258-259; XII pp. 381-383, 428-430.

Fra Luca Pacioli Divina Proportione Die Lehre vom Goldenen Schnitt. Nach der venezianischen Ausgabe vom Jahre 1509 neu herausgegeben übersetzt und erläutert von Constantin Winterberg. Wien, Verlag von Carl Graeser, 1889, in 8. (Quellenschriften für Kunstgeschichte und Kunsttechnik des Mittelalters und der Neuzeit, begründet von Rudolf Eitelberger von Edelberg, fortgesetzt von Albert Ilg, Neue Folge, II B.). — Reperitur ms. in bibliotheca pubblica Genevensi cod. 218 (descripto a Jo. Senebier in Catalogue des manuscrits conservés dans la Bibliothèque de la Ville et Républ. de Genève. Genève 1779, p. 464), et in Ambrosiana, cod. & 170. Par. Sup, figuris ornato a Leonardo Vincio, ut creditur, delineatis, quo, ut Leone Baptista Alberto et aliis celeberrimis artificibus, Paciolus familiariter usus est.

Euclides ex interpretatione Campani a Luca Paciolo emendatus et illustratus semel tantum prodiit, videlicet a. 1509.

Scripsit etiam:

De viribus quantitatis italice, opus in duas partes divisum, quarum prima 81 capitibus nonnisi problemata arithmetica continet, altera 173 capitibus agit *della virtu et forza geometrica con dignissimi documenti.* Extat Bononiæ in bibliotheca Universitatis cod. ms. 250, eiusque epistola nuncupatoria ad Franciscum Gonzagam Mantuæ marchionem et Isabellam eius uxorem impressa est in *Bullettino* cit., XII, pp. 430-431.

De ludis in genere cum illicitorum reprobatione spetialmente di quello de schachi in tutti i modi detto schifa noia, item italice. Pro huius tractatus, cuius nullum codicem ms. cognoscimus, et præcedentis, necnon *versionis italicæ Elementorum Euclidis* impressione, atque operum Divina Proportione et Summa de Arithmetica Paciolus a duce Venetiarum privilegium petiit, quod obtinuit ad quindecim annos die 29 Decembris 1508 (Bullettino ecc., XII, pp. 431-432).

Mathematicam est professus in Universitate Pisana annis 1500, 1501, 1502, 1504 ex Historia Academiæ Pisanæ Ang. Fabronii, I, p. 302 (cf. Bullettino, XII, pp. 408-409), anno vero 1514 in romana ex Marini, op. infra notato. Quo anno obierit nescitur, sed circa 1515 id evenisse verisimile est.

De eo vide etiam: Vite inedite di tre matematici illustri scritte da Bernardino Baldi, in Bullettino pluries citato, XII, pp. 421-427; Tiraboschi G., Storia della letteratura italiana, Milano 1833, II, pp. 652-653; Marini G., Lettera al chiarissimo Monsignor Giuseppe Muti Papazzurri già Casali, nella

Digitized by Google

quale s'illustra il ruolo de' professori dell'Archiginnasio Romano per l'anno MDXIV. Roma 1797, pp. 14, 47-52; Pungileoni L., Commentario sopra la vita e le opere di fra Luca Pacciolo, in Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti. 1834-1835, tomo LXII pp. 214-233, e LXIV pp. 186-203; Libri G., Histoire de sciences mathématiques en Italie, III, Paris 1840, pp. 133-145; Barciulli F., Memorie intorno a fra Luca Paciolo e Pietro della Francesca. Roma 1852, in 8; Riccardi P., Biblioteca matematica italiana. Parte 1ª vol. 2°, Modena 1873-76, coll. 226-230; Boncompagni C., Intorno alle vite inedite di tre matematici scritte da B. Baldi, in Bullettino XII. 377-419, et Giunte, ibid. pp. 863-872 (quarum additionum postremæ duæ continent Pacioli testamentum d. 21 Novembris 1511., et Appendice di documenti inediti relativi a fra Luca Pacioli, ibid. pp. 428-458.

MMDCX.

LUCAS PATAVINUS Lector, et Custos, alius a B. Luca Belludo Patavino, de quo infra, cum utriusque memoria simul occurrat in monumentis Archivi Patav. Cœnobii S. Antonii Min. Convent., et alter dicitur *Fr. Lucas a S. Anton.*, alter vero *Fr. Lucas Lector*, aut *Custos*: scripsit *Sermones* incip.

Fr. Lucæ Lectoris de Padua Dom. 1. de Adven. Dom. Sermo incipit: Et veniet desideratus cunctis gentibus etc.: extantque mss. Patavii in Biblioth. cit. Conventus circa an. 1270. conscripti, quorum unus est de *Translatione S. Antonii.*

Fr. Lucas de Padua Ord. Min. a Nicolao III. an. 1280. ad Archiepiscopatum Ragusinum promotus dignitatem sibi oblatam noluit accipere ex epist. *Militanti Ecclesiæ* Martini IV. 10. kal. Januar. an. 1281.; sed nescio an de hoc, vel de sequenti loquatur.

MMDCXI. 1360.

B. LUCAS PATAVINUS = ex nobili, vetustaque familia *Belluda*, ab Ezelino Tyranno in exilium pulsa una cum B. Luca, ut scribit Rodulphius lib. 2. fol. 269.; sed Zambonus Favafoscus scriptor antiquus narrat. Lucæ parentes quidem patria pulsos, ipsi tamen permissum, ut Paduæ remaneret: de quo Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Viris SS. in provincia, et loco *Patavii* sitis ait: *hic jacet Fr. Lucas B. Antonii socius sanctitate, signis, et scientia, ac prædicationibus clarus... hic utiles, solemnes, et subtiles composuit sermones Dominicales, et incipiunt: Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua:* et paulo post inter Scriptores Ord. Min. eumdem commemorat; sed et Confor. XI. par. 2. in provincia S. Antonii, locoque Patavino repetit, eum *præter miracula Dominicale pulcherrimum ad prædicandum, et subtile* edidisse. Opus etiam *notabile, et famosum* vocat Joa. Card. Turrecremata de Verit. Concept. B. V. par. 6. cap. 32., extabatque olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ms. ex veteri Indice illius Biblioth. an. 1437. edito pag. 15. 24., et 72. incip. *Narraverunt mihi iniqui* etc. Item *Sermones Lucæ, et Historia Evangelica* incip. *Fuit autem in diebus* etc. ms. ibid. pag. 72. *Sermones de Adventu, et per totum annum Lucæ Fratr. Min.* extant mss. pergam. Viennæ Austriæ apud nostros ex illius loci Inventario an. 1593. confecto, et Romæ asservato pag. 46. Rodulphius lib. 1. fol. 119. de B. Luca disserens notavit in margine ejus *Sermones* haberi mss. Arimini, lib. vero 3. de hoc ipso scribit haberi Patavii mss. in Biblioth. D. Antonii, ubi usque nunc asservantur; suntque n. 184.; sed initium *Narraverunt* etc. commune est etiam Sermonibus Fr. Lucæ Bituntini, de quo supra.

Vivebat adhuc anno 1285. die 9. Junii, qua Dña Alicia in suo testamento asservato in Archivo Conventus Patavini S. Anton. reliquit *Fratri Lucæ socio q. B. Antonii libras quatuor Venet. pro una tonega.* Sepultus autem est in Templo S. Antonii, non in *Sacello* ejusdem Sancti, ut ait Waddingus, sed prope, ut habet proxime citat. Pisanus Confor. VIII.: *Hic jacet juxta Capellam B. Antonii, et super ejus arcam missa celebratur, et corpus ejus in devotione habetur:* idipsum habet et veterum traditio: ejus festum celebratur die 17. Februarii. De eo agunt Chronica antiqua apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 4. cap. 12.; legique potest etiam Commentarius Michaelis Savonarolæ de laudibus Patavii an. 1450. circiter compositus to. 24. Rer. Italic. Script. lib. 1. cap. 2., ubi eum a miraculorum copia valde commendat. Hic est ille *Fr. Lucas*, qui ab Alberto Mussato Patavino autore synchrono inducitur in Tragœdiam Ezelini to. x. Rer. Italic. Scriptor.

MMDCXII. 1361.

LUCAS ROMANUS = de quo Marraccius, Petrus de Alva in Militia, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2., et Dupinus sec. 17.

Oratione del S. Angelo Custode da dirsi ogni giorno, quale serve anco per Testamento dell' Anima. Così ridotta dal P. Fra Luca da Roma di Minori Osseruanti. In Velletri, Per Alfonzo (*sic*) dell'Isola, 1640; 22 pp. in 16. Extat in bibliotheca Casanatensi.

MMDCXIII. 1362.

LUCAS DE SUBERETO = non de *Suberto*, ut etiam habet cum errore Willotus; hoc loco Rodulphius lib. 3. recte *de Subereto* dicit, quod est oppidum Hetruriæ Custodiæ Maritimæ, et diœcesis Grossetanæ; ex quo loco fuit *Gulielmus* Ordinis *Generalis* Minister tempore schismatis a Gregorio XII. electus, qui tamen perperam Guidus appellatur a Rodulphio lib. 2. fol. 265.; ubi quoque cum errore *Lucam* hunc dicit *Ludoricum Baccalaureum, qui nonnulla* scripserit: lib. autem 3. tradit *Lucam* edidisse *quædam Opuscula laude digna, et quædam alia desiderari.* A Rodulphio errorem hausit Waddingus in Annal. ad an. 1288. n. 4., ubi vocat *Ludoricum:* sed in hoc libro de Scriptor. *Lucam* appellat; Joan. autem a S. Anton. to. 2. et *Lucam*, et *Ludoricum* sejunxit.

Quæstiones Antonii Andreæ super 12. *libros Metaphysices Arist.* recognovit, et a se castigatas evulgavit Venetiis an. 1482. in fol. typis Gregorii, et Joannis Foroliviensis, teste Ferchio in Discuss. Scot. Metaphys., rursumque an. 1487. ibidem typis Boneti Locatelli ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon., et Ferrar., qua in editione dicitur *doctissimus sac. Theologiæ Baccalaureus formatus:* et anno 1488. constitutus est Gymnasii Pisani *Regens*, cum jam sac. *Theologiæ Magister esset*, ex Actis mss. Capituli Gen. eo anno Cremonæ a Francisco Samsone celebrati: de eo etiam in Regesto Ordinis sub anno 1488., quo dicitur lauream Magisterii accepisse Cremonæ in dictis Comitiis Generalibus die 25. Maji celebratis: et sub anno 1492. pag. 60.

Quæstiones Antonii Andreæ super XII libros Metaphysicæ Aristotelis a Luca de Subereto emendatæ prodierunt primum a. 1487, quum non extet editio a. 1482 a Sbaralea notata. Recusæ sunt: Venetiis arte Boneti Locatelli impensis Octaviani Scoti a. 1491 sexto idus Augusti, in fol.; sine loco, sed Pictavis, per Johannem Bouyer et Guill. Bouchet die 4 Octobris

Digitized by Google

bris 1495 in fol.: Venetiis arte ac impensis Gregorii et Joannis fratrum de Gregoriis de Forlivio a. 1495 die 15 Octobris in fol.; sine ulla nota, verisimiliter Venetiis circa finem sæculi XV (cf. Pellechet, Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publ. de France, I, n. 625), in fol.

MMDCXIV. 1363.

LUCAS WADDINGUS = hujus *Vitam* fuse descripsit *Franciscus Haroldus* ejusdem Instituti, regionis, et in Chronologi munere successor, quam præmisit *Epitomæ Annalium* Waddingi Romæ tomis 2. in fol. vulgatæ anno 1662.

Legatio Philippi III. etc. prodiit etiam Antuerpiæ 1641. typis Petri Belleri, et Coloniæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Illustre Martyrium XIV. *Fratrum Minorum ab hæreticis Bohemis Pragæ pro fide catholica occisorum* scripsit: misitque ad *Hieronymum Strasser* Germanum ejusdem Ordinis, ut id examini subjiceret, qui correctum, expolitumque suo nomine vulgavit Viennæ Austriæ an. 1624., ut idem Waddingus refert supra in *Hieronymo Strasser*.

Vitam Joan. Duns Scoti Doctor. Subtil. vulgavit primum to. 1. Operum ejusdem Scoti præfixam Lugduni an. 1639. in fol. typis Laurentii Durand; postea Montibus an. 1644. in 8. per Fratres Vuaudræi.

Vitam B. Petri Thomæ Carmelitæ Patriar. CPolitani in italicum sermonem translatam edidit Furnarius in suo *Carmel. Memorabili Anno* to. 1. die 29. Januarii.

Scriptores Ordinis Minorum cum Syllabo Martyrum ejusdem Ordinis. Romæ 1650. in fol. typis Francisci Alberti Tani; postea Treviris ex officina Huberti Reulandt, teste Antonio Teisserio in Catalogo AA. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Tomum octavum Annalium Minorum ab anno 1501. usque ad annum 1540. impres. Romæ an. 1654. in fol. per Joan. Petrum Collinium; et postea etiam Lugduni 1657. *Supplementum horum Annalium* usque ad an. 1500. elaboravit Fr. *Antonius Melissanus* Subalpinas ejusdem Instituti, et emisit Taurini an. 1710. to. 1. in fol. post autoris mortem Fr. *Antonius Maria de Turre* ab Augusta Prætoria, sed fœde mendis scatens, et valde mancum. *Annales* vero e latino in gallicum sermonem vertit *Silvester Castet* Minorita Gallus, et omissis Bullis, imprimi fecit Tolosæ an. 1680. tomis 4. in 4. teste Langlet Fresn. in Methodo studendi Hist. Nuperrime autem latine, integreque cum *Vita Vaddingi*, et *Supplemento* Melissani cura, atque opera P. Joseph Mariæ Fonsecæ Eborensis ejusdem Ordinis S. et Universalis Inquisitionis Consultoris, S. C. Consist. Votantis, Episcoporum Examinatoris, et in Rom. Curia Commissarii Gener., postea Portuensis in Lusitania Episcopi locupletiores paulo prodierunt Romæ an. 1731., et seqq. tomis 16. in fol., quibus accessit magnus *Index* studio Fr. *Joseph Mariæ Anconitani* to. 1. in fol., nec non *Continuatio* ab an. 1540. usque ad an. 1553. *Joannis de Luca* Veneti ejusdem Ordinis to. 1. in fol. typis Rocchi Bernabò an. 1741., et tomus secundus usque ad an. 1564. opera dicti Fr. *Josephi Mariæ Anconitani* ibidem anno 1745. in fol. (Tomi 19. omnes.)

Immaculatæ Conceptioni B. V. M. non adversari ejus mortem corporalem. Romæ anno 1655. in 8. apud Nicol. Angel. Tinassi.

De Baptismo B. Virginis. Ibidem anno 1656. in 8.

De Redemptione ejusdem. Ibidem eodem anno in 8.

Epigrammata pia, quæ suppresso autoris nomine habentur post Tractatus Francisci a Sosa Salmanticæ impressos an. 1623. per Antonium Vasquez, ut ipsemet Waddingus prodit in Indice Materiarum §. *Poemata*.

Summam Casuum Conscientiæ Emanu. Roderici ex duobus voluminibus, duobusque alphabetis jussu Superiorum unum satis grande compegisse, absolutis studiis Theologicis Salmanticæ, et per sua loca singulas materias disposuisse, ipsemet scribit supra in *Emanuele Roderico*, subdens illud prodiisse an. 1616.

Florilegium de dictis, et factis Philosophorum celebrium, cum Opusculo de Sapientia Sanctorum Joannis Gualtensis Minoritæ. Romæ 1655. in 12 ad Carolum Card. Barberinum, teste Francisco Haroldo in ejus Vita.

Oculum moralem Joannis Gualtensis cum apologia vulgavit ibidem anno 1655., mox et Viterbii an. 1656. ex Indice Biblioth. Barber., et Conventus SS. XII. Apostol. Romæ.

Commentaria ad Vitam, et Opuscula S. Anselmi Episcopi Lucensis. Romæ an. 1657. in 4.

Tractatum de scandalis exortis in controversia Conceptionis scripsit, teste Marraccio in Biblioth. Mariana apud Joan. a S. Anton.

Judicium doctrinæ Jansenii, seu brevis relatio de gestis in controversia Jansenistarum edita est a Mag. Germano Leodii an. 1696. typis Henrici Heyoux to. 4. pag. 389. Defens. Eccl. Rom., Summique Pontificis.

Alphonsi Ciacconii Opus de Rom. Pontificibus, et S. R. E. Cardinalibus correxit, et auxit, teste cit. Joanne a S. Anton.

Tomi duo *Operum* ejus, *Vitæ Summorum Pontificum*, et *Cardinalium*: et *Collectanea ad Vitas Episcoporum* mss. extant Romæ in Archivo Basilicæ S. Petri (corr. *Cœnobii S. Isidori*) ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 159.

Obiit Romæ in Cœnobio S. Isidori a se fundato, ubi sequens epitaphium habet:

« R. A. P. F. Lucæ Waddingo Hiberno, viro « erudito, virtutibus ornato, de Ecclesia, Religio- « ne, et patria benemerito, Lectori Jubilato, totius « Ordinis Minorum Chronologo, Patri, ac funda- « tori optimo, et amantissimo Collegium mœrens « posuit ære D. Herculis Ronconii in Urbe advo- « cati ejus vere amici.

« Obiit XVIII. Novembris MDCLVII., ætatis LXX.

Laudatur a Paulo Leonardo Iberno in Respons. ad Expostul. contra Scientiam mediam par. 2. sect. 4. n. 20.

Opus *Scriptores Ordinis Minorum* nunquam Treviris editum est, prodiit autem secundo Romæ a. 1806 ex typographia S. Michaelis ad Ripam apud Linum Contedini in fol., in sua loca translatis iis quæ Waddingus in Appendice retulerat, omissis autem Indicibus quum uberiores et correctiores extarent in Sbaraleæ Supplemento, cuius gratia hæc editio facta est, omissa etiam epistola auctoris nuncupatoria ad Marcum Antonium Franciottum cardinalem.

Annales Minorum, quorum tomus XVII i. e. Syllabus universus, seu Index, in tres partes digestus impressus est Romæ typis Bernabò et Lazzarini a. 1741, et tomus XIX ob suam raritatem nunc iterum typis exprimitur a Collegio S. Bonaventuræ ad Claras Aquas, sex aliis tomis in fol. usque adhuc continuati sunt, et quidem:

Ab a. 1564 ad a. 1574 a Caietano Michelesio Asculano M. O. Romæ in Typographio Palearíniano, 1794. Tomus XX rarissimus, quum omnia fere exemplaria igne consumpta sint; hinc recusus, sed correctior et novis documentis auctus cura

Eusebii

Digitized by Google

Eusebii Fermendzin, O. M., ad Claras Aquas prope Florentiam in Typographia Collegii S. Bonaventuræ a. 1899.

Ab a. 1575 ad a. 1584 a Stanislao Melchiorri de Cerreto M. O. Anconæ ex Typographia Josephi Aureli, 1844. Tomus XXI.

Ab a. 1585 ad a. 1590 ab eodem. Neapoli ex Typographia Caietani Rusconi 1847. Tomus XXII.

Ab a. 1591 ad a. 1600, et ab a. 1601 ad a. 1611 ab eodem. Anconæ. Typis Gustavi Sartori Cherubini 1859, et 1860. Tomi XXIII. XXIV.

Ab a. 1612 ad a. 1622 ab eodem, sed plusquam LX documentis locupletati et multis adnotationibus illustrati ab Eusebio Fermendzin. Ad Claras Aquas, ex Typographia Collegii S. Bonaventuræ 1886. Tomus XXV.

Judicium doctrinæ Jansenii etc. extat in Défense de l'Eglise Romaine et des Souverains Pontifes...: Qui peut servir de quatrième tome de la Tradition de l'Eglise Romaine sur la grace, par Mr. Germain Docteur en Theologie [Pasch. Quesnel]. Liege Chez Henry Hoyoux. M.DC.XCVI. pp. 389-429.

In Bollettino storico Piacentino, anno V, 1910, fasc. V, pp. 208-216 cura Andreæ Corna O. M. lucem aspexerunt *Alcune lettere inedite del P. Luca Waddingo O. F. M. a Pier Maria Campi.* Sunt octo, scriptæ autem a die 9 Aprilis 1633 ad 23 Julii 1639. De his vide Archivum Franciscanum historicum a. V, 1912, fasc. I, pp. 149-153. Plurimæ eius epistolæ servantur nunc Dublini in Conventu S. Francisci, de quibus cf. J. M. Rigg, Report on the Franciscan Manuscripts preserved at the Convent, Merchants' Quay Dublin, Dublin 1906. Harum catalogum proxime editurus est Thom. Ant. O' Reilly, Ord. Min., in « Archivum Franciscanum historicum » (cf. idem, a. VII, 1914, p. 752).

Waddingi opera, ut ipse supra testatur sub v. Ludovicus a Cruce, prodierunt etiam eiusdem *Disputationes morales in tres Bullas Apostolicas, Cruciatæ, Defunctorum, et Compositionis, adiecta Appendice de Opinionum electione.* Lugduni sumptibus Nemesii Trichet (in nonnullis exemplaribus: sumptibus Jacobi Prost). 1634. in 4.

Cf. Joseph O'Shea. The Life of Father Luke Wadding. Dublin, Gill, 1885; in 8.

MMDCXV.

LUCIA PALEARIA e Cutiliano Pistoriens. diœces. Tertii Ord. Secularis in Monasterio S. Bonaventuræ Cutiliani oppidi a pio Theologo humaniores literas, Philosophiam, ac Theologiam edocta alias ejusdem Monasterii Virgines eisdem facultatibus, disciplinisque imbuit: ex qua re fama doctrinæ ejus ita percrebuit, ut undique ad eam de Theologia, sacrisque literis quæstiones multæ deferrentur, quibus ipsa humaniter, ac docte responsa dabat: sed invida boni mors immature Virginem e vivis sustulit, cum scripsisset

Plures, variasque Responsiones ad diversas de Theologia, sacrisque literis quæstiones sibi missas, et alia, quæ mss. asservari in dicto Monasterio Cutilianen. dicuntur; ubi et extructum e marmore monumentum, ac locata statua visitur in Ecclesia cum hoc epitaphio:

« Quisquis festinum huc moliris ingressum, siste
« gradum, viator. Paucis te vult hoc, quod con-
« spicis e pario lapide, monumentum positum: cre-
« de virtuti. Non hic mortis Lyceum, sed erudi-
« tæ Minervæ palæstricum putes. Lucia Palearia e
« Cutiliano morum innocentia, et virgineo candore
« spectabilis hic tumulum sortita est. Palladis alu-
« mnam dixeris, quæ in castris sapientiæ pernoctavit
« universos Philosophiæ, atque Theologiæ thesau-
« ros exhauriens. Flevere illam bonæ artes, quæ
« ea vivente Etruriam habuere pro Attica. Magistra
« insuper morum lectas doctrinæ fruges patriæ suæ
« Monialibus exposuit. Quæ ejus obitum effusis la-
« crymis prosequutæ, ut perennis memoria viveret,
« posuere an. salutis 1643. Obiit ætatis anno 29.
al. MDCIIII. (idest 1647.) *ætatis an.* XXVII.
« Syderei pete summa poli convexa Virago,
« Dum rapit immiti te Libitina manu.
« Hospes odorato fundet tibi lilia culmo;
« Gaudebitque suam Pallada Thuscus habens.

Quæ et refert Salvius in Histor. Pistorien., et ex eo nuperus Ughelliani Operis Editor Venetus to. 3. Ital. sac. in Pistorien. Episcop. descriptione, nec non Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 288. ex Anton. Terrincano par. 3. Theatri Hetrusco Minor.

MMDCXVI.

LUCIANUS MONTISFONTANUS Capuccinus provinciæ Austriæ inferioris concionator, et in Helvetia Missionarius Apostolicus scripsit latine

Vitam, ac Martyrium S. Fidelis a Sigmaringa. Constantiæ an. 1647. in 8. apud David Haurt.

Vitam P. Archangeli Gordonii Scoti Capuccini concionatoris. Iisdem typis an. 1682.

Vitam P. Archangeli Leslæi, de quo supra.

Conciones festivales to. 1. an. 1689.

Primum, et secundum cursum concionum annuarum.

Conciones Dominicales quadragesimales. Constantiæ an. 1690. in 4. ex Catalogo libror. Genuæ impres. an. 1725. apud Torneus.

Opus Controversiarum tit. *Vox clamantis in deserto:* ex autore Biblioth. Capuccin., et Jo: a S. Anton.

En tituli eius operum, descripti, præter primum, ex Bernardo a Bononia, Bibliotheca Scriptorum Ord. Capuccinorum:

Probatica sacra Cisarulana, quam V. P. Fidelis a Sigmaringa Capucini meritis et cruore pro fide effuso stagnantem nec Annuis tantum, sed quotidianis pene gratiarum Signorumqve motibus miraculosis hucusque exundantem Calamo fideli operit et offert F. Lucianus Montifontanus Capucinus... Constantiæ, ex Typographia Episcopali apud Davidem Hautt, 1674, in 16.

Vitæ Patrum Archangelorum Gordonii, et Leslæi Scotorum Capuccinorum Missionariorum, germanice. Ibidem apud eumdem, 1677, in 8; denuo elegantiori stylo, ibidem apud Leonardum Parcus, 1712, in 16.

Æra Minuta duo, seu Dominicale et Quadragesimale primum. Campiduni apud Michaelem Franz, 1688; in 4.

Æra Minuta duo, seu Conciones de Sanctis, et Quadragesimale alterum. Ibidem, apud eumdem, 1688; in 4.

Æra Minuta duo, seu Dominicale alterum cum tertio Quadragesimali. Ibidem, apud eumdem, 1689; in 4.

Æra Minuta duo, seu alteræ Conciones de Sanctis cum quarto Quadragesimali. Ibidem, apud eumdem, 1689, in 4. — Catalogus librorum omnium facultatum apud Fratres de Tournes bibliopolas Genevæ et Lugduni prostantium. MDCCXLV. indicat (Catalogus librorum theologicorum, p. 65): *Conciones morales.* Constantiae 1680, 4 tom. in 4. Qui citatur a Sbaralea, absque dubio ad eosdem bibliopolas pertinet.

Manuductio ad delicias Hortenses, germanice. Constantiæ apud David Hautt, 1670; in 16.

Lusus puerorum, seu Conciones Catechisticæ, in quibus omnes Catechismi Petri Canisii materiæ et capita exponuntur, germanice. Constantiæ apud Leonardum Parcus, 1707, tomi 4 in 4.

Ecclesia inter Eclypses numquam deficiens. Ibidem apud eumdem, 1709; tomi 3 in 4. Opus satis eruditum et commendatum.

Catechismus primævæ puræ Ecclesiæ in tres partes, quarum tantum prima prodiit. Typis Salemitanis apud Jacobum Millerum, 1715; in 4.

Opera, quæ reliquit mss.:

Suæ provinciæ Acta;

De suæ provinciæ ab Helvetica separatione;

De eiusdem viris illustribus et factis præclare gestis ante et post separationem:

Omnium Conventuum monumenta in ordinem redacta, ut facile possint successivam obtinere prosecutionem.

Annales domestici Provinciæ ab a. 1668 usque ad a. 1682, quibus usus est Franciscus Petrus Can. Reg. in sua Svevia Ecclesiastica:

Varii tractatus polemici, vere digni iudice Bernardo a Bononia qui in lucem edantur;

Duo processus in causa beatificationis Fidelis a Sigmaringa, et alia in eius honorem.

Obiit Brigantii die 4 Martii 1716.

MMDCXVII.

Digitized by Google

MMDCXVII.

LUCIANUS RICCARDUS Panormitanus Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, concionator eruditus anno 1563. erat Guardianus Conventus S. Francisci Panormi, sacramque doctrinam optime callens, præter *conciones* edidit plura

Commentaria in Scripturam, et in Theologicam disciplinam: et sanctimonia clarus decessit: inquit P. M. Philippus Cagliola in provinciæ Siculæ Min. Conv. explor. 3. manifest. 2. pag. 99.; *decessit* autem *his diebus*, subdit Rodulphius libro 2. fol. 281. circa an. 1585. scribens: de quo et Franciscus Baronius, et Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ; et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCXVIII.

LUCIANUS SONCINUS Brixiensis provinciæ, et urbis Min. Capuccin. Definitor typis dedit

Librum exercitiorum spiritualium impressum Brixiæ an. 1610. in 8.; obiitque in patria an. 1618. ex autore Biblioth. Capuccin.

MMDCXIX.

LUCIDUS MANCINELLUS non ex *Monsampolio*, ut perperam apud Joan. a S. Anton., et quosdam alios legitur, sed ex Monte Sancto in Piceno non procul a Laureto meridiem versus Regul. Observ., et a Secretis Fr. Stephani Tofi Cismontanæ Familiæ Vicarii Generalis, vir, Marraccio teste par. 2. Biblioth. Mar., pius, et eruditus, insignis concionator, et Poeta clarus edidit

Libros v. *Orationum variarum* an. 1621.

Disputationes Academici, seu legitimi canones an. 1625.

De rigore instrumentorum Passionis D. N. J. C. idiomate italico an. 1634.

Regulam S. P. Francisci carmineibus expressam an. 1635.

Epitaphiorum libros an. 1641.

In Beatam Virginem hymnum unum. Maceratæ an. 1641.

Carmen in Donatum, et Guarinum olim nobiles Grammaticos, nunc vero eruditos restitutos per Joannem Baptistam Conradum Presbyterum civem, et consanguineum suum, quod legitur in fine *Grammaticæ* ejusdem Conradi vulgatæ Romæ an. 1644., et 1647. typis Francisci Monetæ; cujus in epist. ad Lectorem dicitur vir sacrarum literarum consumatissimus, et pindaricæ lyrodiæ æmulator, et amator.

Epitaphia alia diversa an. 1649.

Mariæ Virginis Encomia per ejus festivitates rhetorico ritu, encyclopædico stylo, pariformique methodo digesta an. 1645. edebat apud Aramcæli.

Votivum pegma super Litanias Lauretanas B. Mariæ Piceni incolæ oblatum epigrammatibus 56.; idque forsan est, quod Joan. a S. Anton. dicit piissimum *Opus* inscriptum *B. Maria Lauretana* editum an. 1651. ex Relatione prædictæ provinciæ Piceni in Generali Ordinis Archivo Matriti ms. asservata, teste cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 289., ubi confundit Opuscula hujus *Lucidi* cum illis *Lucidi Veronensis:* hic enim Mancinellus vivebat anno 1640. alter vero *Veronensis* scripsit ante annum 1585. ex Rodulphio.

Ex *Monsampolo*, testibus omni fide dignis. Hippolyto Marraccio, qui in sua Bibliotheca Mariana aperte id affirmat, et Joanne Baptista Conrado certe ex dicto loco oriundo (cf. titulum suæ Grammaticæ, et Vecchietti, Biblioteca Picena, III, Osimo 1793, pp. 301-303), qui in epistola ad lectorem præmissa editionibus eiusdem grammaticæ a. 1644 et 1647 vocat eum civem et consanguineum. Vivebat eodem tempore Joannes Mancinellus, qui in titulo suæ comœdiæ « Tirsi, Clori » editæ Venetiis a. 1621 dicitur *Ascolano del Monte Santo Polo.*

Ex eodem Marraccio, op. cit., *Mariæ Virginis Encomia* et *Votivum Pegma* editioni parata habebat anno 1645, quo ipse Marraccius de eo ibidem scribebat.

MMDCXX. 1364.

LUCIDUS VERONENSIS = ex Rodulphio lib. 3., qui primus hujus meminit, vocatque concionatorem suo tempore clarum; erat enim humaniorum studiorum amicus; scripsit igitur præter *versus* etiam *Conciones.*

MMDCXXI.

LUCIUS ANGUISCIOLA patritius Placentinus Min. Conv. Theologus, Philosophusque egregius, et rerum gerendarum vir peritissimus plura, præcipuaque sui Ordinis Gymnasia rexit (interfuit enim Tridentino Concilio uti *Regens S. Francisci Bononiæ* ex Catalogo PP.), et in Bononiensi Universitate Metaphysicam an. 1572. interpretari cœpit; ubi et sac. Inquisitionis *Consultoris* munere functus invenitur, ut lucet ex approbatione *Responsion. Cas. Conscientiæ Ludovici de Beja* Ord. Erem. S. Augustini Bononiæ 1587. facta ab eo; alia vero in Ordine decora, ac munia feliciter obita legere est apud Franchinum in Biblioth. num. 247., qui et epitaphium ejus Placentiæ in sui Ordinis Ecclesia positum exscripsit hujuscemodi:

« Fratri Lucio Anguisciolæ Placentino Theologo
« clarissimo, Studiorum Mediolanen., Bononien., et
« Veneti præfectura sæpius, et præclare functo;
« et in Bononiensi Academia naturalis, divinæque
« Philosophiæ Professori eximio, qui vixit annos
« LXXII. Obiit Bononiæ die VII. Octobris MDLXXXXII.
« Fr. Lelius de Medicis ex sorore nepos avuncu-
« lo de se benemerito P. An. D. MDCI. die tertia Au-
« gusti.

Meminit ejus Rodulphius lib. 2. fol. 268., Joan. a S. Anton. tomo 2., sed perperam dicit Conventus Utinensis alumnum, et August. Superbus in ms. Catalogo Script. Ord. Min., ubi refert de eo narrari

Opuscula multa scripsisse; et quidem Ferrariensi in Biblioth. S. Franc. memini olim me vidisse quasdam

Quæstiones miscellaneas mss. sub ejus nomine conscriptas.

Conformitates S. Francisci ad Christum Fr. Bartholomæi Pisani Minoritæ a Hieremia Burchio Utinensi parum castigatas, præloque destinatas, illo morte erepto, typis mandari curavit Bononiæ an. 1590. in fol. apud Alexandrum Benatium Hieronymo Card. Roboreo Ord. Min. Conv. Protectori nuncupatas.

MMDCXXII.

LUCIUS FABER Ariminensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, et Orator pro tempore illo haud contemnendus, cum Bononiæ apud suos *Studii*, ut ajunt, *Magister*, seu Philosophiæ Lector esset, evulgavit italico sermone

Orationem Academicam in laudem Immaculatæ Conceptionis B. V. ad Joannem Baptistam Berardicellum

Digitized by Google

Berardicellum Generalem. Bononiæ anno 1642. in 4. per Nicolaum Tebaldinum, quæ extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Panegyricum Academicum in laudem S. Catharinæ V. et M. Cæsenæ 1647. typis Nerii.

Panegyricam Orationem in laudem S. Antonii Patavini. Ferrariæ 1649. in 4. typis Gironi.

Lucernam Diogenis opus eruditum vocat Franchinus cit. num. 248.; sed incertum an prodierit.

Hunc non vidit neque Marracius, neque Waddingus, neque Petrus de Alva, aut Joannes a S. Antonio.

Opus quod Sbaralea vocat *Panegyricam Orationem in laudem S. Antonii Patavini* est potius eius Vita libris quatuor distincta, titulum habens *Il Giglio Prodigioso di Padoa*, prodiitque primum « In Brescia, M.DCXXXXVIII. Appresso Antonio Rizzardi » quæ editio extat in bibliotheca Casanatensi. In præfatione ad lectorem auctor præter volumen *La Lucerna di Diogene* promittit

La Vita e miracoli dell'infermato di Dio S. Filippo Neri.

MMDCXXIII.

LUDOVICUS ALIDOSIUS Imolæ, aliorumque oppidorum in Flaminia Dominus, cum diu feliciter regnasset, tandem an. 1424. a Vicecomite Mediolanensi Duce per fraudem interceptus, civitatis, rerumque omnium spoliatus est dominio, et cum aliquandiu Modœtiæ loco carceris detentus fuisset, dimissus demum Ferrariam se contulit, ibique Ordinem, et Institutum S. Francisci amplexus pie, ac religiose reliquum vitæ tempus duxit, et quietius, feliciusque quam vixerat, diem obiit; cum et *Thaddæa* ejus uxor Giberti de Piis Carpensium Domini filia, nec non *Luchina* ejus genita in Monasterio Corporis Christi Ordinis S. Claræ ejusdem urbis Ferrar. religiosa vota professæ fuissent. Fl. Blondus autor suppar scribit quidem *Ludovicum*, amisso principatu, *Religionem* ingressum esse; sed autor suppar Hieronymus de Bursellis Bonon. Ord. Prædic. in Chron. Bononien. to. 23. Rer. Italic. Script., et autor Diarii Ferrarien. to. 24. Rer. Italic. ad an. 1424. testantur *Ordinem Minorum* eum fuisse amplexum; et Albertus in Italia Imolam describens *Ordinem Sancti Francisci* amplexum *sanctissime* vixisse prodit: et autor Anonymus Ferrariensis ms. a me lectus id *Ferrariæ* contigisse tradit. De *Thaddæa* namque ejus uxore testimonium perhibuit S. Catharina Bonon. in fine sui Libelli *de 7. armis spiritualibus* scripti, inquit, an. 1438., dum illa Ferrariæ *Abbatissæ* munus obibat. Ceterum Ludovicus plus literis, quam regimini intentus scripsit eleganter

Versus italicos, qui leguntur inte *Opera diversorum;* et citantur ab autoribus Vocabularii Hetrusci, vulgo *della Crusca* inter autores linguæ italicæ, memoranturque etiam a Leone Allatio in suo de antiquis Poetis libro Neapoli an. 1661. impresso.

Carmen italicum, vulgo *sonetto*, incipiens *Franco mio caro*, quod pluries impressum est sub nomine Ludovici Alidosii, non est eius, sed Venantii Camertis, ut patet ex ipsius Ludovici epistola eidem carmini præmissa in Prose e Rime edite ed inedite d'Autori Imolesi del secolo XIV. Imola, Galeati, 1846. in 8.

P. Litta (Le Famiglie celebri Italiane, vol. 9°, famiglia Alidosio, tav. 1) de eo ait: « È nota una sua orazione a Martino V, in cui dipinge lo stato di un esule. In carcere scrisse, come è tradizione, un'opera intorno al modo di ben governare, alla divina clemenza, alla pietà degli uomini verso Dio, e alla istituzione della vita cristiana, oltre un libro sul disprezzo del mondo e sull'amor di Dio ».

* LUDOVICUS DE ALCALA' = V. *Ludovicus Complutensis.*

MMDCXXIV.

LUDOVICUS AB ANGELIS Lusitanus Regul. Observ. provinciæ Algarb. S. Officii Censor publicavit a se correcta

Chronica S. P. Francisci a Marco Ulyssipon. conscripta. Ulyssipone an. 1615. tomis 2. in fol. typis Petri Craesbeeck ex Joan. a S. Anton.

Mensam spiritualem vernacule. Ibidem anno 1667. in 8. teste Nicol. Anton. to. 2. Biblioth. Hispan. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Anno 1623 electus est iterum minister provincialis, teste D. Barbosa Machado. Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 57.

MMDCXXV.

LUDOVICUS AB ASCENSIONE Lusitanus Discalceat. provinciæ Arabidorum pro suorum Fratrum utilitate scripsit vernacule an. 1650.

Chronica laudatæ provinciæ, teste Fr. Antonio a Pietate in prol. Chronic. illius provinciæ apud Jo: a S. Anton.

Defunctus est die 28 aprilis anno 1669, ætatis suæ nonagesimo (D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752. p. 59).

MMDCXXVI.

LUDOVICUS AVENIONENSIS Capuccinus provinciæ S. Ludovici concionator religiosis moribus ornatus scripsit gallice

Theatrum epidemicum, in quo describuntur egregia facinora, res gestæ, et beneficia a PP. Capuccinis provinciæ S. Ludovici præstita in variis locis tempore pestis grassantis anno 1630. in 8., teste autore Bibliothecæ Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

MMDCXXVII. 1365.

LUDOVICUS A S. AUGUSTINO = ut in append. Waddingi ad hunc librum; quem omisit Joan. a S. Antonio.

* LUDOVICUS BAGNARA = V. *Ludovicus Imolensis.*

MMDCXXVIII.

LUDOVICUS BALBUS Venetus Min. Conv., et Constantii Portæ Cremonensis discipulus, Musicæ facultatis peritissimus æstimatus, Patavii modulationibus Templi S. Antonii præfectus constituitur, ut innuit etiam Rodulphius lib. 3. in *Constantio Porta*, quem ait *reliquisse post se insignes discipulos: inter ceteros floret sub hoc tempore* (1585.) *Paduæ Ludovicus Balbus Venetus ejus æmulator, qui suis modulationibus ubique acceptus est.* Vidi

Plura sacra, quæ in Ecclesiis cantari solent, musicis notis, concentuque ab eo facta, typisque edita Venetiis an. 1589., et 1595. per Angelum Gardanum; quorum quædam etiam mss. habentur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Opus ejus Festorum propriorum Ordinis Minorum musice factum in lucem exiit cura *Fr. Angeli Borsarii* Regiensis Tertii Ord. S. Franc., teste Bordono in Chronologio 3. Ordinis cap. 38., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Nepotem habuit *Aloysium Balbum* ejusdem Instituti ejus alumnum, et in eadem Musica facultate præstantem, de quo, uti et de *Ludovico*, agit autor

Digitized by Google

autor coævus August. Superbus in ms. Catalogo Music. Ord. Min.

Di Ludovico Balbi Cantor della Illustrissima Signoria di Venetia in S. Marco. Il Primo Libro de Madrigali a Quatro Voci, Nouamente da lui composti et dati in Luce. In Venetia appresso li Figliuoli di Antonio Gardano 1570; 4 pp. in 4 obl.

Ludovici Balbi Veneti Magnæ Domus Venetiarum Musicæ Magister (sic *Ecclesiasticarum Cantionum Quatuor vocum omnibus Aduentus Dominicis, nec non Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, simul atque quibuscunque totius anni opportunitatibus deseruientium* (primus liber). Venetiis apud Angelum Gardanum, 1578; 4 par. in 4 obl.

Ludovici Balbi Veneti Missæ quatuor quinque vocum, una ex quibus alternatim canitur, nuper in Lucem edditæ, et impressæ, quarum nomina sunt hæc, Missa Ecce mitto Angelum meum, Missa Fuggite il sonno, Missa Duodecimi Toni, Missa Alternatim canenda. Venetiis apud Angelum Gardanum 1580; in 4 obl.

I Capricci di Lodovico Balbi Maestro di Capella del Santo di Padoa a Sei Voci, Nouamente composti, et dati in luce. In Venetia Appresso Angelo Gardano 1586; 9 pp. in 4 obl.

Graduale et Antiphonarium omnium dierum festorum ordinis minorum, iuxta ritum Missalis et Breuiarij noui per Ludovicum Balbum Venetum, ex Ordine minorum Con: Magistri Capellæ S. Antonij de Padua Nuperrime impressum. Venetiis. Apud Angelum Gardanum, 1587; in fol. max.

Musicale Essercitio di Ludovico Balbi Maestro di Capella del Santo di Padoa a Cinque Voci. In Venetia Appresso Angelo Gardano. 1589; in 4.

Missæ quinque 5 voc. Venetia, Gardano, 1595.

Messe et Motetti con il Te Deum laudamus a otto voci. Venetia. Gardano 1605; 9 pp.

Quoddam carmen italicum incip. *Mentre Pastori e Ninfe* a Lud. Balbi musice expressum extat in opere: Il Trionfo di Dori descritto da diversi. et posto in musica, a Sei Voci, da altretanti Autori (Venetia Appresso Angelo Gardano 1592, 1599, in 4: Anversa Appresso Pietro Phalesio 1596, 1601, 1604, 1614, in 4): alterum, incip. *Alla dolce ombra*, in Madrigali Pastorali Descritti da diuersi, et posti in musica da altri tanti Autori, a Sei Voci, Intitolati il Bon Bacio (In Venetia Appresso Angelo Gardano, 1594, 1600; in 4); aliud, inc. *Mare affetto son io*, in Pietosi affetti del Molto Reverdo Padre D. Angelo Grillo Monaco Cassinense Posti in musica da diversi Reuerendi, et Excellentissimi Autori, a Cinque Voci (In Venetia Appresso Giacomo Vincenti, 1598; in 4).

Completorium Ludovici Balbi Veneti duodecim vocibus, tribus choris distinctum, cum suis versiculis, Responsoriis, Hymno, Antiphonis, una cum Motectis.... Venetiis Raverius, 1609; part. 12.

Bononiæ in Musico Lyceo extat ms. *Psalmus Cantate Domino canticum novum*, 8 vocibus; alia, mss., alibi.

A C. Gaspari (Catalogo della Biblioteca del Liceo Musicale di Bologna, II, Bologna 1892, p. 372) et R. Eitner (Quellen-Lexikon der Musiker und Musikgelehrten, I. Leipzig 1900, p. 311) ei adscribitur etiam, fortasse iniuria ex iis quæ supra dicta sunt, opus

Ecclesiastici Concentus, Canendi Vna, Duobus, Tribus, et Quatuor Vocibus, aut Organo, aut alijs quibusuis Instrumentis eiusdem generis, et alij Quinque Sex, Septem, et Octo tum ad concertandum, tum ad vocibus canendum accomodati Aloysii Balbi Veneti Ecclesiæ Magnæ Domus Venetiarum Musicæ Moderatoris. Liber Primus. Venetiis Apud Alexandrum Raueriam, 1606; part. 8 in 4.

Præter Gaspari et Eitner, opp. cit., confer E. Vogel, Bibliothek der gedruckten weltlichen Vocalmusik Italiens. Berlin 1892, voll. 2; G. Tebaldini, L'Archivio musicale della Cappella Antoniana in Padova. Illustrazione storico-critica. Padova 1895.

MMDCXXIX.

LUDOVICUS BALDUS Panormitanus prov. Siculæ Min. Capuccin. ecclesiastes, et Theologus, ac in sacra Scriptura versatus scripsit

Commentaria varia in sacram Scripturam, teste Fr. Thoma Calona apud autorem Biblioth. Capuccinor.; cujus cum non meminerit Mongitor in Biblioth. Sicula, suspicatur Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 291., an sit *Ludovicus Panormitanus*; at perperam, cum hic Ludovicus Panormita viveret adhuc anno 1714., *Baldus* vero ante an. 1640. scripserat, cum laudetur a Thoma Calona illius temporis scriptore.

* LUDOVICUS BELLUGA = V. *Ludovicus Velluga.*

MMDCXXX. 1366.

LUDOVICUS BENEDICTUS = de quo Willotus, Marraccius, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Sermonem seu potius Sermones Gabrielis Flammæ super evangelium « Missus est Gabriel Angelus » transtulit ex italica lingua in gallicam, non vero, ut ait Waddingus, e gallica in latinam.

* LUDOVICUS BEREUL = V. *Ludovicus a Dola.*

MMDCXXXI. 1367.

LUDOVICUS BORAGIUS = Strict. Observ. Reformat. egregius Theologus, cujus Opus est

Dialogismus de divina civium civitatis Dei prædestinatione, deque civium civitatis sathanæ reprobatione Ludovici Boroji: unde liquet eumdem esse cum sequenti. Prodiit autem Venetiis 1607. ex Coron. Biblioth. Univers. to. 6. num. 2142., typis Sebastiani de Combis in 8; 2. cum *Additionibus* Veronæ an. 1610. apud Angelum Tami; et 3. cum aliis *Additionibus* Venetiis an. 1612. typis Joan. Guerilli, teste Jo: a S. Anton.

1368.

LUDOVICUS BOROJUS = idem est cum superiori, modo *Boragius*, modo *Boroius* appellatus.

Dialogus de S. Oratione etc. prodiit italico idiomate typis Joan. Baptistæ Gelmini ex Possevino to. 2. Appar. sacri, qui tamen Instit. Regul. reticet.

Dialogo della Santa Oratione, Ripieno di Pie, Dotte, bellissime, et utilissime sentenze. Oue s'insegna sommariamente la differenza, ch'è fra l'Oratione Mentale, et la Vocale, et che cosa siano ambedue essentialmente. Col vero modo d'orare al Signor Dio, et inuocar per intercessori i Santi. Composto dal Molto Ven. P. Fr. Lodouico Boroi, Theologo consummato, dell'Ordine Minore Osseruante. In Trento, Per Gio. Battista, et Giacomo Fratelli de Gelmini da Sabbio. MDLXXXX. in 8. Extat Romæ in bibliotheca Alexandrina.

Trattato del virtuoso Essercitio del Christiano ordinato per discorsi, che tutto si risolue nelle virtuose, e fruttuose Vite Attiua, et Contemplativa, per accertar la sua vocatione, et elettione. Composto dal Venerabile Padre Frate Lodovico Boroi, Teologo, et Predicat. Francescano Osseruante, del distretto di Teno, nel Vescouato di Trento. In Trento, Per Gio. Bat. Gelmini da Sabbio, MDXCVII. in 4. Extat ibidem.

De divina civium civitatis Dei prædestinatione. Deque civium Civitatis Sathanæ Præscientia et Reprobatione Dialogismus. In tres digestus libros, mirabili ferè arte quadam confectus: ex Diuinarum Scripturarum thesauris, Patrumque tam Græcorum, quam Latinorum Sententijs: necnon veterum, ac Neoticorum Theologorum cribrationibus: non sine crebris, diuinis meditationibus. Addito insuper civium, et civitatis Dei: Itidem Civium, et Civitatis Satanæ Tractatu, Cum unica quæstione status peccatorum quorundam, An sint in termino definitæ Damnationis, in eo ante mortem existentes, Nec nè? Eiusque resolutio, clare patebit. A Venerabili P. F. Ludovico Boroio Tenensi Ord. Min. de Observantia Theologo, ac Concionatore. Interlocutores (Misticus et Scolasticus) Theologi. Venetiis, MDCVII. Apud Sebastianum Combis. in 8. Extat ibidem. — *De divina Civium Civitatis Dei prædestinatione*, etc. *Tractatus.... cum adnexa quæstione, ac illius clara solutione quorumdam iniquorum:* etc. Veronæ, typis Angeli Tami, 1610, in 4. Partialis editio a me non visa, cuius in titulo (quem integrum exhibet Antonius Maria a Vicetia, Scriptores Ord. Minor. Strict. Observ. Reformatorum Prov. S. Antonii Venetiarum. Venetiis 1877, p. 31) *tractatus de prædestinatione* dicitur prodire secundo purgatior, ac in obscuris locis clarior. — *De civitate et civibus Dei ac de civitate civibusque Satanæ Libri duo.*

Digitized by Google

duo. Quibus subiunguntur de divina Prædestinatione, et Præscientia sive reprobatione, alii tres; cum annexa Quæstione, et eius clara solutione status quorundam iniquorum, an scilicet, sint in termino definitæ damnationis ante mortem, necne.... Venetiis, MDCXII, Apud Joanem Guerilium; 2 par. in 4, quarum altera continens libros *de divina prædestinatione* et *quæstionem* has notas typographicas præ se fert: Veronæ, Typis Angeli Tami, MDCXII. Extat Romæ in bibliotheca Angelica. Quum in hac editione opus *de prædestinatione* dicatur secundo non tertio editum, puto alteram eiusdem editionis partem idem esse ac editionem anni 1610, exceptis tantum fere titulo et anno impressionis, mutatis fortasse quando opus *de civitate et civibus Dei*, ab auctore duplo auctum, et ex eius mente novæ editioni operis *de prædestinatione* præmittendum sed ob pecuniæ defectum subito non impressum (cf. auctoris verba ad lectores ante opus *de prædestinatione*), tandem a. 1612 editum est.

Ex prologo opusculi *Dialogo della Santa Oratione* auctor inceperat cum animo proxime edendi *due volumi di Dottrina Christiana*, primum agens *della Sapienza et Carità Christiana*, alterum *della Giustitia*, insuper *uno volume della sacra passione del nostro Redentore;* attamen hæc duo opera numquam videntur in lucem prodiisse. Certo, ut patet ex epistola nuncupatoria tractatus *Del virtuoso Essercitio del Christiano* primum opus in centum lectiones divisum anno 1597 usque ad nonagesimam et secundam tantum lectionem compositum erat.

Ludovicus Boroius, haud recte Boragius vocatus, ortum habuit Gavatii prope oppidulum Tenum in ditione Tridentina. Familiæ Minorum Observantium adscriptus, ex qua ad Reformatos (quo tempore incertum) transiit, adeo scientia et virtute excelluit, ut a. 1570 in Custodem Conventus Archiducalis S. Crucis Œniponte eligi meruerit, quo munere biennium functus est. Annis 1590 et 1597 videtur Tridenti moratus esse in conventu S. Bernardini, unde sua priora opera dicavit; anno autem 1605, ut ipse testatur initio operis *de civitate et civibus Dei*, Verona Buxoletum ad novum suæ religionis cœnobium translatus est. Secundum Necrologium Provinciæ Reformatæ S. Antonii (cf. Mazzuchelli, Gli Scrittori d'Italia, vol. II, par. III, p. 1780) obiit Tridenti die 10 novembris a. 1609; sed Antonius Maria a Vicetia, op. cit., p. 30, ex eo verisimiliter quod editio operis *de civitate et civibus Dei* anni 1612 epistolam auctoris nuncupatoriam exhibet, dicit tempus eius mortis incertum esse, producitque ultra a. 1612. Notandum tamen in editione operis de prædestinatione anni 1612 addita esse duo carmina italica (*sonetti*) fr. Joannis Francisci a Vertenellio, in quibus haud obscure supponitur auctorem iam obiisse.

MMDCXXXII. 1369.

LUDOVICUS BOZZUTUS = cujus

Debitum Christiani prodiit Neapoli an. 1649. in 12. per Cæsarem Lucciolum: edidit etiam opus inscriptum

Scuola de' veri amanti eretta, e divisa in tre parti. Neapoli 1651. in 4. typis Francisci Savi ex Toppio in Biblioth. Neapol.

MMDCXXXIII.

LUDOVICUS BRUNUS Setinus provinciæ Romanæ, cum Monachus Cassinensis esset, factus est Minorita Conventualis, et sac. Theol. Magister, ediditque

Disputationes duas de principio individuationis, et de mundi origine ad Jacobum Montanarium Ord. Min. Generalem cusas Ticini an. 1616. in 4. apud Jacobum Ardizzonum; quæ extant in Ferrariensi S. Francisci Bibliotheca.

MMDCXXXIV.

LUDOVICUS CÆLESTINUS a Monte Corvino Apuliæ, ac Principatus oppido prov. Neapolitanæ alumnus Regul. Observ. Lector sac. Theol. an. 1582. Romæ in Capitulo Generali theses scientiarum, ac in primis artium liberalium, quas perfecte calluisse ferunt, publice magno Ordinis sui honore defendit, scripsitque doctissime

Super VII. *artes liberales:* et edidit

Libros plures concionum ex Relatione ms. Reformatæ provinciæ Principatus Matriti in Generali Ord. Archivo existente, ut refert Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 292.

Vitam B. Joannis a Capistrano, teste Waddingo in Annal.. Min. ad an. 1456. num. 124.

Vitam B. Jacobi de Marchia: italice, sicut et superior. Neapoli 1649. in 4. apud Camillum Cavalli ex Toppio in Biblioth. Neapol., seu Supplemento Bibliothecæ. Hanc non vidit Joan. a S. Anton.

La miracolosa vita del B. Jacopo della Marca. Descritta dal R. P. F. Lodovico Celestino da Monte Coruino Minore Osseruante, Lettor Theologo. Con le seguenti Annotationi. Al Santissimo S. N. Sisto V. Sommo Pontefice. In Napoli, Appresso Horatio Saluiani. M.D.LXXXIX. in 8. Extat Romæ in bibliotheca Alexandrina. Quæ vocantur *Annotationi*, ex folio 1 verso sunt:

Alcune cose delle Provincie della Marca, e di Terra di Lauoro;

La Vita di San Bernardino di Siena;

La Vita del Beato Gio. da Capistrano;

Dell' Vsura contra gl' Heretici ch' estinse il B.;

Vittoria del B. Jacopo, intorno al Sangue di Christo:

La Confessione del Beato Jacopo, ampliata dall' Autore.

Miracoli della gloriosa Regina del Paradiso, Maria Vergine, Raccolti da diversi Autori Catholici, et approuati. Per mano del R. P. F. Lodovico Celestino, da Monte Coruino, Lettor Theologo, dell' ordine Minore Osseruante. In Napoli, Appresso Horatio Saluiani. M.D.XC. par. 2 in 4, c. figg. Extat in bibliotheca Casanatensi.

MMDCXXXV.

LUDOVICUS CÆLESTINUS a Monte Leone prov. S. Francisci, Umbriæque collegit, publicavitque, ut notavit Joan. a S. Anton.,

Miracula B. Mariæ Virginis. Venetiis an. 1590., teste Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbriæ apud Marraccium in Append. ad Bibliothecam.

Collectio *Miraculorum B. Mariæ Virginis*, ex editione quam supra retulimus, Ludovico Cælestino a Monte Corvino videtur tribuenda.

* LUDOVICUS CÆSARAUGUSTANUS = V. *Ludovicus Caspensis,* qui idem est; errat vero Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 292., dum scribit Waddingum hunc memorare.

MMDCXXXVI. 1370.

LUDOVICUS CÆSENAS =

* LUDOVICUS CARBO, quem ex Angelo Rocca Augustiniano hoc loco Minoritis Jo: a S. Anton. to. 2. adnumerat, nullius Instituti Regularis fuit, sed Doctor secularis. Confundit enim Rocca *Cornelium Carbonem,* de quo superius actum est, cum *Ludovico Carbone,* qui eodem tempore vixerunt.

MMDCXXXVII. 1371.

LUDOVICUS CARVAJALIUS = Theologus Complutensis, vir eruditione, et eloquentia clarus, perfectissimus Orator, nec ulli Theologorum sui seculi, Eisengrenii autoris synchroni testimonio, secundus, in Tridentino Concilio spectatæ virtutis, et autoritatis: *doctissimus Franciscanorum Præfectus* dicitur a Joan. Genesio Sepulveda Hispano in Apologia de justis belli causis adversus Indos gerendi. Joannes a Carthagena in Homil. Cathol. to. 2. lib. 1. hom. 19. §. 5. laudat ejus *percelebrem*

Declamationem habitam Parisiis an. 1541., inquit ille, *pro Immacul. Concept. B. V.*, ubi et fragmentum

Digitized by Google

mentum refert. In hanc *Declamationem* scripsit Bartolomæus Spina Pisanus Ord. Prædic. Romæ Magister sac. Palatii, cui Ludovicus respondit *Apologia* doctissima, de qua Thomas Strozza de Controv. Concept. lib. 7. cap. 28., inquiens, utrasque prodiisse Parisiis an. 1541.; et Petrus de Alva apud Jac. Echard to. 2. de Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 128. in *Bartholomæo de Spina,* cujus esse dicit xv. *Objectiones* contra illam *Declamationem expostulatoriam.*

Apologiam monasticæ Religionis prodiisse etiam Basileæ an. 1529. tradit Miræus in Auct. Script. Eccles. sec. 16. n. 36., ubi tamen mendose hunc dicit *Franciscum,* quem alias *Ludovicum* dixerat.

Dulcoratio amarulentiarum Erasmicæ responsionis prohibetur ex Decr. sac. Congr. Indicis Libror., donec expurgetur.

Oratio habita in Concilio Trident. prodiit Antuerpiæ apud Joannem Gracium in 4., incipitque *Quam arduam* ex Joan. a S. Anton.

De Restituta Theologia liber unus et *Theologicarum sententiarum liber unus* idem opus sunt, specimen et principium amplioris operis, quod auctor meditabatur, agens de Deo quatenus Deus est. Ex *explicationibus* (23) *quorundam argumentorum* (quæ in editione coloniensi non extant) quatuor priores prodierant iam Perusiæ apud Hieronymum Chartularium nono kalendas Octobris a. MDXLVI in 4.

Apologia monasticæ religionis, diluens nugas Erasmi, impressa est a. 1529 sine loci nota in 8 (Romæ in biblioth. Nationali), et ex Panzer (Annales typographici, VI. 15. 126; VI. 273. 761) eodem anno etiam Antuerpiæ et Basileæ. Nuncupatur Laurentio Suario Figueroæ Comiti Feriæ epistola data Salmanticæ a. 1528, quam proinde crediderim eamdem esse ac epistolam ad eumdem a Waddingo memoratam.

Dulcoratio etc. prodiit Parisiis a. 1530 apud Simonem Colinæum in 8. Erasmi liber hunc titulum habet: Adversus febricitantis cuiusdam Libellum Responsio; et excusus est Basileæ a. 1529 in 8.

Oratio habita in Concilio Tridentino impressa est Antuerpiæ a Joanne Gravio a. 1548 simul cum *Theologicarum quæstionum libro,* et recusa a Judoco Le Plat in « Monumentorum ad historiam Concilii Tridentini spectantium amplissima Collectio » I, Lovanii 1781, pp. 124-133.

MMDCXXXVIII. 1372.

LUDOVICUS CASPENSIS = de quo legendus est Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinorum; estque idem, ac *Aloysius Cæsaraugustanus* de quo supra Waddingus egit. Scripsit autem ad mentem *S. Bonaventuræ,* non *D. Thomæ,* ut v. *Aloysius* scribit cit. Waddingus: *tomus* 2. prodiit Lugduni an. 1643. ex Indice Biblioth. Barberinæ typis eisdem; et editio 2. auctior ibidem an. 1666. per eumdem ex Joan. a S. Anton. Scripsit etiam

Cursum Philosophicum, nec non

Apologiam in defensionem Annalium Zacchariæ Boverii. Cæsaraugustæ an. 1645. ex eodem Dionysio Genuensi, qui tradit anno 1647. Cæsaraugustæ diem obiisse, cum suæ provinciæ extitisset Minister. De eo et Benedictus Paloccius de Scandrilia in *Fructibus Seraphicis,* Joan. a S. Anton., ac Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan.

Aloysium Cæsaraugustanum suas *Lucubrationes Theologicas* iuxta mentem D. Bonaventuræ edidisse, non vero D. Thomæ, scribit Waddingus. Ex Bernardo a Bononia *Cursus philosophicus,* fortasse nunquam impressus, constat ex 2 voll. in fol.

MMDCXXXIX. 1373.

LUDOVICUS DE CASTILIONE = ex Mariano, Anton. Terrinca, et Joan. a S. Anton., qui ait scripsisse etiam *Opuscula in sacra pagina.*

MMDCXL. 1374.

LUDOVICUS A CASTRO = an. 1619. Coloniæ interfuit translationi ossium *Joannis Scoti* a Jacobo Montanario Ministro Gen. factæ, ut refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1308. num 39., ubi dicitur *Provincialis Leodiensis.* De eo agit et Joan. a S. Anton. to. 3. ex Wadd.

Antivigneum, idest contra prædicantem celeberrimum nomine Vigneum. Leodii anno 1619. refert Franchinus in Biblios. n. 249.; forsan est *Antisynodica Conventiculorum* etc.

MMDCXLI. 1375.

LUDOVICUS CAVALLI = de quo agit et Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo: cujus *Januam Musarum* sæpe citat P. Ricciolius in *Prosodia reformata* ind. 2.

Annalium Fratrum Minorum Epitomen ab eo confectam ms. servari Romæ in Biblioth. S. Isidori Minor. Reform. literis mandavit Franciscus Cionaccius Hist. B. Humilianæ par. 3. cap. 1. n. 21.

Carmen latinum de S. Francisco an. 1651. edidit, quod citat Ludovicus Jacobillus de SS. Umbriæ ad diem 4. Octobris.

Ex eius carminibus *De Expugnata et capta Dunkerka per.... Ludovicum Borbonium Ducem d'Anguyen Epigramma* prodiit sine loci et typographi notis a. 1646 in fol. Aliud eiusdem carmen, nempe *De F. Lucæ Waddingi Apologetico, ac eius defensione, ad RR. PP. Augustinianos Ogdoastichon* extat in fine editionis lugdunensis a. 1641 operis Waddingi « Apologeticus de prætenso monachatu augustiniano S. Francisci ».

De cantu ecclesiastico conservando tractatus una cum duplici hymnodia, scilicet nova, antiqua et seraphica per fr. Ludovicum Cavalli Ord. Min. Reg. Observantiæ continetur ms. codice 441 bibliothecæ Universitatis Bononiensis, et dicitur duplicatum ex originali ms. in bibliotheca Vaticana asservato desumptum (Frati L., Indice dei codici latini conservati nella R. Biblioteca Universitaria di Bologna, Firenze 1909, n. 260). Quum auctor huius tractatus dicatur Reg. Observantiæ, dubito an ab eo de quo hic agitur diversus non sit.

MMDCXLII. 1376.

LUDOVICUS CAVIEZ = qui videtur fuisse provinciæ Parisien.; de eo et Joan. a S. Antonio excribens Waddingum to. 2. pag. 294.

MMDCXLIII.

LUDOVICUS CHAVAGNACUS a Casanova Aptensis diœcesis prov. Recollect. S. Bernardini in Gallia sapientia singulari, exactaque legum suarum observantia clarus apud suos circa an. 1640. plenus meritis, et annis diem clausit extremum in Cœnobio Biterrensi, reliquitque ms.

Librum de virtutibus cum quibusdam *Libellis de vitæ spiritualis documentis,* teste Fr. Chrysostomo Gaufrido in Hist. prædictæ provinciæ ms. Matriti in Generali Ord. Archi. asservata, ut habet Jo: a S. Anton. to. 2.

MMDCXLIV. 1377.

LUDOVICUS CICONIOLANUS = sive Laquedoniensis, vulgo *Cicogna* in regno Neapol. urbe Regul. Observ. alumnus, cujus *Directorium divini Officii* scriptum est sub Paulo III. circa an. 1540., et ab eo approbatum, ut enarrat Bartholomæus Gavantus in *Thesauro sac. Rit.* de rubricis appositis in reform. Piana; de quo et Joan. a S. Antonio to. 2.

MMDCXLV.

Digitized by Google

MMDCXLV.

LUDOVICUS COLUMBUS Gallus provinciæ Narbonen., sive S. Ludovici Regul. Observ. semel, atque iterum Minister, concionatorque verbi Dei celeberrimus, ac fidei catholicæ contra Calvinistas, aliosque hæreticos defensor acerrimus Tolosæ publice disputavit cum quodam Barta Montalbanensi hæreticorum duce, eumque devicit; et postquam annos 52. prædicationis sacræ munere pluribus, præcipuisque locis functus esset, decessit apud Castrum Ripæ Mauræ an. 1567., ubi quoque conciones habebat, tumulatusque est Avenione in Cœnobio S. Crucis plurimorum lacrymis sublatus, cum scripsisset, teste Gonzaga par. 3. Hist. Seraph. Relig.,

Conciones Quadragesimales, aliasque per annum, et

Disputationes contra hæreticos Galliarum sui temporis.

MMDCXLVI. 1378.

LUDOVICUS COMPLUTENSIS = vulgo *d'Alcalà* Regul. Observ. provinciæ Castellæ alumnus in morali Theologia non vulgariter eloctus, cujus

Tractatus de fœnoribus etc. lingua hispana primo prodiit an. 1543. in 4. ex Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 14.; deinde an. 1546. in 4. Toleti typis Jo. de Ayala auctior; de quo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCXLVII.

LUDOVICUS CORBUTIUS a Montono Umbriæ oppido diœcesis Tiphernatis provinciæ S. Francisci Min. Conv. Theologus, et ecclesiastes insignis provinciæ Hungariæ Ministerio functo, Senis est primum contra hæreticam pravitatem Inquisitor electus; postea et Florentiæ idem munus exercuit; tandem an. 1627. ab Urbano VIII. Romæ supremæ Inquisitionis Consultor institutus, ac Ordinis Procurator ex Theulo in Triumpho Seraph., ubi ait plura *Quadragesimalia* eum scripsisse, decennio post ibidem vivendi finem posuit, vir ad omnem humanitatis rationem compositus, et in scribendo admirabilis, ut Urbis portentum, et orbis ornamentum audiret, quemadmodum memoriæ prodidit autor æqualis, eoque tempore scribens August. Superbus in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 95., ubi ait

Varia pro Concionatoribus composuisse; sed morte an. 1637. præoccupatum edere non potuisse.

MMDCXLVIII.

LUDOVICUS CREMENSIS provinciæ Mediolanensis Min. Conv. sac. Theol. Magister cum Bergomensis Gymnasii apud suos Regens esset, anno 1595. elucubravit

Explanationem in Universalia Scoti Lectionibus 113. *conclusam*, quæ ms. in 4. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. Nescio, an sit ille *Ludovicus Vimercatus Cremensis* nobili genere satus, quem Franchinus in Biblios. num. 107. dicit virum insignem, et concionatorem egregium suæ provinciæ an. 1624. electum *Ministrum*, postmodum et *Commissarium*, tandem an. 1658. diem supremum obiisse. Certe paulo antea *Franciscus Vicomercatus* vulgo *Vimercatus* nobilis Philosophus, ut ejus scripta typis tradita declarant, cum pluribus annis Franciscanum Institutum secutus fuisset, ob nonnulla domus suæ negotia ad seculum redire compulsus fuit.

MMDCXLIX. 1379.

LUDOVICUS A CRUCE = Strictioris Observ. alumnus, de quo Cardosus in Agiologio Lusitano die 9. Maji L., et Petrus Anton. Venetus to. 1. par. 3., ac autor Chron. prov. S. Gabrielis to. 1. lib. 3. cap. 33.

Disputationes Morales in 3. *Bullas Apostolicas Cruciatæ etc.* cum *Appendice de Electione opinionum.* Lugduni 1634. in 4. apud Jacobum Prost.

Tractatus de Jubilæo ejusdem ms. servatur in Biblioth. Barber. cod. 210., teste Joan. a S. Anton. in utraque sua Biblioth.

MMDCL.

LUDOVICUS A CRUCE Vercellensis Italus Regul. Observ. Theologus, et suæ provinciæ Minister scripsit vernacule

Vitam B. Ugolinæ Virginis Vercellensis.

Internos affectus animæ pœnitentis super psal. 50. *Miserere.* Mediolani, et Taurini impres. an. 1647.

Compendium Historiæ Sabaudæ ad Carolum Emanuelem I. anno 1611., quod ms. extat in Regia Sabaud. Biblioth., teste Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemontan., qui addit, eum prelo paratas habuisse et

Vitas Sanctorum suæ Religionis; a quo excripsit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 295.

Obiit Vercellis a. 1650 die 5 octobris.

La Vita della B. Ugolina, vergine vercellese prodiit Taurini a. 1632, et Mediolani a. 1655 ex G. De-Gregory (Istoria della Vercellese letteratura ed arti. par. 3, Torino 1821, p. 108), qui secundi operis titulum ita refert:

Interni affetti dell'anima penitente sopra il miserere, e sopra i primi cinque salmi graduali.

Apud A. Manno et V. Promis, Bibliografia storica degli Stati della Monarchia di Savoia, I, Torino 1884, p. 14, n. 127 tertium opus ex ipso cod. ms. ab A. Rossotto citato, qui extat nunc Taurini in Archivo Nationali, sic indicatur:

Della Croce (Luigi), Compendio della Storia della Real Casa di Savoia, da Beroaldo sino al Duca Carlo Emanuele I. 1611. Videtur nostro scriptori abiudicandum, quum clarissimi bibliographi addant eius auctorem Pineroliensem fuisse.

MMDCLI.

LUDOVICUS DE CUMBIS Rheginus Calaber Ord. Capuccin. scripsit

Sermones varios latine, qui mss. servantur in Bibliotheca sui Ordinis apud Castrum Vetus in regno Neapolit. ex Barrio ad an. 1537. apud Zavaronem in Biblioth. Calabra pag. 82.

* LUDOVICUS CURIUS = V. *Aloysius Curius* supra.

MMDCLII.

LUDOVICUS A CRYPTALIIS, vulgo *Grottaglie*, diœcesis Liciensis oppido prov. S. Nicolai Strict. Observ. Theologus carmine italico scripsit

Allegorias super Opus Marianum Fr. Bonaventuræ a Vera Cruce ejusdem Instituti, provinciæque alumni. Licii anno 1642. in 8. apud Petrum Micheli, teste Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 298.

Elogium Immaculatæ Conceptionis. Ibidem 1653. in charta expansa exscriptum a Petro de Alva col. 978. Militiæ univ.

1380.

LUDOVICUS N. = idem et cum *Ludovico e Lyrano*, de quo infra.

MMDCLIII.

Digitized by Google

MMDCLIII. 1381.

LUDOVICUS A DOLA = Sequanus gente, de quo legendus P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin. Prodiit Opus postea et in fol.

Disputatio quadripartita contra prædeterminantium, et assertorum scientiæ mediæ modernorum opiniones.

Verba *Disputatio quadripartita* etc. non indicant opus diversum ab opere *De modo coniunctionis* etc. a Waddingo relato, sed sunt complementum eius tituli.

MMDCLIV.

LUDOVICUS DONATUS patritius Venetus vir genere, ac virtutibus clarissimus eos in Minorum Religione progressus fecit, ut dicendi facultate, et Philosophicis, Theologicisque disciplinis nemini concederet; sub Urbano V. unus fuit e fundatoribus Collegii Theologici Bononiensis Academiæ ex monumentis ejusdem Collegii, in quibus appellatur *urbanæ eloquentiæ pater;* exinde cum sac. Theologiæ Doctor illustris haberetur, et esset, factus est Venetiis contra hæreticam pravitatem Inquisitor, et anno 1379. sui Ordinis Generalis Minister; quo munere una cum Zacharia Contareno pacem inter Venetos, et Genuenses Regemque Hungariæ componendam sategit: triennioque post ab Urbano VI. primus Venetorum inter Rom. Ecclesiæ Purpuratos adlegitur tit. S. Marci; sed tempora teterrimi schismatis sævissima nactus an. 1386. Genuæ die 11. Januarii vitam linquere coactus est; cum scripsisset

Conciones, et Orationes, aliaque, quæ ad meam non venerunt notitiam. Joseph Eggs in Bibliotheca Purpurata scribit edidisse etiam

Librum exhortationum ad Fratres:

Sermones de Tempore:

Comment. in VII. *psalmos Pœnitentiales.*

Opus Ludovici de Sanctis, et primo de S. Andrea incip. *Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem* etc. *psal.* XIV. *Hæc verba optime conveniunt B. Andreæ* etc. cod. 91. Biblioth. Venetæ Bessar. in 4. membran. hoc titulo: *Incipit Opus Ludovici de Sanctis* ex Indice ejusdem pag. 64.; et Bibliothecarius suspicatur, an sint *Ludovici de Lyrano,* vel *Cæsenat.;* add. et *Donati Veneti.*

Memorant hunc Barthol. Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Ord. Min. Cardinales, et Confor. XI. par. 2. in prov. Veneta; Marinus Sanutus in Vita Andreæ Contarini LV. Ducis Venet. apud to. 22. Rer. Italic.; Contelorius in Elogio Cardinalium; aliique plures apud Waddingum in Annal. Min.

Anno 1385, die 11 ianuarii secundum A. M. Quirinum (Tiara et Purpura Veneta, Brixiæ 1761, p. 22), die 12 secundum C. Eubel (Hierarchia catholica medii ævi, I, Monasterii 1898, pp. 22-23), carceri mancipatus est; extinctus mense decembri eiusdem anni (Quirinus, ibid.; Eubel, ibid. et p. 43). Conferatur Theodericus de Nyem, De scismate libri tres, Lipsiæ 1890, p. 110.

Qui plura desiderat, adeat: P. Gianfrancesco da Venezia, Fr. Lodovico Donati dell'ordine dei Minori, primo cardinale Veneziano eletto ad istanza della Veneta repubblica, cenni biografici. (Verona, Marchiori, 1882, in 8).

MMDCLV.

S. LUDOVICUS Episcopus Tolosanus ex regia progenie *Valesia* filius Caroli II. Regis utriusque Siciliæ, et Hierusalem natu major sub cura Fratrum Minorum, eorumque, ac aliorum Doctorum disciplina magnos tam in literis humanioribus, quam sacris progressus fecit; tanta enim doctrina, morum honestate, et vitæ gravitate præditus adhuc adolescens erat, ut nondum ætate ad Ordines Minores idoneo Cælestinus V. administrationem *Lugdunensis* Ecclesiæ Galliarum Primatis demandarit; mox Instituto S. Francisci, habituque suscepto, creatur a Bonifacio VIII. *Tolosanus* Episcopus; quo in munere *prædicabat populo, et Clero multoties: nam prædicavit Romæ in Consistorio, Parisiis, Tolosæ, in Monte Pesulano, et aliis locis.... et adeo ejus prædicatio fuit utilis, et fructuosa, quod nonnulli Judæi ad fidem sunt conversi, quos sacro fonte Baptismatis innovavit*: inquit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de eo in *provincia Provinciæ* verba texens: et Joannes XXII. in Bulla ejus Canonizationis: *sub institutione,* ait, *Fratrum Minorum, quos secum habebat in socios, in primitivis scientiis, et sacra pagina sic profecit, quod vir Dei pollens ingenio de prædictis scientiis non solum publice, et private subtiliter disputare valeret, sed et solemniter Clero, et populo proponere verbum Dei, ut putaretur scientia hæc infusa sibi magis divinitus, quam humanitus acquisita*: eaque vitæ sanctitate sese extulit, quam orbis Christianus norit juvenem Regium nondum 24. ætatis anno completo ad perennem totis viribus gloriam contendisse admiratus; et ob quam innumeris et in vita, et post mortem signis, et prodigiis refulgens ante 20. ab obitu annum a memorato Joanne XXII. in Sanctorum albo adscribi meruit. De eo Act. SS. Collect. Bolland. sub die 19. Augusti. Scripsit

Conciones varias, quas variis locis, variisque de causis habuit: et

Testamentum suum, quod condidit; et erutum e latebris ex antiquissimis codd. evulgavit vir eruditissimus Antonius Pagius ejusdem Ordinis in fine quorumdam *Sermonum S. Antonio Patavino* adjudicatorum Avenione 1684. typis Petri Offray.

In « Archivum Franciscanum Historicum » A. II (Ad Claras Aquas, 1909), pp. 378-383 ab Ambrosio Amelli O. S. B. edita est ex codice Laurentiano-Ashburnham 1051 eius disquisitio quædam *de subiecto musicæ sonoræ.* In ea auctor memorat librum, quem *de ipsius commendacione* scripserat.

De hoc sancto viro, qui institutum S. Francisci professus est Romæ die 24 Decembris 1296 obiitque die 19 Augusti 1297, conferantur præsertim Vita conscripta a Johanne de Orta synchrono et oculato teste, quæ prodiit genuina ex tribus mss. in « Analecta Bollandiana » IX, 1890, pp. 278-353; et Actus originales processus eius canonizationis extantes Mutinæ in bibliotheca Estensi, ms. Campori 169 sæculi XIV ineuntis; deinde etiam: Verlaque, Saint Louis, prince royal, évêque de Toulouse et la famille d'Anjou au XIIIe siècle d'après des documents inédits. Paris, 1885; Liv. Oliger, Louis of Toulouse, in « The Catholic Encyclopedia » IX, New York 1910, pp. 385-386.

MMDCLVI.

LUDOVICUS DE ESCOBAR Hispanus Regul. Observ. prov. Castellæ habito literario cum Friderico Castellæ Architalasso, cujus Confessarius erat, commercio edidit

Proverbialia responsa CCCC., quorum editio secunda, *adjectis ab autore* C. *glossis,* facta est Pinciæ an. 1550. in fol. typis Francisci Alphari.

Responsa alia CCCC. Ibidem an. 1552. in fol. apud Cordovam.

Historiam Caracæ, vernacule *Guadalaxara,* teste Comite de Mora in Hist. Toletana p. 189.

Claruit an. 1551. in Cœnobio de Rio Secco prov. Conceptionis ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 296.

Las

Digitized by Google

Las quatrocientas Respuestas a otras tantas preguntas, que el illustryssimo señor don Fadrique Enrriquez: Almirante de Castilla y otras personas en diuersas vezes embiaron a preguntar al auctor, que no quiso ser nombrado, mas de quanto era frayle menor, con quinientos prouerbios de consejos y auisos, por manera de letania. En Valladolid a costa e yndustria de francisco fernandez de cordoua ympresor y de Francisco de alfaro platero, 8 de Julio 1545, in fol.; en Zaragoza en casa de Jorge Coci, 16 de Setiembre a. 1545, in fol.; et, *con las cient glosas o declaraciones, que nuevamente añadio su propio autor*, en Valladolid, en casa de Francisco fernandez de Cordoua, 25 de Mayo 1550, in fol.

La segunda parte de las Quatrocientas respuestas en que se contienen otras quatrocientas respuestas à otras tantas preguntas, que el Illustrissimo señor don Fadrique enrriquez Almirante de Castilla y otras personas embiaron a preguntar al mesmo Auctor, assi en prossa, como en metro. Con cinquenta declaraciones o glosas, en los lugares que parescio ser mas menester por el mesmo Auctor. En.... valladolid por Francisco de Cordoua, y a costa de Francisco de Alfaro, 1552, in fol.

Eidem debetur etiam

Officium transfixionis beate Marie virginis, rursus impressum Cæsaraugustæ in ædibus Georgii Coci a. 1522 in 8.

MMDCLVII.

LUDOVICUS DE EZIIRA Hispanus sac. Theol. Magister, et provinciæ Castellæ an. 1466. Minister scripsit

Conciones de B. V. Maria, quæ mss. in fol. perantiquis characteribus exaratæ asservantur Toleti in Biblioth. Conventus S. Joannis Regum sub FF. num. 15., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 302.

MMDCLVIII. 1382.

LUDOVICUS FERNANDEZ = tertii Ord. Claustralis, Theologus, et concionator clarus, de quo Bordonus, Vernon, et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCLIX. 1383.

LUDOVICUS EX FILICARIA = patritius Florentinus Ordinis Capuccinorum alumnus edidit etiam

Acta Apostolorum hetrusco carmine Venetiis impres. an. 1549. in 4. ad signum spei; nec non

Evangelia in unum historice unita italice ex autore Biblioth. Italicæ pag. 224.

Marius Crescimbeni vol. 1. Comment. Hist. Poesis vulgaris hunc dicit *Capucinum*, et recte ex ejus Operibus, disseritque de utroque ejus Opere *Vita S. Francisci*, et *Actis Apostolorum;* Julius vero Niger in Scriptor. Florent. *Regular. Observ.* alumnum pronunciat, sicut etiam Gonzaga, Willotus, Possevinus, et Terrinca 3. par. Theatri Hetrusci Minor. tit. 1. ser. 4.; sed errant, et legendus Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. Joan. a S. Anton. tomo 2. pag. 296. citat tantum Terrincam, et Teisserium, et ait edidisse anno 1490.

Ecce accuratius tituli eius operum:

La Vita del nostro Salvatore Jesu Christo, ouero sacra storia euangelica tradotta non solo di latino in uolgare, ma etiam in uerso per dare materia al lettore di piu suauemente corre el frutto necessario alla uita di ciascuno fedel christiano dallo euangelico arboro, per me inutile seruo di Christo frate Lodouico da filicaia da firenze frate Capuccino. In Venetia per Nicolo de Bascarini MDXLVIII. in 4. Sequuntur tria capitula ex tristichis composita de S. Joanne Baptista, et sex alia carmina minora vario metro; omnia italice.

Gli Atti de gli Apostoli secondo San Luca, tradotti in lingua volgare: in terza rima; la Vita anchora et morte de dodici Apostoli di Jesu in quarta rima:... In Venetia al Segno della Speranza. 1549. in 4.

Leggenda overo vita del dispregiator del mondo, Christifero Santo Francesco composta in ottaue rime:.... In Venetia al Segno della Speranza 1549. in 4. Divinare nequeo unde hauserit Waddingus hanc vitam editam esse a. 1493.

MMDCLX. 1384.

LUDOVICUS A S. FRANCISCO = Ulyssiponensis patria, provinciæ S. Jacobi Theologus, olimque Pontificii juris interpres: ejus Opus

Globus, et canon arcanorum etc. in x. libros divisum est ex Jo: a S. Anton. to. 2., impressumque Romæ an. 1586. in 4. m. typis Bartholomæi de Grassis, ut codex a me lectus Bononiæ in Biblioth. S. Franc. habet, et ex Biblioth. Hispan., et Barberina. De eo Waddingus ipse in Opusculo *de hebraicæ linguæ origine* etc. ait: *Ludovicus Lusitanus Minorita post publicam in Academia Salmantina Imperatoriarum, et Pontificiarum legum interpretationem, et post Theologiæ professionem inter Minores quinquagenarius, et ultra huic se adjunxit disciplinæ* (linguæ hebraicæ); *ut ipse fatetur in prologo suarum Institutionum hebraicarum: in qua tam doctus evasit, ut quædam sui ingenii, et eruditionis in hoc argumento transmiserit ad posteros monumenta.* Scripsit etiam a se habitam

Orationem funebrem in obitu Fr. Marci Valladarii. Ibidem an. 1587. in 4. ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 27., et Joan. a S. Anton.

Opus *Globus canonum et arcanorum* (non autem *Globus, et canon arcanorum*) *linguæ sanctæ ac divinæ scripturæ* excusum est Romæ a. 1586 impensis Bartholomæi de Grassis ab Alexandro Gardano et Francisco Coattino sociis.

MMDCLXI. 1385.

LUDOVICUS FUNDONI = Regul. Observ., Valentinus, Concionator pius scripsit lingua vernacula

De Corpore, et Sanguine Christi. Valentiæ per Joan. Chrysostomum Garriz 1614. in 4.

De præparatione ad communionem, ac præsentiam sacramentalem. Ibidem an. 1617. in 32. per eumdem.

De præviis ad mortem dispositionibus. Ibidem per eumdem an. 1621. in 4. ex Joan. a S. Anton., Nicolao Anton., et Autore Biblioth. Valentinæ.

MMDCLXII. 1386.

S. LUDOVICUS GALLIARUM REX = quem *Franciscanorum Ordini* adjudicavit etiam B. Pacificus Novariensis in *Summa* casuum conscientiæ dicta *Pacifica* an. 1473. edita cap. 6., et Nicolaus Lugarus Cremonensis Rhetor clarissimus in *Panegyrica Oratione* an. 1488. habita pro Comitiis General. Cremonæ a Francisco Sampsone coactis, quæ typis edita legi potest; nam et *B. Isabella* ejus soror germana extitit Ordinis S. Claræ, et S. Ludovicus Episcopus ejus nepos Minorita; eum certe *caputium capitis super scapulas* gestasse legimus apud autorem lib. 2. Apum c. 134. dist. VI. in Speculo exemplorum.

Pragmatica sanctio anno 1268. *constituta*, nec non

Tractatus ejus cum Raymundo Comite Tolosate an. 1228. *factus*, et

Statuta ejus num. 32. *pro reformatione morum an.* 1255., atque

Testamentum, omnia habentur etiam in Collectione Hist. Francicæ Andreæ Duchesnii to. 5. una cum

Statutis aliis pro libertate Ecclesiæ an. 1228. *conditis*, quæ etiam habentur in ultimis Conciliorum editionibus. Nonnulla etiam leguntur apud Waddingum, et Surium.

Ejus

Digitized by Google

Ejus *Epistola* longa de sua captivitate, ac liberatione a Saracenorum manibus legitur in Melissani Supplem. ad Annal. Min. Waddingi sub an. 1250. n. 5. incip. *Ad decus.*

Ad hunc scripsit *Regulam Regum* Fr. Gilbertus Tornacensis Minorita Theologus, ut ibi dictum est.

Plura de eo reperies in Recueil des Historiens des Gaules et de la France, XX-XXIII, Paris 1840-76. Inter scriptores, qui ad rem nostram magis faciunt, est Daunou, Louis IX roi de France, in Histoire littér. de la France, XIX (1838), pp. 143-171; ceterum cf. amplissimam litteraturam apud U. Chevalier, Repertoire des sources hist. du Moyen Age, Bio-Bibliographie, 1905, coll. 2873-83.

MMDCLXII bis.

LUDOVICUS GOMEZ, de quo vide inter Martyres, scripsit

Relationem Martyrii Ven. Fr. Jo. a S. Martha Minoritæ.

* LUDOVICUS GRANATENSIS, quem refert Joan. a S. Anton. to. 2., fuit Ord. Prædic., ut apud Jac. Echardum to. 2. pag. 287.

MMDCLXIII. 1387.

LUDOVICUS GUERILLUS = e Pinarolio in Subalpinis oppido diœcesis Taurinensis Regul. Observ. Theologus, provinciæ S. Thomæ Apostoli Minister erat an. 1637.; de quo videatur Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemontanorum, Britius in Monumentis Subalpinæ provinciæ S. Thomæ pag. 291., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCLXIV.

LUDOVICUS, quem alii *Lucam* vocant, e Guevara Hispanus scripsit

Disputationes de voluntate Dei, teste Francisco Haroldo in Addition. mss. ad Bibliothecam Franciscanam Waddingi apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 34., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCLXV. 1388.

LUDOVICUS HIERONYMI = anno 1620. factus est Episcopus Civitatis Imperialis in regione Chili; obiit autem an. 1628.; deque eo Franciscus Haroldus in *Lima limata Conciliis* etc. pag. 181.; autor Biblioth. Hispan. pag. 35.; Joan. a S. Anton. to. 2.; et Andreas Barcia par. 2. Biblioth. Indicæ pag. 713., et 780.

Symbolum Indianum Catholicum una cum *Descriptione nori orbis, et incolarum,* atque *Ordine tradendi doctrinam Christianam in linguis quichua, et aymara* idiomate hispano. Limæ an. 1598. in fol.

Corona Virginis Mariæ. Matriti an. 1619. in 4. typis Cosmæ Delgado.

Relatio de Martyribus Franciscanis, qui in Florida passi sunt hispanico idiomate. Limæ an. 1604., et 1612. in 4. Scripsit quoque eodem idiomate

Relationem de vita, et miraculis S. Francisci Solani cusam in 4.

Rituale Peruanum extat Romæ in bibliothecis Nationali et Angelica. De eo videsis Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 473; J. Ch. Brunet, Manuel du libraire. Supplément par P. Deschamps et G. Brunet, II, Paris 1880, col. 99.

MMDCLXVI. 1389.

LUDOVICUS IMOLENSIS = *de Bagnariis* cognomento, ut ex monumentis Cœnobii S. Francisci Ferrarien., ubi anno 1462. Lectoris, an. vero 1463. concionatoris munere fungebatur; et circa annum 1470. Collegio Theologorum illius Universitatis adscriptus invenitur ex Catalogo illius Collegii nuper a Cl. Viro Ferrante Borsetto in 2. parte Hist. Gymnasii Ferrarien. lib. 5 publicato. Fuit enim Theologus, et Ecclesiastes suo tempore illustris; propter quod et suæ provinciæ Bononien. Min. Convent. factus est Minister, et a Sisto IV. anno 1478. *annuam pensionem* accepit, ut ex Rege. Pontif. apud Alvam in Indiculo Bullar. Seraph. num. 31. habetur, ubi dicitur *Fr. Ludovicus de Bagnanis,* sed leg. *de Bagnariis;* pauloque post constituitur Ordinis in Romana Curia Gener. Procurator, de quo Jacobus Volaterranus, qui tunc Romæ, et in Curia morabatur, in *Diario Romano,* quod to. 23. Rer. Ital. Script. legitur, ait: *Anno* 1481. *die S. Stephani Protomartyris* in Vaticano coram Summo Pontifice *Orationem habuit Ludovicus Imolensis ex Minorum Ordine, qui fuit fere ab omnibus commendatus. Sermonem bipartitus est, primo de charitate disseruit; tum de morte narravit, quam dormitionem tota Oratione appellavit secutus Lucam de Protomartyre referentem. Prima Orationis pars postremi resolutior fuit, et, ut ita dicam, magis quadrata, et ideo magis ab auditoribus commendata: qua absoluta, si Orationi finem imposuisset, nullos, aut paucos magis commendatos habuisset hoc anno Orator ille: sed pars postrema aliquantulum evagata nonnihil ex jam parta commendatione detraxit. Eruditorum judicio existimatus vidisse, et legisse multa, sed male postmodum collocasse. Pontifex nihilominus et nutu, et verbis illum commendavit; et Cardinali Mediolanensi gratulatus est, in cujus familia Ludovicus esse dicebatur.* De hoc etiam Rodulphius lib. 2. fol. 268. in Custodia Ravennæ, et lib. 3. inter Scriptores agit, traditque Romæ et coram *Sixto IV.,* et coram *Innocentio VIII.* Orationes habuisse, ideoque adhuc an. 1485. in vivis fuisse.

Orationem etiam habuit *in funere Petri Ferrici Card. Episcopi* incip. *Cum sæpe alias* etc., quam cum aliis impressam Joan. a S. Anton. to. 2. ait se vidisse Matriti in Bibliotheca S. Martini ser. 143.

** *Oratio de nomine Jesu,* quam cum aliis de *S. Stephano,* et *in funere Card. Ferrici* memini me vidisse in Biblioth. S. Franc. Auximi, impressas nescio quo anno.

Oratio ad populum Bononiensem tempore Gener. Capituli ibi celebrati a. 1494. extat Romæ in Biblioth. Angelica.

Oratio in funere Card. Bessarionis habita Romæ in Ecclesia SS. XII. Apostolor. coram Sixto IV. ex stylo videtur esse huius autoris. **

Orationes duas habuit in die S. Stephani, priorem in capella Papæ coram Patrum senatu incip. *Ecce ego mitto ad vos prophetas... Verba sunt redemptoris nostri,* posteriorem coram Sixto IV incip. *Domine ne statuas illis hoc peccatum... Memini me alias in hoc solemni die et apud hunc celeberrimum conventum de laudibus beati Stephani disseruisse.* Prioris duæ antiquæ editiones extant, ambæ absque ulla nota typographica in 4, sed quæ prodierunt Romæ una typis Barthomæi Guldinbeck (Hain, Repertorium, 9161), altera Stephani Plannck (Hain, 9162); posterior, de qua loquitur Jacobus Volaterranus, impressa est item sine ulla nota in 4 Romæ typis Georgii Herolt, vel Sixti Riessinger et Georgii Herolt, c. 1482 (Hain, 9163).

Oratio de nomine Jesu habita est coram Innocentio VIII die primo Januarii a. 1486, prodiitque absque ulla nota Romæ per Georgium Herolt vel potius Eucharium Silber, in 4 (Hain, 9164).

Oratio

Digitized by Google

Oratio in funere Petri Ferrici, defuncti die 25 Septembris a. 1478, impressa est bis, item sine ulla nota in 4, Romæ typis Georgii Lauer (Hain, 9160), et typis Stephani Planck (Hain, 9159).

Oratio ad populum Bononiensem tempore quo generale fratrum Minorum concilium in civitate Bononiensi est celebratum a. 1494 excusa est in 4 absque ulla nota, sed Bononiæ per Platonem de Benedictis (Hain, 9165). Hic obiter notamus Waddingum (Annales Minorum, 2ª ed., xv, p. 95) referre hoc concilium ad a. 1495 contra Rodulphium, qui illud dicit celebratum a. 1494; pro Rodulphio extare etiam aliam editionem, nempe: *Quolibeta de intelligentiis impressa Bononiæ impensis Benedicti Hectoris ab Alexandro de Achilinis Bononie metaphisicam puplice docente Anno domini Mccccclxxxxiiii Kalendis iuniis In capitulo fratrum minorum edita.* (Cf. Pellechet, Catalogue gén. des Incunables des bibliothèques publiques de France, I, n. 42).

Oratio in funere Card. Bessarionis etc. auctorem habet Nicolaum Capranica episcopum firmanum (M. Catalanus, De Ecclesia Firmana, Firmi 1783, pp. 257-258; C. Eubel, Hierarchia ecclesiastica medii ævi, II, Monasterii 1901, p. 42, annot. 296).

MMDCLXVII. 1390.

LUDOVICUS A S. JOANNE EVANGELISTA = provinciæ S. Joseph Definitor, et ecclesiastes, suique Ordinis Romæ Commissarius Generalis Ultramontanus, anno 1609. kal. Decembr. a Paulo V. obtinuit confirmationem privilegiorum Ordini Minor. concessorum; et ut in singulis diebus Sabbatis festo 9. lectionum non impeditis recitari possit *Officium Immacul. Conceptionis* ex Joan. a S. Anton., qui addit, virtutibus, prophetiæ dono, doctrinaque fuisse illustrem: edidit lingua vernacula

Luz de Sacerdotes, y guja de Confessores, ubi continetur *omnis doctrina moralis ex primo Sententiarum libro:* sed leg. ex *quarto Senten. libro* tomis 2. in fol., quorum primus cusus fuit Matriti an. 1622. typis Joan. Cuesta in 4., et postea 1642 apud Didacum Diaz; tomus vero 2. ms. extat Matriti in Archivo Conventus S. Ægidii.

De instabilitate vitæ, cum exhortatione ad pœnitentiam, et satisfactionem de culpis hispanice. Ibidem 1625. in 8. apud Joan. Delgado.

De residentia rectorum Ecclesiarum 1634. ex Typographia Regia, et 1659. per Paulum de Val in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 1. Bibliothecæ; et antea an. 1637. per Joan. Sanchez in 8. una cum *tractatibus*

De electione opinionis: de consuetudine: de ignorantia: de necessitate: de legibus: de restitutione: de defectibus occurrentibus in celebratione Missæ; de orationibus jaculatoriis: et *de administratione Sacramentorum in casibus repentinis, et frequenti Communione* hispanice ex cit. Joan. a S. Anton. to. 3. in append.; et Biblioth. Hispan. pag. 35.

Artem, qua docetur via ad unionem cum Deo, adjectis tractatibus *de 7. gradibus perfectionis, de oratione mentali*, ac *orationibus jaculatoriis.* Ibidem anno 1640. in 8. ex Typographia Regia, teste eodem Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 298., et 299.

Tratado de la administracion de los Sacramentos prodiit ex Nicolao Antonio (Bibliotheca hispana nova, II, Matriti 1788, p. 44) Matriti a. 1637.

MMDCLXVIII. 1391.

LUDOVICUS DE S. LEONE = prov. Marchiæ, Feretranæ regionis, et Custodiæ in finibus Flaminiæ, Hetruriæ, et Umbriæ anno 1527. factus est suæ provinciæ Minister; cum antea anno 1522. Florentiæ legens suis edidisset

Diloseon super 1. *Senten. Scoti*, quod ms. chartaceum in fol. habetur Asisii in Bibliotheca, seu Tabulario sacri Conventus S. Francisci.

1392.

LUDOVICUS E LYRANO = leg. *e Pyrano*, ut infra: error enim fluxit ex Gonzaga, a quo alii acceperunt.

MMDCLXIX. 1393.

LUDOVICUS DE MALVEDA = *Malvenda* in Hispano Indice librorum prohibitor. nota confixus legitur ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 39. De eo Joan. a S. Anton. ex Alphonso Lasor to. 2. *Universi* fol. 400., ubi dicit Opus cusum in fol.

MMDCLXX. 1394.

LUDOVICUS DE MANGANELLIS = cujus

Discursus super primum, secundum, et tertium caput Canticorum Salomonis juxta ordinem quæstionum Scoti in 2. libro Sententiarum prodiit iterum Matriti eodem anno 1619. in 4. apud Thomam Junctam, ubi adducit

Brevem paraphrasticam expositionem supradictorum Canticorum Salomonis, præmittitque

Vitam Doctoris Subtilis Joannis Scoti.

Liber primus correspondens primo l.b. Sentent. Scoti Doctoris subtilis. Discursus prædicabiles Theologici speculativi in modum meditationum, et soliloquiorum, per quos habetur expositio primi et secundi Cantici Canticorum Salomonis, iuxta doctrinam et ordinem quæstionum Scoti in primo libro Sententiarum..... cum brevi, ac paraphrastica expositione.... Matriti, Ex Typographia Regia (in fine: Apud Thomam Juntam Typographum Regium), 1619. *Liber secundus correspondens secundo libro Sent. Scoti. Discursus prædicabiles* etc. *per quos habetur expositio primi, secundi, et tertii capit. Cantic. Salomonis, iuxta ordinem quæstionum Scoti in 2. libro Sententiarum.... Cum paraphrasi.....* Matriti, Apud Thomam Juntam Typographum Regium 1619. 2 par., vol. 1 in 4. — Ex censuris theologorum, approbatione Ministri Generalis, et epistola auctoris ad eum libro primo præmissis apparet Ludovicum scripsisse et imprimendos curasse etiam *discursus.... secundum doctrinam Scoti in tertio Sententiarum*, sed nescio utrum hic liber tertius umquam prodierit.

MMDCLXXI.

LUDOVICUS MELITENSIS ex Reformatis provinciæ Vallis Mazariæ in Sicilia celebris Theologus, Definitor, et S. Officii Qualificator edidit italice

Vitam Ven. Servi Dei Fr. Innocentii a Clusia Romæ impressam. Migravit ad Dominum an. 1633., ejusque corpus an. 1646. corruptionem non viderat ex Chronicis Fr. Francisci Agrigentini apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 301.

* LUDOVICUS MESSANENSIS = V. *Ludovicus Visitanus*, quem eumdem existimo.

MMDCLXXII. 1395.

LUDOVICUS MIRANDA = scripsit partim *latine*, et partim *hispanice*. Latine sunt

Manuale Prælatorum Regularium, seu *Directorium*, quod prodiit Romæ an. 1612. in 4. tomis 2. ex Ind. Biblioth. Barber., postea Salmanticæ 1615. in fol., et Placentiæ, ac Augustæ Vindelic. 1616. in fol. apud Kruger: quod Opus a Paulino Berti Lucensi Tusco Erem. S. Augustini auctum, locupletatumque vulgatum est Coloniæ apud Jo: Kochium, al. Crithium an. 1617. in fol., teste Miræo in par. altera Biblioth. Eccles. sec. XVII. num. 190., et anno 1630.

Tractatus

Digitized by Google

Tractatus de sacris Monialibus. Salmanticæ anno 1614. in fol. apud Viduam Francisci de Cea; et italice conversus prodiit Placentiæ an. 1616. typis Joan. Bazachii.

De ordine judiciario etc. prodiit etiam an. 1623. in 4. tomis 2.

Tractatus de sacris Scripturæ sensibus in 26. *quæstiones divisus.* Salmanticæ 1625. in 4.

Pro Immaculata sacræ Deiparæ Conceptione defensio. Ibidem 1626. typis Antoniæ Ramirez in 4. Hispanice vero extant

Expositio Regulæ Fratrum Minorum, quæ prodiit primum Salmanticæ anno 1609. per Arturum Tabernier.

Expositio Regulæ S. Claræ. Ibidem an. 1610.

Expositio Regulæ Tertiariorum. Ibidem anno 1619. in 4. per Arturum Tabernier; estque editio tertia.

Instructio doctrinalis pro Novitiis etc. 1616.

Collationes spirituales etc. 1617.

De incongruentia novi gubernii Vicarii Generalis Discalceatorum tractatus apologeticus. Ibidem typis Antonii Ramirez anno 1604.; sed suspicor reponendum esse 1624., quo FF. Discalceati *Vicarium Generalem* obtinuerunt a Gregorio XV.

De Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis tractatus alter. Ibidem 1621. in 4. apud Didacum Cusium.

Expositio sphæræ Joannis a Sacrobosco aucta cum iis, quæ super ea senserunt Franciscus Juntinus, Elias Vinetus, Christophorus Clavius, et alii, ad Ferdinandum Hispan. Infantem. Ibidem an. 1629. apud Hyacinthum Tabernier ex Biblioth. Hispan. pag. 42.

De indebita multiplicatione Conventuum tractatus in 4. impressus absque anno, et loco.

De conservatione regnorum Hispaniæ tractatus in 4. absque anno, et loco, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 301., et 302.

Manualis Prælatorum Regularium et *Tractatus de sacris Monialibus* a F. Paulino Berti emendati ac summariis ad singulas quæstiones locupletati prodierunt *primum,* et *latine,* non italice, Placentiæ a. 1616 apud Joannem Bazachium, 3 voll. seu part. in fol. *Tractatus de sacris Monialibus* extat etiam cum *Manuali* edito Romæ (apud Bartholomæum Zannettum) a. 1612, Coloniæ sumptibus Hæredum Joannis Crithii a. 1617, aliisque locis.

Ordinis iudiciarii, et de modo procedendi in Causis criminalibus tam in Foro Ecclesiastico, quam sæculari quæstiones xxx. in duos tomos distributæ. His accessit Criminalis Praxis, Canonica et Regularis. Venetiis, 1629, Apud Bartholomæum Fontanam. 3 part. in 4. Ab auctore ipso dicitur liber longe maiori cura et diligentia quam antea elaboratus, auctus adeo ut ratione quadam de novo editus dici possit, aut saltem in præstantiorem alium commutatus.

MMDCLXXIII. 1396.

LUDOVICUS MONDELLUS = sac. Theologiæ Doctor Parisiensis, et humanarum literarum cultor eximius, cui anno 1510. conceduntur, vel confirmantur gratiæ, seu privilegia jam concessa ex Regesto Ordinis pag. 88. de *prov. Mediolani;* non edidit *Novum epistolarium ad Marium Philelphianum,* sed Marius Philelphus Francisci filius, artium, et utriusque juris Doctor, Eques auratus, ac Poeta laureatus ad eum misit *Novum epistolarium* literis datis *ex Urbino sesto idus Febr.* MCCCCLXXVII. *ad religiosissimum Patrem, sapientemque Theologum Ludovicum Mondellum Mediolanensem ex Seraphico Minorum Ordine.* Ludovicus vero post obitum Marii illud curavit typis Parisien. mandari, dicavitque *Octaviano Ubaldino Mercatelli Domino Ducis Urbini germano, doctorumque virorum patrono* literis datis *Parisii tertio kalend. Maji* MCCCCLXXXI. satis elegantibus; cui Octavianus rescripsit *ex Urbino tertio nonas Julii* eodem anno 1481., ex quibus literis elucet amicitia, quæ inter eos intercedebat. Porro *epistolarium* illud prodiit etiam Mediolani an. 1484. per Pachel, et Scinzenzeler ex to. 1. Biblioth. Scriptor. Mediolanen. Argelati col. 577.; iterumque excusum fuit cum eisdem literis Venetiis an. 1492. in 4. per Joan. de Cerreto, al. de Tridino; extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; et denuo prodiit Parisiis in 4. per Nicolaum de Pratis sine anno, sed, ut videtur, anno 1511. Memorat hunc virum Willotus in Athenis Franciscanis.

Inter Scriptores *de re Botanica,* seu de herbarum cultu, ac virtutibus recensetur et *Aloysius,* seu *Ludovicus Mondellus,* hic ne, vel alius, haud facile dixerim. Fuit autem ex veteri, nobilique familia *Mondella,* ex qua jam anno 1234. *Otho* invenitur Prætor fuisse Patavii, ut habetur in Vita Eccelini Tyranni..

Epistola ad Octavianum Ubaldinum præmissa est aliis etiam, fortasse omnibus, editionibus Novi Epistolarii Marii Philelphi, quæ sæculo XV prodierunt. A nostro scriptore prorsus diversus est Aloisius Mundella auctor Annotationum in Antonii Musæ Brasavolæ simplicium medicamentorum Examen, quippe qui fuerit medicus brixiensis, viveret adhuc a. 1549, ut ex eius Epistolis medicinalibus apparet, quinimo ex Nouvelle Biographie générale, XXVII, Paris 1865, col. 931, vitam produxerit usque ad a. circ. 1570.

* LUDOVICUS N. HISPANUS, de quo Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 302., est *Ludovicus de Eziira,* de quo supra.

MMDCLXXIV.

LUDOVICUS A NATIVITATE Lusitanus Regul. Observ. Lector emeritus prov. Portugalliæ scripsit sermone patrio Opusculum inscriptum:

Divinitas Filii Dei incarnati. Ulyssipone an. 1645. in fol. apud Laurentium Anveres.

Laudes Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum ms., teste Cardoso apud Nicol. Anton.

Concionum variarum tomos 3., teste Fr. Ferdinando a Solitudine to. 5. Chron. dictæ provinciæ. Hujus meminit et Emanuel Cajetanus de Sousa to. 2. Expedit. Hispan. S. Jacobi Major. num. 381. apud Joan. a S. Anton.

Divindade do Filho de Deos humanado Jesu Christo Redemptor, e Salvador do mundo mostrada nos Encomios Divinos, com que a Igreja Catholica a festeja nos dias Classicos de suas solemnidades com huma declaraçaõ sobre o pellote de D. Joaõ o I. de boa memoria intitulada retrato de Portugal Castelhano. Primeira Parte. Lisboa por Lourenço de Anvers. 1645. in fol. Secunda pars cum licentiis ipsis prelo parata erat.

Obsequios Virginaes, e Eucharisticos. Acçoens del Rey D. Joaõ o IV. *nosso Senhor Rey de Portugal. Aplaudeos a Religiaõ Serafica dos Frades Menores grata no Juramento que Sua Magestade com seu Reyno junto om Cortes fez em 24. de Março do anno de 1641. de ter, e defender a Purissima e Immaculada Conceiçaõ da Virgem Maria Nossa Senhora.* Ms. in 4.

Encomios Eucharisticos aplicados pelos Domingos, e Festas do anno. Ms. in fol. Opus prelo paratum.

Excerptæ Cogitationes ex Lectione diaria in sacrum Codicem. Plusquam duo millia locorum communium ex S. Scritura illustratorum. Ms. in fol.

Obiit Ulissipone a. 1656.

Ex D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, pp. 122-123.

MMDCLXXV.

Digitized by Google

MMDCLXXV. 1397.

LUDOVICUS A NAZARETH = ut in Appendice Waddingi ad hunc librum a Joanne a S. Antonio exscripti.

MMDCLXXV bis.

LUDOVICUS NUTI Asisiensis Minor. Conventual. sac. Theol. Baccalaureus edidit

Vitam S. Claræ Virginis, et

Poema drammaticum in eiusdem laudem. Perusii anno 1590. typis Petri Pauli Orlandi.

La divotissima Rappresentatione Della Serafica vergine, e Sposa di Christo Santa Chiara d'Assisi. Raccolta dal R. P. Baccelliere Fra Lodouico Nuti d'Assisi, Min: Conv: di San Francesco. In Siena, s. a. (sec. XVI), in 4; 12 ff. c. 3 figg. — In Siena. Alla Loggia del Papa. 1615. in 4. — In Siena alla Loggia del Papa. s. a. in 4. — Et ex Catalogo Hibbert, n. 6872: S. n., in 4.

Cf. Colomb de Batines, Bibliografia delle antiche rappresentazioni italiane, Firenze 1852, p. 67, n. LXXXVII.

MMDCLXXVI. 1398.

LUDOVICUS PARISINUS = forsan *Ludovicus Pipre*, ut infra, suæ provinciæ Parisien. Definitor, ac sac. Theologiæ Professor, doctrina illustris, et de tota sua provincia optime meritus; de eo meminit Cardinalis Bona apud autorem Biblioth. Capuccin., et Arturus ad diem 4. Octobris §. 3. Martyrol. Franciscani.

Expositio literalis super Regulam Fratrum Minorum secundum mentem S. P. Francisci prodiit etiam Parisiis an. 1623. apud Jo: Fovet, et Lugduni anno 1631., et 1633. in 32. ex Joan. a S. Anton.

Exposition litterale de la Regle des FF. Mineurs.... Quatriesme edition. A Paris, Chez Jean Foüet, 1625, in 32.

MMDCLXXVII. 1399.

LUDOVICUS PASCHALIS = edidit etiam

De debito Pastorum, et *de spiritibus* opus mysticum. Tolosæ 1626. in 8. tomis 2. ex to. 1. Biblioth. Barberinæ pag. 170., et Joan. a S. Anton.

Extat *Desabusement des esprits vains qui samusent a chercher dans l'art, ce qui n'est que dans la nature: et dans la nature ce qu'elle n'a pas. Où on voit les merueilles de la Sapience Diuine.... par Maistre Louis Pascal Prestre et Bachelier en Theologie.* A Tolose, Par la Vefue de J. Colomiez, et Raym. Colomiez, 1626, in 16. Utrum de hoc opere Sbaralea loquatur. et eius auctor ad Reg. Observantes transierit nescio.

MMDCLXXVIII.

LUDOVICUS PIPRE Gallus natione Ord. Capuccinor., quem cum non memoret autor Biblioth. Capuccinor., forsan alius non est a *Ludovico Parisiensi*, de quo supra; florebat quippe circa an. 1640. ex Joan. a S. Anton., ediditque idiomate Gallico

Tractatum de 4. obligationibus Parochorum. Antuerpiæ an. 1635.; et Parisiis 1657., teste Dupino sec. 17.

Parochophilus, seu de quadruplici debito in propria Parochia persolvendo: Concionis, Missæ, Confessionis Paschalis, Paschalisque Communionis. Authore R. P. Bonaventura Bassean, Capucino Prædicatore. Ludovicus le Pippre, verus auctor huius operis, quod videtur numquam gallice prodiisse, ut suum nomen ementitus est, ita et religiosum institutum, quum fuerit Canonicus regularis, non Capuccinus. Cf. Ellies Du Pin, Nouvelle Bibliothèque des auteurs ecclesiastiques, XVII. Amsterdam 1711, p. 183.

MMDCLXXIX.

LUDOVICUS DE PIRANO Foroliviensis sacræ Theologiæ Doctor celeberrimus, et Orator disertissimus, quem latina, græcaque lingua præditum, et morum honestate præstantem, sibique veteri amicitia conjunctum scribit Franciscus Philelphus epist. 34. lib. 24. an. 1428. ad Ambrosium Camaldulensem Monachum data; Philosophorum, Theologorumque suæ ætatis *princeps* appellatur a Fl. Blondo scriptore synchrono Reg. 6. Ital. Illustr. de Forolivio disserente; quo factum, ut anno 1434. cum esset *Minister provinciæ S. Antonii de Padua*, interfuerit Concilio Basileensi, et in *Cœna Domini collationem*, seu sermonem habuerit ad Patres Concilii ex Supplem. Concilior. Labb. nuper Lucæ edito to. 5. col. 32., ubi dicitur *Magister Ludovicus de Piramo Minister provinciæ S. Antonii de Padua;* deinde ab Eugenio IV. anno 1436. Episcopus Seniensis in Liburnia primum, deinde insequenti anno Foroliviensis Episcopus in Flaminia crearetur; quo munere non solum Ferrariensi Concilio Œcumenico interfuit, sed et inter primos pro Catholica fide contra Græcos disputatores locum obtinuit; in quo præ ceteris an. 1438. die 8. Novemb. *sermonem gravissimum, ac eruditissimum* habuisse, quo probavit, in *Symbolo* CP. *additionem Filioque* non esse vere, et proprie additamentum, sed declarationem, et 11. die idem argumentum adeo feliciter prosecutum ex Actis Concilii observavit Waddingus in Annal. Min. ad eum ann., ut eum singulari laude, et gratiarum actione dignum judicarent Latini, et ipsum admirarentur Græci; additque eum etiam die 27. Januarii an. 1438. *concionem pro Concilio* habuisse in majori Ecclesia Ferrariensi coram Eugenio IV. Anno 1440 jussu ejusdem Eugenii IV. una cum Mauro Abbate S. Mariæ Nomasensis Veronen. cognovit, confirmavitque fines diœcesis Episcopatus Ferrariensis literis dat. Ferrariæ die 15. Julii, quæ servantur in Tabulario Capituli eiusdem Episcopatus, in quibus dicitur *Ludovicus de Piramo Episc. Forolivien.;* etiam *de Pirramo* dicitur a Waddingo in Annal. Min.; at in Regesto Pontif. apud eumdem *de Pirrano*, uti et apud Ughellum to. 2. Ital. sac., ubi adnotatum legimus eum jam ætate confectum anno 1446. dignitate Episc. se abdicasse. Nec multo post obiit; reliquitque post se juxta Rodulphium lib. 3. in *Ludovico N.*

Feriales Sermones per totum annum:

Commune Sanctorum; et alia: inquit Gonzaga par. 2., qui mendose vocat *Ludovicum e Lyrano:* mendumque excripserunt Possevinus, et Waddingus supra. Eysengrenius autem, et Willotus in *Ludovico* N. ignoto, de quo etiam Waddingus egit, addunt præter *Feriales Sermones*, et *Commune Sanctorum* scripsisse et

Sermones CLXXI *ad Religiosos.*

Sermones extraordinarios.

De B. V. Maria.

De Angelis, et

De quibusdam Sanctis separatim: et forsan hujus sunt *Sermones*, qui habentur in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 91. Bess. in 4. hoc tit. *Incipit Opus Ludovici de Sanctis* etc.; de quo vide supra in *Ludovico Donato.*

Ludovici Foroliviensis tractatus de potestate Papæ ad Eugenium IV. ms. extat Romæ in Biblioth. Vatic. cod. 4143. ex to. 1. Biblioth. mss. Montfaucon. Extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.

Digitized by Google

Franc. cod. ms. membran. in 4. *Diversorum autorum* Opuscula referens, in quo potissimum habebantur *Leonardi Aretini epistolæ, et Orationes,* quas inter extabat et sequens

Oratio funebris Fr. Ludovici Pyranensis pro Francisco Cornario Patavii mortuo habita 12. *Novembris* 1420.; sed a multis annis cum ego studiorum causa Ferraria abessem, codex evanuit.

** *Tractatus super* 7. *vitia* extat ms. in Biblioth. S. Michaelis Venet. **

Cum autem ait Eysengrenius, vixisse eum *anno* 1513., reponendum 1431.; sunt enim crebri apud hunc auctorem hujusmodi lapsus; quippe anno 1408. Arimini Baccalaureus morabatur, ut notatum legi in fine ms. cod. 563. in 4. Biblioth. S. Crucis Florentiæ *Physicam Alberti Saxonis* continente. Agit de eo Naldinus Episc. Justinopolit. in Chorographia Justinopol.; sed perperam de *Traversariis*, et de *Pirano* Histriæ oppido eum scripsisse notat, et refellit Eques Georgius Viv. Marchesius in Vitis Viror. Illustr. Forolivien. lib. 1. cap. 6. *Ludovicus Pyranensis doctissimus sacræ Theologiæ Magister, ac Fratrum Minorum provinciæ* S. Antonii, seu Venetæ *Minister* an. 1434. dicitur a Siccone Polentone Patavino in Vita S. Antonii Patavini eo anno scripta cap. 8.

Regulæ memoriæ artificialis, ordinatæ per religiosum sacræ theologiæ professorem, magistrum Ludovicum de Pirano, ordinis Minorum. Inc. *Democritus atheniensis philosophus, huius artis primus inventor fuit.* Extant Venetiis in bibliotheca Marciana, cod. L. VI, CCLXXIV, sæc. XV, ff. 5-15. Cf. Jos. Valentinelli, Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum. Codices mss. latini. Tom. IV. Venetiis 1871, pp. 173-174.

MMDCLXXX.

LUDOVICUS PLACENTIUS Aquapendens in Hetruria provinciæ Romanæ Min. Conv. sacræ Theologiæ Magister, et Ecclesiastes præstantissimus, quem Rodulphius lib. 2. fol. 259. in Custodia Urbevetana dicit a natura ad habendas conciones progenitum, *Juliique Aurelii* suo tempore clari concionatoris alumnum; etiam a Leone XI. *tuba argentea*, et a doctis sui temporis *Oratorum pater* appellatus, a Sixto V., et a Clemente VIII. sæpius pretiosis torquibus donatus, et ad Infulas insuper Episcopales vocatus dignitatem admittere renuit ex Coronel. Biblioth. univ. to. 1. num. 5794. August. Superbus autor suppar illi in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 95. eloquentissimum virum appellat, et *Francisci Panigarolæ* concionatoris celeberrimi æmulum; postquam in præcipuis, nobilioribusque Italiæ civitatibus magno auditorum concursu, admiratione, et plausu conciones habuisset, decessisse in patria ætatis anno 65., ac reliquisse a se conscripta

Multa, et laude dignissima volumina verbi Dei præconibus, quæ mss. servari dicuntur. Hunc inter *fulmina concionatorum* sui temporis collocat Julius Cæsar Capaccius in Epistola, quam *Sylvæ conceptuum Scriptur.* Venetiis anno 1594. editæ præfixit, nomine *Aquapendentis;* ita enim audiebat. De eo Theulus in Appar. Minor. prov. Rom.

MMDCLXXXI. 1400.

LUDOVICUS PRUTENUS = de Hilsberg cognomento *Wolgemuth* in seculo *Joannes* appellatus, texte Rodulphio lib. 3., ante annum 1457. docuit in Universitate Coloniensi, postea Berlitz, Posnaniæ, Thorunii, et alibi; annoque 1466. factus est Minorita Observantinus, habuitque discipulum B. *Alexium Wratislavien.*, qui obiit Bithomi miraculis clarus ex epistola Fr. Paulini de Lemberg olim Vicarii Fr. Minor. de Observ. provinciæ Bohemiæ an. 1496. scripta Fr. Nicolao Glasperg ejusdem Ordinis *Trilogio animæ* præmissa. *Doctor Coloniensis*, et *concionator* illustris, ac excellens dicitur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40. De eo et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1494. Edidit autem

Trilogium animæ, idest de animæ *potentiis, passionibus, et habitibus*, cujus prologus incipit: *Tria constat esse in anima, potentias videlicet, passiones, et habitus* etc.: Opus vero: *Deus omnipotens* etc.; complevit in Cœnobio S. Bernardini Brunæ in Moravia anno 149.. [1493]; prodiitque Norimbergæ per Antonium Koberger an. 1498. in 4., et citatur a Salvatore Vitali in Chron. Seraph. Montis Alverniæ lib. 5. cap. 1. §. 6. Scripsit etiam

De Immaculata Conceptione B. V.; et

De usu liberi arbitrii ejusdem in utero matris, ut habet Jo: a S. Anton. ex Marraccio par. 2. Biblioth. Marianæ, et Petrus de Alva col. 987. Militiæ.

Hic alius videtur a *Ludovico Heningo Pruteno Ord. Min. sac. Theol. Professore,* quem Leo X. an. 1521. in Orientem misit, ut res Turcarum exploraret, ut apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. num. 19. et 20.

Trilogio animæ in editione, verisimiliter unica, anni 1498 duæ epistolæ præmittuntur; eam enim, quam citat Sbaralea, datam a. 1496 in festo S. Scholasticæ virginis, altera sequitur Fr. Nicolai Glasberg ad Fr. Paulinum de Lemberg data die 20 februarii 1498. In prima agitur de auctore ut adhuc vivente, diciturque in universitate Coloniensi promotus ante annos XXXIX (non vero ibidem docuisse), post hæc rexisse scholas in Gerlitz, in Posnania, in Thorn etc.; in altera agitur de eodem tamquam iam mortuo, traditurque fuisse magister Alexii Wratislaviensis.

Quæstiones *de Immaculata Conceptione B. V.* et *an ipsa B. V. in matris utero habuerit usum liberi arbitrii* extant in *Trilogio animæ* (cf. par. 1, cap. 8; par. 2, cap. 9). Non constat Ludovicum Prutenum de huiusmodi argumentis separatim scripsisse, neque hoc affirmat Hippolytus Marraccius aut Petrus de Alva.

MMDCLXXXII. 1401.

LUDOVICUS DE QUIROS = scripsit

De origine, et miraculis etc., adiecto *Catalogo eorum, qui primitus fidem catholicam seminarunt in Insulis Canariensibus* lingua vulgari. Cæsaraugustæ 1612. in 4. apud Joan. de Lanaja ex autore Biblioth. Hispan.

Breve Sumario de los milagros, que el Santo Crucifixo de S. Miguel de las Vitorias de la ciudad de la Laguna en la isla de Tenerife ha obrado hasta el año de MDCX. *y de los primeros Predicadores de la Fe en las Islas de las Canarias.* Ita Nicolaus Antonius, Bibliotheca hispana nova, II, Matriti 1788, p. 60.

MMDCLXXXIII.

LUDOVICUS RAM Hispanus ab urbe Oscensi prov. Aragoniæ Regul. Observ. concionator vernacule edidit

Historiam Conventus Dominæ nostræ de Monlora; adjecitque

Concionem habitam in translatione Christi Domini de Columna ad novum Sacellum. Oscæ 1634. in 4. per Petrum Bluson; et morte præventus reliquit

Digitized by Google

Opusculum tit.: *Consolatio omnium afflictorum,* cujus ipsemet meminit in superiori Opere, ms. ex Hebrera in Catalogo Scriptor. illius provinciæ; et ex eo Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 303., et to. 3. in append.

Nicolaus Antonius (Bibliotheca hispana nova, II, Matriti 1788, pp. 60-61) primum opus ita refert:
Descripcion del convento de Nuestra Señora de Monlosu y su montaña. Cæsaraugustæ 1634. in 4.

MMDCLXXXIV. 1402.

LUDOVICUS DE REBOLLEDO = hujus *Historia* producitur solum usque ad Leonardum Giffonensem Ministrum Generalem an. 1370. circiter: adjecit autem in fine primæ partis

Catalogum virorum sanctorum, ac illustrium Ordinum S. P. Francisci.

Orationes funebres 50. Hispali anno 1600. in 4. apud Clementem Hidalgo; Matriti 1603., et Cæsaraugustæ 1608. per Joannem Quartan.

Vitam Christi a Landulpho etc. Hispali anno 1608. in fol. Edidit etiam

Orationem funebrem in Exequiis Comitis de Chinchon ad Capitulum Generale Ordinis Toleti anno 1606. celebratum. Toleti 1606. in 4. typis Thomæ de Guzman.

Expositionem Regulæ Seraphicæ cum declarationibus Summ. Pontificum, ac variis Constitutionibus Ordinis. Hispali 1600. in fol. typis Francisci Perez, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 303., et 304.

Tractatum de Monte Alverniæ hispanice, teste Francisco Haroldo in ms. Supplemento ad Waddingi Scriptores apud Biblioth. Hispan. pag. 49., et cit. Joan. a S. Anton.

Quinquaginta orationes funebres non ita sunt dictæ, quia in funeribus sint habitæ, sed quia de morte agunt, ut patet ex hoc titulo editionis cæsaraugustanæ (Caragoça, Por Juan Quartanet, 1608, in 4), quam vidi: *Cinquenta oraciones funerales. En que se considera la vida y sus miserias, la muerte y sus provechos.* Nicolaus Antonius (Bibliotheca hispana nova, II, Matriti 1788, p. 61) non dicit eas impressas esse Matriti anno 1603, sed 1604.

* S. LUDOVICUS REX GALLIÆ, ut supra.

MMDCLXXXV.

LUDOVICUS DE RIANO Matritensis adjecit

Secundam partem Operi *De Oratione mentali* etc. a Martino de Lilio scripto. Matriti 1611. in 8., ait autor Biblioth. Hispan. pag. 85. ex Luca Waddingo, qui tamen ejus non meminit in hoc Opere.

MMDCLXXXVI.

LUDOVICUS DE LA RIVIERE, ut videtur, Gallus natione, et prov. S. Bonav. edidit

Tabulam mysticam de quadruplici amore divino. Lugduni anno 1630., teste Dupino in Supplem. tomi 3., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Videtur idem esse ac auctor vitæ gallicæ S. Francisci Salesii, cuius tertia editio prodiit Lugduni a. 1627; hic autem fuit Ordinis Minimorum. Cf. Fr. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, IV, Paris 1860, coll. 222, 1385.

MMDCLXXXVII. 1403.

LUDOVICUS RODRIGUEZ NOYENSIS = scripsit etiam

Comment. in 8. *libros Physicorum ad mentem Doctoris Subtilis* incip. *Quæstio prima: utrum de rebus naturalibus sit scientia tamquam de subjecto* ms., nec non

Comment. in libros 1. *et* 2. *de Anima;* cujus *quæstio ultima* est: *Utrum definitiones de Anima sint bene ab Aristotele assignatæ.* Opus 104. quæstionibus conflatum extat ms. in fol. Salmanticæ in Bibliotheca Conventus S. Francisci, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 304.

MMDCLXXXVIII. 1404.

LUDOVICUS RODRIGUEZ = de quo Nicolaus Antonius, et Joan. de Torquemada to. 3. lib. 19. cap. 33., ac Vetancurt in Menologio, ac ex his Joan. a S. Anton. to. 2., qui ajunt, *Catechismum* conjunctum esse cum *Sermonibus.*

MMDCLXXXIX.

LUDOVICUS ROZICIUS Polonus Strict. Observ. vir doctus, et pius edidit

Umbram apologeticam de primo, et genuino sensu præcepti de pecunia in Regula Minorum appositi.

Tractatum de usu Syndici Apostolici pro Fratribus Minoribus contra libellum P. Clementis Pelandi ejusdem Instituti pro Petri Marchantii sententia; quem adducit Dominicus de Gubernatis in *Umbra Illuminata,* et Casimirus Biernacki in suo *Propugnaculo* art. 4. num. 18. et 19.

Duo opera a Sbaralea huic auctori tributa unum revera sunt, quod prodiit cum hoc titulo: *Umbra Apologetica, genuinum præcepti de pecunia in regula Fratrum Minorum sensum quadam occultatum luce detegens et aperiens: per Admo: Rever: Patrem Fratrem, Ludovicum Rozycium, Ordinis Minorum, Provinciæ Reformatæ Minoris Poloniæ Sanctæ Mariæ Angelorum Ministrum Provincialem, SS. Theologiæ Lectorem.* Anno Domini M.DC.LXXVI. Pragæ: Typis Georgii Czernoch. in 8. Extat Romæ in bibliotheca Nationali. — Quum L. Rozycii tractatus Strictioris Observantiæ professioni, laxiori vivendi modo viam aperiendo, perniciosus visus sit, iussus est Dominicus de Gubernatis a Sospitello Reformatæ Provinciæ S. Thomæ contra illum respondere, qui proinde edidit Romæ, Typis Rev. Cam. Apostolicæ 1687, in 8): « Umbra illuminata. Commentarius ad Umbram Apologeticam P. Ludovici Rozycii. De primo, et Genuino sensu Præcepti de Pecunia in Regula Minorum appositi »; quo in libro textus apologeticus L. Rozycii totus continetur.

MMDCXC.

LUDOVICUS SANGUINETO patritius Theatinus J. V. D. in seculo, Min. Capuccin. in provincia Neapolitana Institutum amplexus fervidus concionator factus est, et vir magnæ pietatis, scripsitque, ut habet Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., anno circiter 1635.

De rebus spiritualibus Opuscula, quæ circumferuntur absque ejus nomine, teste autore Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

« Inter nostros *Provinciæ Aprutii* concionator » dicitur a Bernardo a Bononia; obiit a. 1635. *Multa de rebus spiritualibus volumina* relicta ab eo mss. se vidisse testatur Toppius in op. cit., sed tempus quo composita fuerunt non indicat.

MMDCXCI.

LUDOVICUS DE SCALA forsan Escalera Hispanus scripsit lingua vernacula anno 1542.

Tractatum de provisione Toleti facta an. 1541. *pro mendicis, qui prius per portas discurrebant pro colligenda stipe:* qui ms. habetur Toleti in Biblioth. S. Joannis Regum Franciscan. ex Haroldo ms. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 50.

MMDCXCII.

Digitized by Google

MMDCXCII.

LUDOVICUS SILVESTER a S. Angelo in Vado civitate in Massa Trabaria in provincia Marchiæ, quam olim *Tiphernum Metaurense* veteres dixerunt, Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor nobili genere prognatus Mediolanense præ ceteris, et Patavinum sui Ordinis Gymnasia moderatus est, Episcopi Eporediensis primum, postea et Urbinatium Ducis Theologus extitit; castigavitque, et notis margineis illustravit

Commentaria Ricchardi de Mediavilla Ord. Min. in 4. *libros Sententiarum;* nec non

Quodlibeta ejusdem Ricchardi: quæ prodierunt Brixiæ an. 1591. tomis 4. in fol. per Vincentium Sabbium Marco Antonio Gonzagæ Episcopo Casalensi nuncupata; de quo et Franchinus in Bibliosophia num. 256.

Catalogus universalis totius Seraphici Ordinis, idest compendiosa Cardinalium, Generalium, Capitulorum, Scriptorum etc. *dicat. Card. Julio Feltrio de Ruvere Ordinis Minorum Protectori, impres. Florentiæ apud Juntas* 1578. *in* 4. *opera Fratris Ludovici Tiphernatis:* ita cit. Franchinus num. 292. in *Petro Rodulphio,* ubi addit, se v. *Ludovicus* hac de re judicium suum protulisse, Opus nimirum neque Rodulphii esse, neque Tiphernatis; qua de re tamen ibi nullum verbum facit, sed ait obiisse eum anno 1622.; tamen prope finem Operis extat: *ego Fr. Ludovicus Tiphernensis Franciscanus dictus Philosophus:* in fine autem libri, seu *Catalogi* extant *versus heroici* non inelegantes in laudem *S. Francisci.*

Hunc Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 305. ait tantum, illustrasse notis *Libros* 4. *Sententiarum* Ricchardi Mediavillæ; sed supra pag. 294. sub v. *Ludovicus Citta* (leg. *Cirità* vulgo) ait dictum fuisse *Philosophum,* et vernacule edidisse, teste Petro de Alva tab. 5.,

Viridarium S. P. Francisci, ejusque Seraphicæ Religionis cusum Perusii an. 1580., ubi et refert prodiisse *Fr. Ludovici de Civitate S. Angeli Minoritæ*

Annotationes ad librum Joannis Dominici Monte Fuscoli de magnalibus Verbi italice scriptum, et impressum Neapoli an. 1593. in 4., teste cit. Petro de Alva col. 970. Militiæ univ. Tandem pag. 307. v. *Ludovicus Tiphernas* dicit hunc cognominatum *Philosophum, Regularis Observ.* alumnum ex Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbriæ apud Marraccium in Appendice ad Biblioth. Marianam emisisse

Compendium Indulgentiæ plenariæ perpetuæ concessæ a D. N. J. C. Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis, ac de ejus miraculis. Perusiæ anno 1520., nisi sit mendum in anno pro 1570.

Hortulum Religionis italico idiomate. Ibidem an. 1571. ex Waddingo infra in *Ludovico Tiphernate,* quod Opus ei adscribit etiam Gonzaga, et Possevinus, nec non August. Superbus in ms. Catalogo Scriptor. pag. 93. Forsan duo fuerunt, unus e Civitate Castelli vere *Tiphernas,* ac Reg. Observ., ac edidit *Compendium Indulgentiæ Asisien.,* et *Hortulum Religionis;* alter e civitate S. Angeli in Vado, et edidit, quæ remanent. *P. Magister Ludovicus Silvestrius de S. Angelo in Vado* anno 1620. electus fuit Definitor temporaneus pro Custodia Urbini ex Actis Capituli provinciæ Marchiæ cusis Anconæ typis Salvioni pagina 2. et 17.

Ex relatis hic a Sbaralea probabilius videtur Ludovico Silvestri nihil aliud deberi nisi editio Richardi de Mediavilla, cetera opera adscribenda esse Ludovico e Civitate Castelli, exceptis tamen Annotationibus in poema Jo. Dom. Montefuscoli « Grandezze del Verbo ristretto ne' Misteri del Rosario », quæ sunt Ludovici (Malfitani) de Civitate S. Angeli provinciæ Interamnensis in Italia meridionali.

Giardinello Ornato di Varij fioretti. Raccolto da Frà Lodouico da Città di Castello, detto il Filosofo, dell' Ordine Minore. Nuouamente dato in luce à consolatione di quelli, che sono diuoti del Serafico Padre S. Francesco. Di Nuouo Ristampato, e corretto. In Perugia, per Sebastiano Zecchini 1659. ff. 12 in 16; et: In Perugia, Appresso Sebastiano Zecchini. s. a., ff. 12 in 16. Hoc opusculum, quod vidi Florentiæ in bibliotheca Nationali, idem crediderim ac *Hortulum Religionis,* a Lud. Jacobillo (Bibliotheca Umbriæ, Fulginiæ 1658, p. 187) inscriptum *Orto di fiori varij di san Francesco.* et idem ac *Viridarium S. P. Francisci* etc. Præter alia notitiam exhibet de ecclesiis atque locis, quæ Asisii a peregrinis visitantur, et chronologiam franciscanam usque ad a. 1560.

Compendium Indulgentiæ etc. secundum Jacobillum (ibidem) prodiit italice, et Perusiæ a. 1570. Idem annus legitur apud Marraccium loco a Sbaralea citato. Cf. M. Faloci Pulignani in Miscellanea Francescana, I (Foligno 1886), p. 16.

MMDCXCIII. 1405.

LUDOVICUS SOTELUS = de quo Waddingus infra inter Martyres agens ait, nobili progenie Hispali natum provectiori ætate ad Strictioris Observ. provinciæ Discalc. Bæticæ, vel S. Pauli professores zelo animarum accessisse, et sub anno 1599. cum aliquot Franciscanis in Japonem trajecisse. A Paulo V. creatus est Episcopus *Oxensis* in eodem regno, ut habetur ex ejus *Relatione* ab Urbanum VIII., sed persecutione in Christianos ibi tunc grassante, et sæviente Ecclesiam suam adire nequiit; et carceribus datus martyrio coronatus fuit anno 1624., quo anno scripsit memoratam *Relationem* typis postea datam a P. *Dominico Collado* Dominicano hoc titulo:

Fr. Ludovici Soteli Minoritæ Regii ad Apostolicam Sedem Legati, et Regni Oxensis Apostoli, ac designati Martyris ad Urbanum VIII. Pont. Max. de Ecclesiæ Japonicæ statu Relatio, Imperatoris Aug., Principum, Electorum, omniumque statuum Imperii cujuscumque Ordinis lectione digna. Incipit.: *Post præmissam ss. pedum* etc., et desinit: *De hoc carcere Japonio Omurensi* 20. *Januarii an.* 1624. Prodiit primo Matriti an. 1634., postea Parisiis, et Francofurti eodem anno in 4., teste Lasor to. 2. Universi etc. pag. 5. Jacobus Echardus de Scriptor. Ord. Prædic. to. 2. pag. 498. habet non *Dominicum,* sed *Didacum Collado;* negatque eum evulgasse hanc *Relationem,* sed ei suppositam fuisse vel a Scioppio, vel ab alio autore Gallico Operis: *Defense des Nouveaux Chrestiens et des Missionnaires de la Chine* etc. par. 1. cap. 8.

Gravis, christiana, doctaque Epistola ad Paulum V. Sum. Pontif. etc. prodiit etiam Eniponte an. 1635. in 4. apud Joannem Gachium cura *Gasparis Scioppii,* cui ob id illam adscribit Placcius in Biblioth. Anonymorum cap. 9. num. 248.; habetur etiam impressa to. 2. *Moralis Practicæ,* teste Dupino sec. 17.

Alias Epistolas ad Principes etc., quarum tres publicavit P. Joan. a S. Anton. to. 2. Chron. provinciæ S. Pauli pag. 241., et seqq.

Catechismum Japonicum ad Tertiariorum S. Francisci preces in carcere exaravit, sed incompletum reliquit, teste Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth., ubi, ut et in alia Min. Discalc. Biblioth., et in Chron. prov. S. Pauli to. 2. lib. 3. de eo pluribus agit; narratque illud mirabile, quod adhuc puerulus

Digitized by Google

puerulus nondum e maternis ablactatus uberibus, Hispali cum Immaculatæ Conceptionis V. Mariæ festum diem fideles celebrarent, libera, claraque voce intonuit:

« Todo el mundo en general
« A vozes Reyna escogida;
« Diga, che sois concebida
« Sin pecado original.

Anonymus quoque autor libri, cui tit. *Difesa del giudizio formato dalla S. Sede Apostolica nel dì* 20. *Novembre* 1704. *intorno ai riti, e cerimonie Cinesi* etc., Taurini an. 1709. typis excusi, pag. 81. ait *Ludovicum* hunc nominatum fuisse *Episcopum;* sed, morte intercipiente, non obtinuisse.

Relationem ad Urbanum VIII scriptores Societatis Jesu Sotelo abiudicant, Echard vero (qui non dicit eam Didaco Collado suppositam fuisse a Scioppio) et scriptores franciscani genuinam esse contendunt. Eius duas editiones antiquas vidi, quæ ambæ extant Romæ in bibliotheca Nationali: unam absque ullo titulo et nota typographica in folio ex 10 foliis constantem, quam crediderim originalem, seu matritensem emissam cura Didaci Collado et impressam secundum Michaelem le Tellier Soc. Jesu (Defense des Nouveaux Chrestiens et des Missionnaires de la Chine, du Japon, et des Indes, Paris 1688, pp. 382, 413) anno 1628; alteram cum titulo a Sbaralea relato, sine loci et typographi notis sed cum anno M.DC.XXXIV, in 4, cui accedit « Fr. Juniperi de Ancona Minoritæ Consultatio de causis et modis Religiosæ disciplinæ in Societate Jesu instaurandæ » (93 pp. num.), quam puto in Germania excusam curante Caspare Scioppio (dictæ Consultationis auctore, et cuius opera Astrologia ecclesiastica et Astrum inextinctum, edita simul eodem anno sine loci nota ex officina Sangeorgiana in 4, sæpe, tamquam eiusdem voluminis prima pars, cum ea compacta inveniuntur), eamdemque fortasse ac editionem dictam francofurtensem. Editio parisiensis, in nullo ex multis a me inspectis catalogis inventa et Echardo ignota, dubia mihi videtur, sed extant aliæ editiones; recusa est enim huiusmodi *Relatio* in « Tuba magna mirum clangens sonum... per D. Liberium Candidum » seu Henricum a S. Ignatio (Argentinæ M.DCC.XII, pp. 329-59; Argentinæ MDCCXVII, et MDCCLX, to. II, pp. 174-204), in « Tuba altera majorem clangens sonum.... per D. Liberium Candidum » (Argentinæ MDCCXIV, pp. 433-63), et teste Marcellino da Civezza (Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 696), nescio utrum latine an gallice, a Leone Pagès in « Histoire de la religion chretienne au Japon, I (Paris 1869). Prodiit gallice, opera Sebastiani Joseph du Camboust de Pontchasteau, in « La Morale Pratique des Jesuites » vol. 2° (S. l. sed Coloniæ, M.DC.LXXXIII, pp. 137-97; A Amsterdam, Aux Depens de la Compagnie, MDCCXLVI, pp. 143-202); et etiam italice (In Venezia, MDCCLX. Appresso Giuseppe Bettinelli. in 8). — Hanc *Relationem* seu epistolam ad Urbanum VIII, non vero epistolam ad Paulum V, nullam verisimiliter, memorat Vincentius Placcius loco a Sbaralea citato, sed solum indirecte, indicans ex Alegambe hoc opus: « Laurentii Foreri Jesuitæ Mantissa Ant' Anatomiæ Jesuiticæ, opposita famosis contra societatem Jesu libellis, quorum tituli sunt 1. Mysteria Patrum Societatis Jesu. 2. Consultatio Fr. Juniperi de Ancona Minoritæ. 3. Fr. Ludovici Soteli relatio de Ecclesiæ Japonicæ statu, Œniponte apud Joannem Gachium 1635 in 4 »; nullibi tradit eam impressam esse Œniponte a. 1635 et editam a C. Scioppio; tantum (Theatrum anonymorum et pseudonymorum, Hamburgi 1708, De scriptoribus pseudonymis, n. 2552) ait, Deckherro p. 95 de Scriptis Adespotis videri referendam ad Scioppium; quod tamen falsum est.

Ex Marcellino da Civezza, l. c., quatuor eius *Epistolæ* magni momenti editæ sunt a Leone Pagès in op. cit., et aliæ ineditæ extant Hispali in Archivo de Indias.

Relacion verdadera que embiò el Padre Fray Luys Sotelo de la Orden de San Francisco, a su Hermano D. Diego Cavallero de Cabrera beintiquatro de Sevilla, en que se da quenta del bautismo que se hizo a el Embajador Japon. Sevilla por Diego Perez, ff. 2. Servatur Hispali in bibliotheca Columbina, teste eodem.

MMDCXCIV.

LUDOVICUS STROBTOVICZIUS antea Canonicus Visliciensis, et Cantor Tornaviensis Polonus factus Minorita scripsit

Vitam, celebrioraque miracula B. Simonis de Lepnika Cracoviæ an. 1482. defuncti, uti testatur Waddingus in Annal. Min. ad an. 1483. num. 14.; aitque prodiisse hanc Bransbergæ an. 1636. typis Gasparis Weingartneri Nicolai Episcopi Varmiensis approbatione commendatam: de quo et Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 18. Julii, et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 305.

Vita gloriosi servi Dei B. Simonis de Lipnica Ord: Min: de Obser: collecta Per Fr. Ludouicum Skrobkouic eiusdem Ord. minimum. Brunsbergæ, Typis Casparis Weingartneri. Anno 1636. in 4. Extat in bibliotheca Casanatensi. Recusa est in « Acta Sanctorum » Julii to. IV (Antuerpiæ 1725), pp. 518-28.

Vivebat adhuc a. 1651, quo processum de cultu immemorabili B. Simoni tributo et eius sanctimoniæ ac miraculorum certitudine ad S. Rituum Congregationem attulit. Cf. Acta Sanctorum, ibid., p. 511.

* LUDOVICUS A SUBRETO hoc loco insitus a Joan. a S. Anton. ex Waddingo, et Terrinca vocabatur *Lucas a Subereto,* de quo suo loco actum est, ubi et dixi, unde error fluxerit.

MMDCXCV. 1406.

LUDOVICUS TANA = de quo legendus Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemontanorum; est enim *Cherium* agri, diœcesisque Taurinensis nobile oppidum. Joan. a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum, et Paulum Britium lib. 3., qui ante Waddingum scripsit.

1407.

LUDOVICUS TIFERNAS = V. *Ludovicus Silvester.*

MMDCXCVI. 1408.

LUDOVICUS TREGLIOTTA = provinciæ S. Nicolai in Apulia, de quo et Lasor to. 2. Universi etc. pag. 651., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCXCVII. 1409.

LUDOVICUS DE TRIOLA = fuit aliquando socius Ven. *P. Angeli del Pas* anno 1583. Genuæ commorantis, ut refert Fr. Bonifacius Bonibellus in Chron. Reform. provinciæ Romanæ de eodem Angelo del Pas, ubi dicitur *de Trioria.* De hoc Oldoinus in Athenæo Ligustico, Vernon in Catalogo Scriptor. Tertiarior., et Joan. a S. Anton.

MMDCXCVIII. 1410.

LUDOVICUS A TURRE = anno 1498. *Vicarii Gen.* Cismontani munus obtinuit usque ad annum 1501. ex Chron. S. Franc. par. 3. lib. 7. cap. 33. ex Mariano, ac Memor. Ordinis; hujus mentionem non fecit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 307. Obiit Romæ an. 1502. apud Aram cœli ex Waddingo in Annal. num. 24.

Apologiam pro Monte Pietatis una cum nonnullis composuit an. 1473., *misitque ad Petrum Barotium Episcopum Patavinum;* eamque ms. extare Florentiæ in Bibliotheca Antonii Magliabechi tradit Stephanus Fabrutius Doctor Pisanus in Collectione præcipuorum Monumentorum Academiæ Pisanæ nuper vulgata.

De Conceptione B. Virginis Opus insigne dicitur a Petro Rodulphio lib. 3., qui addit asservari Coloniæ in Biblioth. Franciscana: prodiit autem typis Brixiæ anno 1486. in 4. teste Orlando de Orig., et

Digitized by Google

et progr. Typograph. par. 1., et Maffeo in Verona Illustr. par. 2. lib. 3. pag. 133., ac Joan. a S. Anton. to. 2.; et postea in Monumentis Franciscanis Petri de Alva hoc titulo: *Compendium Virginei honoris Ludovici a Turre Veronensis dicat. Gabrieli Card. Veronen. contra quemdam Anonymum. Opus benedictiss. Conceptionis Virginis Mariæ contra Libellum invectivarum Religiosi innominati,* nempe Vincentii Bandelli Ord. Præd., citatur a Bernardino Busti in Mariali par. 1. serm. 7. p. 1.

Apologia pro familia Fratrum Observantum edita post an. 1500., et ante an. 1503. prodiit Romæ, ut autor testatur circa finem partis 3., eamque cusam antiquis characteribus se vidisse in Bibliotheca Augustiniana Angeli Rocchæ scribit Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici ad an. 1446. num. 4.; postea vulgata fuit in *Firmamento trium Ordinum* edit. Venet. an. 1513. par. 3. ad modum *epistolæ* Vicariis sui Ordinis missæ sub Alex. VI. pro defensione *Bullæ Eugenianæ* Observantes a Conventualibus separantis.

Huic *Fr. Ludovicus Brognolus* ejusdem Instituti an. 1492. misit *Quadragesimale Antonii Vercellensis de* XII. *Excellentiis fidei* Venetis typis cusum; vocatque Prædicatorem Apostolicum.

Apologia montis pietatis contra cuiusdam invectivam impressa est Venetiis per Petrum de Quarengiis die ultimo Julii 1498 in 4, inter duo opuscula similis argumenti, quæ sunt: Consilium montis pietatis a fratre Fortunato perusino editum; Confutatio quæstiunculæ contra montem pietatis fratris Philippi de Rotingo.

Moralia Nicolai de Lyra super totam Bibliam emendavit, tabulamque alphabeticam singularium dictorum contexuit; quod opus præmissa Ludovici epistola impressum est Mantuæ per Paulum Joannis de Butschbach a. 1481 III kal. maii in fol.

MMDCXCIX.

LUDOVICUS VELLUGA, al. Belluga Toletanus Doctor, et in Academia Toletana sac. Scripturæ, Theologiæque Professor, Orgainemensis Parochus, Tertium Ord. S. Francisci secularem amplexus an. 1617. die 18. Januarii, ad Episcopatum *Portus divitis* a Philippo IV. Hispan. Rege vocatus honorem admittere recusavit, obiitque cum magna sanctitatis opinione sepultus in Monasterio Carmelitarum oppidi de Loeches die 26. Augusti an. 1627., cum scripsisset latine

Vitas duorum, qui primas obtinent sedes in regno Dei, Christi scilicet, atque Deiparæ variis illustrium virorum, ac feminarum revelationibus concinnatas. Conchæ an. 1631. in 4. typis Salvatoris a Viader.

De bono divinarum revelationum, ac de Sybillinis oraculis. Ibidem sub *præludiorum* titulo. De eo agunt Nicolaus Anton., et Yanguas Chron. prov. Castellæ Regul. Observ., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCC. 1411.

LUDOVICUS VERRUCINUS = prov. S. Francisci, Umbriæque, poeta insignis italice cecinit versu heroico

Poema sacrum de S. Antonio Abbate 5. *libris distributum.* Fulginei an. 1627. in 4. typis Augustini Altieri, et tertia dicitur editio.

Eclogas plures pastorales de Nativitate D. N. J. C. Ibidem, et Venetiis an. 1629. et 1630.

Poemata sacra, et varia. Fulginei an. 1630. ex autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton.

L' Eremita Antonio poema sacro (octostichis) *del Padre Lodovico Verucci da Norsia.... Dato alle Stampe dopo la morte dell' Autore, dal Signor Francesco Cirocchi da Fuligno.* In Fuligno, Appresso Agostino Alterij, 1627. in 4. Hæc editio, quam solam memorat Lud. Jacobillus (Bibliotheca Umbriæ, p. 187), dicitur tertia non quidem in ipso libro, sed in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Capuccinorum, ubi tamen legitur annus 1677; verum ex titulo relato (necnon ex editoris præfatione) dubitari posse videtur de existentia venetarum editionum a. 1625 et 1626, quæ in ea Bibliotheca indicantur. Ex eodem titulo patet auctoris cognomen Veruccium fuisse, eumque defunctum esse saltem a. 1627. Poema non in quinque sed in vigintiquatuor libros dividitur.

Il Natale di N. S. Egloga Pastorale in versi sciolti. Fulginiæ 1627. *Rime sacre.* Fulginiæ 1637, in 8. Ita Jacobillus ibidem. Franciscus Xaverius Quadrius, Della storia e della ragione d' ogni poesia, II, Milano 1741, p. 300 dicit Eglogam impressam a. 1623, Carmina sacra a. 1633.

Delle metafore del S. P. F. Lodovico da Norcia C. Extat in « Autori del ben parlare per Secolari e Religiosi » Venezia nella Salicata 1643, par. II (collectionis vol. IV), pp. 415-426; et ex Catalogo Musei Britannici in « Operum Græcorum, Latinorum, et Italorum Rhetorum to. I » Venetiis 1644, in 4.

Justus Fontaninus in Biblioteca dell' eloquenza italiana, (I, Venezia 1753, p. 74) hæc habet: « il quale [il Marchese Capponi] ha pure un compendioso *Vocabolario* di mano di Ludovico Verucci da Norcia, frate Capuccino ». An idem ac codex Vaticano-Capponianus 202, *Appunti di filologia toscana, raccolti e disposti alfabeticamente da Lodovico Verucci?* Cf. Gius. Salvo-Cozzo, I codici Capponiani della biblioteca Vaticana, Roma 1897, p. 277.

MMDCCI. 1412.

LUDOVICUS A VILLALPANDO = de quo agit Gonzaga par. 4. in Vita *Fr. Toribii Motolinii,* a quo ductus fuit in Americam, Mexicanamque regionem, ac Juchatan, cum esset Strict. Observ., ac provinciæ S. Gabrielis alumnus; de quo et Henricus Willotus, et Possevinus, nec non autor Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2., Lasor to. 2. Universi pag. 32., et post hos Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 308.

Eius opus (ineditum) a Marcellino de Civetia (Saggio di bibliografia Sanfrancescana, n. 766) sub hoc titulo refertur: *Arte y Vocabulario de la lengua de Yucatan.*

* LUDOVICUS VIMERCATUS = V. *Ludovicus Cremensis* supra.

MMDCCII. 1413.

LUDOVICUS VINCENTINUS = anno circiter 1455. a Callisto III. constitutus est concionator Apostolicus, missusque qui contra Turcas *Cruciatam* prædicaret ex Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 3. cap. 58.; erat autem Regul. Observ. alumnus.

Vitam S. Bernardini ad Card. Agriensem Gabrielem Rangonum Veronen. an. 1477. ex Ord. Min. Regul. Observ. assumptum legimus apud Surium, et Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Maji ad diem 20.; eamque statutum est in Capitulo Gen. sui Ordinis anno 1484. ubique per Ordinem a Fratribus legi.

Meminerunt hujus autoris Rodulphius lib. 3., et post eum alii plures, inter quos et Gerardus Joan. Vossius lib. 3. de Histor. Latin. cap. 7., et Oudinus to. 3. Comment. ad annum 1460.

Vita S. Bernardini Senensis impressa est antiquitus (secundum Dominicum Moreni, Bibliografia storico-ragion. della Toscana, II, Firenze 1805, p. 456: sæculo XV) sine ulla typographica nota; non extat apud Surium; edita est in « Acta Sanctorum » Maii to. V, Antuerpiæ 1685, pp. 262*-76*, absque tamen præfatione ad Card. Agriensem; quam præfationem (ex

Digitized by Google

(ex qua colligitur Ludovicum eam Vitam scripsisse iussu Capituli generalis habiti Ferrariæ die 13 maii 1481) dedit Amadio Maria (Luzzo) da Venezia in Vita di S. Bernardino da Siena, Venezia per Andrea Poletti 1744, ff. 2 v-3. Prodiit italice absque interpretis et etiam, ut videtur, auctoris nomine (Potthast, Bibliotheca hist. medii ævi, II, Berlin 1896, p. 1210; Prince d'Essling, Les Livres a figures vénitiens, 2e Par., I, Paris 1909, p. 255) cum titulo *Legenda de Sancto Bernardino* Venetiis per Simonem de Luere die 16 iulii 1513, in 4.

Cf. Apostolo Zeno, Dissertazioni Vossiane, I, Venezia 1752, n. LV (pp. 360-62); Angiolgabriello di Santa Maria, Biblioteca e storia de' scrittori Vicentini, vol. 2° par. 1ª, Vicenza 1772, pp. CLXXV-CLXXVIII.

* LUDOVICUS VINCENTIUS = V. infra *Vincentius Burgensis.*

MMDCCIII.

LUDOVICUS VISITANUS Messanensis Regul. Observ. prov. Siciliæ Theologus, et concionator Generalis vernacule edidit

Conciones pro Sabbatis Quadragesimæ super literas B. V. Mariæ ad Messanenses. Cosentiæ an. 1649. in 4. apud Joan. Baptistam Rossum. Hunc Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ, quem sequitur Joan. a S. Anton., diversum facit, nescio quo monumento, a Ludovico Messanensi, qui versu heroico scripsit

Subtilitates Scoti, quæ mss. asservantur Messanæ in Cœnobio S. Mariæ a Jesu.

* LUDOVICUS VULCANUS = V. *Aloysius Vulcanus.*

MMDCCIV.

LUDOVICUS VITELLIANENSIS, vulgo *Viadana,* diœcesis Cremonensis oppido provinciæ Bononiensis Min. Conv., et Constantii Portæ, de quo supra, alumnus, et artis Musices insignis suo tempore Magister, Fani, Mantuæque, nec non Patavii majoris Odæi extitit præfectus; cujus

Plurima Opera sacra, quæ et publice inter sacra cani solent, et privatim notis musicis elaborata typis edita cernuntur Venetiis an. 1597. per Ricciardum Amadinum, et 1604., ac 1612., et 1619. per Alexandrum Vincentium, aliosque tam multos, ut usque ad 27. ejus Opus Musicum inspexerim. Citat hunc Joseph Frezza in *Cantore Eccles.* par. 4. lect. 13. n. 12., sed eum cum alio Vitellianensi Musico *Berardo Marchesio* eodem tempore florente confundit, cum *Min. Observantem* appellat Ludovicum; hic enim *Conventualis* fuit, ille vero *Min. Observ.* alumnus; ac de utroque scribit Aug. Superbus autor coævus in ms. Catalogo Scriptor. Music. Ord. Min.

Ea pleraque eius opera:

Canzonette a quatro voci con vn Dialogo a otto di Ninfe e Pastori, et un'aria di Canzon Francese per sonare. Libro Primo. In Venetia, 1590, Appresso Ricciardo Amadino. 4 part. in 4.

Canzonette a tre voci. Libro primo. In Venetia, Appresso Ricciardo Amadino, 1594. 3 part. in 4.

Vespertina Omnium Solemnitatum Psalmodia iuxta ritum sacrosanctæ atque Orthodoxæ Ecclesiæ Romanæ, cum quinque vocibus. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium 1595, 5 part. in 4. — Sæpius impressa. In septima editione (ibidem, 1611) additus est *Bassus continuus pro Organo.*

Missarum cum Quattuor Vocibus Liber Primus. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium 1596. 4 part. in 4. Pluries impressus; cum Basso continuo a. 1612, 1620.

Falsi Bordoni a cinque voci, divisi in sei ordini per tuono con i tre Salmi che si cantano a terza secondo l' uso di Santa Chiesa e tutti gli otto tuoni per falso Bordone in triplo l' Hinno Te Deum laudamus. Venetia, 1596, Giacomo Vicenti. 5 part. in 4.

Completorium Romanum Octonis Vocibus infractis decantandum. (Lib. I). Venetiis apud Ricciardum Amadinum, 1597. 8 part. in 4.

Motecta Festorum totius anni octonis vocibus. Chorus Primus (Chorus Secundus) Opera X. Venetiis Apud Ricciardum Amadinum 1597. 8 part. in 4.

Officium Defunctorum omnia quæ musico modulamine in exequiis Defunctorum recitari possunt complectens Quattuor paribus vocibus decantandum. Opera Vndecima. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium, 1600; et iterum 1609, et nonnullis omissis 1616.

Cento Concerti Ecclesiastici, A Vna, a Due, a Tre, et a Quattro voci. Con il Basso continuo per sonar nell' Organo. Nova inuentione commoda per ogni sorte de Cantori, et per gli Organisti. Opera Duodecima. In Venetia Appresso Giacomo Vincenti 1602. 5 part. in 4; et pluries deinceps.

Psalmi omnes qui à S. Romana Ecclesia in solemnitatibus ad Vesperas decantari solent. Cum duobus Magnificat tum viua voce, tum omni Instrumentosum genere cantatu commodissimi. Cum quinque vocibus. Liber secundus. Opera XIII. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium 1604 (etiam 1607, 1612, 1613, 1615); 6 parti in 4.

Letanie che si cantano nella Santa Casa di Loreto, et nelle Chiese di Roma ogni Sabbato, et Feste della Madonna. A 3. a 4. a 5. a 6. a 7. a 8. et 12. voci. Opera XIIII. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti, 1607 (it. 1613); 9 part. in 4. Prodierant iam ibidem a. 1604, sed sine Basso continuo.

Officium ac Missa Defunctorum quinque vocibus decantandum. Opera XV. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium 1604. 5 part. in 4.

Completorium Romanum Octo vocibus decantandum. Liber Secundus. Opera XVI. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium, 1606. 9 part. in 4.

Concerti Ecclesiastici a Vna, à Due, à Tre, et a Quatro voci, con il Basso continuo per sonar nell' Organo. Libro Secondo. Opera XVII. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti, 1607. 4 part. in 4.

Sinfonie [18] *Musicali a otto voci. Commode per concertare con ogni sorte di stromenti Con il suo Basso generale per l' Organo. Opera* XVIII. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti, 1610. 9 par. in 4.

Salmi a quattro voci pari col Basso per l'organo breui, commodi, et ariosi, con due Magnificat. Opera XX. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti, 1608 (etiam 1610). 5 part. in 4.

Completorium Romanum Quaternis Vocibus decantandum. Vna cum Basso continuo pro Organo. Liber Primus. Opus XXI. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium, 1604. 5 part. in 4.

Lamentationes Hieremiæ Prophetæ in Maiori Hebdomada concinendæ Quatuor paribus vocibus. Opus XXII. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium 1609, et iterum 1610. 4 part. in 4.

Responsoria ad Lamentationes Hieremiæ Prophetæ quæ in Maioris Hebdomadæ officiis concinuntur Cum quatuor vocibus. Liber Primus. Opus XXIII. Venetiis, Apud Jacobum Vincentium, 1609. 4 part. in 4.

Il Terzo Libro de' Concerti Ecclesiastici A Due, à Tre, et à Quattro voci Con il Basso per Sonar nell' Organo. Opera XXIV. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti, 1609 (etiam 1611). 5 part. in 4. — Liber I, II, III prodierunt simul Francofurti a. 1609-1610.

Salmi a Quattro Chori per cantare, e concertare nelle gran Solennità di tutto l' Anno, con il Basso continuo per sonar nell' Organo. Opera XXVII. In Venetia, Appresso Giacomo Vincenti, 1612. 19 part. in 4, et Bassus continuus in fol.

Falsi Bordoni a Quattro Voci con i Sicut erat a Otto. Et il Te Deum laudamus e Salve Regina a Otto. Con il Basso continuo per l' Organo. Opera XXVIII. Romæ, 1612. Apud Jo. Baptistam Roblectum. 9 part. in 4.

Ventiquattro Credo a Canto Fermo sopra i Tuoni delli Hinni, che Santa Chiesa vsa cantare, col versetto, Et Incarnatus est, in Musica, à chi piace. Con le quattro Antiphone della Madonna in Tuono Feriale. Di Fra Lodovico Viadana Min. Osservante. In Venetia, Appresso Bartholomeo Magri. 1619. in fol.

Missa Defunctorum Tribus Vocibus.... Nunc iterum Typis data ab Antonio de Caldanis... Bononiæ, 1667. 4 part (cum Basso continuo) in 4.

Ex auctoritate F. J. Fétis (Biographie univ. des musiciens, VIII, Paris 1875, p. 337) hæc addimus:

Madrigali a quattro voci. Libro Primo. In Venetia, 1591. in 4.

Madrigali a sei voci. Opera V. In Venetia, 1593. in 4.

Il primo libro de' Salmi a cinque voci. In Venetia, 1597. in 4.

Salmi

Digitized by Google

Salmi e Magnificat a qaattro voci. In Venetia, 1598. in 4.

Il secondo libro de' Salmi a cinque voci. In Venetia, 1601. in 4.

Psalmi vespertini octonis vocibus concinendi. Venetiis, apud Vincentium, 1602, in 4; tertio: ibidem 1644, in 4.

Messe concertate per una, o due, ossia tre voci con il Basso continuo per l' Organo. In Venetia, appresso Giacomo Vincenti, 1605. in 4.

Concerti sacri a due voci col Basso continuo per l' Organo. In Venetia, 1608. in 4.

Vesperi et Magnificat a quattro et cinque voci. In Venetia, 1609. in 4.

Ludovicus Vitellianensis ex nobili familia Grossi natus est circa a. 1564; ante a. 1596 regulam S. Francisci est professus, sed, ut ex pluribus documentis constat, inter Minores Observantes, non vero Conventuales; Mantuæ primum, postea Concordiæ, denique Fani in ecclesia cathedrali musicæ fuit moderator; obiitque die 2 Maii 1645.

Cf. præ ceteris Ant. Parazzi, Della vita e delle opere musicali di Lodovico Grossi-Viadana. Milano, Ricordi, 1876 (extr. ex « Gazzetta musicale di Milano » A. XXXI, 1876, n. 45, 47, 48, 51; A. XXXII, n. 7, 10); Gaspari G., Catalogo della biblioteca del Liceo Musicale di Bologna, voll. II-IV. Bologna 1892 1905; Eitner Rob., Quellen-Lexikon der Musiker und Musikgelehrten, X, Leipzig 1904, pp. 72-75.

* LUDOVICUS WOLGEMUTH = V. *Ludovicus Prutenus* supra.

MMDCCV.

LUPUS FELIX DE VEGA, vulgo dictus *Lopez de Vega* Carpio Hispanus Matriti e probatæ nobilitatis ortus parentibus an. 1562. pene ab infantia specimen præbuit ad poesim in primis natus; liberalibus disciplinis acceptis, Philosophiæ in Complutensi Academia operam dedit magno cum profectu; mox etiam militiæ, reique familiari, binis ductis uxoribus, quibus sine prole orbatus, Sacerdotio initiari Toleti se obtinuit in Matriten. Sacerdotum Congregationem cooptatus, et *Tertii Ordinis S. Francisci* Regulam professus, in *S. Officii* Ministrorum receptus album est, et *Melitensis* etiam sacræ Militiæ insignia, quæ Presbyteris ex indulgentia Pontificum conferri solent, una cum *Theologi Doctoris* titulo ab Urbano VIII. summæ de eo existimationis literis accepit. Tandem summi oratoris, et poetæ nomine decessit die 27. Augusti an. 1635. ætatis suæ 73., cum scripsisset innumera sive soluta, sive ligata oratione, præcipue

Comœdiarum volumina XXV., quorum quodlibet XII. complectitur, et Matriti typis sunt edita, et inde aliis in locis seorsum; horumque Catalogum exhibet Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 59. et seqq., ubi et affirmat ex nonnullis composuisse eum ad *mille, et octingentas Comœdias;* tanta huic inerat et inveniendi copia, et perficiendi facilitas. Editiones omnium voluminum, et annum, et locum refert Joan. a S. Anton. to. 2.: ex his *Tragicomœdiam* tit. *Amicitia depensa* ex hispano in hetruscum idioma vertit Marius Calamus Florentinus tit: *L'Amistà pagata*: et Florentiæ anno 1662. publice recitata est, teste Leone Allaccio in Drammaturgia. Præterea typis dedit etiam

De S. Francisco plura, variaque, quæ habentur in ejus *Operibus,* teste Petro de Alva, et Astorga in Opere inscripto: *Naturæ prodigium,* Matriti anno 1651. impresso pag. 10., ex quo Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38. hoc ipsum excripsit.

Carminum humanorum tomos 3., quorum duo primi sub tit. hispano *Rimas* prodierunt Matriti an. 1602., et 1609. in 8., tertius vero de *Gestis Francisci Drac Angli* ibidem an. 1589., et 1602. in 8.

Pastores Bethlemiticos partim ligato, partim soluto sermone. Ilerdæ 1603., Matriti 1612., Compluti 1616., et Valentiæ 1645. in 8. per Jos. Gasch.

De festiva agitatione Deniæ Philippi III. gratia an. 1599. in 8.

Arcadiam ad Jacobi Sannazarii imitationem. Matriti anno 1603. in 8., Antuerpiæ an. 1605. in 12., et alibi.

Peregrinum patriæ. Barcinone 1605. in 8.

Cantica 20. *de pulchritudine angelica.* Matriti 1605. in 8. typis Joan. Cuesta.

Epopæjam tragicam, seu de destructione Jerusalem. Barcinone 1609., et 1619. in 8. apud Gabrielem Graells.

Soliloquia IV. *peccatoris conversi.* Salmanticæ 1612. in 8. apud Anton. Ramirez.

Carmina sacra, Hispanis *Rimas.* Matriti an. 1614. typis Alphonsi Martinez, et Ilerdæ an. 1615.

Colloquium pastorale in laudem SS. Conceptionis Deiparæ Virginis. Hispali anno 1615. in 4.

De passione Domini carmina assona XIV. Conchæ anno 1620. in 16. per Salvatorem Viader.

Philomenam una cum *epistolis variis,* et *Apologo fortunarum Dianæ.* Matriti 1620. in 4. typis Alphonsi Martini.

Decursionem poeticam prò Beatificatione B. Isidori Agricolæ. Ibidem eodem anno.

De metro polito, sive affectato. Ibidem anno 1621.

De solemnitatibus Lermæ factis, simulque de solemniis Matriti factis pro Canonizatione S. Isidori Agricolæ. Ibidem 1622. in 4.

Historiam S. Isidori Agricolæ poemate castellano. Compluti apud Joannem Gratianum 3. editio.

Puritas immaculata: idest *de Immaculata Conceptione Virginis Comœdiam.* Vallisoleti 1624. in 4.

Triumphum fidei in Japoniorum regno annis 1624., et 1625. Matriti anno 1618. (lego 1628.) in 8. typis Alphonsi Martini.

De Virgine de Almuneda dicta poema historicum cum *triumphis divinis, variisque carminibus.* Ibidem 1627. in 4.

Laurum Apollinis, seu *de laudibus Hispanorum poetarum cum variis carminibus.* Ibidem 1630. in 4.

De celebrationibus Toleti in Nativitate Philippi IV. Hispaniarum Principis. Ibidem in 4.

Poematum prophanorum, ac sacrorum tomum 1. Ibidem an. 1634. in 4. sub nomine *Thomæ de Burgillos.*

Planities Parnasi, quæ est *Collectio variorum carminum cum* 8. *ejus Comœdiis* prodiit post ejus obitum ibidem an. 1637. typis regni.

Ejus Elogium, et Vitam hispanice condidit Joannes Petrus, al. Perez a Montalbano an. 1636. Matriti cusam, et Nicol. Anton., qui et 350. *Opera* ejus partim versu, partim vero prosa typis excusa fuisse demonstrat ab anno 1598. usque ad 1647. Matriti majori ex parte, Barcinone, Vallisoleti, Cæsaraugustæ, ac Valentiæ, nec non Pampilone. De eo Petrus de Alva citatus col. 995. Militiæ univ., Marraccius in append. ad Biblioth. Mar. L., Quintana lib. 2. Hist. Matriti cap. 147., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Duas comœdias de S. Francisco scripsit, quarum altera, cui titulus *El Serafin humano,* extat in decimanona parte eius comœdiarum, altera apud B. J. Gallardo, Ensayo de una biblioteca española de libros raros y curiosos, to. IV, col 968,

ita

Digitized by Google

ita refertur: *La famosa comedia de la vida y mverte del glorioso y bienauenturado Padre San Francisco. Compuesta por Lope de Vega Carpio. Son figuras las siguientes. Padre de S. Francisco. Su Madre. Francisco, Florencio, y Fabricio sus hermanos.....* Impressa en Valencia, en casa Juan Vicente Franco.... Año 1611. in 4. In nova operum Lupi de Vega editione, de qua infra, hæc posterior non extat, ut nec sequens apud eumdem Gallardo ibidem relata: *La famosa comedia del nacimiento de Christo Nvestro Señor, con la buelta de Egipto.* En Valencia, Por Pedro Patricio Mey, 1613. in 4.

La Hermosura de Angelica, con otras diversas Rimas. En Madrid. En la emprenta de Pedro Madrigal, 1602. in 8. Volumen in tres partes dividitur, quarum prima continet poema a Sbaralea male enunciatum *Cantica 20 de pulchritudine angelica*, altera ducenta carmina (*sonetos*), tertia poema de Francisco Drake anglo, cui titulus *Dragontea*. Hoc iam prodierat Matriti a. 1598 (non vero 1589), fortasse etiam Valentiæ per Petrum Patricium Mey eodem anno, et recusum est simul cum *La Hermosura de Angelica* Matriti per Joannem de la Cuesta a. 1605 in 8; ducenta carmina (*sonetos*) sub titulo *Rimas*, haud paucis additis, quæ *segunda Parte de las Rimas* vocantur, separatim edita sunt primum in Hispania, deinde *en Lisboa por Pedro Crasbeeck* a. 1605 in 4, et *Con el nuevo Arte de hacer Comedias deste tiempo* a. 1611 *en Milan por Jeronimo Bordon Librero*, a. 1613 *en Madrid por Alonso Martin*, a. 1623 *en Huesca por Pedro Blason*, in 16.

Pastores de Belen, prosas y versos divinos. En Lerida, por Luis Manescal, 1612, in 8; En Madrid, por Alonso Martin, 1613, in 8; En Lerida por Luys Manescal, 1613, in 8; En Brusselas, por Roger Velpio y Huberto Antonio, 1614, in 16; En Madrid por Melchor Sanchez, 1675, in 8. Editio Ilerdensis a. 1603 non extat, et prima editio est Matritensis a. 1612.

Fiestas de Denia al Rey Catholico Felipo III de este nombre. En Valencia en casa de Diego de la Torre, 1599, in 8. Editio rarissima.

Arcadia. Prosas y versos.... Con una exposicion de los nombres Historicos y Poeticos. En Madrid, 1598, in 8 (editio prima, omnium rarissima); En Madrid por Luis Sanchez, 1599, in 8; En Barcelona, en casa Sebastian de Cormellas, 1602. in 8; En Valence, por C. J. Garriz, 1602, in 8; En Madrid por Pedro de Madrigal, 1602, in 8; etc.

El Peregrino en su Patria. En Sevilla por Clemente Hidalgo, 1604, in 4 (princeps et rarissima editio); En Brusselas en casa de Roger Velpius, 1608, in 16; En Madrid por la viuda de Alonso Martin, 1618, in 8; etc.

Jerusalem conquistada. En Madrid en la imprenta de Juan de la Cuesta, 1609, in 4 (editio princeps); En Lisboa en la imprenta de Vicente Alvarez 1611, in 4.

Quatro Soliloquios de Lope de Vega Carpio, llanto, y lagrymas, que hizo arrodillado delante de vn Crucifixo, pidiendo a Dios perdon de sus peccados, despues de aber recibido el hauito de la Tercera orden de Penitencia del Seraphico Francisco.... En Valladolid, Por Francisco Abarca de Angulo, 1612, in 8 (2ª editio). Recusa sunt inter *Soliloquios amorosos de un alma a Dios*, de qua collectione infra.

Rimas sacras primera parte. Sine loco (Madrid), por la viuda de Alonso Martin, 1614, item 1619, in 8; En Lisboa por Pedro Crasbeeck 1616, in 8; En Lisboa en la oficina de Henrique Valente de Olivera, 1658, in 8. Quadraginta duo ex his carminibus cum quadam additione prodierunt separatim sub titulo: *Romancero espiritual para recrearse el alma con Dios. Y redempcion del genero humano. Con las estaciones de la Via Crucis.... a devocion de los Hermanos de la Tercera orden del Serafico Padre San Francisco. Han se añadido en esta impression tres Estaciones y en cada una de las quinze quatro Consideraciones muy devotas, y las indulgencias mas principales que se ganan con el cordon de San Francisco.* Pamplona, Juan de Oteyza, 1624, in 16; Madrid, por Andres Garcia, s. a., in 16.

Coloquio pastoril en alabança de la limpia, y pura Concepcion de la Virgen nuestra Señora, sin mancha de pecado Original. Lleva al cabo vn Romance muy gracioso en Vizcayno, de la misma materia.... Impresso con licencia en Madrid por Miguel Serrano, y por su original en Malaga por Juan René. Año 1615. in 4. Opusculum rarissimum.

Catorce romances a la Passion de Cristo. Prodierant iam in vol. « Rimas sacras primera parte ».

La Filomena con otras diversas Rimas, Prosas y Versos. En Madrid. En casa de la biuda de Alonso Martin, 1621, in 4 (editio princeps); En Barcelona, por Sebastian de Cormellas, 1621, in 8.

Justa poetica, y alabanzas justas que hizo la Insigne Villa de Madrid al bienauenturado San Isidro en las Fiestas de su Beatificacion. En Madrid por la viuda de Alonso Martin, 1620, in 4.

Discurso sobre la Poesia culta. Ita Nicolaus Antonius.

Relacion de las Fiestas que la insigne Villa de Madrid hizo en la Canonicacion de su Bienauenturado Hijo y Patron San Isidro, con las Comedias que se representaron y los Versos que en la Justa Poetica se escriuieron. En Madrid por la viuda de Alonso Martin, 1622, in 4.

Isidro. Poema Castellano.... En que se escrive la Vida del bienaventurado Isidro, Labrador de Madrid, y su Patron diuino. En Madrid por Luis Sanchez, 1599, in 8; En Madrid en casa de Pedro Madrigal, 1602, et rursus 1603, in 8; En Alcalà, en casa de Juan Gracian, 1607, in 8; En Barcelona, en casa de Honofre Anglada, 1608, in 8; En Madrid por Alonso Martin de Balboa 1613, et en la Imprenta del Reyno 1638, in 8.

De Immaculata Conceptione Virginis Comœdia a Nicolao Antonio non memoratur, neque extat in novissima editione operum Lupi de Vega. Fortasse deperdita est, quum ipse Marcellinus Meléndez y Pelayo in Observationibus tomo secundo eiusdem editionis præmissis, p. XLIX. comœdiam de eo argumento Lupo adscribat, et ex libro « Relacion de las fiestas que la Universitad de Salamanca celebró desde 27 hasta 31 de Octubre del año 1618 al iuramento del nuevo estatuto.... de que todos los graduados defenderan la pura e limpia Concepcion de la Virgen N. S. Salamanca 1618 » constet eam actam esse ibidem eodem anno die 29 Octobris.

Triunfo de la Fee en los Reynos del Japon por los años de 1614 y 1615. Año 1618. En Madrid. Por la viuda de Alonso Martin, in 8.

Triunfos divinos con otras Rimas sacras. Año 1625. En Madrid: por la viuda de Alonso Martin (in fine: Por Pedro Tazo), in 4. Ultimum carmen est: *La Virgen de la Almudena Poema historico.* Nulla videtur editio anni 1627.

Laurel de Apolo con otras Rimas. Año 1630. En Madrid. Por Juan Gonçalez, in 4. In poemate *Laurel de Apolo* non solum poetas hispanos, sed nonnullos (36) etiam gallos et italos laudibus effert.

Relacion de las fiestas que la Imperial ciudad de Toledo hizo al nacimiento del Principe N. S. Felipe IIII deste nombre. En Madrid, por Luis Sanchez. 1605. in 4.

Rimas humanas y divinas del Licenciado Tomè de Burguillos no sacadas de blibioteca (sic) *ningvna* (*que en Castellano se llama Libreria*), *sino de papeles de amigos y borradores suyos.* En Madrid en la Imprenta del Reyno, Año 1634. in 4; et: En Madrid. En la Imprenta Real. Año 1674. in 4. Inter carmina humana seu profana, iocosa pæne omnia, quæ sub adscito isto nomine Lupus edidit, est illud festivissimum, felium amores et pugnas enarrans, nuncupatum *La Gatomachia.*

La Vega del Parnaso. En Madrid. En la Imprenta del Reyno. Año 1637. in 4. Carmina nonnulla hoc libro contenta iam seorsim prodierant, nempe: *Sentimientos a los agravios de Christo Nuestro bien por la Nacion Hebrea*, sine ulla nota typographica, in 8; *Amarilis Egloga....* En Madrid por Francisco Martinez, 1633, in 8; *Filis* (egloga) *a la dezima Musa, Doña Bernarda Ferreira de la Cerda, señora portuguesa.* En Madrid de 1635, in 16; *Isagoge a los Reales Estudios de la Compañia de Jesus.* Sine ulla nota (sed Matriti a. 1629), in 8; *Pira sacra en la muerte del Exc.mo Señor Don Gonçalo Fernandez de Cordoua....* En Madrid, Por Francisco Martinez, 1635. in 4.

Alia eius opera, omissis quibusdam minoris momenti:

Le Circe con otras Rimas y Prosas. Sine loco (Madrid). En casa de la biuda de Alonso Martin, 1624, in 4.

Soliloquios amorosos de un alma a Dios escritos en lengua latina par el P. D. Gabriel Padecopeo, Religioso Cartuxo, y en la Castellana por Lope de Vega Carpio. En Madrid, por la viuda de Luis Sanchez, 1626 (secundum V. Barrantes, 1627), in 16; En Lisboa. En la Emprenta de Lorenzo de Auveres, 1644, in 8; En Roan, en la emprenta de Maurry, 1646, in 16; etc. Sub verbis *Gabriel Padecopeo* absconditur anagrammatice *Lope de Bega Carpio.*

Corona tragica. Vida y Muerte de la Serenissima Reyna de Escocia Maria Estuarda. En Madrid Por la viuda de Luis Sanchez 1627, in 4. Sequuntur nonnulla carmina minora varii argumenti.

La Dorotea accion en prosa. En Madrid en la imprenta del Reino, 1632. in 8 (editio princeps); En Madrid en la Imprenta Real, 1654. in 8.

Fiestas del Santissimo Sacramento, repartidas en doce autos sacramentales con sus Loas y Entremeses.... recogidas por el Lic. José Ortiz de Villena. En Madrid, 1644, in 4. *Loas* et *Entremeses* nostri auctoris non sunt.

El

Digitized by Google

El Orfeo en lengua castellana. Poema editum Matriti a. 1624 sub nomine Joannis Perez de Montalban, sed verisimiliter Lupi de Vega.

Anno 1890 incepta est Matriti hæc editio: *Obras de Lope de Vega publicadas por la Real Academia Española;* et iam a. 1902 tomus XIII prodiit. Tomus primus continet Nueva Biografia por D. Cayetano Alberto de la Barrera, quam adeat qui plura desiderat.

MMDCCVI. 1414.

LUPUS PAEZ = prædicator Apostolicus, et Visitator Generalis 3. Ord. S. Francisci in Hispania scripsit hispano idiomate

Origen, aumento, y estado de la Venerable Orden Tercera de Penitencia con las Vidas de los Santos, que a tenido. Matriti 1623., et 1629. in 16.

Corona de la Virgen distribuida por mysterios. Ibidem 1613. in 16. apud Ludov. Sanchez ex Biblioth. Hispan. pag. 64. Edidit etiam

Vitam Ven. Sororis Franciscæ Agnetis a Conceptione neptis S. Petri Alcantar. Abbatissæ Monasterii Bethlemitici de Zifuentes, et fundatricis Monasterii Oropesani Recollectarum 3. Ordinis S. Francisci, cujus a sacris Confessionibus ipse fuerat; quam vitam typis edi curavit *Michael de Cardona Montoya* ejusdem Ven. Servæ Dei Franciscæ nepos, teste Joan. a S. Bernardo in Vita S. Petri Alcantar. lib. 1. cap. 41. Matriti in 4. ex Joan. a S. Anton., qui addit to. 2. pag. 310.

De ejusdem virtutibus, ac miraculis impres. in fol. absque loco, et anno se vidisse Matriti in Biblioth. S. Francisci, de eoque agere et Petrum de Alva.

MMDCCVII. 1415.

LUPUS E SALINIS = discipulus, et socius *B. Petri a Villacrucis* Reformationis Hispanicæ autoris, an. 1427. factus est *Minister* provinciæ S. Jacobi ex Waddingo ad eum an. n. 20., de quo ex Monumentis Ordinis agit Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 27., et inde in Annal. Minor. Waddingus pluribus in locis, dictus etiam vulgo *Lopez de Salazar;* Antonius enim Daza Minorita Hispanus in Vita S. Petri Regalati apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Martii die 30. de Viris Cœnobii Aquileriani insignibus disserens cap. 1. ait: *In quibus post ipsos fundatores primo loco dici meretur B. Frater Lopez de Salazar, et Salinis, cujus in hoc libro fit mentio alias, qui fuit fundator Custodiæ S. Mariæ Minorum, quæ nunc est sancta Burgensis provincia, et discipulus B. Villacrecii, ac S. Regalati socius, vir doctissimus, Reformationis zelator insignis, moribus tam sanctis, qualem ipsum sua declarat Vita ab autoribus variis scripta.*

Opuscula omnia, quæ refert Waddingus mss. extare in Bibliothecis, nunc edita leguntur to. 1. Chron. prov. Burgensis Matriti excuso an. 1722. in fol. typis Hieronymi Roxi, teste Joa. a S. Anton. to. 2.

Satisfactorium duplex ejusdem Fr. Lupi habetur ibidem; et etiam cum ejus Vita to. 6. Chron. Ord. hispano idiomate conscriptorum a P. Eusebio Gonzalez Matriti an. 1725. in fol. typis Viduæ Jo: Garciæ Infanzon.

Epistolæ plures memoria dignæ, quarum nonnullæ editæ habentur in prædictis Chronicis ex Joan. a S. Anton.

Apologiam, seu *Responsionem* edidit *ad* XII. [XV.] *articulos, quos Observantini opponebant Eremitoriis Villacrecianis, Concilio Regio Henrici IV. Hispaniarum Regis post annum* 1453. *expositam,* quæ ms. extat in Cœnobii Aquileriani Biblioth. ex cit. Antonio Daza cap. 1., lingua *castellana* exarata.

Testamentum suum fuse condidit an. 1458. in Conventu S. Antonii supra Fresnedam die 30. Martii, cuius *Compendium* latine exhibet Ant. Melissanus autor *Supplementi* Annal. Min. Waddingi ad an. 1458. Ipse vero Lupus ex hac vita migravit non anno 1463., ut scribit Joa. a S. Anton., sed an. 1459. die 24. Februarii; deque eo agit Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem dictam §. 3., aliique plures.

M

MMDCCVIII. 1416.

MALACHIAS HIBERNICUS = de Conventu Limbricen. sub Nicolao III. postulatus fuerat in Pastorem ab una parte Capituli *Tuamensis* Ecclesiæ in Hibernia Archiepiscopalis. Garetius, et Lusitanus, ac Altamura *Ord. Prædic.* dixerunt; sed Echardus to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. cedit hunc Minoritis; reapse *Ordinis Minorum* dicitur in Bulla electionis, assumptionisque ad eam Ecclesiam *Stephani* itidem Minoritæ apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1286. In Bulla 169. Joannis XXII. apud Waddingum ad an. 1325., qua Pontifex Episcopatum Enagdunen. confert Fr. Roberto Ordinis Min., memoratur *Malachias Archiepiscopus Tuamensis:* an post Stephanum, et alium ipse obtinuerit hanc Ecclesiam, an vero sit alius, nondum inveni.

De 7. peccatis mortalibus ms. extat in Paris. Biblioth. Regia cod. 1135. ex Echardo citato to. 1. pag. 743.

Libellus septem peccatorum mortalium seu Tractatus de veneno extat ms. in Museo Britannico Cott. Vitell. C. XIV, ff. 57-65. Cf. A. G. Little in Dictionary of National Biography edited by Sidney Lee, XII, London 1909, p. 836.

* MANFREDUS N. Regul. Observ. Professor vocabatur *Fulgentius Manfredus,* de quo supra.

MMDCCIX.

MANFREDUS PLACENTIA Salemitanus Siculus *Tertii Ord.* S. Francisci eorum, qui in seculo degunt, votisque Religionis non adstringuntur, composuit

Institutiones Grammaticales, quæ Panormi cusæ sunt an. 1604. per Joan. Anton. de Franciscis; extantque et in Bibliotheca Romana SS. Cosmæ, et Damiani 3. Ord. Claustral., testante Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38.

Eædem *Institutiones* a Jos. M. Mira (Bibliografia Siciliana, II, Palermo 1881, p. 232) impressæ iterum dicuntur a. 1633.

MMDCCX. 1417.

MANFREDUS TERDONENSIS, al. Dertonensis = hujus ex Mariano meminit Waddingus etiam in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8.; *magnum Doctorem* dicit autor synchronos Fr. Salimbene Parmensis in Chron. ms., qui pag. 378. narrat missum cum aliis duobus a Bonagratia tunc Ministro prov. Bononiæ ad Concilium Ravennæ congregatum a Philippo

Digitized by Google

lippo Archiepiscopo, de quo Concilio et Waddingus in Annal. Minor. ad annum dictum num. 13. agit.

Polylogium Dictionum Scripturarum incipiens: *Expositioni dictionum difficilium:* finiens vero: *nos firmo cardine mentis:* extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex illius Indice an. 1437. descripto pag. 15. 28. 67., et 74.; quorum ultimo loco dicitur ita desiisse: *nos cardine firmo:* ex quibus elicitur *versibus hexametris* Opus conflatum fuisse cum *prologo* soluto; vel saltem in fine versus apposuisse, uti fecit et Gulielmus *Brito* in principio, et fine sui Vocabularii.

Postilla super Matthæum Fratris Manfredi ms. habebatur olim Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci ex illius veteri Indice an. 1421. confecto; hujusne, vel alterius, viderint alii.

Summa de restitutione male ablatorum, et alia *Summa casuum conscientiæ edita a Fr. Manfredo* extabat olim ms. in Bibliotheca Conventus S. Francisci Utinensis ex antiquo illius loci Regesto an. 1397. scripto; sed an ad istum Fratrem Manfredum attineant, mihi incompertum; nam fuit et *Manfredus* de Calcinaria anno 1342. Episcopus Adjacensis in Corsica, et alius *Fr. Manfredus* anno 1363. erat Episcopus Chius in Ægæo.

** Verum *Tractatus Fr. Manfredi de Terdona super restitutione male ablatorum Ord. Minorum* (ita) incip. *Quoniam propter animarum pericula,* cod. membr. in 8. seculi XIV. cum aliis hujusmodi tractatibus extabat in Biblioth. Card. de Zelada, nunc in illa Ecclesiæ Toletanæ, ex recensione Can. Angeli Battaglini alias memorati. **.

Introductio operis, cui titulus *Polylogium dictionum Scripturarum,* extat ms. seculi XIV exeuntis Berolini in Regia bibliotheca cod. lat. 239, ff. 2-9. Cf. Val. Rose, Verzeichniss der lateinischen Handschriften der königlichen Bibliothek zu Berlin, B. II, Abth. I, Berlin 1901, pp. 11-12.

* MANUEL = V. *Emmanuel.*

MMDCCXI.

MANSUETUS DE CASTELLIONE Aretino Etruscus Pœnitentiarius, et Capellanus Pontificius an. 1257. delectus est ad absolvendos Pisanos a censuris ex literis Alexan. IV. apud Ughel. in Pisan. Archiep. to. 3., cujus rei causa ferunt illius urbis cives in grati animi argumentum cinxisse muris Conventum Minorum Castellionis: non autem, ut scribunt Marianus et Waddingus, Pisis novum Cœnobium erexerunt; qui similiter cum errore hanc reconciliationem an. 1244. factam dicunt: anno autem 1258. ablegatus est in Angliam ad Henricum Regem ex Paris. apud Raynal. Annal. Eccles. n. 13. Charus fuit S. Ludovico Galliæ Regi, a quo dono accepit unam e *spinis* coronæ D. N. J. C., epistola adjuncta eidem Fr. Mansueto dat. *Compendii* die S. Bartholomæi an. 1258. in Arch. Conventus Castellionis adhuc asservata, de qua et Barthol. Pisanus Confor. XI. par. 2. prov. Tusciæ. Scribit Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. pag. 441. se vidisse in Ecclesia Montis Alverniæ *magnam quantitatem ligni Dominicæ Crucis, quod habuerat Fr. Mansuetus a Rege Franciæ bonæ memoriæ Sancto Ludovico, eo quod Nuntius esset Papæ Alexandri IV. missus ad eum;* et pag. 225. dicit fuisse *Lectorem, et magni valoris in Ordine,* annoque 1238. Fani commorasse. Scripsit

Regulam Sororum Monasterii Humilitatis Beatæ M. V. a B. Isabella S. Ludovici sorore prope Parisios erecti, examini commissam 4. Magistrorum Ord. Minor., nempe *Fr. Bonaventuræ, Fr. Gulielmi de Melitone, Fr. Gulielmi de Harcombaut,* et *Fr. Godefridi de Vierson,* ut in Vita B. Isabellæ cap. 2. apud Collect. Act. SS. ad diem 31. Augusti; et ab Alexandro IV. an. 1259. die 2. Februarii approbatam. Extat ms. autogr. in Archivo S. Crucis Florentiæ, in cujus fine legitur: *Explicit Regula humilium Ancillarum gloriosissimæ Mariæ Virginis Matris Dei, quam Fr. Mansuetus de Ord. FF. Minor. de mandato Summi Pontificis, et Cardinalium quorumdam diligenti consilio composuit, et dictavit.*

Vivebat adhuc anno 1263., quo iterum a Pontifice missus est, ut Pisanos averteret a partibus Manfredi Tyranni; cui etiam, uti et *Fr. Pacifico* germano suo ejusdem Ordinis facultas data est disponendi de libris suis ex lit. in Arch. Conventus Castillionis. Eum Rodulphius lib. 2. fol. 265. *Beatum* dicit, et *miraculis, ac vitæ sanctitate* claruisse.

MMDCCXII.

MAPHINUS CELLA Cremonensis provinciæ Bononiæ Min. Conv. Theologus acutus, ac disputator egregius, Francisco Sfortiæ Mediolanen. postremo Duci charissimus anno 1508. constitutus est Lector Philosophiæ in Conventu Patavino ex Reges. Ordinis p. 65.; summoque judicio scripsit

Commentaria in Opera Scoti: quemadmodum memoriæ tradidit Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 2., ubi addit floruisse an. 1525., recolique a Francisco Zava in *Parentalibus Pauli Faerni* ejusdem Instit. Regul., qui eo seculo scripsit.

MMDCCXIII. 1418.

MARCELLINUS DE PISE = prov. Lugdunen. Definitor, cujus

Moralis Encyclopædia 5. tomis in fol. conflatur, primusque prodiit Venetiis an. 1634. in 4., deinde ab autore auctus Parisiis an. 1644. apud Jo: Tost, seu Johest in fol. ex Joan. a S. Anton.

Tomus 2. agit *de Festis S. Crucis, de Angelis, de S. Joseph, et omnium Sanctorum* cum *Homiliis in totam Quadragesimam speciali ratiocinandi modo contextis, scientiarumque omnium ornamentis.* Venetiis 1637.; additisque ab autore *Homiliis de Defunctis, de Purgatorio, de institutione Festorum, de Ecclesiis consecratis, de Imaginibus, de Reliquiis Sanctorum, de peregrinationibus, de Processionibus, de flagellis Dei, de Jubilæo, de Indulgentiis,* et *de Confessione,* prodiit Parisiis anno 1644. in fol. apud eumdem.

Tomus 3. expendit *moraliter Evangelia totius Quadragesimæ* etc. Parisiis an. 1640. in fol.

Tomus 4. expendit *literaliter, et moraliter reliqua Evangelia Quadragesimæ, quæ in to.* 3. *deficiunt;* adjunctis etiam, ut in tribus prioribus tomis, *ritibus antiquis omnium fere nationum idoneis moribus excolendis.* Lugduni 1656. in fol. per Laurentium Anisson.

Commentaria literalia, et moralia in Evangelium S. Matthæi, eisdem typis, eodemque anno 1656.

Commentaria literalia, et moralia in Marcum, Lucam, et Joannem tomis 3. in fol. mss. asservantur Lugduni in Biblioth. Capuccin.

Vita, et gesta P. Hieronymi Narniensis etc. Romæ an. 1644. in 4. ex Typographia Cam. Apostol. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Vita

Digitized by Google

Vita, et gesta Urbani VIII. Summi Pontificis. Romæ an. 1645. in 4. eisdem typis ex eodem, cum tamen Waddingus an. 1649. dicat tantum prælo paratam.

Annalium Ord. Minor. S. Francisci Capuccinorum tomus tertius (seu tomi 3. primam et secundam partem; nam tertiam partem fecit Maximus Bertani ab an. 1628. usque ad 1636.), *in quo universa, quæ ad ejusdem Ordinis progressum spectant, ab an.* 1612. *exclusive usque ad an.* 1634. *inclusive fidelissime traduntur:* est autem *Continuatio Annalium Zachariæ Boverii.* Lugduni 1676. in fol. sumptibus Fratrum Anisson, et Joannis Poysvel ex cit. Joan. a S. Anton.; postea prodiit et Tridenti an. 1708. in fol. typis Joan. Anton. Brunati, quæ est italica translatio Annalium Capuccin. facta a *Fr. Antonio Olgiati* Comensi Capuccino.

Appendicem ad Annales P. Zachariæ Boverii, ac Supplementum ms. reliquit, teste autore Biblioth. Capuccinor.

Genius Christianus Opus bipartitum latine promittitur ab autore in calce posterioris tomi suæ Encyclopædiæ; sed an confecerit, ignoro.

De eo Joseph Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebr., Dupinus sec. 17., et Sousa in Expedit. Hispan. S. Jacobi n. 140.

Moralis Encyclopædiæ, quæ quatuor non quinque tomis in fol. conflatur, extant Romæ in bibliotheca Angelica tomus primus et secundus cum subscriptione « Parisiis, Sumptibus Joannis Jost, 1646 » et dicuntur secunda editio. In horum primo (pag. 653) dicit auctor hæc duo volumina sua prima editione emersisse (in Gallia sine dubio, non Venetiis) mediocri mole in 4, absque homiliis dominicalibus, octo homiliis de Cœna Domini pro Octava Corporis Christi, et aliis. Non solum tomus quartus, sed et tres priores prodierunt Lugduni sumptibus Laurentii Anisson a. 1656. Tomus primus secundum hanc editionem agit de festis Christo Domino sacris, de Eucharistia, de omnibus festis B. V. Mariæ, et de S. Joseph; secundus de Cruce, Angelis, et festis omnium Sanctorum, adiectis: 1. quatuor homiliis varii argumenti, nempe de purgatorio pro die defunctorum, de festorum institutione (ubi de ecclesiis consecratis, de imaginibus et reliquiis Sanctorum), in processione ob flagella Dei, de iubilæo seu de indulgentiis (ubi et de confessione); 2. homiliis dominicalibus, diebus dominicis quadragesimæ exceptis, a 1ª Adventus ad 2am post Pascha inclusive; 3. homiliis quadragesimalibus. In tomo tertio, cuius prima editio anni 1640 extat in bibliothecis Angelica et Casanatensi, expenduntur literaliter, moraliter, orthodoxe evangelia quadragesimæ a feria 4ª Cinerum ad feriam 6am inclusive dominicæ 1æ; in quarto, literaliter et moraliter reliqua quadragesimæ evangelia, a dominica 2ª ad feriam 6am in parasceve. Quum facultas pro operis impressione data sit a P. Ministro Generali anno 1637, et approbationes secundi tomi sint mensis iunii 1638, dubito an non extent tomi primus et secundus impressi Venetiis annis 1634, 1637. *Homiliæ in totam quadragesimam*, quæ partem secundi tomi editionum parisiensis anni 1646 et lugdunensis (in hac pp. 506-722) constituunt, prodierunt Venetiis apud Tomasinum a. 1645 in 4, sub titulo: « Moralis Encyclopædia. Id est, Scientiarum omnium Chorus, expendens moraliter sacrosancta evangelia quadragesimæ ».

Vita R. P. F. Hieronymi Narniensis.... Opus selecta rerum suppellectile coalescens, et concionibus pleraque congrua subministrans.... Romæ, Typis Manelfi Manelphij. M.DC.XLVII. in 4. Ex epistola auctoris nuncupatoria data kal. Nov. 1646, et ex facultate Procuratoris et Commissarii Generalis Ordinis, ut opus typis mandari posset, data die 12 Nov. eiusdem anni, videtur editio prima. Hanc solam editionem indicat Bernardus a Bononia, etsi Dionysius Genuensis referat editionem anni 1644.

Opus *Vita et gesta Urbani VIII* a Dominico Moreni in Bibliografia storico-ragion. della Toscana (II, Firenze 1805, p. 36) adhuc certe ineditum putatur.

Tomus tertius Annalium (1613-34) Ordinis Capuccinorum editus Lugduni a. 1676 totus Marcellino de Pise debetur, et opus Maximi Bertani (Annali dell' Ordine de' Frati Minori Capuccini. Parte terza del Tomo Terzo. In Milano, MDCXIV Per Giuseppe Pandolfo Malatesta in fol.) non est prosecutio eius, quum ab a. 1628 ad a. 1634, non vero 1636, se extendat, sed operis Antonii Olgiati (Annali dell' Ordine de' Frati Minori Capuccini. Tomo Terzo, Parte Prima. 1613-20. Trento 1708. pel Brunetto. in fol.;.... Tomo Terzo, Parte Seconda. 1621-27. In Milano, MDCCXI. Per Giuseppe Pandolfo Malatesta. in fol.). Neque Annales Antonii Olgiati et Maximi Bertani dici possunt versio Annalium nostri auctoris; eadem enim diverso modo enarrant, multa autem addunt.

Genius Christianus, id est, Spiritus Christi qualiter influat in omnes homines Christianos. Hoc opus, tomum quintum et ultimum *Moralis Encyclopædiæ*, edere divisum in duas partes auctor primo statuerat, deinde vero in tres, addita tertia parte *de virtutibus*, in qua, facta earum omnium exquisita anatome, ostenderetur quantum emineant virtutes Christianæ præ claris etiam virtutibus Gentilium Philosophorum. Cf. tomum 4um Moralis Encyclopædiæ, in fine, ante et post Indices.

MMDCCXIV. 1419.

MARCELLINUS DE PONTE BAUES. = obiit Gratianopoli 1623., de quo Dupinus sec. 17., et Dionysius Genuensis.

MMDCCXV. 1420.

MARCELLUS DE RIBADENEIRA = sac. Theologiæ Lector, ac celebris concionator Regul. Observ., quondam BB. Martyrum Japonensium socius, vir ingenio præstans, ac pietatis, doctrinæque titulis admodum clarus, cujus Opera exarata sunt hispanice ex Nicolao Antonio.

Vitam, et gesta BB. Martyrum Japonensium excripsit P. Petrus a Ribadeneyra de *Vitis Sanctorum* fol. 636.

Historiam Archipelagi, et regnorum Sinensium, Tartarorum, Japonensium etc. Barcinone anno 1601. in 4. per Gabrielem Grelli.

Coronam excellentiarum B. M. V.; seu de *Excellentiis coronæ B. Virginis* duobus libris: quorum in primo agit *de origine coronæ, quam recitant Minoritæ;* in 2. *de excellentiis ejusdem coronæ.* Neapoli anno 1605. in 4. typis Joan. Bapt. Subtilis.

Sermonem Summi Sacerdotis Tartarorum evulgavit hispanice.

E vivis exemptus est Salmanticæ circa annum 1606. in Cœnobio Recollect. S. Anton. ex Joan. a S. Anton. in utraque Biblioth., et autore Chron. provin. S. Jacobi to. 2.

Historia de las Islas del Archipielago, y Reynos de la Gran China, Tartaria, Cvchinchina, Malaca, Sian, Camboxa y Jappon, y de lo sucedido en ellos a los Religiosos Descalços, de la Orden del Seraphico Padre San Francisco, de la Prouincia de San Gregorio de las Philippinas.... En Barcelona, En la Emprenta de Gabriel Graells y Giraldo Dotil, Año M.DCI; in 4. Prima, et, ut videtur, unica editio huius operis. Posterioribus libris continentur *Vita et gesta Martyrum Japonensium*, quæ non sunt edita separatim a. 1601, neque in « Flos Sanctorum » a Petro de Ribadeneira, qui de iis martyribus ne agit quidem. Extat profecto in « Flos Sanctorum » Madrid, Imprenta Real, 1675, tercera parte, pp. 623-636, Vida de los veinte y seis Martyres, que fueron crucificados por Christo en los Reynos del Japon, sed hæc Vita auctorem habet Franciscum Garcia Soc. Jesu, neque ex *Historia* Marcelli de Ribadeneira dici potest *exscripta.*

Libro de las Excelencias admirables de la Corona de la Virgen Santissima Madre de Dios, y Señora de todo lo criado. En Napoles Por Juan Bautista Sutil, 1605-1606, 2 part. in 4.

Sermonem summi sacerdotis Tartarorum evulgavit quidem hispanice, non autem ex lingua tartara, quam nescivit. Conferatur Historia supra citata p. 147.

De eo accurate agit Laurentius Perez O. F. M. (Archivum Franciscanum Historicum, a. I, 1908, pp. 536-543).

MMDCCXVI.

Digitized by Google

MMDCCXVI.

MARCELLUS ROMANUS COLUMNA patritius Catanen. Strict. Observ. Reformator. sac. Theologiæ Lector, Generalis Concionator, et in provincia Siciliæ tertio Definitor, ac Romæ Hieronymi Card. Columnæ a Confessionibus scripsit italice

Conciones de Sancto Crucifixo. Catanæ an. 1650. in 4. apud Jo: Russum.

Orationum sacrarum Octavam primam tit. *La vera Deità Catanese.* Veronæ an. 1658. in 4. apud Franciscum Rosum.

Apologiam pro Opere Orationum sacrarum etc. Romæ an. 1665. in 4. typis Ignatii de Lazaris.

Adventuale, seu *conciones in Adventu Domini.* Catanæ an. 1670. in 4. per Paulum Bisagnium.

De triumpho S. Crucis. iisdem typis in 4. an. 1681.

Obiit in patria an. 1679., ætatis suæ 65., et commendatur a Petro Tognoleto apud Mongitorem to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex his Jo: a S. Anton.

Italice et accuratius titulos eius operum reperies apud Mongitore, l. c., et Mira (Bibliografia Siciliana, II, Palermo 1881, p. 298).

MMDCCXVII.

MARCELLUS SANSEVERINUS Ligur, teste Oldoino in Athenæo Ligustico pag. 411., ad litteras redegit

Vitam S. Patris Francisci vulgatam Genuæ an. 1637., ut notavit et Joa. a S. Anton.

Oldoinus op. cit. tradit quidem hunc auctorem Ordinis Minorum fuisse et Francisci ss. Fundatoris vitam descripsisse, sed ex Soprano. Ast hic (Li scrittori della Liguria, Genova 1667, p. 208) dicit eum Ordinis Minimorum et descripsisse vitam S. Francisci de Paula suæ Religionis patriarchæ.

MMDCCXVIII.

MARCELLUS TONNORODENSIS Gallus provinciæ Parisiensis Tertii Ordinis S. Francisci Theologus, multæque lectionis vir composuit Opus prolixum, quod inscripsit:

Theologia vitæ spiritualis scholastica, et positiva methodo consarcinata: ut refert Bordonus in Chronologio 3. Ordin. cap. 38., et 32. n. 68., ubi Opus hoc appellat *Organum morale,* Encyclopædiam, sive omnium scientiarum sanctarum concatenationem complectens; autoremque morte præoccupatum vulgare non potuisse: ex eo accepit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 314.

MMCCXIX. 1421.

MARCHESINUS DE BAJADON = *de Bajadox* dicitur apud Bollandum ad diem 14. Januarii, quæ est Pax Augusta in Hispania, ac Extremadura; *de Badajon* dicitur a Joan. a S. Anton.

MMDCCXX. 1422.

MARCHESINUS PETOR = *Lector,* ut infra, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum; sed patriam, et tempus, quo scripsit, nemo nobis edisserit. Eius Opuscula servantur mss. pergam. in 4. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, suntque

Tractatus de pœnis peccatorum diversimode nuncupatis incipit: *Pœna debita peccatori nunc censetur nomine proditionis* etc.: et in fine legitur: *Explicit utile Opus de pœnis peccatorum a Fr. Marchesino Lectore Ord. Minorum.* Non igitur *Petor,* ut male apud Rodulphium, et alios ex eo, sed *Lector* Marchesinus dicendus est.

De passione Domini incipit: *Passio Domini nostri Jesu Christi. Consumatis sermonibus Evangelicæ prædicationis, dixit Dominus discipulis suis: scitis, quia post biduum Pascha fiet* etc.

Incipit Opus de vitiis a Fr. Marchesino compositum. De superbia. De superbia est loquendum quantum ad causam defectivam etc. Hæc tria Opuscula sunt in eodem cod. ms., horumque tituli recensentur in veteri Inventario Bibliothecæ, Sacrariique Conventus S. Francisci Asisiensis anno 1381. facto, ac renovato, ubi dicuntur extasse in IV. solario occid. sub nomine *Fratris Marchesini de Ordine Minorum;* unde patet hujus autoris antiquitas.

MMDCCXXI. 1423.

MARCHESINUS E REGIO = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in provincia Bononiæ, et Conventu Regii.

Dictionarium Vocabulorum Bibliorum titulo *Mammothreptus* prodiit primum Moguntiæ an. 1470. per Petrum Schoiffer de Gernsehen in fol.; postea Venetiis 1476., et 1478. in 4. typis Francisci Hailbrun; 3. Venetiis 1479. in 4. per Nicolaum Jenson; Mediolani 1481. per Leonardum Pachel; Venetiis 1482. in 4. per Andream Jacobi de Cathara; 1483. in 8. per Franciscum de Hailbrun; 1485. per Franciscum de Madiis; mox Argentorati 1487., 1489., et 1497. in 4. tit. *Mammotrepton, idest Dictionarium Vocabulorum difficiliorum in Bibliis repertorum. Item tractatus de mensibus Hebræorum, festivitatibus legalibus, vestibus sacerdotalibus, divinationibus, nominibus Dei apud Hebræos, Interpretibus sacræ Scripturæ, ejusdem divisione* etc. *Item Dictionarium vocabulorum difficiliorum in Antiphonis, et Responsoriis per annum totum; item in hymnis, sermonibus Doctorum, Legendis Sanctorum, et declaratione Regulæ Minorum.* Iterumque Venetiis anno 1494., et 1498.; nec non 1506., non 1596., per Joan. Pentium de Leuco; postea et Metis 1509., Venetiisque 1596. Addit Joan. a S. Anton. Norimbergæ 1494., et Parisiis 1510., et 1521. in 8. Extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex Indice veteri illius Bibliothecæ an. 1437. scripto pag. 18. 28., et 69.; nec non Crumloviæ in Bohemia in Bibliotheca Conven. S. Mariæ Min. Conv., et in Monasterio S. Mariæ Clarissar. in pergam., et Viennæ apud nostros ex Indice earumdem Bibliothecar. an. 1593. confecto, et Romæ asservato pag. 24. et 45. Habetur etiam ms. in Bibliotheca Varmiensi ex Catalogo illius apud Possevinum ad calcem sui Appar. sac.; Asisii apud nostros; et Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustrum num. 771. in 4., et scam. 28. num. 722. in 4. tit. *De Vocabulis Bibliæ;* sed primo loco *Mammotrectus* completus, secundo loco incompletus est. In Biblioth. etiam Gothana Ducis Saxoniæ extat ms. membran. in fol. *Mamotrectus,* in cujus fine legitur: *Anno ab Incarnatione Dominica* CIↃ. CCCCLXVI. *finit totus hic liber regnante Dno nostro Jhesu Christo:* et postea adduntur hi versus:

« O vos, qui nostis quid perferat ille laboris,
« Qui se scribendo castigat tempore crebro,
« Assiduis precibus memores sitis, precor, « ejus,
« Qui prumptus librum conscripsit, et edidit « illum.

Et

Digitized by Google

« Et tu, nate Dei, miserere, flagito, mei;
« Nam tua pro gloria feci hæc . . . omnia.

Autoris ne, an exscriptoris, incertum: ita legitur in Catalogo codd. mss. Bibliothecæ dictæ anno 1714. Lipsiæ ab Ernesto Salom. Cypriano confecto, atque vulgato pag. . . . [8] n. 48. Ex hoc Opere, et Papia suum confecit *Vocabularium Ecclesiasticum* Joan. Bernardus Savonensis Ord. Erem. S. August., ut ipsemet fatetur in proœmio dicti Vocabularii. *Mammot epti* voce usus est S. Augustinus in psal. 30. *In te, Domine, speravi* etc. Habetur *Christgau Commentar. de Mammotrecto:* quis tamen fuerit, ignoro.

Sermones de Sanctis extant et Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 28. cod. 722. in 4. post *Dictionarium vocabulorum Bibliorum Mamotrepti;* sed valde interpolati, et etiam sine nomine, ac sine præfatione, seu prologo; et scam. 24. cod. 676. in fol. in fine post diversorum autorum Opuscula pariter sine nomine autoris, sed titulo *Lucidarii Legendarum:* reipsa non sunt sermones, sed elucidationes Vitarum SS. in duas partes, quarum in altera elucidat Vitas SS. Ordinis Minorum, in altera vero Vitas SS. communium Ecclesiæ a S. Andrea Apostolo usque ad S. Catharinam V. et M.; idque ad honorem *B. M. Mariæ, S. Francisci stigmatibus insigniti, et S. Cæciliæ V. et M.,* incipitque: *Utilitatem comparis prædilecti confratris B. mihi caritatis vinculo spiritualiter copulati, ac propriam attendens, substratum Opusculum compilare decrevi* etc.; ita prologus: Opus vero incipit: *Passionem S. Andreæ Apostoli* etc.: ubi dumtaxat verba quædam, et voces, nominaque, quæ in Historiis SS. occurrunt, explicat inquiens in prologo: *quod quia Legendas Sanctorum nostri Ordinis difficiles elucidat, et luculenter clarificat, volo censeri Lucidarium Legendarum. Non ergo te moveat, Fr. Krissime, in subjecto Opusculo alicujus verbi expositionis obmissio, quia quod in una parte interdum obmittitur, in alia recuperatur ad plenum:* Deest tamen pars illa, quæ agit de Sanctis Ord. Minor., cumque autor citet non semel *Polylogium,* et *Britonem* ad vocum explicationem, liquet scripsisse eum hoc Opus post an. saltem 1260. Hic codex Florentinus dicitur fuisse ad usum *Fr. Illuminati de Capoinsaccis Florent. Ord. Minorum,* ut habetur in fine ejusdem codicis: *Fr.* autem *Illuminatus de Capoinsaccis anno* 1305. erat *Custos Florentiæ,* ut legitur in fine codicis 295. ejusdem Biblioth. S. Crucis scam. 26. quarti libri Senten. S. Bonaven. in fol.

Opuscula hujus scriptoris *de Purgatorio,* et *de vitiis* cum ait Waddingus extare Asisii apud nostros, fatetur hunc eumdem esse cum *Marchesino* superiori; nam ego, qui dudum cuncta illius Asisien. Bibliothecæ libros, et scripta evolvi, excussique, nonnisi *Opuscula* non de Purgatorio, sed *de pœnis peccatorum,* et *de vitiis Fr. Marchesini Lectoris,* ut supra adnotavi, ibi extare mss. reperi.

Agunt de eo Sixtus Senensis, Rodulphius, aliique postea, ut Joan. Gerardus Vossius lib. 5. de vitiis sermonis par. 2., Waddingus in Annal. Min., Carolus Dufrenius Cangius in Dictionario med., et infim. Latin. num. 50. præfat., v. *Sagma* 2., et v. *Florentia,* Oudinus to. 3. Comment. sub an. 1450., Jo: Guascus in Histor. Liter. Academ. Regien., et nuper autores Diarii Literat. Italic. Veneti to. 13. art. 10.; quorum aliqui *Joannem Marchesinum* appellant; aliqui vero volunt vixisse *ad an.* 1450.; sed veteres *Marchesinum* dumtaxat dixerunt, et vixisse eum circa an. 1300. liquet; nam, ut dictum est, meminit ejus Pisanus, qui an. 1388. *Conformitates* illas elucubrabat; deinde hic autor in *Mammotrepto* affert *Legendam S. Francisci* a S. Bonaventura editam, et *Officium;* itidem antiquam *Legendam S. Antonii Patavini,* et *Officium;* nec non *Legendam S. Elisabeth* Reginæ Hungariæ solum; non illas *S. Ludovici* Episcopi an. 1317., et *Stigmatum S. Francisci* anno 1337. cœptas legi: in fine apposuit *Decretalem* Nicolai III. *Exiit qui seminat* anno 1279. conditam pro declaratione Regulæ Minorum, non illam Clementis V. *Exivi de Paradiso* anno 1312. editam: scribebat igitur ante annum 1312.

Mammotrectus extat ms. sæc. XIV Neapoli in bibliotheca Nationali (XV, E, 36), Patavii in Antoniana (nn. 353, 355), Pistorii in Forteguerriana (D, 286), Vindobonæ in Palatina (Tabulæ I, n. 1476), Cæsenæ in Malatestiana (Plut. XIX, IV) etc.; non videtur editus esse Venetiis a. 1494, neque Norimbergæ eodem anno, neque Argentorati a. 1497; prodiit tamen, quater vel quinquies sæculo XV absque ulla typographica nota, præterea: per Helijam helije alias de Hlouften Canonicum Ecclesiæ Ville Beronensis in pago Ergowie site (Beromünster, nunc Munster in Ergau) Vigilia sancti Martini Episcopi sub a. 1470, in fol.; a. 1476, in vigilia natalis Domini in fol. sine loci et typographi notis Coloniæ per Conradum Winters; ibidem per Johannem Koelhoff a. 1479 in vigilia S. Severini archipræsulis Coloniensis (22 Octobris), in fol.; Venetiis per Gabrielem Grassum de Papia 1486, in 4; Nurembergæ per Georgium Stuchs a. 1489 nonas (sic) kalendas Februarii, in 4; Venetiis opera Boneti Locatelli nonis iuniis 1492, in 8; ibidem per Simonem papiensem alias Bevilaqua a. 1492 die 12 Julii, in 8; Argentinæ a. 1494 sine typographi nota sed per Martinum Flach, in 4; Metis per Casparem Hochfeder die 7 februarii a. 1511 in 4. — Conferri potest Samuel Berger, De Glossariis exegeticis quibusdam medii ævi;.... de Catholicon, Mammotrecto, aliis dissertatio critica. Parisiis, 1879.

Bambergæ in bibliotheca Regia extant mss. sæc. XV *Sermones Mammotrecti super dominicas a 1ª Adventus ad 24am post Pentecosten.* An nostri auctoris sunt? Incipiunt *Veniet desideratus.... karissimi hodie jncipimus illud sacrum tempus,* finiunt vero *a quo ductu nos custodiat Christus Jesus.* Cf. Fr. Leitschuh, Katalog der Handschriften der königlichen Bibliothek zu Bamberg, I I, Bamberg 1895-1906, p. 739.

MMDCCXXII.

MARCUS DE ABILA Hispanus sac. Theol. Doctor composuit, quo tempore nescitur, antiquitus tamen,

Quadragesimale, quod ms. in 4. asservatur in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ, codicisque inscriptio est: *Dubia V. Magistri, et Doctoris Fr. Marci de Abila Ordinis Fratrum Minorum:* ibique a fol. 121. extat *aliud Quadragesimale* incipiens: *Tu autem cum jejunas* etc., teste Joan. a S. Anton.

MMDCCXXIII.

MARCUS ALEGAMBE Platiensis Siculus Strict. Observ. Lector, Concionator, et suæ provinciæ Custos, seu præfectus obiit Syracusis an. 1647, cum jam edidisset italice librum hoc titulo:

Piazza città opulentissima col vessillo dell'invittissimo Co. Roggieri Normando, in virtù del quale con gloriose, e famosissime imprese discacciò i Saraceni di Sicilia: extat ms. in Bibliotheca Cœnobii Placensis S. Petri, teste Mongitore. De eo agunt Scriptores Siculi apud Coron. in Bibliotheca univ. to. 2. n. 3944., Tognoletus, Joannes Claran-dano.

MMDCCXXIV.

MARCUS ANTONIUS CAPELLUS Atestinus provin. Venetæ Min. Conv., aggregatus etiam Cœnobio

Digitized by Google

nobio *Genazzani* diœcesis Prænestinæ, ac provinciæ Romanæ ex Theulo in Appar. Min. lib. 5. cap. 7., Philosophus, Theologusque insignis, in sacra ac profana Historia, fideique controversiis versatissimus, Patavino in Gymnasio publicus Metaphysices Lector declaratus est, mox Orientis provinciæ Minister, postea Romæ a Paulo V. sac. Congregationis de Propag. Qualificator; quo in officio Romæ decessit circa an. 1626.; de quo agit et Waddingus supra in *Antonio Cappello*, sed pluribus omissis, et cum errore, cum reapse *Marcus Antonius* appellaretur. Ejus autem Opera sunt:

Tractatus de Interdicto Pauli V., num legitime publicatum fuit in Venetos, una cum aliis Theologis 6. *Venetis compositus* sermone italico. Venetiis 1606. in 4. per Robertum Mejettum; qui proscriptus fuit ex Indice Librorum prohibitorum.

De controversiis inter Summum Pontificem Paulum V., et Venetam Rempublicam italico sermone. Venetiis an. 1606. in 4. typis Alexandri Cavalcalupi: contra quem hac de re scripserunt Anton. Possevinus, Benedictus Justinianus, Jacobus Gretserus, et Paulus Comitolus Soc. J., et Lelius Medici Conventualis.

Responsum, sive *Rescriptum ea de re ad Antonium Possevinum* extat cusum Venetiis an. 1606., et Vicentiæ an. 1607. in 4. in Collectione Scriptorum super Controversia inter Paulum V., et Venetos impressa Curiæ anno 1607. per Paulum Marcellum vol. 2. pag. 239.

Adversus prætensum primatum Ecclesiasticum Regis Angliæ liber, *in quo Jacobi Regis, et ejus Eleemosynarii confutantur Scripta de captioso juramento proposito Anglis Catholicis; de usurpata potestate spirituali ejusdem Regis: et de exaggerata, et impossibili hominum, et redditnum sacrorum copia in universa Republica Christiana.* Bononiæ anno 1610. in 4. per Bartholomæum Cocchium, Benedicto Justiniano Cardin. Bononiæ Legato dicatum.

Constitutiones pro Reformatis Conventualibus una cum *Sylvestro Bartoluccio Asisiate* composuit ex Actis Capituli Gen. an. 1617. Romæ coacti apud Franchinum in Biblios. num. 258. §. 7., quæ editæ leguntur.

De Summo Pontificatu Petri. Coloniæ an. 1621. in 4. ad signum Monocerontis Card. Ludovisio Camerario etc. dicatum.

De successione Episcopi Romani contra duos Anonymos. Ibidem anno 1621. in 4. per Joan. Kinkium: citatur a Benedicto XIV. in Synodo diœces. lib. 2. cap. 1. n. 1.

De Appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad Romanam Sedem. Parisiis an. 1622. in 8. ex Ind. Biblioth. Barber.; quæ *dissertatio* ab autore majori ex parte immutata, correcta, et aucta cura, atque studio Joan. Bortonii Abbatis Ripaliensis a domestica Bibliotheca Pontif., et Sacellanorum intimorum primi, ac jussu Clementis XI. ad Bibliothecæ Albanæ exemplar prodiit Romæ an. 1722. in 8. magno typis sac. Congr. de Propag. Fide ad Innocen. XIII. missa; diciturque *editio tertia;* cui memoratus Bortonius *de ejusdem Capelli Vita, et scriptis diatribam* præmisit, et Carolus Majellus Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus hujusce Operis Censor *aureum Opusculum* appellat; quod alii *pereruditam, et præclaram dissertationem* dicunt *magnis laudibus ab eruditis exornatam.* Hoc Opusculum unacum tribus aliis *de Regis primatu; de Summo Pontificatu Petri; de successione Episcopi Rom.* extat etiam in Bibliotheca Pontificia Roccaberti to. 16. edit. Romanæ an. 1698.

Regulæ SS. Augustini, et Benedicti, nec non S. Claræ declaratæ cum Decretis Concilii Tridentini, Bullisque Pontificiis ad Monasticum statum attinentibus italico idiomate hortatu Card. Ludovisii Archiepiscopi Bononien. Bononiæ an. 1623. in 4. typis Victorii Benacci.

Oratio funebris in exequiis D. Lucretiæ Tomacelli Paliani Ducis italice. Romæ an. 1623. in 4. apud Jacobum Mascardum.

De Cœna Christi suprema; deque præcipuis eius vitæ capitibus dissertatio adversus Ægyptium autorem anni primitivi. Parisiis an. 1625. in 4. ap. C. Morellum Card. de Valleta dicata.

De absoluta omnium rerum sacrarum immunitate a potestate Principum laicorum ex lege naturæ, Moysis, et Christi ad Paulum V. ms. extat in Biblioth. Barber. cod. n. 426.

Disputatio de utilitate, et necessitate Monarchici regiminis in Ecclesia adversus M. Antonium de Dominis. ms. in eadem Bibliotheca Barber. cod. n. 446., teste cit. Abbate Bortonio in laudata *Diatriba de Vita, et Scriptis M. Antonii Capelli.*

De jure Religionis in politia bene, et recte instituta. ms. Romæ in Bibliotheca Barberina fol. 445.

Disputatio quo jure sit prohibita Clericis mercatura. ms. ibidem fol. 447.

De hoc agit Moreri, Lasor, Dupinus sec. 17., Graveson to. 8., Coron. Biblioth. univ. to. 7., et Joan. a S. Anton. 2., qui errat, dum pag. 315. ait, morte præventum reliqua Opera inedita reliquisse in Bibliotheca sui Conventus Ferrariensis; nec nisi 6. Opera edita commemorat.

Adversus prætensum primatum ecclesiasticum Regis Angliæ liber prodiit etiam Coloniæ apud Servatium Erffens a. 1611 in 8.

Disputationes duæ: Prior de Summo Pontificatu B. Petri; Posterior de Successione Episcopi Romani in eundem Pontificatum: Adversus Anonymos duos; Alterum, cui titulus, Papatus Romanus; Alterum De suburbicariis regionibus et ecclesiis, Seu de præfecturæ et Episcopi urbis Romæ Diœcesi, Coniectura. Coloniæ Agrippinæ. Sumptibus Joannis Kinchii, 1620. in 4.

Scripsit etiam

Risposta al discorso del P. Teol. Lelio Piacentino sopra le ragioni de' Signori Veneziani intorno all' Interdetto di Paolo V. Venezia, Cavalcalupo, 1606, in 4.

Hieronymus Soranzo (Bibliografia Veneziana, Venezia 1885, p. 92, n. 1219) ei tribuit, contradicentibus quidem aliis,

Le Mentite Filoteane, ovvero Invettiva di Giovanni Filoteo d' Asti (Antonio Possevino) *contra la serenissima Republica di Venetia, confutata da Fulgentio Tomaselli Filosofo Albanese chiamato alias il Capelletto, à favore della istessa Sereniss. Repubblica.* In Padova, Nicolò Padovano, 1607, in 4.

Obiit die 21 septembris a. 1625. — Cf. Giac. Pietrogrande, Biografie Estensi, Padova 1881, pp. 61-70.

MMDCCXXV.

MARCUS ANTONIUS CURSIUS Tarvisinus provinciæ S. Antonii, Venetæque Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, Philosophus, et concionator tota Italia valde notus, suæque provinciæ Minister, et Commissarius, de quo Rodulphius lib. 2. fol. 271. in Custodia Veneta, et Franchinus in Biblios. n. 183. pag. 315., an. 1562. Bononiæ in Basilica S. Petronii *conciones quadragesimales* habuit ex monumentis illius Basilicæ, decennioque post obiit in patria, ubi in Templo sui Ordinis *Elogium* ei erexerunt amicitia conjunctissimi, quod hucusque cernitur, referturque a Bartholomæo Burchelato autore

Digitized by Google

tore coævo in suis Epitaphiis serm. 6. pag. 256. hujuscemodi:

« Quis hic? M. Ant. Cursius. Cujas? Tarvisinus. « Quid professus? Monachum, Philosophum, ac « Theologum plane summum. Quæ merita? Do- « cendo, scribendo, declamando, agendo, vivendo; « denique ingenio, doctrina, facundia, prudentia, ac « probitate singulari cum patriam ipsam, tum Fran- « cisc. familiam, Urbe et orbe teste, ad summum « decus evexisse. Quæ præmia? Deo frui corpore « jam posito. Quo anno, mense, ac die? salutis no- « stræ MDLXXII. v. cal. Decemb. ætatis vero suæ « anno XLI. d. XX. Qui posuere? Fr. Daniel Sbar. « Brixien., et Fr. Stephanus Girard. Venetus Mi- « noritæ Theologi pyladeo quondam nexu homini « juncti veteris necessitudinis ergo.

Scripsit autem, quantum quidem vix ei licuit per tam brevem temporis cursum,

Quadragesimales conciones;

In Psalmos Davidicos, et

In nonnullos alios sac. Scripturæ libros: quemadmodum testatur cit. Burchelatus his de eo verbis: *Norunt Venetiæ, Patavium, Brixia, Verona, Utinum: quid ultra? ferme civitates omnes Insubriæ, et Roma ipsa, et nos ipsi novimus, qualis, quantusque fuerit concionator, quantus sacræ Theologiæ interpres et doctus, et subtilis, et facilis: certe fuit mœror publicus tam citus obitus tanti civis. . . . . Eius Opera cum in Psalmis Davidicis, tum in aliis sacris Codicibus jam et prælecta, et literis accuratius commendata, sicut et doctissimum ejus, ac piissimum Quadragesimale ab omnibus, præsertim concivibus, summo in precio habitum, summo jure publicius expetuntur, ac expectantur.*

MMDCCXXVI. 1424.

MARCUS ANTONIUS GALITIUS = de Carpenedulo Brixiensis agri oppido S. Rom. Inquisit. Qualificator, ac tandem sui Ordinis Capuccinor. Generalis Minister ubique clarissimus ob præclaram doctrinam, ac vitæ sanctimoniam Romæ præsertim, ubi alter *Cajetanus* sæpius appellatus fuit: de quo legi potest Donatus Calvus in Scæna Liter. Bergom. Script. par. 2., ubi tradit, natum eum anno 1589., et autor Biblioth. Capuccinorum, qui ait obiisse Niciæ anno 1665.

Pars 4. *de anima.* Romæ an. 1636. in 4.

Pars 5. *De Metaphysica.* Ibidem eodem anno in 4. Edidit quoque

Dilucidationem Speculi apologetici, sive propugnaculum Historiæ Annalium P. Zacchariæ Boverii. Antuerpiæ anno 1653. in 4. apud Franciscum Fichert contra Jacobum de Ridere; cui eodem anno Ridere respondit.

Commentarios in quatuor libros Senten. ad mentem S. Bonaventuræ in fol. to. 1.

Quæstiones Morales, et Regulares to. 2. in fol.

De præceptis Decalogi to. 2. in 4.

De judiciis Regularium to. 2. in 4.

De Immunitate Ecclesiastica to. 1. in 4.

De Sacramentis Eucharistiæ, et Pœnitentiæ to. 1. in 4.

De peccatis in genere, et in specie to. 2. in 4.

Quæstiones Legales, et Juris canonici to. 3. in fol.

Consulta varia moralia, et Legalia to. 1. in fol

Philomena, sive Canticorum spiritualium to. 1. in fol. Hæc omnia mss. asservantur Brixiæ in Biblioth. Capuccinor. De eo agit etiam Petrus de Alva in Militia; Sannig in Synopsi, Coronellus in Chronol. univ. to. 7., et ex his Joan. a S. Anton.

Natus est a. 1599, non 1589, die 28 octobris.

Dilucidatio Speculi.... authore F. Antonio Maria Galitio, Theologo Capuccino, Brixiano. Ita in editionis titulo. Quamquam idem nomen sibi tribuit auctor in sua Protestatione, quæ titulum sequitur, neque aliud nomen vel officium vel patria ei tribuitur in facultate P. Generalis, facultatibus duorum theologorum et censura operi præmissis, tamen opus nostri auctoris est, ex testimonio P. Francisci de Desenzano eius a secretis, qui eiusdem libri italicum compendium etiam confecit.

La Filomela, ovvero del canto spirituale libri quattro, nei quali sotto metafora di canto si dà il modo di riuscire perfetto, virtuoso e santo in ogni genere di virtù. Composti e descritti dal P. Marcantonio Gallicio da Carpenedolo Cappuccino nel tempo dei suoi primi studii di filosofia e teologia. Opera raccolta da' suoi manoscritti, e stampata dopo la sua morte etc. Milano, 1694, per Francesco Vigone, in 4. In fine extat eius vita, ex ea, quam fratres Angelicus de Carpenedulo et Franciscus a Desenzano, ambo a secretis eius, manuscriptam reliquerant, in compendium redacta. Alia eiusdem opera:

Responsio apologetica pro P. Valeriano Magno et sociis eius cappuccinis, ad libellum hoc anno 1661 a celsissimo Principe Ernesto Hassiæ Landgravio editum, eius denique opera Herbipoli impressum, cui titulus erat: « Audiatur altera pars ». *Responsio* anonyma, sed nostro auctori tributa ab Angelico de Carpenedulo et Francisco a Desenzano in Vita supra indicata.

Massime dei Santi sul modo di portarsi coi propri parenti, iisdem testibus iussu Alexandri VII ab eo collectæ.

De sacramentis in genere et in specie, voll. 2 in 4.

Sententia theologica circa quinque Jansenii propositiones, ab eo ut S. Rom. Inquisitionis Qualificatore emissa; quæ servatur ms. 14 foliis conclusa in Archivo Vaticano.

Cf. Valdem. Bonari da Bergamo, I Conventi ed i Cappuccini Bresciani. Milano 1891, pp. 190-208.

MMDCCXXVII.

MARCUS ANTONIUS GAMBARONUS Lugiensis in Flaminia provinciæ Bononien. Min. Conv. Theologus, et ecclesiastes suo tempore clarus; quandoquidem anno 1563. in insigni Bonon. S. Petronii Templo legitur *conciones quadragesimales* habuisse ex monumentis illius Basilicæ; vir enim literis latinis, et græcis excultus, Philosophicis vero, Theologicisque disciplinis exornatus præclariora sui Ordinis Gymnasia moderatus est; mox *Socius Ordinis*, ut vocant, constitutus ad Tridentinum Concilium accessit, ac pro Concione dixit; annoque 1564. suæ provinciæ Ministerio functus an. 1570. ex hac vita decessit; cui Petrus Rodulphius Bononiæ in Templo S. Francisci *Elogium* illi junctum, quod Francisco Vicedomino posuit supra a Waddingo relatum, alte locavit in hunc modum:

« Et una Marco Antonio Gamb. Lug. post ipsum « provin. Præfecto triennium ante abrepto; ut quo- « rum in vita animos necessitudo, studiaque con- « junxerant, mortuorum conjuncte monumentum « corpora contineat, Petrus Rodulph. Thausigna- « nensis pietatis in illum, in hunc benevolentiæ « ergo P. 1574.

Etiam lib. 2. Hist. Seraph. pag. 268. Rodulphius ejus cum laude meminit, vocatque *concionatorem eximium:* ad eum nonnullas literas dedit Bartholomæus Riccius, quæ leguntur to. 2. lib. 4. Epist.; eumdem laudat et Aug. Superbus in Append. ad ms. Catalogum Script. pag. 136., et Franchinus in Biblios. pag. 422., et 577.

Oratio ejus, seu *Concio habita in Concilio Tridentino die 6. septembr. an.* 1562. *Dominica* 16. post Pentecost. prodiit anno eodem 1562. Brixiæ in 4., et postea Lovanii an. 1567. cum aliis diversorum Oratorum.

Orationem

Digitized by Google

Orationem eum habuisse in Concilio Tridentino die 6 Septembris a. 1562 certum est ex « Index orationum, ac contionum habitarum ad Patres Concilii Tridentini sub Pio Quarto Pont. Max., Brixiæ M.D.LXII »; verum illam Brixiæ a. 1562, quinimo ibi aut alibi umquam typis vulgatam esse, valde dubium videtur, cum non solum non indicetur a L. Fè d'Ostiani in Bibliografia degli opuscoli relativi al Concilio di Trento e stampati in Brescia durante lo stesso Concilio (Archivio Veneto, XXIV, Venezia 1882, pp. 235-248), sed etiam neque in editione eiusdem Concilii lovaniensis anni 1567, neque in posterioribus, neque in Monumentorum ad historiam Concilii Tridentini potissimum illustrandum spectantium amplissima Collectione Jodoci Le Plat reperiatur, neque memoretur a Generoso Calenzio in suo erudito opere Documenti inediti e nuovi lavori letterarii sul Concilio di Trento (Roma 1874).

MMDCCXXVIII.

MARCUS ANTONIUS GUARINI Ravennas Min. Conv. sac. Theol. Magister an. 1617. electus est suæ provinciæ Bonon. Minister, obiitque in patria an. 1656. ex Hieronymo Fabri in Hist. Raven. Eccles. par. 1. pag. 174., et reliquit post se

Conciones quadragesimales, de Adventu, aliisque anni temporibus, cum variis Lectionibus sacris, et Sermonibus lingua vulgari scriptis an. 1610., dum Romæ in Collegio S. Bonav. Baccalaurei Conventus munere fungeretur, quæ mss. in fol. to. 2. asservantur Ravennæ in Biblioth. S. Francisci.

Notabilia di fr. M. A. Guarini, 1630, ms. Ravennæ in bibliotheca Classensi (5, M). Ex G. Mazzatinti, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, V, Forlì 1895, p. 40, n. 807.

MMDCCXXIX.

MARCUS ANTONIUS PAGANUS Foroliviensis, quem quidam, inter quos Waddingus supra in *Antonio Pagano*, et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 316., cum illo *Pagano* confundunt; sed, ut ibi ostensum est, ille *Antonius*, hic *Marcus Antonius* dicebatur; ille *Venetus*, hic *Foroliviensis*; ille demum *Regul. Observ.*, hic *Conventualis* extitit; uterque eodem tempore vivens, sed ille literis, hic vero regiminibus potissimum inclaruit, quippe qui anno 1558. *Commissarius* provinciæ Bononiæ legitur in Monumentis Cœnobii S. Francisci Ferrariæ, postea provinciæ Romaniæ primum, deinde anno 1560. Daniæ etiam *Minister* appellatus; mox *Visitatoris* provinciæ Genuensis an. 1567., et anno 1570. *Ministri* munus obivit; quo expleto, anno 1573. ad suæ provinciæ Bononien. adlectus Præfecturam, summa eam integritate, ac prudentia gubernavit, ut jam *Patris Religionis* titulo cohonestatus inveniatur, et Patribus Conventus *Bononiensis* aggregatus, eum locum, uti et Mediolanensem rexerit; et antea contra hæreticam pravitatem Adriæ *Inquisitor* extiterit. His itaque meritis onustus, ut omittam Gymnasia plura in Ordine moderata, et civitates concionibus illustratas, dum Romam ad *Sixtum V.*, cui erat gratissimus, proficisceretur, obiit Fulginei an. 1585. die 20. Octobris, cui Petrus Rodulphius, qui lib. 2. Hist. Seraph. pag. 268. in Custodia Forolivien. de eo multa cum laude scribit, lapidem cum *epitaphio*, quod et refert, erexit Fulginei in Æde sui Ordinis, hujusmodi:

« Marco Antonio Pagano Foroliviensi viro inte-
« gerrimo, qui Visitatoris Apostolici in provincia
« Genuæ, et Præfecturæ Provincialis munere per-
« functo dum Romam petit ad Sixtum V. Ponti-
« ficem Maximum, obiit anno ætatis suæ LXIX. die
« vero XX. Octobr. F. Petrus Rodulphius Tossi-
« nianensis mutuæ necessitudinis memor grati ani-
« mi sui monumentum posuit.

Forolivii vero in Ecclesia sui Ordinis aliud *epitaphium* habet a Franchino relatum num. 259.

« Fratri Marco Antonio Pagani Foroliviensi, viro
« integerrimo, olim Rhodigii pravitatis hereticæ
« Inquisitori, illustrium domorum familiæ, et to-
« tius provinciæ Bononiæ pluries Moderatori, Li-
« guriæ Visitatori Apostolico, mox Provinciali Ma-
« gistro, qui dum e dulci patriæ sinu ad oscula
« pedum Sixti V. sui amatissimi properat, Fulgi-
« nei jam septuagenarius moritur die XX. Octo-
« bris MDLXXXV. Frater Sebastianus Gherardinus
« Foroliviensis alumnus tamquam patri de se o-
« ptime merito P.

Scripsit vir iste, quantum per tempus ei licuit, perpetuis regiminum occupationibus distentus,

Conciones quadragesimales, quas pluribus sui Ordinis, aliisque in Ecclesiis habuit.

Sermones ad Fratres: et

Epistolas plures, quas commemorat cit. Franchinus in Biblios. num. 259., sed horum nihil eum edidisse constat.

MMDCCXXX.

MARCUS ANTONIUS RAYNALDUS Faventinus provinciæ Bononiæ Min. Conv. Theologus, Philosophus, et ecclesiastes minime vulgaris, humanioribusque literis perquam eruditus, pluribus sui Ordinis Gymnasiis, ac Cœnobiis rectis, anno 1597. ad suæ provinciæ Ministerium evectus est, quo nondum expleto, an. 1599. vitam cum morte commutavit vir et doctrina, et concionatoris munere præclarus; de quo cum laude meminit Franchinus in Biblios. n. 146. in *Francisco Pontelongo*, et Theulus in Triumpho Seraph. Scripsit

Commentarium in 1. *librum Physicorum Arist.*, quem vidi ms. Bononiæ in nostra S. Franc. Bibliotheca. Forsan et in alios libros *Comment.* scripsit, et alia, quæ et me, et alios latere possunt.

Carmina nonnulla latina, et quidem docta in laudem *Ludovici Carbonis* legimus in fronte libri *de Pacificatione, et dilectione inimicorum* ejusdem Carbonis Florentiæ an. 1583. typis Sermartelli editi.

MMDCCXXX bis.

MARCUS ANTONIUS TICINENSIS Minor. Conventual. sac. Theologiæ Doctor scripsit

Orationem habitam coram Alexandro VI. an. 1500. Romæ Dominica 2. Adventus, quæ extat in Biblioth. Angelica.

Eiusdem extat etiam typis vulgata

Oratio habita Mediolani in Concilio generali Fratrum minorum 1498. 3 Junii. In fine: *Papie die* XX *Junii* M.CCCCIIC. 4. — Ita apud Lud. Hain, Repertorium bibliographicum, n. 15526.

MMDCCXXXI.

MARCUS DE BERULLE Gallus provinciæ S. Bonaventuræ, Normannus dicitur a Joanne a S. Anton. to. 2., Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, et suæ provinciæ Minister assumptus anno 1662. edidit, ut etiam habet Joan. a S. Anton. cit. ex Coron. to. 6. Biblioth. univ. num. 453.,

Cursum Theologicum ad mentem Scoti juxta methodum Magistri Sententiarum tomis 12. *comprehensum* in 12. Gratianopoli an. 1646., et seqq., deinde ibidem iterum an. 1668., et seqq. typis Roberti

Digitized by Google

berti de Philippis in 12.; vocaturque hæc *editio secunda* juxta tomum 3. an. 1670. impressum, et a me lectum.

Exercitium hominis christiani lingua gallica. Ibidem anno 1660.

In libros Historiales veteris Testamenti brevis explicatio tomus primus cum *concordia locorum* Bibliorum sac., quæ videntur inter se pugnantia, atque *Chronologia Bibliorum* gallice.

In libros doctrinales Sapientiæ, Proverbiorum, Ecclesiastis, Canticorum, Ecclesiastici, Prophetas, et Machabæos tomus secundus.

Expositio totius novi Testamenti tomus tertius: extant hæc tria vol. in fol. mss. Gratianopoli ex Franchino, quæ refert Jacobus Le Long pagina 636. Biblioth. sac. typis data fuisse Gratianopoli tomis 3. in fol. gallice tit.: *Expositio brevis, et succincta universæ sac. Scripturæ cum concordia librorum Biblicorum, quæ videntur pugnantia ex Chronologia.*

De rebus Scripturalibus singularioribus tomi 4. inediti remanserunt ex Franchino in Biblioso. num. CCLX; et videtur conjici posse autorem fuisse Gratianopolitanum patria, vel Conventu.

Briefve et claire Explication de toute la Sainte Bible selon le sens littéral.... Grenoble, C. Faure (et P. Hugot), 1679-1681, 3 tom. in fol. (Ex Catalogo bibliothecæ Nationalis Parisiensis).

Inter scriptores normannos non recensetur ab Éd. Frère, Manuel du bibliographe Normand (Rouen 1858-60, voll. 2).

Obiit mense octobri a. 1682 ætatis suæ 66.

MMDCCXXXII. 1425.

MARCUS BLANCUS = Brixiensis provinciæ Regul. Observ. ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum: florebat an. 1521., quo suum Opus *Intentionale* dictum de primis, et secundis intentionibus prodiit Neapoli in 4. typis Antonii de Frizis, cum ibi Lector esset in Cœnobio S. Crucis.

MMDCCXXXIII.

MARCUS DE CAMERA Hispanus Complutensis patriâ Reg. Observ. provinciæ S. Evangelii, seu Mexicanæ alumnus, de quo Waddingus infra v. *Martinus* agit, sed minus vere; edidit

Quæstionarium conciliationis simul, et expositionis locorum difficilium sacræ Scripturæ. Compluti an. 1587. in 4. typis Jo: Gratiani; et etiam 1588. ex Jo: a S. Anton. to. 2. In eo DC. *Scripturæ loca* exponuntur.

Elenchum concionum pro Dominicis totius fere anni, præcipuis festivitatibus Domini, et communi Sanctorum ex Biblioth. Hispana pag. 68., Coron. to. 7. Biblioth. univ. col. 524., Vetancurt de Scriptor. prov. S. Evangel., et Jo: a S. Anton.

De animalibus sac. Scripturæ. Compluti anno 1594. in 4. ex Coron. cit. to. 7. col. 524. Ejus Opera mss. asservantur in Cœnobio Dominæ nostræ de Saliceto.

MMDCCXXXIV.

MARCUS CORONA Uladislaviensis Poloniæ provinciæ Min. Conv. sac. Theolog. Magister, Cracoviæ, Wilnæ, et Leopoli Studiorum Regens, suæque provinciæ Minister an. 1636. constitutus fuit: cujus typis edita habentur istahæc:

Speculum provinciæ Russiæ, et Magni Ducatus Lithuaniæ Ord. S. Franc. Min. Conv. Marcello Lantes Card. Protectori Ordinis dicatum. Wilnæ an. 1637. in 4. typis Soc. J. Hoc tantum habet Joan. a S. Anton. to. 2. ex Supplem. Annal. Waddingi ad an. 1238. num. 4.

Directorium, seu instructio terminorum Logicalium latino-polonica in gratiam juventutis ad Logicam, et Philosophiam accedentis; dicat. excellent., et nobiliss. adolescentibus Marco Capitaneo Javoroviensi, et Joanni Sobieski Palatini Betrensis filiis. Leopoli an. 1639. in 8. typis Michaelis Sloski.

Dialogus de vera fide inter Theologum, et Hebræum idiomate polonico. Ibidem anno 1645. typis Soc. J., ut habet Franchinus in Biblios. num. 261., et Theulus in Triumpho Seraphico.

MMDCCXXXV. 1426.

MARCUS DIAZ = edidit et

Arborem Seraphicam, quam citat Joan. Matare in Dialogo chronol. charit. par. 1. num. 23.

Ordo recitandi divini Officii prodiit typis Jacobi Facciotti in 8.

Ordo perpetuus officii divini recitandi, ad usum Fratrum et Monialium ordinis S. Francisci iuxta rubricas Breviarii Romani dispositus et accomodatus; in hac secunda impressione expurgatus, auctus et ampliatus a P. F. Cæsario ab Intimelio.... Romæ, Angelus Bernabò a Verme, 1660. in 8.

Ordo perpetuus pro tota Ecclesia iam ad impressionem paratus ei tribuitur a Did. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 406).

Ex eodem Barbosa obiit Romæ in conventu S. Francisci trans Tiberim die 24 Decembris 1647.

* MARCUS FABIUS VARRETUS recensetur a Joan. a S. Anton. hoc loco to. 2. pag. 318. ex Salvatore Vitali, et Petro de Alva tab. 1. ut autor *Dialogi de sacro Monte Alverniæ:* sed ille *secularis* fuit, citaturque etiam ab Anto. Daza cap. 2. de Stigmat. S. Francisci; vocatque *Marcum Fabium Barretum;* sed ante Dialogum italicum P. Augustini Millii cusum Florentiæ an. 1568. habetur italice *Sonetto di M. Fabio Manetti Gentilvomo Sanese in lode del sac. Monte della Verna:* unde quidam conjectura tantum dixere Minoritam, nisi extiterit Tertii Ord. S. Franc. Secularis.

In « Nuovo Dialogo » Augustini di Miglio carminis *Sonetto in lode del sacro Monte della Verna,* quod hic indicat Sbaralea, dicitur auctor *M. Fabio Marretti,* non Manetti; illo autem *M.* significatur *Messer* (Dominus) non vero *Marco,* ut deducitur ex epistolis nuncupatoriis præmissis ab eodem Marretti suis italicis versionibus Metamorphoseon Ovidii et trium priorum librorum Africæ Francisci Petrarcæ, impressis Venetiis a. 1570, in quibus epistolis se subscribit *Marco,* non *Marco Fabio.* Cum eædem epistolæ datæ sint altera a. 1569, altera a. 1570, patet eumdem Marretti auctorem non esse *prioris Dialogi de monte Alverniæ,* quem Salvator Vitalis et ipse Augustinus di Miglio *antiquum* vocant. Hinc huius Dialogi, fortasse numquam typis vulgati, auctor adhuc ignotus censeri debet, et recte egit Sbaralea eum ut anonymum et opus probabiliter alicuius franciscani indicans ad num. CCCLII, etsi erraverit dicens scriptum fuisse paulo post a. 1480, quum teste Augustino di Miglio (op. cit., pp. 258-59, 263, 113) res memoret gestas a. 1498, 1503, 1509).

MMDCCXXXVI.

B. MARCUS A S. MARIA IN GALLO Picenus ab oppido diœcesis Asculanæ in Apenninis montibus sito *Mons Gallus* etiam, et *Mons S. Mariæ in Gallo* nuncupato, cum Artium, ac Medicinæ Doctor esset, Ordinem S. Franc. Min. Observ. ingressus anno circiter 1455. munus prædicandi populis verbi Dei accepit, quo in officio oratione, ac studio adeo profecit, ut toti Italiæ celeber haberetur, et magnos animarum fructus referret: tandem post 40. annos hujusce ministerii Vicentiæ, ubi *concionum* causa morabatur

Digitized by Google

morabatur, ad cælos evolavit die 19. Martii anno 1496. magna sanctitatis opinione, ut seorsum ab aliis in lapideo tumulo condi eum cives censuerint: de quo Marianus autor coævus apud Marcum Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 6. c. 40., et lib. 7 c. 30., Rodulphius lib. 2. fol. 205. et 299., nec non Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Martii sub die 19. Composuit

Librum de rebus ad conciones attinentibus, qui jam impressus cernitur, inquit laudatus Marcus Ulyssipon. lib. 6. cap. 40., memoraturque a Petro de Alva col. 1004. Militiæ.

De figura vitæ æternæ: de regulis recomendatorum B. Virginis in Monte Pietatis ab eo fundato: de divinis præceptis: de Testamento veteri, et novo: et *de sacris canonibus.* Florentiæ an. 1494. in 4. per Antonium Miscominum ex Joan. a S. Anton. to. 2., ubi fatetur, se librum vidisse in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ, et ex Orlando de Orig. et progr. Typogra. par. 1., qui autorem vocat *Marcum de Monte.* Opus exaratum est italica lingua; incip. *Cum jejunatis* etc. *Alpha et ω. principium et finis* etc.: et finit: *totiusque cælestis curiæ feliciter triumphantis.* De eo agit etiam Gonzaga de Conventu S. Blasii Vicent., Cimarella 4. par. Chron. S. Franc. lib. 6. cap. 35., et 36., et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1496.

Marci de Monte S. Mariæ in Gallo duo opera extant impressa Florentiæ a. 1494 per Antonium Miscominum in 4; alterum agit de mandatis veteris Testamenti seu decalogo, de præceptis consiliisque evangelicis, et de præceptis ecclesiæ, titulumque habet *Libro delli comandamenti di Dio del Testamento vecchio et nuovo et sacri canoni;* alterum nonnulla continet necessaria vel utilia ad animæ necnon corporis salutem consequendam, cum Regula recomendatorum B. Virginis, quæ tamen nullam ad Montes Pietatis relationem habere videtur, et est inscriptum *La Tabula della salute.* Utrumque in principio exhibet figuram ligno incisam cum titulo *La figura della vita eterna, ouero del paradiso, et delli modi et vie di pervenire a quello,* eiusque declarationem; neutrum incipit vel desinit iis verbis, quæ indicat Sbaralea. — Prioris operis prima pars (de decalogo) prodierat iam Venetiis per *Nicolo de Balager dicto Castilia* die 1 Februarii 1486 more veneto, nempe 1 Febr. 1487, in 4 (Prince d'Essling, Les livres a figures vénitiens, 1e par. t. 1er, 1907, pp. 317-319); et recusa est Senis per *Rigo de haerlem* a. 1494 die 24 Marcii in 4 (Reichling D., Appendices, III, n. 1001). Quum nullum aliud opus huius auctoris impressum sciatur, puto primum ex supra descriptis idem esse ac *librum de rebus ad conciones attinentibus,* de quo Marcus Ulyssiponensis loco a Sbaralea indicato, non autem Petrus de Alva col. 1004 Militiæ, qui tantum citat (sub titulo *La figura della vita eterna*) *La tavola della salute.*

Hyacinthus Cantalamessa Carboni in « Notizie storiche per servire alla biografia di Frate Marco da Monte Gallo medico teologo ed oratore del secolo XV. ora elevato all'onore degli altari dal regnante Sommo Pontefice Gregorio XVI. » (Ascoli Tipografia di Luigi Cardi 1843) p. 116 hæc habet: « I municipali scrittori di Ascoli ricordano un grosso volume di *sermoni* del nostro Beato, distinti in *Sermoni quadragesimali, Sermoni di vario argomento, Sermoni delle Feste,* e *Sermoni de' santi* ». Hoc volumen fortasse incipit: *Cum ieiunatis* etc.

* MARCUS DE MONTE = V. *Marcus a S. Maria.*

MMDCCXXXVII.

MARCUS NICIENSIS Italus provinciæ Subalpinæ animarum saluti studens in Peruvianam Americæ provinciam an. 1531. navigavit, ibique Commissarius Generalis renunciatus post multos pro Dei, ac Religionis Christianæ gloria exantlatos labores animam Deo reddidit, cum scripsisset italice

Relationem suorum Itinerum; ac descriptionem VII. *civitatum,* quæ latine reddita habentur in vol. 3. Navigationum Rhamusii. De eo Oldoinus in Athenæo Ligust., Antonius de Leon pag. 77. Biblioth. Occid., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Relatio suorum itinerum extat *italice,* non latine, in 3e vol. collectionis Ramusii (editionum a. 1556 et 1565 foll. 356r - 359v, editionis a. 1606 foll. 297v - 300r), et reperitur anglice versa apud R. Hakluyt, The principal navigations, III, London 1600, pp. 366-473 cum titulo: A relation of the Rev. Father Marcus de Niça touching his discovery of the Kingdom of Cevola or Civola situated about 30° of lat. to the north of New-Spain.

MMDCCXXXVIII.

MARCUS RAMIREZ de Prado Matritensis prov. S. Jacobi alumnus sacrarum literarum cognitione præstans cum in Americam transiisset, ibique Pro-Commissarius Generalis constitutus fuisset, renunciatis insulis de Yucatan, ac de Caracas, factus est primum *Episcopus Chiapæ,* deinde *Mechoacani,* quibus in Ecclesiis boni pastoris munia, officiaque peragens Synodum celebravit anno 1642., et 1644., preloque dedit

Constitutiones Synodales in illis factas, uti testatur D. Ægidius Gonzalez to. 1. Theatri Eccles. Indiarum pag. 131., ubi exscribit plurima ejus pietatis monumenta, ac obiisse circa an. 1660., ut habet et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 319.

MMDCCXXXIX. 1427.

MARCUS DE SUMMARIPA = ex Rodulphio lib. 3., qui eum dicit *Conventus Albensis Lectorem universalem Taurini edidisse* etc. Est et *Summaripa* nobilis familia *Laudensis,* ex qua anno 1290. extitit Fr. Raymundus Ord. Prædic. Episcopus Laudensis ex Tabulis illius Ecclesiæ. De eo et Britius, et Rossottus, ac Joan. a S. Anton.

Quadragesimale, quod vocatur Bonum quaternarium Frat. Marci de Summaripa Ord. Min. Lector. Universitatis Thaurini 1419. die 8. M. . . . extat ms. pergam. in 4. Taurini, et Ravennæ in Biblioth. S. Franc.; incedit per *dubia, et quæstiones,* quas docte resolvit moraliter, dogmatice, et canonice.

Quadragesimale opus, quod vocatur Bonum quaternarium Summaripe compillatum per fratrem Marchum de Summaripa de Bosco ordinis minorum conventus Albe, provincie Janue et sacre theologie magistrum lectoremque Universitatis civitatis Thaurini, a. MCCCCXVIIII. *die* VIII *marci, feria quarta* extat ms. sec. XV in 8 Florentiæ in bibliotheca Nationali. Cf. Mazzatinti G., Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, XI, p. 255; qui vol. IV p. 201 indicat aliud exemplar Ravennæ in bibliotheca Classensi asservatum, quod probabiliter idem est ac alterum a Sbaralea indicatum.

MMDCCXL.

MARCUS TRIVISANUS patritius Venetus, vel Patavinus, sacræ Theologiæ Magister, et provinciæ *Romaniæ,* non Romanæ, Minister claruit sub Alexan. V., et Martino V., fuitque Acolythus, et Auditor Cameræ Apostolicæ, quo tempore confecit

Collectionem privilegiorum, immunitatum, exemptionum, aliorumque indultorum a summis Pontificibus, aliisque Antistitibus Romanæ Curiæ Ordini Fratrum Minorum concessorum; quæ ms. extat ad calcem *Conformitatum* S. Francisci ad Christum a Bartholomæo Pisano editarum, annoque 1465. a Fr. Paulo de Marostica Ord. Min. exscriptarum, et Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. servatarum. *Collectio* autem incipit: *In nomine Domini. Amen. Infrascripta sunt privilegia annotata tam Indulgentiarum, quam immunitatum, et exemptionum Ordini Fratrum Minorum concessarum per*

Digitized by Google

per diversos Dominos Summos Pontifices Sacrosanctæ Rom., et universalis Ecclesiæ, nec non per nonnullos Dominos ejusdem Ecclesiæ tam Cardinales, et Patriarchas, et Primates, quam Archiepiscopos, Episcopos, et Legatos, et alios Prælatos Sedium diversarum in Romana Curia existentium. Quæ privilegia, et Indulgentiæ fuerunt reportatæ, et de Registris extractæ Apostolicis per Rev. in Xpo Patrem Fratrem Marcum Trivixano Ministrum provinciæ Romaniæ, et sacræ Theologiæ Magistrum tunc Acolitum, et Auditorem Apostolicæ Cameræ existentem etc. *De Privilegiis Indulg. Sanctissimus in Xpo Pater, et Dominus Dñs Gregorius divina providentia PP. IX.* etc.; sed continet tantum *Indicem privilegiorum Indulgentiarum Roman. Pontificum* a Gregorio IX. usque ad *Alexandrum V.*, cetera desunt. Deinde subditur *altera pars* ita incipiens: *Infrascripta sunt privilegia autoritatum, et exemptionum, et immunitatum, præservationum, gratiarum, et aliorum Indultorum Ordini Fratrum Minorum a Sede Apostolica concessorum per plures Summos Pontifices Sacrosanctæ Romanæ, et universalis Ecclesiæ sub privilegiis bulla plumbea bullatis, quæ reperta fuerunt in Registis Apostolicis per superscriptum Rev. Patrem Fratrem Marcum Magistrum, et Ministrum* etc.: *Quæ hic scribi fecit ad perpetuam rei memoriam, ad præservationem Ordinis, ad notitiam legentium, et ad contundenda armis præsentium immunitatum ora latrantium contra Ordinem memoratum anno Domini* 1428. *die* 10. *Januarii. De autoritate absolvendi ab excommunicatione* etc. *Rubrica* etc. *Fratres Minores possunt* etc. Suntque dumtaxat *privilegia* indicata, ut supra, non descripta. Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 319. ait: *Marcus Tarbisinus Minorita scripsit, non autem edidit Opus prænotatum: RECOLLECTA ORDINIS MINORUM. Penes se habebat ms. Waddingus, teste N.[P.] Alva Tab.* 1.; sed falsum: nam Waddingus pag. 250.[168. hujus editionis] jejune scribit: *Marius Tarvisinus edidit Recollecta Ordinis.* Hujus *Collectionis* prima pars nonnihil tamen variata prodiit primum sine loco, et anno in 8. sub Sixto IV., vel paulo post cum *additamento* quarumdam Bullarum usque ad Sixtum IV. an. 1479. emanatarum opera *F. Matthæi Novariensis* Ordinis Minorum Observ. ejusdem Ordinis Cismontani in Rom. Curia Procuratoris, et Commissarii, quæ editio reperitur Florentiæ, et Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; deinde vulgata est Venetiis an. 1502. in 8. per Lucam Ant. de Giunta; iterumque anno 1508. in 8.; postremo ibidem in *Firmamento trium Ordinum* par. 2. tract. 1. an. 1513. sine nomine autoris. Meminit *Marci* ipsemet Waddingus in Annal. Min. sub an. 1399. num. 10., refertque eum anno 1418. mense Januario exscripsisse proxime memoratas *Conformitates S. Francisci*, quæ mss. asservantur Romæ in Aracælitana Bibliotheca, quarum in fine habetur supradicta *Collectio*, seu *Summarium Privilegiorum* etc. usque ad an. 1418., teste autore *Apologiæ pro Ordine FF. Minorum* to. 1. lib. 4. cap. 8. §. 2. n. 12. anno 1748. Lucæ editæ; sed perperam dicit provinciæ Romanæ Ministrum.

Ejusdem familiæ creditur fuisse ille *Nicolaus Trivisanus*, qui anno 1410. ex *Ordine Minorum* ab Alexandro V. evectus ad *Archiepiscopatum Thebanum*, postea ad *Nonensem* in Dalmatia Ecclesiam translatus est; decessitque Patavii in Templo S. Antonii sui Ordinis humatus cum hac epigraphi: *Hic tumulatur venerandum corpus Reverendiss. D. Nicolai Trivisani olim Episcopi Nonensis Artium, et sacræ.... Doctoris eximii, qui obiit anno D.* MCCCCLI. *mensis Decembris die septimo:* quam refert Valerius Polidorus in Mem. Templi S. Antonii Patavini cap. 65., et Ughellus to. 5. Ital. sac. in Ceneten. Episc. n. 37.

Privilegia et indulgentiæ fratrum minorum ordinis sancti Francisci tracta ex registro apostolico per Marcum tunc acolitum et auditorem apostolicæ curiæ pluries prodierunt sæc. XV typis expressa: 1. Absque ulla nota, 28 ll., cum sign. a-e, in 8 (Hain, Repertorium, n. 13371); 2. Liptzk (Lipsiæ) per Cunradum Kachelofen, 1495, in 4 (Hain, n. 13372); 3. Absque ulla nota, 32 foll., 34 ll., in 8, Venetiis c. 1495 (Proctor, An Index, n. 5707); 4. Liptzk per Baccalarium wolfgangum [Stöckel] Monacensem, 1498, in 4 (Hain, n. 13373); 5. Absque ulla nota, 24 foll., 39 ll., in 8, Venetiis per Joannem Emericum de Spira c. 1500 (Reichling, Appendices, IV, n. 1329).

MMDCCXLI. 1428.

MARCUS VIGERIUS = Min. Conv. Marci non *Nolani*, ut Waddingus, eumque exscribens Joan. a S. Antonio, sed *Naulensis* Episcopi nepos anno 1511. factus est Episcopus Prænestinus, ejusque

Decachordum Christianum prodiit primum Fani anno 1507. in fol. per Hieronymum Soncinum pulcherrimis formis, correctoribus sac. Theol. Magg. *Guido de S. Leone*, et *Francisco Armillino* de Serra Comitum ejusdem Ordinis; postea Parisiis anno 1517. in 8. in ædibus Jodoci Badii Ascensii studio Remigii Rufi Candidi una cum

Controversia de excellentia instrumentorum Dominicæ passionis a Simone Benignio Episcopo Modrusien. e Biblioth., et mss. Operibus Card. Marci eruta, estque idem Opus cum illo

De dignitate ferri lanceæ Christi, et restimentorum ejus; non diversum, ut putavit Waddingus, et Joan. a S. Anton.: prodiit et Hagenau an. 1517. Idem *Decachordum Christianum*, et *Controversiam* emendavit Riccardus Gibbanus Soc. J., vulgavitque Duaci in Belgio per Balthassar Bellerum, quemadmodum habet Petrus Ribadeneira in Catalogo illustrium Scriptor. Soc. J., an. 1607. Scripsit et librum

De Annunciatione B. Virginis, qui prodiit an. 1506. et 1507. typis Hieronymi Soncini una cum *Decachordo* in fol.

De vita, passione, morte, et resurrectione Domini librum tomis 2. Duaci anno 1607. excusum una cum aliis ejus Operibus.

Declarationes in Regulam S. Francisci de Paula edidit anno 1508. Romæ die 15. Febr. in illius Ord. Comitiis Gen., quibus jussu Julii II. præsidebat; et leguntur impressæ Brixiæ an. 1518. in 12. una cum *Vita*, et *Regula* ejusdem S. Francisci Paulani typis Bartholomæi Fontanæ; quæ extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Tractatum de Sacerdotis Officio, ut liquet ex ejus *Decachordi* chorda 1. cap. 21.

Tractatum de Compaternitate ex chorda 2. cap. 30.

Tractatum de Universalibus activorum ex chorda 4. cap. 21.

Comment. in Ethicam Aristotelis ex chorda 6. cap. 1., et chorda 7. cap. 43.

Sermones ex chorda 4. cap. 21., quos Ciacconius, Dupinus, et Eggs *Homilias* appellant.

Tractatum de Antichristo ex Ciacconio in Vitis Cardinalium, et Georgio Eggs in Bibliotheca Purpurata.

Dialogum

Digitized by Google

Dialogum super reformationem abusus ex Ludov. Dupino sec. XVI., ut notavit Joan. a S. Antonio to. 2. cit.

Obiit Romæ anno 1516. die 15. kal. Julii ex Rodulphio lib. 2. pag. 228. tumulatus cum inscriptione, quam semiexesam refert Ughellus to. 2. Ital. sac. in Senogal. Episc. n. 49., qui et to. 1. in Prænestin. Episc. de eodem egit; ejusque laudes contexuit in Oratione Camillus Porcarius, Folietta in Elogiis, Garimbertus, Haroldus in Epitome Annal. ad an. 1476., et 1506.; aliique plures.

Editio *Decachordi*, quæ prodiit Hagenoæ a. 1517, est secunda, cum ea finita sit mense ianuario, parisiensis vero mense iunio, et elaborata est in fol. com figg. in ædibus Thomæ Anshelmi Baden. ac Joannis Alberti expensis Joannis Koberger Nurembergensis incolæ. Inest huic etiam *Controversia de excellentia instrumentorum Dominicæ passionis*, quæ a Simone *Begnio* in lucem edita impressa iam erat Romæ in ædibus Marcelli Silber alias Franck a. 1512 in 4. Editio eiusdem *Controversiæ* anni 1508 a Brunet atque aliis indicata fortasse non extat, cum in editoris epistola ad lectores auctor dicatur episcopus prænestinus, et ipse ad hanc sedem promotus sit die 29 octobris a. 1511.

Liber *De Annunciatione B. Virginis* (absque dubio non editus a. 1506) et liber *De vita, passione, morte, et resurrectione Domini* non sunt opera distincta a *Decachordo*, sed eius partes, et constituunt unus primam chordam, alter chordas septem sequentes (2-8). Falsum est autem librum *De vita.... Domini* Duaci a. 1607 excusum esse cum aliis Vigerii operibus tomis duobus, nam in altero tomo huius editionis extant quidem Vigerii *Decachordum* et *Lucubratio de instrumentis Dominicæ Passionis* (castigata per Richardum *Gibbonum*), in primo vero nihil aliud quam Alphonsi Palæotti Historia admiranda de Jesu Christi Stigmatibus sacræ Sindoni impressis, a Daniele Mallonio illustrata. Idem dicendum de editione simili emissa ex eadem officina a. 1516, cuius nonnulla exemplaria extant cum notis: Antuerpiæ, Apud Joannem Keerbergium.

Obiisse eum die 18 Junii tradunt inscriptio in eius atque aliorum cardinalium memoriam posita in basilica S. Mariæ trans Tiberim, a Vinc. Forcella (Iscrizioni delle Chiese e d'altri edificii di Roma, II, Roma 1873, p. 377) relata, et P. B. Gams (Series episcoporum Ecclesiæ Catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. XVII); die vero 18 Julii cum Waddingo F. Ughellus (Italia sacra, II, Venetiis 1717, col. 877) et C. Eubel (Hierarchia catholica medii ævi, III, Monasterii 1910, p. 11).

MMDCCXLII.

MARCUS VITERBIENSIS provinciæ Romanæ alumnus, et sac. Theol. Magister, virtutis, doctrinæ, agendarumque rerum præstantia tanta, ut totius Ordinis post multa, variaque munia obita Minister Generalis sit assumptus an. 1359.; inde ab Urbano V. Pón. Max. quibusdam in Legationibus adhibitus, aliisque pro bono Ecclesiæ Romanæ functus officiis ab eodem Pontifice S. R. E. Cardinalis eligitur an. 1366.; triennioque elapso in patria decessit 3. nonas Septembris 1369., cum scripsisset *Summam casuum conscientiæ*, teste Castanæo de Cardinal. Scriptor., et ex eo Joan. a S. Anton.

1429.

MARCUS VITUS PISA = V. *Vitus Pisa* infra, nam ita vocabatur.

MMDCCXLIII. 1430.

MARCUS ULMENSIS = provinciæ Argentinæ, Custodiæque Sveviensis, de quo Rodulphius lib. 3. agit, aliique postea, et ante hos Sixtus Senensis lib. 3. Biblioth. sanctæ.

MMDCCXLIV. 1431.

MARCUS ULYSSIPONENSIS = al. de Bethania Reg. Observ., unus ex fundatoribus, ac secundus Discalceatæ provinciæ S. Antonii in Lusitania Minister, literis latinis, græcis, et hebraicis peritissimus ex Joan. a S. Anton., factus est Episcopus Portuensis in Lusitania an. 1581. die 30. Septembr. ex Reges. Pontif. apud Rodulphium lib. 2. fol. 235., aut 13. kal. Novembr., ut apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. num. 8.: obiit anno 1591.

Chronicorum S. Francisci prima pars an. 1556. approbata est a Fr. Andrea Insulano Commissario Generali, prodiitque Ulyssipone eodem anno in fol.; secunda vero pars an. 1561. approbata legitur a Fr. Petro de Carnota Ministro suæ provinciæ, typisque data est ibidem an. 1562. in fol., et postea an. 1615. ibidem; et 3. pars an. 1568. approbata a Fr. Francisco Gusmanio Commiss. Generali prodiit Salmanticæ an. 1570. in fol. apud Alexandrum de Canova; hinc editiones castellana an. 1570., et italica an. 1581., pluresque Venetiis, ubi quarta editio facta est anno 1598. in 4. typis Erasmi Viotti aucta per nescio quemdam in parte 3. Eis 4. *partem* addidit *Baretius* Cremonensis Bibliopola, vulgavitque Venetiis an. 1608. in 4., et 1612.; Antonius item *Daza* Hispanus, et Bartholomæus *Cimarella* ejusdem Instituti, eodemque circiter tempore aliam 4. *partem* addiderunt in suam quisque linguam evulgatam; de quibus suis dicitur locis.

Reformatas suo tempore, suisque auspiciis Portuensis Episcopatus Constitutiones, Synodoque stabilitas publicari fecit Conimbricæ an. 1585, et alibi.

Exercitia, et Meditationes devotas de Vita, et passione D. N. J. C. lingua vernacula *ex Joan. Tauleri latinis*. Visæi an. 1571. in 8.

Cantica B. Jacoponi Tudertini versu lusitanico in 8.; *Vitam Christi* ex latino Marci Marulli; *Tractatum de personis illustr.*, teste Ferdinando a Solitudine; et *Meditationes super Orationem Dominicam* ex Georgio Cardoso in Agiologio Lusitano.

Censuræ 4. *librorum* ejus nomine editæ sunt ab Andrea Schoto in Bibliotheca Hispana.

Vitam B. Colettæ lingua etiam lusitana conscripsit, quam ms. extare dicit Cardosus, et autor Biblioth. Hispanæ pag. 69., ubi et memorat Gonzagam in Cœnobio S. Catharinæ a *Carnota* prov. S. Anton. Portugal. tradere, edidisse eum etiam *latino sermone libros* doctis hominibus accomodatissimos. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Septemb.

Chronicorum Ordinis Fratrum Minorum primam et secundam partem scripsit Marcus Olisiponensis lingua lusitana, tertiam castellana. Prima pars impressa est primum *em Lisboa em casa de Joannes Blauio de Colonia*..... a. 1557, in fol.; secundo, ab auctore revisa et emendata, *em*..... *Lisboa em casa de Manoel Joam* a. 1566 in fol.; tertio *em Lisboa per Antonio Ribeyro* a. 1587, in fol. Secunda pars cusa est primum *em Lisboa em casa de Joannes Blauio impressor delRey*..... *a custas de Joam de Borgonha Liureiro delRey* a. 1562 in fol. Tertia pars impressa est primum *En Salamanca en casa de Alexandro de Canoua Año* M.D.LXX. in fol. Prima, secunda et tertia pars curante fr. Ludovico ab Angelis, qui nonnulla mutavit, recusæ sunt simul 3 voll. in fol., *Lisboa por Pedro Craesbeeck* a. 1615. = Versiones. a) Lingua castellana. Prima pars, interprete fr. Didaco Navarro: En Alcala por Athanasio Salcedo, 1559, in fol.; En Çaragoça en casa de Agostin Millan, a. 1563, in fol. (Romæ in bibliotheca Vallicellana); En.... Alcala de Henares en casa de Andres de Angulo, a. 1568, in fol. (Romæ in Nationali); En Alcala de Henares en casa de Juan Gracian, a. 1609 (in fine, 1608), in fol., cum privilegio dato mense februario anni 1607 pro impressione etiam secundæ et tertiæ partis, quæ utrum prodierint ignoro (in Casanatensi). Secunda pars, interprete fr. Philippo de Sosa: En Alcala de Henares, en casa de Andres de Angulo, a. 1566 (in fine

Digitized by Google

(in fine 1567), et iterum 1577, in fol. Prima et secunda pars interprete fr. Joannettino Niño: En Salamanca por Antonia Ramires, a. 1626, in fol. — b) Lingua italica, interprete ex castellana, etiam quoad primam et secundam partem, Horatio Diola. Solius primæ partis editiones, quas vidi, omnes sunt venetæ et in 2 voll. in 4 divisæ, hasque notas præferunt: Appresso Antonio de Ferrari MDLXXXII; Appresso Cornelio Arrivabene MDLXXXIII; Appresso Fiorauante Prato MDLXXXV; Presso Fiorauante Prato MDLXXXVII; MDXCVII Appresso Paulo Vgolino; MDC Appresso Pietro Ricciardi; MDCIIII Appresso Sebastian Combi; MDCVI Appresso Matthio Valentino; MDCXXV Appresso Andrea Baba. Secunda pars prodiit separatim: In Venetia, Appresso i Gioliti, MDLXXXVI, MDLXXXIX, MDXCVIII, MDCVI, in 4; tertia pars: In Venetia, Presso Erasmo Viotti, MDXCI, MDXCVIII, MDCVI, in 4, aucto tamen in editionibus a. 1598 et 1606 libro IX, ignoto auctore, pluribus capitibus de Capuccinorum institutore agentibus eorumque prima propagatione. Prima, secunda et tertia pars, simul cum quarta tribus tomis constante et ex compilationibus Barezzi et fr. Bartholomæi Cimarelli præsertim conflata, curante fr. Leonardo a Neapoli excusæ sunt *In Napoli, per Nouello de Bonis*, a. 1680, voll. 6 in 4. — c) Lingua gallica. Prima pars versa a D. S. (Santeul). A Paris, Chez Robert Fouet, 1623-22, voll. 2 in 4, qua tamen extant, ut videtur, editiones antiquiores; secunda et tertia pars interprete fr. Joanne Blancone, Paris 1604, voll. 2 in 4. — d) Lingua germanica, per Carolum Kurtzen. München 1620, par. 3 in 4.

Constituições Synodaes do Bispado do Porto. Coimbra por Antonio Maris 1585, in fol.; Porto por Giraldo Mendes 1590, in fol.

Exercicios e mui devota meditação da Vida e Paixam de Nosso Senhor Jesu Christo. Composta por o allumiado varam frey Joam Thaulero da ordem dos pregadores: tresladada do latim (nempe ex Laurentii Surii, ut puto, versione latina) *em lingoagem.* Visen por Manuel João 1571, in 8.

Livro insigne das flores o perfeições das vidas dos gloriosos Sanctos do velho e novo testamento, té quasi nossos tempos, ordenado per as illustrissimas virtudes christãs..... Per Marcos Marulo Spalatense de Dalmacia, nouamente traduzido em lingoagem per F. Marcos de Lisboa,.... Lisboa, em casa de Francisco Corrêa, 1579, in fol. Neminem invenimus, qui *Vitam Christi* Marco Marulo attribuat.

Meditationes super orationem dominicam teste Nicolao Antonio memorantur a Georgio Cardoso in schedis mss.

Censuræ 4 librorum editæ ab Andrea Schotto in sua Hispaniæ Bibliotheca (Francofurti 1608, pp. 386-442) Gaspari Barrerio Lusitano ab eodem tribuuntur.

Marco Olisiponensi debetur etiam versio hæc:

Tractado do Seraphico Doctor S. Boauentura, chamado Da perfeiçam da vida, em que claramente ensina o sancto os caminhos pera a perfeiçam, specialmente das pessoas religiosas. Tractado do mesmo Sancto, chamado Aruore da vida, que contem os principaes mysterios da vida do nosso redemptor. Tractado do mesmo Sancto, e forma breve pera ensino dos noviços na religiam. Hum breue A. B. C. spiritual do mesmo Sancto. Conuertidos em lingoagem etc. Em Lisboa por Joannes Blavio 1562, in 8.

Cf. D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, pp. 409-410; Jnnocencio Franc. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, pp. 129-132, XVI (IX do Supplemento por Brito Aranha), Lisboa 1893, pp. 346-348.

MMDCCXLV.

MARGARITA AGULLONA Hispana ex Xativa in regno Valentiæ ab ineunte ætate Deo dedita Tertium Ordinem S. Francisci amplexa est; exinde omnibus virtutibus, ac oratione præsertim extatica exornata scripsit jussu sui Confessarii hispano idiomate

Methodum contemplandi passionem, et mortem D. N. J. C.; quæ habetur to. 2. Hist. Tertii Ordinis S. Francisci Fr. Joannis Carilli fol. 244., et 249.

Pluribus de ea agit Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 9. Decembr. §. 8., et Joan. a S. Anton. to. 2. Defunctæ corpus a Sacello majori Conventus Sanguinis Christi an. 1605. mense Febr. Valentinus Archiepiscopus in Collegium sui Seminarii transtulit, atque in sepulchro affabre extructo recondidit cum hoc epitaphio:

« Beata Margarita Agullonia Setabensis profes-
« sionis Franciscanæ obiit IX. Decembr. anno a
« Nativitate Domini M.DC. ætatis suæ LXIV. Claruit
« hæc Virgo eximia vitæ pænitentia, et frequenti
« extasi, assiduos dolores in eisdem partibus acce-
« pit, in quibus Christus Dominus vulnera feria VI.
« in capite, coronæ instar. Mortua est magna opi-
« nione sanctitatis, et funere pietate celeberrimo.

MMDCCXLVI.

MARGARITA AUSTRIACA, al. *a Cruce* Maximiliani Imperatoris filia, et Philippi IV. Hispan. Regis amita, Monialium Discalc. Clarissarum divino instinctu Ordinem amplexa puritate conversationis, ac spiritus fervore mores prope angelicos in Religione præsetulit. Deiparam Virginem ab incunabulis præcipuo semper amore coluit; scripsitque

Epistolam pro Conceptione sancta, et immaculata ejusdem B. V. ad Gregorium XV., quæ legitur in Legatione Waddingi pro ea causa an. 1624. sect. 4.

Exercitia spiritualia ad ejus usum, ac Sanctimonialium Excalceatarum Matritensium. Antuerpiæ an. 1622. in 8. typis Plantinianis.

Palatium spirituale extat apud Marraccium in suo Opere inscripto: *Heroides Marianæ* cap. 12.

Epistolam ad P. Bartholomæum de los Rios Augustinianum, quæ habetur ibid. pag. 313.

Epistolam ad cognatam suam Isabellam Claram Eugeniam. Ibid. pag. 314.

Obiit an. 1633. die 5. Julii; ejusque *Vitam* eleganter descripsit P. Joannes de Palma, ediditque an. 1653.

MMDCCXLVII.

MARGARITA BICHIA patritia, nobilique familia Senis in Hetruria nata an. 1480. uxor fuit Francisci Bonsignori; quo defuncto, *Tertium S. Francisci Ordinem* amplexa eos pietatis, religionisque fructus retulit, ut etiam prophetiæ dono illustratam fuisse velint: cujus quoque consiliis, piisque orationibus Senenses an. 1526. die 25. Julii gloriosam de civibus extorribus, aliisque victoriam reportasse ferunt, de qua Strozza Controv. de Concept. lib. 7. cap. 28. Anno 1527., ætatis suæ 47. non sine sanctitatis opinione ad Deum emigravit, cujus vitam paucis ab hinc annis conscripsit Mag. *Philippus Lutus Senensis* Ord. Minor. Conv., et antea ejus mentio habetur in Fastis Senen. sub die 25. Julii apud Coron. Biblioth. univ. to. 6. n. 245. Claruit autem et literis, ferturque reliquisse

Opuscula nonnulla spiritualia pietate referta, quæ mss. asservantur.

MMDCCXLVIII.

MARGARITA DE NORONHA, al. de S. Paulo Francisci Comitis de Linhare filia Lusitana Ord. S. Claræ in Monasterio Ulyssiponen. B. Virginis Annunciatæ, cum latine admodum docta esset, lusitanicam fecit

Regulam S. Claræ, teste Cardoso: scripsit vero lingua vernacula

Sermones spirituales, ut ex Anton. de Sousa Macedo in *Floribus Hispaniæ* cap. 8. excell. 11. habet Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 71.

Exercitium spirituale cum variis orationibus ad B. V. editum fuit ad finem libri *Conventus spiritualis*

Digitized by Google

spiritualis cujusdam Capuccinæ Granatensis Ulyssipone anno 1630. ex cit. Cardoso ms. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Monasterium Olisiponense B. Virginis Annunciatæ semper fuisse Ordinis S. Dominici, et Margaritam de Noronha hunc professam esse, non vero Ordinem S. Claræ, asserit Didacus Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 412); qui ei non tribuit versionem Regulæ S. Claræ, sed hanc ex latino versionem: *Regra, e Constituiçoens que professaõ as Freiras da Ordem do Patriarcha S. Domingos....* Lisboa por Pedro Crasbeeck 1611 in 8. Cf. Innocencio Franc. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, p. 135.

MMDCCXLIX.

MARIA DE ANTIGUA Cazallæ in Bætica ex patre Pacensi, et matre Lusitana ortum ducens primis pueritiæ annis habitum S. Dominici induit; deinde Monialibus 3. Ordinis S. Francisci aggregata majorem vitæ partem in Marchena oppido sanctissime vixit; tandem non diu ante mortem Ordinem Discalceatarum B. Mariæ de Mercede amplexa in Cœnobio Loræ prope Bætim vivendi finem fecit die 22. Septembris an. 1617. cum desuper illuminata, legere enim, et scribere fertur nescisse, composuerit Tomum magnum mira doctrina refertum tit.

Lux Religiosorum, ac animarum spiritualium, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 321., seu *Documenta quamplura spiritualia* a Deo sibi dictata omnibus Ecclesiasticis tum secularibus, tum Regularibus utriusque sexus valde necessaria, qui asservatur ms. in Archivo Conventus Hispalen. S. Antonii; prodiitque Hispali anno 1678. in fol. typis Jo: Cabezas; et 3. editio facta est Barcinone an. 1697. in fol. typis Joseph Llopis; 4. vero editio ibidem 1720. in fol. apud Joannem Piferrer. Ejus mentio honorifica extat apud Dazam lib. de Concept. cap. 6., et Sousam in Expedit. Hispan. S. Jacobi num. 547. Apud Joannem a S. Anton. de transitu a Serafico Instituto ad illud *S. Mariæ de Mercede* nullum verbum habetur; sed teste Autore Biblioth. Hispan. to. 1. pag. 71. memoratur a Fr. Petro a S. Cæcilia lib. de Scriptor. Ord. B. M. de Mercede ms.

Patre Lusitano (Elvensi), matre vero Hispana (Pacensi) nata est, teste Did. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 418), qui operis *Lux Religiosorum* etc. titulum ita refert: *Desengaño de Religiosos, y de almas que tratan de virtud.* Scripsit etiam

Arte de bien morir, cuius referente eodem Barbosa meminit ipsa auctor in libro 1 cap. 6 operis præcedentis.

MMDCCL.

MARIA DE AYALA Toletana nobili genere orta vota Religionis nuncupavit in Monasterio Immacul. Conceptionis ejusdem urbis, virtutibusque religiosis adornata fertur scripsisse egregium

Tractatum de via perfectæ orationis, quem spiritu humilitatis ducta flammis tradidit; obiitque anno 1634., cujus exemplarem *Vitam* recensuit Fr. Lucas Yanguas a fol. 98. Chron. ms. prov. Castel. Regul. Observ., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCLI.

MARIA A JESU Coronel ad 35. annos Monasterii Agridensis Excalceatarum Immacul. Conceptionis a nobilibus suis parentibus fundati Abbatissa nata est anno 1602. die 2. Aprilis; Ordinem S. Claræ suscepit an. 1619.; præclarisque ornata virtutibus, miraculis, ac supernis revelationibus insignis obiit anno 1665. d. 24. Maji Dominica Pentecostes magna sanctitatis opinione, et nunc etiam in Romana Curia agitur de ejus canonizatione; ejusque *Vitam* scripsit *Joseph Ximenes.*

Epistola ejus memorabilis, *qua recenset suam Indicam missionem in provinciis novi Mexici ab anno* 1620. *usque ad annum* 1631., prodiit Matriti an. 1631. in 8.

Concordia sui Monasterii Agredensis super perpetuum patronatum Deiparæ Virginis ms. in 4. an. 1650. exarata. Scripsit quoque nobili stylo hispano ex his, quæ a B. Virgine didicit, Opus tit.

Mystica civitas Dei, miraculum suæ omnipotentiæ, abyssus gratiæ, et *Vita Beatissimæ Virginis,* editum primo Matriti an. 1670., et iterum anno 1688. tomis 6. in 4. apud Bernardum de Villa Diego; an. 1701. tomis 3. in fol. per Ruiz, et ibidem iterum; et italice Panormi anno 1701. tomis 4. in 4. typis Augustini Epiro, postea Mediolani, et deinde Tridenti an. 1714. apud Jo: Paronem, et iterum ibidem an. 1731. tomis 5. in 4.; gallice autem Bruxellis anno 1715. tomis 3. in 4.; latine Augustæ Vindelic. anno 1719. tomis 3. in fol. Prodiit quoque tomis 3. in fol. Ulyssipone an. 1684., et Antuerpiæ an. 1696.; translatum quippe est etiam in lusitanicum, et germanicum idioma; sed et græce, et arabice redditum invenitur ob fructum spiritualem, quem cuncti etiam ethnici ex ejus lectione recipiunt ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 322. et seqq., ubi fuse disserit de oppositione, quæ facta est hujus Virginis *Operibus,* et præsertim *Mysticæ civitati Dei,* de longa dissensione, reique exitu. Propugnatores Operum laudat Philippum Bezerra, Josephum Cavero Ord. B. Mariæ de Mercede, Andream Mendum, et Antonium de Goyeneche Soc. Jesu, Didacum de Sylva Episc. Accitanum, Michaelem Escartin Episc. Tarraconen., D. Siuri Episc. Corduben., et Andream Barciam, præter Minoritas Samaniego, Sendin, Richelme, Rodriguez, Castel, Arbiol, aliosque. Scripsit quoque ex eodem Jo: a S. Anton.

Exercitia spiritualia ad suas filias spirituales, Monialesve. Cæsaraugustæ an. 1712. typis Petri Carreras, et Matriti an. 1718. in 8.

De orbibus cœlestibus, ac elementis tractatus ms. in 4. extat Matriti in Bibliotheca Marchionum de Cuellar.

Leges sponsæ Opus egregium ms. in 4. asservatur in suo Monasterio Agridensi.

Epistolæ plures ad Philippum IV Catholicum Hispan. Regem mss. in fol. sunt in Bibliotheca 2. Scorialis plut. 2. et 10., et Palentiæ in Biblioth. Conventus Regul. Observ. n. 35., et alibi.

Tractatus de perfectione singulis horis procuranda ms. in 4.

Oratio cordis contriti ms. in 4.

De *Epistola, qua recenset suam missionem in provinciis Novi Mexici,* seu qua narrat se sibi visam esse per mentis excessus Mexicanis adesse eosque ad fidem convertere, nulla mentio extat apud recentiores scriptores, neque in Vita eius a Fr. Josepho Ximenez Samaniego edita, qui tantum (§ XII, n. 56-57) tradit eam dedisse epistolam exhortatoriam ad Religiosos conversioni Novi Mexici intentos, relationem vero de eius missione ex ipsius ore acceptam scripsisse P. Alphonsum de Benavides. Typis prodiit (Madrid, 1630, in 4): « Memorial que fray Juan de Santander, Commissario general de las Indias presente a Felipe IV, hecho por el P. Fray Alonso de Benavides, Commissario general del Santo-Officio y custodio que ha sido de las provincias y conversiones del Nuevo Mexico; trata se en el de los tesoros espirituales y temporales

Digitized by Google

temporales en aquellas conversiones y nuevos descubrimientos por aquellos padres ». Utrum hæc Relatio (quæ edita est gallice Bruxellis a. 1631, latine Salisburgi a. 1634) nonnulla de missione Ven. Mariæ de Agreda exhibeat, nescio.

Mystica Ciudad de Dios, in tres partes divisa. Prodiit Matriti a. 1670 tribus voluminibus in folio curante Fr. Josepho Ximenez Samaniego, qui Prologum galeatum et venerabilis auctoris vitam præfixit, notas suas ad primam, fr. Joannis Sendin Calderon ad secundam et tertiam partem addidit. Recusa est ibidem etiam a. 1720 voll. 3 in fol., et Pampelone a. 1807 voll. 9 in 4. Versio gallica edita a. 1715 est Fr. Thomæ Croset Recollecti, quæ iterum prodiit Bruxellis a. 1717 voll. 8 in 8, et pluries deinde, etiam recenter: Paris, Berche et Tralin (Bar-le Duc, imprimerie Contant-Laguerre), 1898, 6 voll. in 12.

Cartas de la Ven. Madre Sor Maria de Agreda y del Señor Rey Felipe IV. Madrid, Tipogr. Sucesores de Ribadeneyra, 1890, voll. 2. Sunt 614 epistolæ a Francisco Silvela regni hispani administro editæ. Epistolæ 42 iam prodierant Parisiis a. 1855 hac editione: « La sœur Marie d'Agréda et Philippe IV, roi d'Espagne. Correspondance inédite, traduite de l'espagnol, d'après un manuscrit de la Bibliothèque impériale, par A. Germond de Lavigne ».

Cf. Ign. Jeiler O. S. F. in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, VIII, Freiburg im Breisgau 1893, coll. 740-51; J. Van den Gheyn S. J. in Dictionnaire de théologie catholique, I, Paris 1903, coll. 627-31; Anton Maria da Vicenza M. R., Della Mistica Città di Dio.... Allegazione storico-apologetica, Bologna 1873.

MMDCCLII.

MARIA LASSO de Castilla Hispana Ord. S. Claræ Granatensis Monasterii S. Elisabeth alumna scripsit

Carmina pro Virginis Mariæ puritate, quæ cum aliis extant in Libro Granatæ an. 1640. impresso in 4., teste Fr. Joan. a S. Anton.

MMDCCLIII.

MARIA MAGDALENA Lusitana Monialis Ordinis S. Claræ Monasterii Matris Dei Ulyssiponen. edidit lingua vulgari

Vitam S. Joannis Evangelistæ. Ulyssipone an. 1628. in 8. ex Biblioth. Hispan.

Nata est Olisipone, professa institutum S. Claræ a. 1583, decessit autem die 18 Novembris a. 1637. *Historia da vida, prerogativas e louvores do glorioso S. João Evangelista. Tirada de varios auctores....* Lisboa, por Antonio Alvares, 1628, in 8. Altera editio: Lisboa, na Offic. de Simão Thaddeo Ferreira, 1794, in 8. Cf. Did. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 425, et Innocencio Franc. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, p. 141.

MMDCCLIV.

MARIA A S. PAULO Matritensis sanguine, ac virtutibus illustris, fundatrix Monasterii Matritensis S. Joseph a Jesu Maria Discalceatarum Immacul. Conceptionis Ord. S. Claræ vulgo *del Cavallero de Gracia* scripsit

Constitutiones Monialium Discalceatarum Conceptionis Dominæ nostræ, quæ leguntur in ejus *Vita* fol. 45., et seqq. edita Matriti an. 1658. in 4. typis Andreæ Garciæ studio D. Antonii Contreras. Obiit autem ipsa in dicto Monasterio septuagenaria an. 1609. die 22. Maji ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCLV.

MARIA DE PERNIA Hispana Monialis S. Claræ in urbe dicta *Velez de Malega* hispanico versu scripsit nonnulla

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, quæ habentur in libro edito Granatæ 1640. in 4. cum tit. hispan. *Elogios de Maria Santissima*, ut notavit Joan. a S. Anton. pag. 327.

MMDCCLVI.

MARIA SALLENT Hispana in urbe Borgiensi Tyrasonen. diœcesis piis, honestisque parentibus nata Monasterii Monialium sub secunda Regula S. Claræ Abbatissa edidit metrice

Vitam Seraphicæ Matris S. Claræ Virginis. Valentiæ an. 1603. in 8. typis Francisci Mestre ex Joan. a S. Anton.

MMDCCLVII.

MARIA TELLEZ Hispana Ord. S. Claræ Monialis in Monasterio S. Francisci *de Tordesillas* in Castellæ regno ex latino Opere *Ludolfi Carthusiani* in hispanum sermonem transtulit

Passionem D. N. J. C., quæ prodiit Pinciæ an. 1539. in 4. apud Nicolaum Tiersi ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 71., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* MARIA VILLENA = V. *Elisabeth de Villena;* eamdem enim puto.

MMDCCLVIII.

MARIANA A JESU Hispana ex Discalceatis Monialibus Turris Juliæ in Extremadura scripsit

De fundatione mirabili sui Conventus: et hispanico idiomate

Carmina plura varii generis mss. in 4. extant Matriti in Regia Bibliotheca ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 328.

Speculum clarissimum vitæ, ac passionis D. N. J. C. vernacule in 4. Matriti, et in Biblioth. Convent. S. Francisci ex eodem to. 3. in Append., ubi ait sanctitatis opinione claruisse an. 1647. ex Chron. provin. S. Michaelis.

MMDCCLIX.

MARIANA A JESU Escalonæ in oppido Toletanæ diœcesis orta, *Tertii Ordinis Secul.* S. Francisci virtutibus, ac signis clara scripsit

Epistolas plures mysticas, et *Revelationes sibi cælitus factas*, quas D. Ludovicus de Messa suus Confessarius cum ejus Actis publicavit Toleti an. 1661. in fol.

Migravit autem ad Dominum die 9. Julii an. 1620.; agiturque de ejus Canonizatione, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 328.

MMDCCLX.

MARIANUS AB ALCAMO Siculus prov. Panormitanæ Min. Capuccin. concionator, Magister Novitiorum, Definitor, et S. Inquisit. Qualificator vir Dei spiritu plenus, qui multas ab hæreticis pro fide catholica dilatanda est ærumnas perpessus; devotionis vero Stellarii, et Immaculatæ Conceptionis B. V. mirificus Panormi præsertim propagator publicavit

Modum contemplandi coronam B. V. M. in Stellario gaudioso. Panormi anno 1608. in 12. apud Antonium de Franciscis.

Officium parvum Stellarii gaudiosi, dolorosi, et gloriosi B. V. M. Ibidem an. 1615. in 12. apud Augustin. Orlandum, et Dec. Grillum.

Labyrinthum B. V. Mariæ. Ibidem anno 1612. apud eosdem.

Poemata varia, et devotissima in laudem B. Virginis Mariæ. Ibidem eodem anno 1612.

Plures

Digitized by Google

Plures palmulas in fol., et alia Opuscula diversa et prosa, et versu. Ibidem anno 1613.

Elucidationem in primam partem D. Thomæ, quæ ms. asservatur Genuæ in Biblioth. Capuccinor., teste Dionysio Genuensi.

Quadragesimalium concionum tomos duos in 4. mss. italice.

In Orationem Dominicam, quæ Mare Oceanum concionatorum pauperum nuncupatur, tomos 3. in fol. mss. Panormi in Biblioth. Capuccinorum, teste Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. in Append. to. 3. De eo etiam Marraccius, et Pagnotius.

Primi operis, lingua italica scripti, vidi hanc editionem: *Modo di contemplare la corona di Maria Vergine nel Stellario Gaudioso, Predicato dal P. Fra Mariano d'Alcamo Capuccino nel Domo della Città di Palermo l'anno del Signore 1608. Raccolto e fatto stampare da Don Michele Caruso Canonico Panormitano.* In Palermo Per Gio. Antonio de Franceschi, 1611. in 8 min.

Officium parvum Stellarii etc. prodiit Panormi a. 1615 in 8 apud *Angelum* Orlàndum et Decium *Cyrillum.*

Decessit a. 1621 non Alcami, quemadmodum tradunt Marcellinus de Pise, Dionysius Genuensis et Bernardus a Bononia, sed Panormi, ut affirmat Rocchus Pirrus testis oculatus in Notitia Ecclesiæ Mazarensis (Sicilia Sacra, II, Panormi 1733, pp. 896-897).

MMDCCLXI.

MARIANUS COSTENUS prov. Poloniæ Regul. Observ. Lector Jubilatus vir eruditione, morumque gravitate insignis claruit an. 1642. in Posnaniæ Gen. Gymnasio ex Joan. a S. Antonio, elucubravitque Opus

De pœnitentia, jure, et justitia hoc tit.: *Æquilibrium, tabula naufragii, et typus veræ Religionis* tomis 3.; quod et impressum scribit Fr. Augustinus Cieplinski fol. 239. Chronol. Descriptionis ejusdem provinciæ.

MMDCCLXII. 1432.

MARIANUS FLORENTINUS =

Fasciculus Chronicorum incipit ab exordio *Ordinis Minorum,* et excurrit usque ad initium Pontificatus *Leonis X.;* usque ad annum 1486., inquit Haroldus in Vita Lucæ Waddingi num. 35.; habeturque ms. in Florentina Bibliotheca Omnium Sanctorum, seu Salvatoris sui Ordinis, et in Romana S. Isidori.

Catalogus, seu brevis Historia fœminarum Ordinis S. Claræ continet *Vitas* 159. *Mulierum, Virginumque* 2. *Ordinis* scriptas Volaterræ an. 1519.; extatque ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis, et apud Moniales S. Mariæ in Monticellis, nec non Romæ in cit. S. Isidori Bibliotheca, ubi etiam

Historia Montis Alverniæ asservatur.

Historia provinciæ Hetruriæ Ordinis Minorum, cujus meminit Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 9. cap. 23., capitibus 25. comprehensa scripta est an. 1517., missaque Fr. Francisco Cino Pratensi a Secretis sui Ordinis.

Historia Translationis habitus S. Francisci a Monte Acuto Florentiam, cui translationi ipse unus ex 4. a Republica Florentina delegatis anno 1504. interfuit; quam et vulgavit Cimarella 4. par. Chron. S. Francisci.

Itinerarium urbis Romæ 18. *capitibus distinctum.*

Tractatus de Corona Mariæ Virginis cum variis Meditationibus lingua vulgari, et *preces super Corona Domini* 33. *Pater,* scriptus an. 1503. apud Montem S. Miniatis ms. in Florentino Cœnobio Omn. SS., teste Anton. Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3.

Sermones complures etiam ei attribuit Rodulphius lib. 3., et cit. Terrinca, et cum his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 329.

Obiit non an. 1537., ut ait cit. Marcus Ulyssiponensis; neque an. 1523. die 20. Julii, ut habet Buccolinus in Elogiis B. Angelæ Fulginatis ad calcem Opusculorum ejusdem Beatæ, neque anno 1522., uti ex Dionysio Pulinario scripserunt Socii Bolland. apud Pagium in Breviario Rom. Pontif. in Joanne XXII. num. 82.; sed anno 1527., quo ingens pestilentiæ morbus Florentiæ grassabatur testimonio Marci Anton. Montesiani Medici Florentini, qui eo tempore vivebat, in suis *Quæstionibus Medicinalibus* Venetiis an. 1546. excusis pag. 55. scribentis: *Vidimus in pestilentia, quæ per Florentiam anno* 1527. *grassabatur, in quo septuaginta fere millia corpora absunta sunt* etc.: quo quidem anno etiam Romæ pestem invaluisse tradit Franciscus Guicciardinus lib. 18. Hist.; tamen in fine Chron. ejus ms. Conventus S. Isidori Romæ fertur extare scriptum obiisse eum anno 1523. die 20. Julii, ut habet et Can. Garampus in Indice pag. 517. Mem. Eccles. ad Vitam B. Claræ Ariminen., sed error librarii censeatur. Scribunt de hoc Viro præter allatos Pocciantius in Catalogo Illustr. Scriptor. Florent., Possevinus in Appar. sac., Willotus, et Gonzaga; Vossius de Histor. Latin. lib. 3., Du-Cangius in Catalogo Scriptor., Cionaccius in Vita B. Humilianæ Florent., et nuper Julius Niger in Scriptor. Florent., sed ante omnes eum commemoravit autor coævus, et ejusdem Instituti *Fr. Hilarion Sacchettus* Florentinus, de quo supra actum est, in epistola ad Raphaelem Volaterranum anno 1520. data; et post eum Marcus Ulyssipon. par. 3. lib. 9. cap. 23.

Fasciculi Chronicarum Ordinis Minorum codex autographus, quo usus est Waddingus, quique unus idemque est atque codices a Sbaralea memorati, deperditus videtur, saltem ubi sit ignoratur; quod sane dolendum est, præsertim cum alii codices non sint noti. Teste fr. Francisco Narodi (Razzòli, op. infra notato, pp. 75-76) huius Chronici prologus generalis incipit: *Assumpsi nihi duas virgas;* primum primi libri caput: *Resplenduit facies eius sicut sol.* Ex eo nonnullæ vitæ editæ habentur, ut: B. Joannis Bonvisii et B. Michaelinæ Pisaurensis inter « Acta Sanctorum » (tom. V Maii, pp. 101-112; tom. III Junii, pp. 929-934, 1ae edit.); Eustochiæ virginis Messanensis in « Summarium super Positione Causæ Beatificationis » Romæ a. 1779 (cf. Archivio storico Messinese, Anno III, 1903, p. 53); Joannis Duns Scoti, Genuæ a. 1904.

Libro delle degnita et excellentie dellordine della seraphica madre delle Povere donne sancta Chiara d'Ascesi servatur Volaterris in bibliotheca Guarnacci ms. 190, Florentiæ in Nationali ms. Magliab. XXXVII 226, Romæ in Vallicellana ms. H. 19. Alium ms., ineuntis sæculi XVI, invenit Razzòli in quodam conventu in montanis Etruriæ sito (op. infra notato, p. 33). Librum hunc adhuc ineditum Lucius M. Muñez O. F. M. in « Archivum Franciscanum Historicum », V, p. 299, se cum P. Zephyrino Lazzeri proxime in lucem daturum promittit.

Historia (italica) *Tertii Ordinis S. Francisci,* a fr. Mariano non absoluta, manu ipsius scripta extat Florentiæ in bibliotheca Nationali, ms. Palat. 147.

Tractatus de origine, nobilitate, et excellentia provinciæ Tusciæ codex autographus servatur Florentiæ in bibliotheca Conventus ab Omnibus Sanctis, in quo reperiuntur et *Itinerarium urbis Romæ* et *tractatus de corona Mariæ Virginis.*

Historia Translationis habitus S. Francisci a Monte Acuto Florentiam, a fr. Roberto Razzòli, in linguam italicam iterum versa, edita est in suo opere « La Chiesa d'Ognissanti in Firenze, Studi storico-critici » Firenze 1898, pp. 100-109.

Florentiæ

Digitized by Google

Florentiæ in bibliotheca Nationali, manu ipsius auctoris scriptum, extat (ms. Strozzi, XXXVIII, 99), opus, cui titulus *Libro delle vite de sancti frati Minori*, quod reperitur etiam Volaterris in bibliotheca Guarnacci ms. 316; sed fere unius S. Francisci vitam continet.

Ex ms. 2063 (Sessor. 412) bibliothecæ Nationalis Romanæ Michael Falocius Pulignanus edidit in « Miscellanea Francescana » to. VI, pp. 103-111, *vitam* italicam *b. Paulucii Trinci*, et fr. Livarius Oliger in « Luce e Amore » Aug. et Sept. 1907, *vitam*, item italicam, *b. Jacoponi Tudertini*. Utraque a claris editoribus fr. Mariano tribuitur; cui absque dubio debetur etiam

Compendium Chronicarum Fratrum Minorum. Hoc ex apographo manu auctoris recognito (cod. 97 bibliothecæ Moreniana florentinæ) editum est in « Archivum Franciscanum Historicum » I (1908) pp. 98-107, II pp. 92-107, 305-318, 457-472, 626-641, III pp. 294-309, 700-715, IV pp. 122-137, 318-339, 559-587, et separatim ad Claras Aquas typis Collegii S. Bonaventuræ a. 1911 in 8.

Obiit die 20 Julii a. 1523, non a. 1527, quum et eo anno pestilentia Florentiam grassaretur (Razzòli, op. infra notato, p. 32), atque nimiæ auctoritatis sint testimonia pro a. 1523 a Sbaralea relata, iisque addendum sit testimonium cuiusdam Tantini de Prato in Necrologio cui titulum dedit « Tumba mortuorum » (apud Razzòli, ibidem, p. 30) et ipsius Dionysii Pulinarii ex Razzòli p. 28, ex ipso Pagio (Breviarium Pontificum Romanorum, to. II par. II, Lucæ 1729, p. 70) et Sociis Bolland. (Propylæum ad Acta Sanctorum Maii; Dan. Papebrochii Conatus chronico-historicus ad Catalogum Roman. Pontificum, par. II pag. 82* editionis antuerpiensis).

Confer præsertim P. Sabatier in « Fratris Francisci Bartholi de Assisio Tract. de indulgentia S. Mariæ de Portiuncula » Paris 1900, pp. 137-164, CXXX-CXXXIV, et fr. Rob. Razzòli, Fra Mariano da Firenze e le sue opere: cenni storico-critici, in ephem. « Luce e Amore » Anno I, Firenze 1904, pp. 27-34, 72-78, 123-126, 268-274, 313-317.

MMDCCLXIII.

MARIANUS GENUENSIS Ord. Min. Capuccin. vir sui Instituti legum accuratus sectator ex mandato Cypriani Pallavicini Genuensis Archiepiscopi composuit, ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2.,

Doctrinam christianam pro pueris, et idiotis in fide instruendis, quæ impressa fuit Genuæ an. 1580. apud Bellonium.

Obiit in patria piis laboribus pene consumptus an. 1585. ex Boverio to. 2. Annal., et autore Biblioth. Capuccinor.

MMDCCLXIV.

MARIANUS A MONTE MELLINO Hetruscus nobilis Clericus, ac eruditus J. C., inque pluribus Academiis publicus Professor primo Religionis Minoriticæ seculo in eam, omnibus relictis, ingressus est, profecitque adeo pietate, et exemplo, ut provinciæ Bononiæ Minister constitutus legatur; quo in officio etiam decessit circa annum 1296., cum varia sui ingenii *Monumenta* reliquerit, quæ forsan cursu temporis exciderunt. Certe Marianus Florentinus apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. hunc inter viros recenset, qui suis *Scriptis* Sodalitium Franciscanum illustrarunt; agitque de eo idem Waddingus in Annal. ad an. 1296.

Marianus Oddus Perusinus e comitibus Montis Mellini, castri inter Perusiam et lacum Trasimenum siti, Ordinem ingressus est a. 1296 (cf. L'Umbria Serafica, in Miscellanea Francescana an. 1888, pag. 92), electus autem minister provinciæ bononiensis mense iunio a. 1344, quam provinciam rexit etiam annis 1345-48. Cf. Giacinto Picconi da Cantalupo dei Frati Minori, Serie cronologico-biografica dei Ministri e Vicari Provinciali della Minoritica Provincia di Bologna, Parma 1908, pp. 75-77.

MMDCCLXV.

MARIANUS NEBIENSIS in Corsica natus eximius divini verbi declamator fuit, et provinciæ Corsicæ Minor. Capuccinor. fundator; nonnulla scripsisse fertur, inter quæ recensetur

Narratio fundationis Capuccinorum in provincia Corsicæ italico sermone, quæ ms. extat ex autore Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. Obiit autem circa an. 1540. virtutibus, et exemplari vita clarus.

Floruisse eum, non autem obiisse, a. 1540, tradunt Dionysius Genuensis et Bernardus a Bononia, decessisse haud longe post scribit Zach. Boverius (Annales Min. Capuc., I, Lugduni 1632, p. 282).

MMDCCLXVI. 1433.

MARIANUS DE ORSCOLOR = de quo Lipenius to. 2. Biblioth. Theolog.

Rhythmi X. *de Corona Virginis* extant in fine *Chronicorum*. Edidit etiam

Vexillum Seraphicum Montis Alverni. Ingolstadii ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Marianus ab *Orscelar* dicitur in Chronicorum approbatione per Leonem Menzl, iisdem præmissa. In Operis Explanatione ad lectorem auctor *Apologiam suæ Religionis Reformatæ* se editurum promittit. Notitiam de monte Alvernæ, qua vera Chronica desinunt, nonnulla sequuntur de timore Dei hoc titulo præmisso *Vexillum Seraphicum T Montis Alvernæ*. De Chronicis eorumque editione, quam vidi Romæ in bibliotheca Vallicellana, confer, sis, Ch. Leclerc, Bibliotheca Americana, Paris 1878, n. 373.

MMDCCLXVII.

MARIANUS SOLERTER Germanus edidit librum

De conversione regni Voxri in Japponia per P. Ludovicum Sotelum Franciscanum procurata, quem citat Felix Reineccius in *Solone Franciscano* lib. 3. par. 1. cap. 8. edito an. 1650.

MMDCCLXVIII.

MARINUS DE CALVACESIO Brixiensis Min. Capuccin. in eadem prov. Definitor, et Novitiorum Magister vir magnæ perfectionis, qui a sac. Congregat. de Propag. Fide ob singularem ejus prudentiam, ac præcipuum Catholicæ fidei zelum Apostolicus Visitator fuit constitutus in Missionibus Rhetiorum, et Helvetiorum; composuit, typisque dedit latine

Vitam D. N. J. C. in 30. *lectiones distributam*. Brixiæ an. 1639., teste Dionysio Genuen., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Alia eius opera:

De sacro tempore vitæ D. N. Jesu Christi, pia consideratio et devotum exercitium super annis, mensibus, hebdomadis, diebus, et horis etc. Brixiæ apud Antonium Rizzardum, in 4; pp. 48. Prodiit fortasse cum *Vita* supra memorata.

Relatio ad S. Congregationem de propaganda fide circa statum Missionis Capuccinæ in Rhætia et Helvetia, divisa in duas partes, quarum altera anonyma extat Mediolani in Archivo Nationali vel Ordinis Capuccinorum.

Pratica dell'orazione mentale P. Matthiæ Bellintani, et alia eiusdem opuscula ascetica, in latinum versa.

Decessit hic auctor, quem Bernardus a Bononia Martinum vocat, die 21 octobris anni 1661, ætatis 78, ab ingressu in religionem 58.

Cf. Vald. Bonari da Bergamo, I conventi ed i Cappuccini Bresciani, Milano 1891, pp. 208-211.

MMDCCLXIX.

MARINUS DE CASTINEANO oppido diœcesis Montisalti anno 1453. Patavii Doctoris lauream assecutus, ibi publice Theologiam professus est ab anno 1457. usque ad annum 1463.: per novem annos

Digitized by Google

nos Minister fuit suæ provinciæ Marchiæ tempore Sixti IV. ex Civallo; scripsitque

De inventione medii, et quatratura circuli: codex ms. chart. in 8. in Biblioth. FF. Minor. Strict. Observ. Æsii, cujus in fine legitur: *Explicit per me Bernardinum Catonem de Urbino* MCCCCLXXII. *die* XIII. *Novembris hora decima octava paulo præterita.*

« Hoc Opus ediderat Castignanensis alumnus,
« Qui, Francisce, tuæ est Religionis honos.
« Hic sibi nomen habet, si quæris forte, Ma-
« rinus,
« Quo Picenus ager terra beata nitet.
« Sit licet exiguus, medium reperire docebit
« Hic tamen egregie, non liber iste loquax.
« Ast ego, quem dicunt nostra de gente Cato-
« nem,
« Excripsi Urbinas, Umbria quem genuit.

MMDCCLXX.

MARINUS A CORIOLANO Calaber Min. Conv. Musices facultatis studiosissimus vivebat sec. XVI., laudaturque a Petro Rodulphio scriptore suppare lib. 2. fol. 279. in Custodia Castrovillarum; et August. Superbus, qui paulo post elucubravit Catalogum ms. de Scriptor. Ord. Min., memorat composuisse

De Musica libros duos; aliaque plura musicis notis edidisse; quo loco, uti et memoratus Rodulphius, celebrant eodem tempore in eadem Calabriæ provincia floruisse quoque in Musicis *Marcellum*, al. *Martellum Zombinum* insignem Musices Magistrum, atque alumnum Cœnobii Montis Leonis ex cit. Rodulphio in Custod. Rhegiensi, qui plurima musice factá elucubravit.

MMDCCLXXI. 1434.

MARINUS MAURUS = patritius Venetus Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, et sui Ordinis a Secretis, nec non Cornelii Mussi alumnus, quo præceptore usus in Theologicis disciplinis, concionandique munere plures post se ipse quoque reliquit alumnos; ejus meminit autor æqualis Petrus Rodulphius lib. 2. in Custodia Veneta, ubi asserit, scripsisse etiam

Quædam Opuscula a studiosis desiderata; de quo Franchinus in Biblios. num. 263.

* MARINUS MERSENNIUS hic a Joan. a S. Anton. recensitus ex Imbonati Biblioth. Latino-Hebr. fuit Ordinis *Minimorum*, non Minorum, ut ipsemet to. 1. pag. 389. ex Waddingo asserit in *Francisco Georgio.*

MMDCCLXXII. 1435.

MARIUS DE BIGNONO = de quo legendus Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinorum: obiit Venetiis 1660.; ejusque

Sermones tit. *Splendores Seraphici* iterum prodierunt Venetiis an. 1654. apud Juntas in 4. Edidit etiam lingua vulgari italica

Sanctuarium, seu *sermones de Sanctis* tit. *Elogia sacra.* Venet. an. 1652. apud Franciscum Storti in 4.

Conciones in Adventu, et annuis Dominicis. Ibidem anno 1656 in 4. apud Juntas; quæ cuncta tamen proscripta sunt, donec corrigantur, ex Decr. sac. Congr. Indicis. *Conciones ejus omnes* ex italico in latinum sermonem convertit Fr. Bruno Neusser, vulgavitque Coloniæ Agripp. an. 1676. hoc tit. *Encyclopædia*, seu *Scientia Universalis concionatorum* typis Hermanni Demen, teste Joan. a S. Anton. to. 2. De eo meminit et Sousa in Expedit. Hispan. S. Jacobi Maj. n. 73.

Serafici Splendori da gli opachi delle più celebri Academie rilucenti trà l' ombre di vaghi gieroglifici compartiti in Concetti tratti dalle Diuine Lettere, contrapuntati dalle Professioni Humane per li giorni ordinarij di Quaresima; Opera Scritturale, Erudita, Curiosa, Sacra, Morale, et Vtile. Del P. Mario de' Bignoni da Venetia Capuccino, Predicatore, e Lettore di Teologia. In Venetia, Per il Baba. M.DC.LIV. in 4; eadem ac editio, quæ eodem anno *Per i Giunti* emissa dicitur. Editio alia: In Venetia, Per li Baba. M.DC.LX. in 4.

Elogii sacri nelle solennità principali di nostro Signore, della Beata Vergine Maria, et altri Santi celebrati dalla Santa Chiesa; del P. Mario de' Bignoni.... In Venetia, Per il Baba. M.DC.LII. in 4; eadem ac editio, quæ eodem anno dicitur prodiisse *Appresso Francesco Storti.* Editio altera: Venetia, Appresso Francesco Baba (vel: Appresso Francesco Storti). M.DC.LV in 4.

Prediche sopra le XXIV. *Domeniche dopo la Pentecoste. Del Rever. P. Mario de' Bignoni.... Con vn Ristretto della Vita dell' Avtore.* In Venetia, Alla Fortezza, M.DC.LXI. Per Francesco Storti. in 4. — Hæc tria opera, inserta in antiquos Indices librorum prohibitorum tamquam *absolute* proscripta (cf. Index librorum prohibitorum Benedicti XIV iussu recognitus atque editus, Romæ 1758, p. 28), a. 1900 ex Indice expuncta sunt. *Conciones in reliquis anni Dominicis* et *in Adventu*, nullibi a me repertas, non memoratas in Indice librorum prohibitorum Benedicti XIV nec in Vita supra indicata, nullas esse puto.

Encyclopædia, seu Scientia universalis concionatorum prodiit antea Coloniæ Agrippinæ a. 1663.

Decessit Marius de *Bignonis* non anno ætatis suæ 63, ut tradunt Dionysius Genuensis et Bernardus a Bononia, sed anno 59 nondum expleto, quum ex Vita iam notata natus sit die 23 decembris a. 1601, obierit a. 1660 die 20 iunii.

MMDCCLXXIII. 1436.

MARIUS A CALASIO = cujus meminit Carolus Imbonatus in Biblioth. Hebraico-Latina.

Concordantiæ prodierunt Romæ an. 1622. in fol. ex Typographia Stephani Paulini, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 331. et iterum Londini an. 1747., et 1749. tomis 4. in fol. typis J. Ilive apud Jacobum Hodges: ait cit. Imbonatus textus hebraici ordinem desumptum esse a R. Mardochæo ben Nathan primo *Concordantiarum* apud Hebræos autore, de quo Julius Bartoloccius in Biblioth. Mag. Rabbin. par. 3., et 4., cui Calasius addidit versionem latinam, et Fr. Michael Angelus a S. Romulo ejusdem Instituti, de quo suo loco, *Indicem* nominum propriorum vulgatæ editionis latinæ.

Concordantiæ prodierunt Romæ apud Stephanum Paulinum a. 1621; a. 1622 prodiit ex eiusdem typographia *Index* (qui in fine tomi quarti extat) *Vocum omnium Latinarum, quibus exponuntur Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, et Arabicæ, quæ in Dictionario huius operis, seu declaratione usuum, derivatorum, ac significationum cuiusque thematis Hebraici et linguarum aliarum Convenientia continentur*, cum altero *Indice nominum propriorum, prout in Latina Vulgata editione proferuntur, ex quo eorumdem Hebraica lectio, et eius expositio facile inveniri possit*, utriusque Indicis auctore fr. Michaele Angelo a S. Romulo. Opus editum est iterum Londini annis 1747, 1748, 1749 curante Gul. Romaine, qui nonnulla mutavit, nonnulla vero, ut Particularum Hebraicarum Dictionarium et Concordantias, addidit.

* MARIUS DULMENSIS est *Marcus Ulmensis;* de quo supra, qui scripsit non *Distinctionarium*, ut corrupte habent Petrus de Alva *principio B.*, et ex eo Joan. a S. Anton. in Append. to. 3., sed *Dictionarium in totam sacram Scripturam* edidit.

MMDCCLXXIV.

Digitized by Google

MMDCCLXXIV. 1437.

MARIUS A FORO SARRACENO = al. Sarsineo, non *Foro Sarzino,* vulgo *Mercato Saraceno,* inter Cæsenam, et Sassinam oppido primum in Augustiniana familia Doctor Theologus fuit, postea ad Minores Capuccinos transiens provinciæ Picenæ alumnus electus est an. 1567. *Vicarius Generalis* IX. Romæ in Comitiis sui Ordinis, de quo Gonzaga autor coævus par. 1. agit, aitque virum pium annos sex rexisse; citat eum Ludovicus Jacobillus de SS., et BB. Umbriæ sub die 5. Augusti de *B. Matthæo Basci* disserens: sed legendus etiam Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., ubi ait migrasse ad Dominum anno 1581. De eo tractavit et Rodulphius lib. 2. fol. 201., Boverius in Annal. Capuccin., Joan. a S. Anton., aliique plures. Multa scripsisse fertur, quorum tantum supersunt

Poemata duo valde pia, et erudita: unum de Vita B. V. Mariæ; et alterum de S. Mariæ Magdalenæ conversione, et in ipsius pœnitentiæ encomium impressa Venetiis an. 1586., et alibi.

Tractatus Chronologicus suæ Capuccinorum familiæ usque ad an. 1570., quo utitur Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Januarii, et alibi.

Narratione dell'origine della congregatione de frati Capuccini, cio e come, quando, dove et da chi ella hebbe il suo principio, composta dal molto reverendo padre frate Mario Vecchio dal Mercato Saracino del medesimo ordine, opus in quatuor libros divisum, extat ms. Lugduni in bibliotheca civica (Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France. Départements. Tome XXX. Paris 1900, n. 1354); item Neapoli in bibliotheca Nationali (IX. F. 57). De eodem argumento pro Cosma Etruriae Duce egerat iam antea, sed brevius, noster auctor *epistola* (italica) *data ad P. Honorium a Monte Granario a. 1569,* quæ, ut Appendix ad Chronica Fr. Joannis Romæi de Terranova de Origine Fr. Min. S. Francisci Capuccinorum, ex codice 551 veneti Musei Correr edita est a P. Eduardo Alinconiensi in « Analecta Ordinis Capuccinorum » XXIII (1907), pp. 274-279, 326-328.

In iisdem Analectis, XVI, pp. 312-3 vulgatæ sunt *Litaniæ B. Mariæ V.* ab eo compositæ, quæ recitabantur in Congregatione Capuccinorum post Completorium tempore fr. Matthiæ a Salodio, ut ipse testatur in suis Chronicis mss., to. II, fol. 129.

MMDCCLXXV.

MARIUS JOANNES GOTSCALCANUS Antuerpiensis Belga Tertii Ord. Claustr. alumnus edidit

Comment. in Epistolas D. Pauli, testibus Swertio, Dupino, et Le Longo.

Prædicationum libellum impress. Antuerpiæ an. 1587. typis Keebergii.

Evangelicas, et Christianas Orationes sermone vernaculo an. 1590.

De Republica Christiana novissimorum temporum libros 3. Antuerpiæ an. 1600. in 12. typis Bellerii, et Lovanii apud Rivium.

Obiit anno 1603. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Commentarii in epistolas D. Pauli non memorantur a Valerio Andrea nec in prima (Lovanii 1623) nec in altera editione (Lovanii 1643) suæ Bibliothecæ Belgicæ; item non indicantur a Jo. Franc. Foppens (Bibliotheca Belgica, Bruxellis 1739, p. 846).

Præcationum, non Prædicationum, *libellum* typis *Keerbergii* edidit, testibus Franc. Sweertio (Athenæ Belgicæ, Antuerpiæ 1628, p. 525), Andrea et Foppens, opp. cit.

Naturæ debitum solvit Bruxellis apud suos, et sepultus est in ambitu monasterii apposito epitaphio simulque chronographico, ex quo, prout a Sweertio refertur, anno 1601, prout exscribitur a Foppens, anno 1596 eum defunctum esse colligitur.

MMDCCLXXVI.

MARIUS ORPINELLUS e Monte Georgio Picenæ provinciæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, ac Collegii S. Bonaventuræ Romæ Regens plures doctissime, ac ordinatissime *Theologicas materias* scripsit, dictavit, declaravit; et ab ipso hujusmodi legendi methodum ejus *Ordo* desumpsit. Forsan tanti viri laboribus aliorum decorantur ingenia, inquit Theulus in Triumpho Seraph., qui addit Paulum V. *Montalti* Episcopatum ei contulisse, sed morte præventum dignitatem non suscepisse, nec inaugurari potuisse.

* MARIUS SCRIBONIUS = V. *Joannes Marius Scribonius:* eum Honoratus Tournely Prælect. Theolog. to. 7. quæst. 7. art. 1. *Gallum* dicit, citans ejus *Pantalithiam.*

1438.

MARIUS TARVISINUS = V. *Marcus Tarvisinus,* vel *Trivisanus* supra; ita enim vocabatur.

MMDCCLXXVII. 1439.

MARQUARDUS LEONIS = de quo agunt Dupinus sec. 17., Lasor to. 2. Universi pag. 439., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Discursus Theologicus etc. prodiit etiam Ingolstadii 1609. in 8.

Obiit Augustæ die 30 Januarii a. 1633.

Discursus de vera Ecclesia Dei latine prodiit, non germanice, et inscriptus *Axiomata theologica de una, vera et sacrosancta Christi in terris Ecclesia militante.* Non videtur recusus esse Ingolstadii a. 1609.

Enumeratio methodica et compendiosa selectissimorum et omni exceptione maiorum Scriptorum, totius Occidentis, Meridiei et Orientis Ecclesiarum. Quibus evidentissimum fit certoque probatur non tantum Europæam sed et Africanam, Alexandrinam, Jerosolymitanam, Antiochenam, Constantinopolitanam, Asiaticam et Orientalem Ecclesias, ante mille annos Romanæ Ecclesiæ, ut Capiti suo perpetuo adhæsisse, et vicissim Petri Successorem vt pastorem Œcumenicum eis invigilasse... Opera et studio R. P. F. Marquardi Leonis Ord. S. Francisci Reg. Obser. Lectoris Generalis. Ingolstadii. Excudebat Andreas Angermarius. M.DC.IX. in 8. Editio fortasse prima; quæ extat in bibliotheca Angelica. In epistola dedicatoria auctor se subscribit Marquardus *Leo.*

Alia eius opera:

Conclusiones theologicæ de Sacramentis in genere. Monachii, 1597; in 4.

Theses de almo Eucharistiæ sacramento. Monachii, 1597; in 4.

Theses de Anima in communi; et de vegetativæ, sensitivæ ac rationalis Quidditatibus et Passionibus. Monachii, 1597; in 4.

Theses de ineffabili et augustissimo Verbi incarnati Mysterio. Monachii, 1599; in 4.

Theses de supersubstantiali, secretissimaque divina Dei Essentia. Monachii, 1601; in 4.

Theses de Substantia, Proprietatibus et Conditionibus Spirituum angelicorum, bonorum et malorum. 1603; in 4.

Gründliche Erörterung und christliche Widerlegung, dass Martin Luther in allen und jeden, mit dem Römischen Pabstthum streitigen, Puncten gelehrt und geglaubt habe dasjenige, was stracks nach der heiligen Apostel zeiten in den nächstsolgenden 600. Jahren offentlich ist geglaubt und gelehrt worden: Von D. Georg. Müller Wittenbergischen Prädicanten anno 1606. ausgangen. anjezo aber, nach seinem Ableben, Jacob Heylbrunners unkatholischem Pabstthumb, dem er sich, neben andern Prädicanten, unterschrieben, entgegengesetzt..... Ingolstadt, 1607; in 4.

Evangelisches Examen und rechtmässige Behörung der vermeinten christlichen Predigt, vom Beruf der Kirchendiener, M. Melchior Volcii Prädicanten bey St. Anna. Ingolstadt, 1609; in 4.

Katechismus wahrer Religion und Glaubens, darinn alles, was ein jeder guterziger Christ bey diesen Religions-Streit zu bedenken, als in einer Summa begriffen. Sampt angehängten

Christlichen

Digitized by Google

Christlichen.... Gebetten. Ingolstatt, Andreas Angermayer, 1610; in 8.

Qualiter cum Hæreticis disputandum sit, et ubi vera Dei in terris Ecclesia sit? Disputatio Bambergæ in Comitiis provincialibus FF. Ord. Min. regul. Observant. publice proposita. Bambergæ, 1610; in 4.

Katechismus, oder wahrer christlich-und recht evangelischer Begriff und Innhalt aller und jeder Puncten der allein seligmachenden wahren Religion und Glaubens. Dillingen, 1618. — Iterum: Augspurg, 1629.

Cf. Franc. Ant. Veith, Bibliotheca Augustana, Alphabetum x (Augustæ Vindelicæ 1793), pp. 162-167.

MMDCCLXXVIII. 1440.

MARTIALIS BRIVATO = ut in *Append.* Waddingi ad hunc librum; provinciæ Aquitaniæ ex Joan. a S. Anton.: sed videndus et Dionysius Genuensis.

Martialis, cognomine Dumas, dictus Brivatus seu de Brive ex loco quo natus est. Collectionem eius carminum, quam memorat Waddingus, apud recentes scriptores indicatam non invenimus, sed quidem duas alias, alteram cum titulo *Œuvres poetiques et saintes* (Lyon, chez La Bottière, 1653; Lyon, chez Alexandre Fumeux, 1655, in 4), alteram ditiorem, editam a P. Zacharia Divionensi, inscriptam *Le Parnasse séraphiqve, et les derniers sovspirs de la Mvse du R. P. Martial de Brives, capucin. Contenant les Grandeurs de Dieu, les Grandeurs de N. S. Jesvs-Christ, les Grandeurs de la sainte Vierge, les Grandeurs de Dieu sur ses saints, les Combats et Victoires de saint Alexis, et autres œuures meslées* (A Lyon, chez François Demasso, 1660, in 8). Carmen seu breve drama in hac collectione contentum, cui titulus *Jugement de Nostre-Seigneur Jésus-Christ en faveur de Marie-Magdeleine contre sa sœur Marthe* prodierat iam sub pseudonymo *Sainte-Colombe* Parisiis apud Matthæum Guillemot a. 1651 in 8; aliud *La saincte Solitude, ou description du dévot hermitage de Sainct-Vincent-lès-Agen* recusum est separatim Agenni per Joannem Gayau a. 1680 in 8 min. Quædam P. Martialis carmina, quæ fortasse omnia ex hac collectione exscripta sunt, extant in libro *Cantiqves spiritvels de l'amovr divin, povr l'instrvction et la consolation des Ames devotes, Composez par un Père de la Compagnie de Jesus* (Jo. Jos. Seurin seu Surin). *Derniere edition Recueïe, corrigée et augmentée de plusieurs beaux Cantiquzs, choisis dans divers Auteurs bien approuvez, propres pour élever, entretenir, et vnir l'ame à Dieu, appropriez aux trois vies, purgative, illuminative et vnitive. A Paris, Chez Florentin Lambert,* M.DC.LXIV. in 8, quam editionem plures aliæ similes sunt secutæ, ut videre est apud C. Sommervogel, Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Bibliographie, VII, Bruxelles 1896, col. 1705.

Le siècle illuminé, ou exercice de piété pour vivre spirituellement dans le monde; par le P. M. de B. C. Brive 1649. Ita in catalogo « Bibliotheca Duboisiana » par. III (A la Haye 1725), n. 1988. Nescio utrum hoc opus extet in alterutra ex collectionibus supra indicatis.

Obiit secundum C. P. Goujet circa a. 1656, secundum Apollinarem a Valentia Segal., quem sequitur in sua Bibliotheca Mariana Eduardus Alinconiensis, a. 1650, secundum A. Leroux a. 1652 vel 1653.

Cf. Goujet C. P., Bibliothèque françoise, XVII, Paris 1756, pp. 4-10; Gust. Clément-Simon, Le Père Martial de Brive. La Muse séraphique au XVIIe siècle, Paris 1888; Abbé (François) Arbellot, Martial de Brive, in Bulletin de la Société des lettres de Tulle, XI (1889); Apollinaris a Valentia Segalaunorum, Bibliotheca Fr. Minorum Capuccinorum provinciarum Occitaniæ et Aquitaniæ, Romæ et Nemausæ 1894, pp. 92-94; Alf. Leroux in La Grande Encyclopédie, Paris H. Lamirault, XV, pp. 34-35.

MMDCCLXXIX. 1441.

MARTIALIS CENOMANENSIS = de quo agunt et Vernon, Dupinus sec. 17., et Joannes a S. Anton.

Annotationes in tractatum de amico, et amato prodierunt Rothomagi ex Waddingo infra in *Raymundo Lullo* pag. 299. [huius edit. 199]. Composuit et

Apologiam pro suo Ordine, ac jure illius habitus conferendi personis secularibus, teste Bordono in Chronologio 3. Ord. S. Franc. cap. 38. et 32. num. 87. Eumdem Martialem crediderim gallice reddidisse

Blanquernam Raymundi Lulli, quæ prodiit Parisiis an. 1632. sub tit. *Anonymi* Franciscani, teste Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 26. Martii §. 5.

Liber meditationum totius anni, alias de amico et amato, cum notis *Martialis Cenomanensis* prodiit Rothomagi a. 1632 in 8.

Blaquerne de l'amy et de l'aymé, par le B. Raymond Lull, martyr, du tiers ordre de Saint-François, Paris 1632, in 24. Ita simpliciter in Histoire littéraire de la France, XXIX, Paris 1885, p. 254, quin versionis auctor indicetur. Neque hunc franciscanum dicit Arturus a Monasterio loco a Sbaralea indicato.

MMDCCLXXX.

MARTIALIS PEREGRINUS senior a Castrovillari nobili Calabriæ oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor cum Ferrariæ apud suos *Regentis* Studiorum munus obiret, ad sacrum Tridentinum Concilium missus est; annoque 1564. Ferrariæ etiam publico in Gymnasio *Metaphysicam* interpretari cœpit ex Ferrante Borsetto in Hist. illius Gymnasii par. 2. lib. 2., et postea itidem Patavii ad 12. annos, quemadmodum nos edocet autor æqualis Rodulphius lib. 2. fol. 279. in prov. Calabriæ, et Cust. Vallis, nec non Portinarius in Patav. felicit. lib. 7. cap. 4., obiitque in patria paulo ante annum 1585. Waddingus ad an. 1399. n. 46. ait obiisse anno 1576. kalend. Januarii; cum scripsisset præ ceteris

Prolegomena ad Metaphysicam, quæ laudantur in epistola Baptistæ Guarini junioris Ferrarien. data die 12. Decembr. an. 1585. ad Urbini Ducem, qui ea ipsa desiderasse videtur. De eo Riccobonus in Gymnasio Patavino inquit: *vir omni opinione doctissimus, et in disputando acutissimus Martialis Pellegrinus Calaber Regens Ferrariæ. Alius* ejusdem nominis, et familiæ, ejusdemque Instituti floruit seculo sequenti; de quo Franchinus in Biblios. pag. 429.

MMDCCLXXXI. 1442.

MARTIALIS STAMPENSIS PARISINUS = de quo Dupinus sec. XVII., et Joan. a S. Anton. to. 2.; edidit etiam

De perfectione religiosa suppresso nomine in 4., et adjungitur *Tractatui de oratione mentali.*

Exercitium trium clavorum amoris, et doloris ad uniendum nos Christo Crucifixo. Opusculum aureum asseritur a Dionysio Genuensi, qui addit, ipsum alia plura composuisse, et edere recusasse.

Stampensis, i. e. de *Étampes;* provinciæ parisiensis. *Exercitium trium clavorum* ex Bernardo a Bononia prodiit Parisiis apud Nicolaum Fremiot a. 1635.

1443.

MARTINUS ABBAS = oscitanter Waddingus, et cum eo Joan. a S. Anton. secutus est editorem *Summæ Ostiensis;* nam *Martinus J. C.,* qui temporibus *Azonis J. C.* vixit, longe ante Franciscanæ Religionis initium floruisse scitur; cum Otho Murena, qui illius seculo vixit, in Chron. tradat, eum anno 1158. interfuisse Conventui Roncalliensi a Friderico I. Imper. coacto; ubi dictus legitur *Martinus Copia legum* ab ejus Magistro Irnerio, de quo legi potest præ omnibus Guido Pancirolus de cl. leg. Interpr. lib. 2. Unde autem editor ille hauserit

Digitized by Google

serit, hunc *Franciscanum* extitisse, et cognomento *Abbatem*, viderint alii; nam ante eum nemo invenitur, qui id tradiderit; fuit quidem *Franciscus de Abbate* Minorita, de quo supra suo loco, sed non J. C.

MMDCCLXXXII. 1444.

MARTINUS ALVEVICUS = ab oppido Alvevico Angliæ in Northumbria, finibusque Scotorum posito, alumnus Cœnobii Novicastri, Oxonii studuit Philosophiæ, et Theologiæ, ibique magistrali laurea accepta, inter suos sacram Theologiam legit.

Chronicon ejus dicitur inscriptum *Flores temporum*, atque a Christi nativitate excurrere usque ad Nicolaum IV., et prodiisse Ulmæ an. 1486., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1330., sed vereor, ne hoc Opus confundatur cum altero similis tituli Martini Germani, de quo infra. Eodem tempore vivebat *Gulielmus Alvevicus*, quem vide supra.

Vide infra ad num. MMDCCXCI, et A. G. Little in Dictionary of National Biography edited by Leslie Stephen and Sidney Lee, XXXVI, London 1893, p. 270.

MMDCCLXXXIII.

MARTINUS DE ARRATIA Hispanus provinciæ Bæticæ Regul. Observ. scripsit an 1589.

Doctrinarum moralium volumen in fol., quod ms. asservatur Compluti in Bibliotheca Conventus S. Didaci sub P. n. 253., teste Joan. a S. Anton.

* MARTINUS BARONIUS, quem hic *Minoritam* dicit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 333., et scripsisse *Catalogum SS. Ordinis Minorum* ex Melissano in Supplem. Annalium Waddingi ad an. 1264. n. 2., neque Minorita fuit, neque scripsit Catalogum SS. Ord. Min.; sed nulli Regul. Instituto adstrictus scripsit Chronicon de SS. sui regni Poloniæ, ideoque et de Viris SS., ac BB. Ordinis Minorum illius regni.

MMDCCLXXXIV.

MARTINUS BONONIENSIS Italus provinciæ Limensis in America Regul. Observ. alumnus prædicator egregius, ac Definitor ob præclaram sacræ Scripturæ eruditionem merito commendatus reliquit post se

Commentaria in Epistolas S. Petri Apostoli; et

Concionum variarum tomum in fol., in quo sunt tres celebres Historiæ Davidis, filii prodigi, ac Judæ, nec non ultra 20. conciones de passione Domini, quæ mss. extare dicuntur. Claruit autem Limæ anno 1614. ex Fr. Didaco Cordubensi in Chron. prædictæ provinciæ lib. 6. cap. 7. apud Joan. a S. Anton.

MMDCCLXXXV.

MARTINUS DE BOSCO GUALTERII Turonensis Cœnobii Guardianus circa annum 1414. floruit, et scripsit

Vitam Ven. Viduæ, ac Virginis Mariæ de Maillaco Dominæ de Scilley apud Cenomanos, cui a sacris Confessionibus fuerat, an. 1414. die 28. Martii fama sanctitatis defunctæ, et Turonis in sacra FF. Minor. æde sepultæ in habitu Monialis Clarissæ, utpote Tertii Ordinis S. Francisci ex Necrologio dicti Conventus Turonen.; quam vitam evulgarunt [Act.] SS. Editores Bolland. to. 3. Martii sub die 28. cum *Processu* pro Canonizatione, ac *Epistola* ad Jacobum Borbonium Marchiæ Comitem, Regemque Hungariæ, Siciliæ, ac Hierusalem ejusdem Ven. Mariæ consanguineum. Monent Bollandii cit. hanc *Vitam* latine, et gallice cusam fuisse Andegavis an. 1644., teste Arturo in Martyrol. Francisc., gallicamque factam fuisse a P. le Heurt, et extare ms. apud Patres Chordigeros e latina translatam. Meminit Waddingus in Annal. Min. hujus sanctæ mulieris *Dominæ Mariæ de Sille* ad an. 1289. n. 39. de Turonensi Cœnobio verba faciens, aitque ibi tumulatam *in habitu Franciscano miraculis* condecoratam *anno* 1403. *die* XV. *kal. Aprilis usque in hodiernum diem*, ut patet, inquit, ex ejus *Legenda*, sed hujus autorem non prodit. Docent cit. SS. Illustratores Bolland. in ejusdem Vita legendum esse *anno* 1414. *die* V. *kalend. April.* more gallico a Paschate annum inchoante.

Domina Maria de Sille memoratur in Annalibus Minorum a Waddingo (cuius verba a Sbaralea sat confuse referuntur) ad num. 39 a. 1288, non vero 1289. Eiusdem legendam aliquammulto tempore post eius mortem (quæ more Gallorum illius temporis a Paschate annos inchoantium evenisse dicitur v kal. Aprilis a. 1413) a nostro auctore compositam esse, colligitur ex clausula « et usque in hodiernum diem pene infinitis clarens virtutibus, signis et miraculis ». Eamdem a. 1644 *latine et gallice* cusam fuisse fortasse non dicit in Martyrologio Franciscano Arturus, cuius verba (pag. 136 editionis parisiensis anni 1653) hæc sunt: « Ipsius autem Legenda habetur Latina, et Gallica, anno 1644. Prælo cusa Andegauis, apud Officinam Petri Vaudran ».

MMDCCLXXXVI.

MARTINUS BURGUERIUS Hispanus prov. Aragoniæ Regul. Observ. Minister edidit, teste Joan. a S. Anton.,

Reformationes Sanctionum, seu *Constitutionum Fratrum Conventualium Ord. Minor.* Barcinone an. 1640. in 4. apud Amorosum Provenzalem.

MMDCCLXXXVII.

MARTINUS DE CARTHEGENA, al. Castañega Hispanus Regul. Observ. prov. Burgensis Theologus eruditus vernacule edidit

Tractatum de superstitionibus. Lucronii an. 1529. in 4. apud Michaelem de Eguia, teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan., et Joan. a S. Anton.

MMDCCLXXXVIII.

MARTINUS DE CASTILLO Hispanus Burgensis Regul. Observ. Lector Emeritus, S. O. Consultor, et provinciæ S. Evangelii in Mexico Minister edidit

Panegyrim de S. Laurentio Martyre an. 1649. in 4.

De Seraphico Patre Francisco aliam; et

De dedicatione Ecclesiæ Angelopolitanæ.

Commentar. super Abdiam Prophetam. Antuerpiæ an. 1657. in 4.; quem celebrant Petrus de Alva col. 1015. Militiæ, Vetancurt in Chron. prædictæ provinciæ Mexicanæ, et Le Long.

Commentar. super Susannam illustrationibus literalibus, moralibus, et panegyricis pro Deipara. Matriti 1658. in fol. apud Paulum Bal.

In caput 13. *Danielis* in append. de *Susanna figurata.*

Concionem una cum thesibus pro S. Evangelii provincia in Comitiis Generalibus Toleti habitis. Ibidem an. 1658.

Comment.

Digitized by Google

Comment. super Sermones aureos S. Petri Chrysologi. Lugduni an. 1667. in fol.

Artem Biblicam. Mexici an. 1675. in 4. apud Lupertium ex cit. Vetancurt.

Artem Linguæ sanctæ. Lugduni an. 1676. in 8. per Florianum Anisson hispanice.

Grammaticam græci idiomatis. Ibidem an. 1678. in 8. hispanice.

Comment. in Debboram de Maria figurata. Hispali an. 1678. in fol., et Lugduni an. 1690.; in cujus prologo pollicitus est

Documenta moralia super caput 4., *et* 5. *Judicum;* sed an ediderit, ignoro. Ad calcem Operis extant

Conciones morales juxta moralem sensum Debboræ, et Jahelis.

Apologeticum de sacris Stigmatibus S. P. Francisci. Coloniæ an. 1684. in 4. hispanice; et in libro inscripto: *El Thaumatico Regular,* cura *Fr. Petri de Arroyo* Minoritæ.

De diluvio universali opus egregium an. 1697. paratum erat ad prelum, teste August. Vetancurt cit. num. 36.; nec non

Opus de imaginibus Marianis Indis tit. *Arca mystica super psalm. Fundamenta* etc.

Commentarios in Abdiam prophetam, quos nullibi reperi, P. Joannes de Leon et fr. Michael de Aguilera in approbatione Commentariorum eiusdem Martini del Castillo super Sermonibus D. Petri Chrysologi, data in Conventu S. Francisci de Mexico die 8 Januarii a. 1674, ut ineditos tradunt, dicentes eos *iam iam typis mandandos furescentes undarum impetus in angusto Anglorum ponto abstulisse rapina.*

Commentarii super Susannam et *in caput 13 Danielis* unum opus sunt, quod prodiit Matriti a. 1658 cum hoc titulo: *Crisis Danielica: sive Susanna littera et conceptibus illustrata, a calumnia liberata, et a petulantibus vindicata. Ad caput* XIII. *Danielis. Cum Appendice de Maria Virgine.... in illa figurata.*

Divi Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis Sermones avrei ad exemplar Seraphicæ Cesenæ Bibliothecæ Correcti, Scholiis, ac locupletissimis moralium Conceptuum varietate Commentariis illustrati.... addita Sanctissimi Doctoris Vitâ, necnon et eiusdem ad Eutychetem Epistolâ Notis pariter elucidatâ,.... Operâ et labore R. P. Fr. Martini del Castillo Burgensis Minoritæ de Observantia: in S. Evangelij Mexicana Provincia Lectoris Jubilati, Theologiæ honoro (sic) *Alex.* VII. *Rescripto decorati Magistri. Olim in eadem Provincia Ministri Provincialis: et in magno S. Bonavent. Collegio Rectoris, atque studiorum Regentis.* Lvgdvni, Sumptibus FFr. Anissoniorvm, et Joan. Poysvel. M.DC.LXXVI. in fol. Opus, cuius prima et unica editio hæc est, tantummodo 22 priorum S. Petri Chrysologi sermonum illustrationem continet.

R. P. F. Martini del Castillo,.... in Sacra Theologia Lectoris bis Jubilati, Santæ Inquisitionis Qualificatoris,... et Magni S. Francisci Conventus Mexicei Guardiani; Tractatvs Panegiricvs de Sanctissima Maria Domina Nostra, in Debbora et Jahele, Veteris Testamenti Heroissis, et celebratissimis Feminis cœlitus adumbrata. Ad Caput IV. *et* V. *Libri Judicum. Additi sunt ad calcem Illustrationum Panegyricarum Sermones sex, juxta moralem historiæ Debboræ et Jahelis sensum, pro Concionibus Vespertinis in Quadragesima concinnandis. Cum Indicibus quinque....* Nunc primum in lucem prodit. Genvæ [Lugduni], Sumptibus Joannis Salvatoris Perez, Hispalensis Bibliopolæ. Anno M.DC.LXXXX. in fol. Censuræ et licentiæ pro (prima) operis impressione datæ sunt mense maio a. 1688. — Auctor, ut in præfatione ad lectorem testatur, confecerat commentaria in caput IV et V libri Judicum litteralibus et moralibus lucubrationibus referta, et iam ea typis edere cogitabat addito pro operis colophone Panegyrico hoc Tractatu, sed ob multos annos ad totius operis impressionem necessarios et ob timorem, ne sua cum aliorum commentariis collata vilescerent, Tractatum in laudem B. Mariæ Virg., de qua ceteri interpretes per transennam et paucula locuti erant, solummodo edidit, addens tamen, ne ex toto transactum in litteralibus et moralibus suis discursibus veluti cassum deperderet laborem, brevem Exegesim sensus litteralis eorumdem capitum, et ad sensum moralem elucidandum sex conciones.

El Humano Seraphin y Vnico Llagado, Tratado Apologetico. De como solo el glorioso Patriarcha P. N. S. Francisco, entre todos los Santos de la Iglesia, goza, y possee las llagas penetrantes, cruentas, reales, y visibles de nuestro Señor Jesu Christo; y que este blason por pintura, escrito, ó palabra, no se puede conceder a otro Santo, ó Santa, Beato, ó Beata, de qualquier opinion, fama, estado, ó Religion, que sea. Por el Padre Fray Martin del Castillo.... Extat (tertio editus) cum opere F. Petri Sanchez Arroyo, cui titulus « Dialogo Travmatico Regvlar » impresso sine loci et typographi notis a. 1684, in 4. Prodiit (seorsim) primum Matriti a. 1656, secundo Lugduni a. 1680.

Scripsit etiam:

Relacion apologetica en defensoria satisfacion a la carta pastoral del P. Hernando de la Rua del orden de S. Francisco comissario general de todas las provincias de esta Nueva España. Absque ulla nota (a. 1669); 74 ff. in 4. Cf. Ch. Leclerc, Bibliotheca Americana, Paris 1878, n. 1094.

MMDCCLXXXIX.

MARTINUS DE LA CUEVA Carmonensis Bæticus Regul. Observ. Andreæ Insulano illius Ordinis Gen. Ministro a Secretis, epistolisque scripsit

De corrupto docendæ Grammaticæ latinæ genere; et de ratione ejusdem recte, breviterque tradendæ ad Philippum Lusitaniæ Principem Joannis III. Regis filium hæredem. Antuerpiæ 1550. in 8. apud Joan. Gravium; quo in libro profitetur, parare se *in Laurentium Vallam Annotationes.*

Sermones per totum annum lingua vernacula, ut habet Petrus Salazarius in Hist. prov. Castellæ Francisc. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 81., qui putat, duos, non unum extitisse, quod non satis ostenditur: duos facit ex illo Joan. a S. Anton.

Martinus de la Cueva, cui Petrus de Salazar (op. cit., p. 130) tribuit *un sermonario para todo el año,* inter scriptores provinciæ castellanæ ab eo recensetur; quare diversus videtur, quia non eiusdem provinciæ, a Martino de la Cueva de grammatica latina scriptore.

MMDCCXC. 1445.

MARTINUS DOYZA = in Ergavicensi diœcesis Cæsaraugustanæ oppido natus edidit latine

Conciones a Dominica prima Adventus usque ad Dominicam primam Quadragesimæ cum Festivitatibus Sanctorum occurrentibus tom. 1. Cæsaraugustæ anno 1602. in 4. per Angelum Tabanum ex Joan. a S. Anton. to. 2., et postea Brixiæ anno 1610. in 4. ex Waddingo.

Conciones a Dominica 2. *Quadragesimæ usque ad feriam* 3. *Resurrectionis.* Ibidem et eodem anno 1602. in 4. per Alphonsum Rodriguez, et postea Brixiæ an. 1610. in 4. ex cit. Jo: a S. Anton.

Sermonem de S. Enecone Abbate de Oño Ordinis S. Benedicti idiomate hispano. Cæsaraugustæ anno 1601. in 4. per Angelum Tabanum ex cit. Jo: a S. Anton. De eo agunt etiam Petrus de Alva col. 1015. Militiæ, et Blascus de Lanuza to. 2. Hist. Eccles. fol. 380.

Eius *Concionum* extat hæc tertia editio Romæ in bibliotheca Angelica: *Myrrhithecium pœnitentiæ, In quo Conciones svper evangelia Adventus Domini, et Quadragesimæ, Sanctorumque eo tempore pœnitentiali occurrentium exquisitissimæ... Avctore R. P. Martino Doyza Alcaniciensi, Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ Prouinciæ Aragoniæ, et in Cœnobio Cæsaraugustano S. Francisci Primo Concionatore.* Coloniæ, Apud Joannem Crithium, sub signo Galli. Anno M.D.CX.; duabus partibus seu voluminibus in 8, quorum primum conciones a Dominica prima Adventus ad Dominicam Quinquagesimæ, alterum conciones a feria 4ª Cinerum ad feriam 3am Resurrectionis complectitur. — Editio Brixiensis eiusdem anni (Apud Jo. Baptistam, et Antonium Bozzolas) in duos tomos quidem divisa est, ii tamen unum volumen efficiunt.

MMDCCXCI.

Digitized by Google

MMDCCXCI.

MARTINUS GERMANUS, quem Mansi in not. ad Annales Eccles. Raynaldi an. 1370. n. 24. vocat *Martinum Fuldensem,* quæ urbs in Franconia est, sed immerito, nam Martinus Fuldensis alius est a Martino Minorita; edidit *Chronicon* tit.

Flores temporum, in Nicolao IV. an. MCCXC. desinens ex Orosio, Isidoro, et Martino Polono compilatum, ut ipsemet habet in Rodulpho I. Imper., in *Wurtembergensi* Ducatu, qui est in Svevia inter Palatinatum Rheni, et Marchionatum Badensem, ubi urbes præcipuæ sunt *Tubinga, Sturgardia,* et *Schornorfia:* prodiit Ulmæ anno 1486. in fol., ejusque meminit Martinus Lipenius to. 1. Biblioth. Realis Philosophicæ fol. 289., et autor Bibliothecæ curiosæ Joan. Hallervordius editæ Francofurti anno 1676., a quibus accepit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 337.; vulgavit quoque illud Joannes Georgius Eccardi Lipsiæ an. 1723. inter Scriptores medii ævi to. 1. num. 22., de eoque plura disserit in præfat. n. XXII., observans, etiam Andream Ratisbonen. in suo Chronico testari, *Fratrem Minorem,* cujus nomen reticuit, *Chronicon tit. Flores Temporum usque ad Nicolaum IV. Papam* perduxisse, et addens *Joannem Chrafft* in oppido Camb Ratisponen. diœcesis concionatorem an. 1490. exscripsisse Chronicon *Martini Germani* Minoritæ, *Martini Poloni* O. P., et Fr. *Andreæ Ratispon.* usque ad an. 1466. deductum, ibique vulgatum. Romæ in Vatic. Biblioth. inter libros olim Reginæ Sveciæ habetur ms. hoc titulo: *Chronica Martini Poloni Ordinis Minorum Flores Temporum, seu Chronicæ Imperiales* ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 17. n. 171.; forsan ergo et iste fuit *Polonus,* aut error est exscriptoris, qui eum asseruit *Ordin. Min.* pro *Ord. Prædic.*

Porro *Chronicon* istud continuavit usque ad an. 1349. *Hermannus Gigas* Germanus, de quo supra, et usque ad an. 1513. Michael Eysenhart Presbyter Erythropolitanus, seu Rotemburgen., vulgavitque post Eccardum Joan. Gerhardus Meuschenius Lugduni Batav. an. 1750. in 4. typis Philippi Bonk tit. *Martini Minoritæ Flores Temporum ab Hermanno Januensi continuatos ad Carolum IV. Imp.* Præfationis Martini initium est: *Virginis Mariæ indignus Sacrista ego Martinus Ordinis Fratrum Minorum scire desiderans* etc.; initium vero præfationis Hermanni est: *Mariæ Virginis indignus famulus ego Fr. Hermannus Ordinis Fratrum Minor. dictus Gygas scire desiderans* etc; Opus vero inchoatur: *Incipit prima ætas seculi* M. *annos, et* DCXLIII. *habens. Prima ætas duravit ab Adamo ad Nohe* etc; et a sexta ætate incipit agere de *Imperatoribus* Rom., et seorsim de Rom. *Pontificibus.* Adjecit editor Glossarium vocum medii ævi, seu expositionen pro quarumdam vocum hujus Chronici intelligentia. Ego autem in tit. Operis mendum inesse puto, et loco *Hermanni Januensis* reponendum *Tannensis,* quod oppidum est Germaniæ in Alsatia, seu Svevia Franconiæ finitima, ubi Cœnobium habent adhuc Franciscani Conventuales, estque 2. *Custodiæ Basileensis* provinciæ Argentinæ, seu Germaniæ superioris apud Pisanum Confor. XI. par. 2., 4. vero in Chronico Jordani, ubi mendose dicitur *Annis,* pro *Tannis.* Cum vero ait Meuschenius, hunc ex *Franconia* fuisse, eo quod ad an. 1339. referat, locustas venisse circa festum S. Joannis *in totam Franconiam,* seque illas vidisse, id probat, eum extitisse eo anno in Franconia, sed non ex Franconia fuisse, eo quod multi, præsertim Regulares Fratres morantur in uno loco, et in alio ortum habuerunt. Erravit pariter Meuschenius in præfat. §. 2. asserens, apud Waddingum hujus autoris non inveniri mentionem: nam in ejus lib. de Scriptor. Ord. Min. agit etsi jejune de eo sub tit. *Hermanni Germani,* cui tantum attribuit Opus de *Rom. Pontificibus,* quia *Chronicon* istud non vidit; agunt de eo etiam Vossius, et Oudinus to. 3. de Scriptor. Eccles. Neque a vero minus abludit præfat. §. 6., cum notat *Flores temporum* ab Eccardo vulgatos non alios esse, quam Hermanni Opus, a *Martino* inscite interpolatos, et depravatos: constat enim Martinum usque ad annum MCCXC., et *Nicolaum IV.* tantummodo Chronicon perduxisse, ut in præfat., et *Hermannum* Gigantem Chronicon exscripsisse, interpolasse, aliqua omisisse, complura addidisse, et a Nicolao IV. usque ad Clementem VI., et Carolum IV. continuasse; multa autem, quæ Meuschenius vitio vertit huic Martino, potius scribarum mihi esse videntur, quam ipsius Martini, ipsumque Hermannum aliquando pejus scripsisse Martino; habet enim: *Honorius quintus vocatus prius Petrus Sabellus Papa CXCII.,* cum antea vocaretur *Jacobus Sabellus,* ut legitur etiam apud Martinum. Sed et scriptum Hermanni in editione Meuschenii interdum variat ab editione Eccardi; nam apud hunc ita desinit: *Hic igitur Karolus* (IV. Imper.) *quot annis regnaturus sit, nescio, quia adhuc vivit; verumtamen dicunt aliqui ipsum veneno extinctum esse:* ubi confunditur Guntherus cum Carolo IV.; apud Meuschenium vero post verba, *quia adhuc vivit,* subditur: *Guntherus vero veneno obiit sepultus in Francofurt:* postea adjungit et mortem *Ludovici Bavari* Imper. veneno an. 1347. sequutam. Notat etiam idem Meuschenius in præfat. §. 8. Henschenium, et Papebrochium to. 2. April. in Vita S. Zenonis Episc. Veronen. ab Oldoino in Athenæo Ligust. sequutos habere *Hermannum ædituum Genuensem* cognominatum *Flores temporum* scripsisse usque *ad Leonem IX.:* sed cum legerint Chronicon Hermanni continuatum usque ad *Leonem XI.* (ita Continuator vocat *Leonem X.*), scripserunt notis inversis *Leonem IX.;* et Meuschenius credidit extasse *Hermannum Genuensem,* qui scripserit seculo XI., quo floruit Leo IX.

Eccardus cit. addit *Chronicon* istud delatum esse in manus Hermanni Ordinis S. Wilhelmi Januensis, qui omnia verbo tenus exscripsit vix immutato aliquando vocabulorum quorumdam ordine, ut ex præfatione: *Mariæ Virginis indignus famulus ego frater Hermannus S. Vilhelmi Januensis scire desiderans.... ab initio seculi usque ad annum* MCCCXLV. *mihi soli aliqua breviavi* etc.: ita codex ms. vet. Coloniæ in Monasterio S. Pantaleonis, cujus apographum asservari in Bibliotheca Mallincrotiana tradit cit. Eccardus; qui et advertit hunc *Hermannum,* quod se dixerit *Januensem,* ab aliquibus dictum esse a patria Genuensem, ab aliquibus vero creditum id ex officio a *Janua,* et porta Ecclesiæ, vocatumque *Æddituum.*

Compendium hujus *Chronici* germanica lingua conscripsit Henricus Steinhövel Medicus Ulmensis, continuavitque a Carolo IV. ad suam usque ætatem. Editus est liber anno 1473. in fol. Ulmæ, estque primum Opus historicum typis datum germanico idiomate; quod nonnihil auctum prodiit et Francofurti ad Mœnum anno 1531. in 4.

Flores

Digitized by Google

Flores temporum, priore parte omissa, ea nempe quæ ab orbe condito decurrit ad totum sæculum VII, edidit a. 1879 O. Holder-Egger inter Monumenta Germaniæ historica, Scriptorum to. XXIV, pp. 230-250. In docta præfatione (pp. 226-230) statuitur primo auctoris nomen omnino ignorari; si nonnulli codices Martinum eum dicant, id librariorum errore certe factum esse, opus notissimi chronistæ (Martini Oppaviensis seu Poloni) nomini attribuentium, quod alia quoque chronica pontificum et imperatorum posterioris temporis falso præ se ferre constat; auctorem vixisse in quodam conventu Suevico inter Danubium et Neccarum fluvios sito, scripsisse autem circa finem sæculi XIII, probabiliter circa annum 1293; agitur deinde de libri recensionibus et codicibus, necnon de ipso Chronico eiusque editionibus. — Cf. A. Potthast, Bibliotheca historica medii ævi, I, Berlin 1895, pp. 451-452.

* MARTINUS GILBERTI = V. *Maturinus Gilberti.*

MMDCCXCII.

MARTINUS GOMEZ de Soto Hispanus provin. Burgensis Regul. Observ. Theologus, et S. Officii Qualificator edidit

Concionem de S. P. Francisco an. 1645. Burgis in 4. ex Petro de Alva tab. 1.

Conciones alias edidisse ferunt ex cit. Joanne a S. Anton.

MMDCCXCIII.

MARTINUS IGNATIUS DE LOYOLA Cantaber S. Ignatii Soc. J. fundatoris propinquus Strict. Observ. provinciæ S. Joseph vir doctus, ac in primis pius post multa egregie facta creatus est *Episcopus Assumptionis* de Paraguai in Chilo Americæ Meridionalis regione anno 1601. a Clemente VIII. opera Philippi III. ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. n. 6. De eo Gonzaga par. 4. fol. 1358., et Daza Chron. par. 4. lib. 2. cap. 34. Edidit

Itinerarium suum novi orbis an. 1584., quod est itineris descriptionem anno 1581. jussu Philippi II. Hispaniarum Regis arrepti cum pluribus aliis, quo ex Europa, Hispaniaque in Occidentales, ut vocant, Indias, sive Americam, orientalesque regiones transvectus, et Sinas etiam ingressus verbi Dei disseminandi causa, plurimos perpessus labores, tandem anno 1584. in Europam reversus Romam adivit die 24. Novembr. una cum Mar Simeone Episcopo Insulæ Piperis Gregorium XIII. veneraturo; ut refert Joan. Gonzalez de Mendoza Ord. Eremit. S. August. ad calcem cap. 15., ultimique *Itineris Fr. Petri Alfari* Minoritæ, et sociorum, quod in compendium redactum, ut et istud Martini Ignatii capitibus 22. comprehensum in sua *Chinensi Historia* an. 1585. conscripta Joan. Gonzalez cit. exhibuit; quæ quidem Historia in italicum sermonem versa a Francisco Avanzo Veneto an. 1586. prodiit sine nomine, inquit Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth., qui ejus Acta describit to. 1. Chronic. prov. S. Pauli lib. 2., aitque obiisse an. 1612. in Cœnobio S. Francisci a se erecto humatum; et Venetiis an. 1588. apud Andream Muschium in 8. Sixto V. dicata. Meminit hujus Itineris et Thomas Bozius de Signis Eccles. lib. 5. cap. 2., lib. 7. cap. 28., lib. 15. cap. 14., et lib. 22. cap. 9., Antonius Leonius, et Ægidius Gonzalez apud. cit. Biblioth. Hispan. pag. 83., ubi dicitur Episcopus *Argentei fluminis*, vulgo *della Plata*, et *Archiepiscopus de las Charcas.*

Itinerarium novi orbis servabatur ms. Hispali apud Comitem de Aguila, ex quo declinante seculo XVIII apographum deductum est, quod extat in bibliotheca Regiæ Societatis Matritensis ab historicis studiis promovendis. Idem *Itinerarium*, sed partim mutilum partim interpolatum, edidit Joannes Gonzalez de Mendoza Ord. S. Aug. in fine sui operis « Historia delas cosas mas notables, ritos y costvmbres, Del gran Reyno dela China » En Roma, a costa de Bartholome Grassi. 1585. en la Stampa de Vincentio Accolti. in 8, cum titulo (pag 341): *Ytinerario del Padre Custodio Fray Martin Ignacio, De la Orden del bienauenturado Sant Francisco, que paso ala China en compañia de otros religiosos de la misma Orden, y de la Provincia de S. Joseph, por orden del Rey D. Philippe Nuestro Señor, y de la buelta, que dio por la India Oriental y otros Reynos, rodeando el Mundo, donde se trataran las cosas mas notables que entendio y vio en la jornada, y los ritos, ceremonias, y costumbres, de la gente que toparon, la riqueza, fertilidad, y fortaleza de muchos Reynos por donde paso, con la descripcion que conforme a la noticia que tuuo de ellos pudo hazer.* Recusum est cum eadem Historia: En Valencia (a costa de la compañia), en casa de la viuda de Pedro de Huete, en la plaça de la yerua. Año 1585. in 8; En Barcelona, en casa de Juan Pablo Mareschal, 1586, in 8; En Madrid, en casa de Querino Gerardo Flamenco. Año de 1586. A costa de Blas de Robles librero, in 8; En Madrid. En casa de Pedro Madrigal. M.D.LXXXVI. A costa de Blas de Robles, librero, par. 2 in 8, cum anno 1587 in fine; En Medina del Campo, por Santiago del Canto, M.D.XCV. Por los herederos de Benito Boyer. in 8; En Anvers. En casa de Pedro Bellero, 1596. in 8. — Prodiit etiam italice, gallice, anglice versum cum eadem Historia: italice interprete Francisco Avanzo: In Roma Appresso Bartolomeo Grassi. (in nonnullis exemplaribus: Appresso Giouanni Martinelli.) M.D.LXXXVI. in 4, in qua editione et auctoris Historiæ et auctoris Itinerarii nomen extat; In Venetia, MDLXXXVII, item MDLXXXVII et MDXC, Appresso Andrea Muschio. in 8; - gallice per Lucam de La Porte: A Paris, Chez Jéremie Perier, 1588, in 8; A Paris, 1589, par. 2 in 8; A Paris, Chez Adrian Perier, 1600, in 8; etc. - anglice per Robertum Parke: London, 1588, in 8; London, printed for the Hakluyt Society, MDCCCLIII-LIV, voll. 2 in 8. Probabiliter reperitur etiam germanice et latine, nempe cum eiusdem Historiæ versione germanica per Joannem Kellner (Francfurt am Mayn, 1589, in 4), et versione latina per Marcum Henningum (Francofurti ad Mœnum, s. a. sed 1589 vel paulo post, in 8). In editionibus anni 1585 et in versione italica, ut in manuscripto Matritensi, 22 capita complectitur; in editionibus matritensibus et verisimiliter in posterioribus, necnon in versionibus gallica et anglica capita 27, cum novis mutationibus et additionibus Joannis Gonzalez.

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 363.

MMDCCXCIV. 1446.

MARTINUS A S. JOSEPH Placentinus = dicitur olim fuisse in Salmantina Academia J. U. D., et primarius moderator: deinde provinciæ S. Pauli Definitor, et Custos, provinciarumque SS. Joan. Baptistæ, et Joseph Commissarius Visitator, et Theologiæ Moralis Lector clarissimus; de eo agit Joan. a S. Anton. to. 2. Chron. prov. S. Pauli, et to. 1. lib. 4. cap. 4., ubi dicitur obiisse anno 1649.

In præcepta Regulæ S. Francisci cum *Additionibus* prodiit Hispali an. 1652. in 8. ex Joan. a S. Anton., et Matriti 1655. in 4. ex Biblioth. Hisp. pag. 84., et 333. Edidit etiam

Summam Theologiæ Moralis cum propugnaculo suarum opinionum. Matriti 1649. in fol. typis Gregorii Rodriguez ex cit. Joan. a S. Anton. to. 2.

Aviso de Confessores, y guja de Penitentes iisdem typis, et anno in fol. ex Biblioth. Hispan. pag. 84.; nec videtur esse illud Opus, quod Waddingus appellat: *Instructionem brevem doctrinæ Christianæ;* sed forsan idem est cum superiori *Summa* etc.

Historia de las vidas y milagros de nuestro Beato Padre Fray Pedro de Alcantara, del venerable frai Francisco de Cogolludo y de los Religiosos insignes en virtudes que ha havido en

Digitized by Google

en la Reforma des Descalços, que el mismo bienaventurado Santo Padre instituyo en la Orden de nuestro Seraphico Padre Francisco con la fundacion de las Provincias que de ella han procedido. Dedicala a la Reyna de los Angeles Maria Señora Nuestra frai Martin de San Joseph indigno Fraile Menor Descalço, Definidor de la Provincia de San Pablo de Castilla Vieja. En Arevelo, en la Imprenta de Geronimo Murillo año de 1644; voll. 2 in fol. Ita apud Marcell. da Civezza, Saggio di bibliografia.... Sanfrancescana, Prato 1879, n. 629.

Breve exposicion de los preceptos que en la regla de los frayles Menores obligan a pecado mortal. In secunda editione Bibliothecæ Hispanæ Novæ dicitur prodiisse Salmanticæ non a. 1633, ut apud Waddingum ex errore verisimiliter typographico et in prima editione eiusdem Bibliothecæ, sed a. 1643.

MMDCCXCV. 1447.

MARTINUS A S. JOSEPH = Pradevæ in oppido diœcesis Segobien. natus, et prov. Discalc. S. Pauli alumnus ex Joan. a S. Anton.

MMDCCXCVI.

MARTINUS DE LILIO Hispanus Regul. Observ. provinciæ Castellæ scripsit lingua vernacula

De oratione mentali, et exercitiis mentalibus duabus partibus, quarum posterior autorem habet *Ludovicum de Riano* Matritensem (ait cit. Biblioth. Hispan. pag. 85. ex Luca Waddingo, cum tamen Waddingus hujus non meminerit in hoc Opere). Matriti 1611. in 8. apud Antonium Martin.

Florem Sanctorum Hispali impress. an. 1544. in fol. m., et correctum, et auctum iterum ibidem an. 1569. ex officina Joan. Gutierrez, Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 337. ei adscribit, illudque Opus ei adscriptum refert se legisse cit. autor Biblioth. Hispan., quod solet attribui etiam Francisco Eximenio veteri Catalano Episcopo, et Patriarchæ; sed forsan uterque idem Opus diversimode confecit.

Petrus de Alva et Astorga (Militia immac. Conceptionis V. Mariæ, col. 1016) dicit eum Complutensem, et emendasse librum *Flos Sanctorum* Petri de la Vega Ordinis S. Hieronymi anno 1541. Idem opus cum verbis *En muchas cosas emendado y corregido por M. de Lilio* ex editione Hispalensi anni 1572 refertur in « British Museum. Catalogue of printed books » (fasc. Vau-Verburgius, London 1888, p. 134); et a Nicolao Antonio (Bibliotheca Hispana Nova, II, Matriti 1788, p. 246) traditur prodiisse tertio Hispali apud Joannem Gutierrez a. 1568.

MMDCCXCVII.

MARTINUS A MARATA Idubedæ in Hispania natus prov. Granaten. Regul. Observ. Sacerdos vitæ spiritualis obiit anno 1632., composuitque ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Documenta spiritualia valde utilia, quæ impressa leguntur in Chronicis prædictæ provinciæ tract. 3. cap. 67.

MMDCCXCVIII. 1448.

MARTINUS MEURISSE =

Tractatus de Trinitate prodiit Parisiis an. 1631. in 8. apud Carolum Bovillard.

Catalogus Episcoporum Metensium gallico idiomate Metis, vel Divoduri an. 1634. in fol. m. apud Joan. Antonium. Ejus quoque sunt sequentia:

Augusta Basilica Abbatiæ Regalis S. Arnoul Metensis. Parisiis an. 1615. in 4. gallice.

Obsidio urbis Metensis an. 1553. eodem idiomate; sed cum dicitur impres. Parisiis 1553. in 4., error erit impressoris, et forsan legendum 1635.

De sacrosancto, et admirabili Eucharistiæ Sacramento. Parisiis an. 1628. in 8. apud Ludovicum Boulanger ex Joan. a S. Anton.

Statuta secundæ Synodi Metensis. Ibidem an. 1633. ex Dupino sec. XVII.

De virtutibus cardinalibus. Ibidem an. 1635. ex eodem.

De progressu, et declinatione hæresum in diœcesi Metensi. Divoduri an. 1642. ex eodem Dupino.

Rerum metaphysicarum libros tres impressos a. 1623 in 4 *Primum ingenii mei partum* vocat auctor in epistola dedicatoria.

Tractatus de SS. Trinitate prodiit a. 1631 apud Carolum *Rouillard.*

Histoire des Evesqves de l'Eglise de Metz.... A Metz, Par Jean Anthoine, Imprimeur.... M.DC.XXXIIII. in fol. *Cathalogve de tovs les Evesques de l'Eglise de Metz* (3 pagg.) præcedit *Historiam* (4 libr.; 690 pagg.), de qua, ut et de præfationibus, vide iudicium Josephi Cajot (Les Antiquités de Metz, Metz 1760, préface), apud Hoefer, Nouvelle Biographie Générale, XXXV (Paris, Firmin-Didot, 1861), col. 253.

L'auguste Basilique de l'Abbaye Royale de S. Arnoul,... par André Valladier, Abbé de S. Arnoul. Paris, Chevalier, 1615, in 4. Ita apud Le Long, Bibliothèque hist. de la France. Paris 1719, n. 5247 (2æ edit. vol. I, n. 12328).

Le Siége de Metz en 1552; [par Bertrand de Salignac]. Paris, Estienne, 1553, in 4. Ita apud Le Long, op. cit. (edit. 1æ n. 7624; edit. 2.æ vol. II n. 17662). Cf. Ant. Aug. Renouard, Annales de l'Imprim. des Estienne, Paris 1843, p. 105, n. 15; Ant. Alex. Barbier, Dictionnaire des ouvrages anonymes, IV, Paris 1882, col. 489; Brunet J.-Ch., Manuel du libraire, V, Paris 1864, col. 76; Hauser H., Les sources de l'histoire de France, XVIe siècle, II, Paris 1909, n. 1344.

De sacro sancto et admirabili Eucharistiæ Sacramento Tractatus. In quo Doctoris Subtilis, aliorumque Doctorum Franciscanæ familiæ opiniones explicantur et defenduntur. In dedicatoria auctor vocat hoc opus *primum* (suarum) *Theologicarum lucubrationum specimen.* In præfatione ad lectorem dicit se tractatus theologicos a decennio dictasse, eosque nonnisi maximo labore reperiri et etiam mutilatos atque imperfectos; decrevisse summam aliquam Theologicam eamque brevem et facilem, omnes tamen materias theologicas complectentem, ex Doctoris Subtilis aliorumque Doctorum sui Ordinis sententiis et opinionibus conscribere, in quam non puduerit reponere quidquid etiam ponderis et momenti in aliis haberetur.

Statuta secundæ Synodi Metensis prodierunt a. 1633 in 8, sed ex Le Long op. cit. atque ipso Du Pin (Table universelle des auteurs ecclésiastiques, II, Paris 1704, col. 2117) Metis, non Parisiis.

Histoire de la naissance, du progrès et de la décadence de l'Hérésie dans la Ville de Metz, et dans le Pays Messin. Altera editio: A Metz, Par Jean Antoine Imprimeur.... 1670, in 4.

Ex Du Pin, l. c., scripsit etiam

Apologie de l'Adoration et Elevation de l'Hostie et des Prieres publiques de l'Eglise Catholique en Latin, contre une Replique du Sieur Bugnet Ministre. A Paris, 1620. Notandum tamen quodammodo videri ex supra relatis auctorem nostrum nullum opus edidisse ante a. 1623; neque de huiusmodi controversia aliqua mentio extat apud Haag, La France Protestante (cf. vol. III, Paris 1881, coll. 386-88).

In Catalogo librorum impressorum Musei Britannici eidem tribuitur

Artificiosa totius Moralis Philosophiæ tabella. Parisiis in fol.

Obiit Metis die 22 Augusti a. 1644.

* MARTINUS MORIN, quem ex Petro de Alva tab. 1., et Algezira in Arbore Seraph. Relig. Scriptoribus Minoritis adjungit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 338., fuit Typographus Rothomagensis, qui non scripsit, sed typis impressit *Speculum Fratrum Minor.* an. 1509. al. 1510. in 4., teste Petro de Alva in *Apparatu* ad Indiculum Bullarii Seraphici v. *Speculum Fratrum;* et an. 1497. *Postillam super Evangelia, et Epist. Quadragesim. Anonymi Franciscani* ex Maittaire de vitis Typograph. [corr.: *Nicolai de Lyra* ex Joanne de la Caille, Histoire de l'imprimerie] pag. 39.

MMDCCXCIX.

Digitized by Google

MMDCCXCIX. 1449.

MARTINUS MYRICANUS = Regular. Observ. scripsit etiam

De Locis communibus ms. in fol. asservatum in Cœnobio FF. Min. Recollect. Bootendalen. in Silva prope Bruxellas, teste Petro de Alva col. 1018. Militiæ apud Jo: a S. Anton.

Martinus Van der Heyden. Liber fr. Christophori a Capite Fontium, quem in linguam belgicam vertit, est « Fidei maiorum nostrorum defensio; *qua hæreticorum sæculi nostri astus ac stratagemata deteguntur* » editus Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini a. 1575 in 8. Eius versio typis expressa est Lovanii per Joannem Maes et Petrum Fabri a. 1576. Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 120-122.

* MARTINUS N. apud Joan. a S. Anton. tó. 2. pag. 337. V. *Martinus Germanus.*

MMDCCC. 1450.

MARTINUS DE REHIS = provinciæ Mediolanensis.

Sermones de Tempore, et de Sanctis Martini Ordinis Minorum prodierunt Argentinæ anno 1480. teste autore Incunab. Typograph. pag. 92., et Orlando de Orig. et progr. Typogr. par. 2. pag. 364., nec non Joan. a S. Anton. to. 2., quos puto esse hujus Martini, vel Martini autoris *Chronici,* ut supra.

Non solum Cornelius a Beughem ac P. A. Orlandi, sed et M. Maittaire (Annales typographici, I, Amstelodami 1733, p. 415) dictam editionem indicat; attamen G. W. Panzer (Annales typographici, I, p. 22, n. 32) et L. Hain (Repertorium, n. 10853) eam ut dubiam referunt sermonesque attribuunt Martino Polono Ord. Præd., cui inscripti prodierunt sermones similes Argentinæ a. 1484 et 1488 (Hain, nn. 10854, 10856), et probabiliter etiam a. 1486 (Maittaire, ibid. p. 780; Panzer, I, p. 29, n. 83; Hain, n. 10855). Apud præcipuos ex recentioribus bibliographis nulla *Sermonum prædicabilium de festis* aut *Sermonum de tempore et de sanctis* antiqua editio occurrit, Martino de Rehis vel Martino Ord. Minorum inscripta.

MMDCCCI. 1451.

MARTINUS ROSA = de quo et Lasor to. 2. Universi pag. 13., et 387., et ex his Joan. a S. Anton.

De eius opere, quod est compendium poeticum historiæ Mauri Orbini, cui titulus « Il Regno de gli Slavi hoggi corrottamente detti Schiavoni » (In Pesaro, Appresso Girolamo Concordia. M.DC.I. in fol.), videsis Franc. M. Appendini, Notizie istorico-critiche sulle antichità storia e letteratura de' Ragusei, II, Ragusa 1803, pp. 13-14.

MMDCCCII. 1452.

MARTINUS RUEGO = de quo Nicolaus Anton., et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

Purgatorio de la cosciencia, llamado por otro nombre: Salvacion del alma. Diuidido en dos partes. La primera contiene las condiciones que ha de tener la verdadera confession, para alcançar por virtud della perdon de la culpa, que se hauia de pagar enel infierno: con vna addicion dela grauedad del peccado mortal. En la segunda, se trata del valor de las Indulgencias, para satisfazer por la pena que se deue en Purgatorio. Compuesto por el Padre fray Martin Ruego Predicador y Guardian.... En Burgos. En la imprenta de Philippe de Junta, por Juan Baptista Varesio. 1598. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

MMDCCCIII. 1453.

MARTINUS RUIZ = Reg. Observ., cuius *Directorium* prodiit primo typis Francisci Cea 1612.; postea Matriti 1715. in 4. typis Viduæ Joan. Garcia Infanzon ex Joanne a S. Anton.

Eius *Directorium* etc. prodiit et Matriti a. 1688 in 4 (Petrus de Alva, Militia immac. Concept. V. Mariæ, col. 1021).

MMDCCCIV.

MARTINUS RUPNIOUSKI Cracoviensis provinciæ Poloniæ Min. Conv. alumnus, et Cracoviæ Regens ex Theulo in Triumpho Seraph., qui eum dicit virum doctissimum, edidit librum

De sublimi cœli civitate ad Uladislaum Sigismundi III. Regis filium. Cracoviæ apud Andream Petricò ex Franchino in Biblios. n. 265.

Opus *De sublimi cœli civitate* impressum est ex Franchino a. 1609.

MMDCCCV.

MARTINUS SARMIENTO Hispanus ex Hoja de Castro diœces. S. Dominici in provincia Burgensi, concionator, et Mexicanæ provinciæ S. Evangelii Regul. Observ. Custos, ac Commissarius Generalis novæ Hispaniæ, deinde an. 1547. Episcopus *Tlascalæ,* quæ Sedes an. 1550. translata est *Angelopolim,* qua in dignitate nihil de antiquo rigore, aut solita religiosissima vita remisit, ut inquit Gonzaga par. 4. Conv. 38. provinciæ prædictæ S. Evang. Concinnavit gravissima

Statuta primi Concilii Mexicani, teste D. Ægidio Gonzalez to. 1. Theatri Eccles. Indiarum pag. 88.

Decessit circa an. 1560., et in Cœnobio S. Francisci Populæ de Angelis sepultus fuit maximo Indorum mœrore, qui illum et tamquam sanctum venerabantur, et tamquam verum patrem diligebant, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth., et Arturus ad diem 30. Augusti in Martyrol. Francisc.; de quo et Baretius 4. par. Chron. S. Franc. lib. 4. cap. 18.

Constituciones del arçobispado y prouincia dela muy ynsigne y muy leal ciudad de Tenuxtitlan Mexico dela nueua España. In fine:... *ymprimidas por Juan Pablos lombardo primer impressor en esta grande, insigne y muy leal ciudad de mexico a diez dias de hebrero. Año.... de M.d.lvj. Años.* in fol. (Cf. J. García Icazbalceta, Bibliografía Mexicana del siglo XVI. Primera Parte, México 1886, pp. 63-64). Recusæ sunt curante Francisco Antonio Lorenzana in editione sequenti: Concilios provinciales primero y segundo, celebrados en la muy noble y muy leal ciudad de Mexico,.... en los años de 1555 y 1565. En Mexico, en la imprenta de el superior gobierno, de el br. d. Joseph Antonio de Hogal, en la calle de Tiburcio, año de 1769, in fol. min.

Secundum C. Eubel (Hierarchia catholica medii ævi, III, Monasterii 1910, p. 334) Martinus Sarmiento electus est episcopus Tlascalæ die 13 iunii a. 1548 et consecratus die 7 aprilis a. 1549, decessit autem, quod idem et P. B. Gams (Series episcoporum Ecclesiæ Catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. 163) affirmat, die 19 octobris a. 1557.

MMDCCCVI. 1454.

MARTINUS A TURNHOUT = *Vander Keele* a Turnhout Brabantiæ oppido dicitur in Annal. Min. ad an. 1540. n. 23. De eo Possevinus, Daza, Petrus de Alva in Militia, et Joan. a S. Anton.

Scripsit Commentarios *in quartum librum,* non in quatuor libros, Sententiarum. De eo videsis Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 48-49.

MMDCCCVII. 1455.

MARTINUS A VALENTIA = Strict. Observ. alumnus fuit 2. Minister prov. S. Gabrielis an. 1522. electus, cujus *Vitam* scripsit Fr. Franciscus Ximenius ejus socius anno 1537., quæ majori ex parte amissa

Digitized by Google

amissa est, ut ait Waddingus supra in *Francisco Ximenio* 3. De eo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 9., Rodulphius lib. 2. fol. 269., et Gonzaga par. 4. apud autorem 4. partis. Chron. S. Franc. lib. 2. cap. 36., et seqq. usque ad cap. 49., Joan. a S. Anton. to. 2., aliique plures.

Epistola edita a Francisco Gonzaga (De origine Seraph. Religionis Franciscanæ, p. 1259), incipiens *Nos quidem in ultimis versamur orbis partibus*, data est ex conventu de Tlalmanalco die 12 iunii 1531 ad Matthiam Weinssen Ord. Min. generalem Commissarium Cismontanum, et extat etiam in calce opusculi « El glorioso martirio del bienaventurado padre Fray Andres de Espoleto », impressi sine ulla nota, probabiliter a. 1532, foll. 6 in 4; in « De insulis nuper inventis Ferdinandi Cortesii.... Narrationes » Coloniæ, ex offic. Melchioris Novesiani, 1532, fol. 76; in « Chronica.... per F. Amandum Zierixeensem » Antuerpiæ apud Simonem Cocum 1534, foll. 122v-123r; in « Novus Orbis » Basileæ 1555, apud Jo. Hervagium, in fol.; in « Novus Orbis » Roterodami, Apud Johannem Leonardi Berewout 1616 (vel Amstelrodami Apud Joannem Jansonium, 1623), pp. 536-538.

Carta de Fray Martin de Valencia, Custodio, y de otros Religiosos de la Orden de San Francisco, al Emperador D. Carlos, refiriendole el resultado de sus Misiones en la Nueva España, y los grandes servicios del Obispo Fr. Juan de Zumarraga (Guntitan, 17 de noviembre de 1532) edita est in « Cartas de Indias » Matriti a. 1877, ubi eidem Martino præter epistolas adscribuntur

Actas de la primera junta apostolica celebrada en Mexico en 1528, et *aliqua documenta historica.*

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, nn. 7 et 743.

MMDCCCVIII. 1456.

MARTINUS VALESIUS = laudatur a Leone Allatio de Viris Illustr. fol. 188., Jacobo Longo pag. 811. Biblioth. sac., ac Joan. a S. Anton. to. 2.

1457.

MARTIUS = V. *Marcus de Camera* supra; ita namque appellabatur.

MMDCCCIX. 1458.

MASSÆUS BRUNA = de *Fivizano* Hetruriæ in finibus Liguriæ oppido diœcesis Lunensis. De eo agit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCX.

MASSÆUS, ab aliis dictus *Massicus*, de Fruzascho recognovit, ac edi curavit

Primam partem Sermonum Fr. Thomæ Illyrici Minoritæ, et sui præceptoris Tolosæ an. 1521. in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 341. Recognovit etiam

Clypeum Status Papalis ejusdem Thomæ, ut ex epist. ejus ad August. Grimaldum Episcopum Grassen. data, et in fine dicti Clypei impressa.

MMDCCCXI. 1459.

MASSÆUS N. = provinciæ Conceptionis dicitur supra a Waddingo in *Anonymo Hispano* 5., qui idem est ex Opere: idem etiam vulgari fecit *Summam*, vel *Manuale Confessorum*, quod Waddingus attribuit *Anonymo Hispano* 4.

Enchiridion FF. Minorum per Anonymum Regular. Observ. provinciæ Conceptionis vernacule scriptum, et Conimbricæ editum an. 1571. in 8. per Jo: Carrera memorat Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 9. num. 96. Vide *Anton. de Curara* supra suo loco.

Ex ipso Sbaralea videtur Massæus auctor *Manualis Fratrum Minorum* idem non esse ac Massæus qui vulgari fecit *Manuale Confessorum*, quum hic, utpote Guardianus conventus S. Antonii Conimbricensis (vide n. CDLII, *Antonius de Curara*), fuerit provinciæ Pietatis, non autem Conceptionis. Hunc Massæum Nicolaus Antonius (Bibliotheca Hispana Nova, II, Matriti 1788, pp. 113, 338) *Manualis Confessorum* auctorem facit, Didacus Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, pp. 445-446) interpretem, Innocentius Franc. da Silva (Diccionario bibliographico Portuguez, Lisboa 1858 ss., II p. 94, VI pp. 156-157) editorem tantum; omnes tamen provinciæ Pietatis dicunt. Cf. Barbosa, op. cit., I p. 213 ad v. *Antonio de Azurara*, et III p. 654 ad v. *Rodrigo do Porto.*

MMDCCCXII.

B. MATTHÆUS AGRIGENTINUS cognomento *Giumarra* [corr. *Gimmara*] ex Philippo Cagliola Hist. prov. Siciliæ Min. Conv. explor. 4. manifest. 2. primum Conventualibus nomen dedit, et in Hispaniam profectus ad sacrarum disciplinarum studia comparanda brevi sac. Theol. lauream retulit: mox S. Bernardini fama percitus in Italiam enavigans se illi in nomine *Jesu*, et *Mariæ* populis enunciando asseclam præbuit; pauloque post pietatis, paupertatisque strenuus æmulator succrescentem *Observantum* familiam in Siciliæ regnum introduxit, diplomate obtento a Martino V. excitandi ibidem pro iisdem quinque Cœnobia: erat autem vir doctissimus, et inter *famosissimos* sui temporis concionatores, dicendique genere tota Italia celeberrimos recensetur a Roberto Liciensi Episcopo Aquinate illorum temporum Oratorum principe in serm. de S. Bernardino par. 2.; eaque doctrinæ, ac sanctitatis fama effulsit, ut suæ patriæ *primus* e sua Congregatione Regul. Observ. *Episcopus* creatus sit an. 1442., quam dignitatem postea ultro dimisit, reversusque ad Ordinem ibi decessit magna sanctitatis fama Panormi circa an. 1451., ait cit. Cagliola an. 1455. die 7. Januarii; reliquitque

Conciones quadragesimales, aliasque, nec non *Sermones*, quibus adeo celebratus legitur. August. Superbus in sæpe cit. ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 98. ei plura alia *Opera* adjudicat, de quibus fides sit penes ipsum. Porro de hoc agunt Marianus apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 44., Rodulphius lib. 2. fol. 280., Rocchus Pyrrhus in Not. Agrigent., et Waddingus in Annal. Min.

MMDCCCXIII. 1460.

MATTHÆUS DE AQUASPARTA = Bartholomæus Pisanus, qui paulo post ejus obitum scripsit, Confor. VIII. par. 2. de Magistris, et Scriptor. Ordinis ait, eum *multa tam super Sententias, quam Scripturam edidisse, et luculentos sermones* composuisse: Confor. vero XI. par. 2. in prov. S. Francisci, et Cust. Tudertina *Opus pulcherrimum ad prædicandum* fecisse tradit: de eo et Trithemius in Scriptor. Eccles., et alii.

Postilla super Job incipiens: *Hæc omnia liber vitæ, et testamentum Altissimi, et agnitio veritatis* etc., extat ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, de quo et in veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto, renovatoque banco 3. occid.

Postillæ super Psalterium incip. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* etc.; usque ad psal. 50. *Miserere mei Deus* etc.: et finiens: *acceptabile præparans holocaustum, quatenus tandem in superna*

Digitized by Google

perna Jerusalem Sanctorum. Ibidem extant mss. pergam. in fol.; deque iis fit mentio in cit. veteri Inventario 2. solar. orient.

Postillæ super XII. *Prophetas, Danielem, Matthæum, et Apocalypsim* incompletæ. Ibidem ms. pergam. in fol.

In 2. *librum Senten.* cum parte *Comment. in* 4. *librum Senten.* ibidem ms. pergam. in fol. incip. *Intravi in domum figuli, et ipse faciebat Opus super rotam* etc.; ut et in Inventar. citato 2. solario occid.

Quolibeta sex plures singula Quæstiones complectentia incip. *Omnis Scriba doctus de regno cœlorum similis est homini Patrifamilias* etc. Ibidem ms. pergam. in fol., eorumque extat recensio et in cit. Inventario, ubi dicitur extasse in Sacrario III. solar. occid., ac finisse: *alia possunt concedi gratia conclusionis.*

Quæstiones disputatæ de Incarnatione, de lege, de anima habentur ibidem mss. pergam. in fol. post *Quolibeta Riccardi Mediavil.*, et *Petri Falci*, qui, an Minorita fuerit, ignoro.

In Epistolam ad Romanos sermones varii: ex Rodulphio lib. 2. fol. 218. in Cardinalibus Ordinis.

Sermones Dominicales, et feriales incip. *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus* etc. *Sanctus Patriarcha Jacob* etc. a Domin. 1. Adventus. ms. ibidem Asisii in 8.

Sermones tam de Tempore, quam de Sanctis ei attribuit autor Firmam. 3. Ord. par. 1. edit. Paris.

Indices in libros Sententiarum S. Bonaventuræ ex Arturo ad diem 14. Julii §. 8. Martyrol. Francisc.; etiam Rodulphius loco cit. dicit scripsisse Opus tit. *Pinaca, seu index Sententiarum*; sed fol. 184. in Ministris Generalibus inquit Opus edidisse tit. *Tabulæ in Evangelia, quæ Pinaca dicuntur.*

Commentarius im primum librum Sententiarum manu auctoris scriptus extat Tuderti in bibliotheca S. Fortunati nunc civica ad num. 122.

Quæstiones disputatæ servantur mss. pleræque (præterquam Asisii) Tuderti, Neapoli in bibliotheca Nationali, Londini in Museo Britannico; nonnullæ etiam Florentiæ in Laurentiana. Annis 1903 et 1914 prodierunt ad Claras Aquas ex typographia Collegii S. Bonaventuræ *Quæstiones disputatæ selectæ*, tom. I et II, in 8. Tomus primus continet *quæstiones* (8) *de fide* et (10) *de cognitione*, quarum 1ª de fide, 1ª, 2ª, 3ª, 5ª de cognitione iam impressæ fuerant cura Patrum dicti Collegii ibidem a. 1883 in collectione « De humanæ cognitionis ratione anecdota quædam seraphici Doctoris S. Bovaventuræ et nonnullorum ipsius discipulorum ». His quæstionibus tamquam proœmium præmissi sunt eiusdem Matthæi *tractatus de excellentia S. Scripturæ* et *Sermo de studio S. Scripturæ;* in appendice habetur *tractatus de æterna processione Spiritus S. a Patre et Filio* editus iam separatim secundum autographum auctoris a Patribus eiusdem Collegii ibidem a. 1895 in 8, et italice versus per fr. Beniaminum a Sarno, Neapoli a. 1896 in 8. Tomus secundus continet *quæstiones* (17) *de Christo.* De quæstionibus tomo primo comprehensis conferri potest Martin Grabmann, Die philosophische und theologische Erkenntnislehre des Kardinals Matthæus von Aquasparta. Ein Beitrag zur Geschichte des Verhältnisses zwischen Augustinismus und Aristotelismus in mittelalterlichen Denken. Wien, Verlag von Mayer et C.°, 1906.

MMDCCCXIV.

MATTHÆUS BACCELINUS a Stia Hetruriæ ad fontes Arni fluminis oppido Reg. Observ. Florentiæ ditamen, et ex patre Florentino natus liberalibus disciplinis, literisque humanioribus excultus an. 1594. concionator est institutus, et an. 1597. Pistorii Lector, anno vero 1601. Guardianus Cœnobii S. Romani, postea a sacris Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ Confessionibus, Theologusque, quemadmodum scribit Joseph Mannucci Puppiensis par. 2. Glor. Clusentini cap. 5. et 6.; cap. vero 8. memorat multa ejus *Scripta* periisse, quæ apud suos consanguineos habebantur, inter quæ

Opus ingens de origine Hetruriæ.

Aphorismos politicos, et militares num. 464. vulgavit Parisiis an. 1610. per Joan. de Haye, qui et Venet. postmodum recusi putantur; autorque in epist. ad Lectorem testatur, se quorumdam hortatu Magnatum *Opus,* quod in modum *Dialogi* 7. *libris* comprehensum composuerat, ad 464. *aphorismos* majoris commodi gratia redegisse; quod quidem Florentiæ in Bibliotheca Ducali asservari ex Antonio Magliabeco laudatus Mannuccius prodit; additque obiisse eum Parisiis an. 1614.

Poema de Stigmatibus S. Francisci scripsisse perhibet Angelus Grillus Abbas in *Epistolis* Ven. an. 1608. impres. pag. 530., et 537., qui ad eum plures dedit Epistolas, et pag. 564. scribit et ipse eum *Florentiæ* natum, et ex patre Florentino, ac *varia carmina* edidisse, *Opellam*que *lyricam* commendat. *Opusculum* ejus de *Stigmatibus S. Francisci* citat et Antonius Daza ejusdem Instituti, eodemque tempore scribens cap. 2. libri de Stigmatibus S. Francisci apud Antonium Terrincanum.

VII. *psalmos pœnitentiales* transtulit rhythmis italicis, et cum interpretatione Philippi de Portes Galli vulgavit Parisiis an. 1604. in 12.

Carmina nonnulla in laudem S. Francisci italice habentur in fronte 4. partis *Chronicorum S. Francisci* a Baretio Venetiis an. 1608. publicatæ.

Theatrum Christianum etiam edidit, seu *versus spirituales*, vel *pios de præcipuis mysteriis passionis Jesu Christi,* qui leguntur in *Collectione piorum carminum de S. Francisco, ac Monte Alverniæ* a Fr. Silvestro Puppiensi ejusdem Ordinis facta, vulgataque an. 1608. Florentiæ in 4. par. 2. pag. 8.; et pag. 14. et 19. habentur alia ejus *Carmina spiritualia* diversorum argumentorum; pag. vero 49. *Carmina de sac. Monte Alverniæ,* ac *de S. Patre Francisco.*

Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4. vocat *Matthæum de Sthya Min. Observ. Definitorem an.* 1524., quem ait obiisse anno 1548. in Cœnobio *Sergiani* prope Aretium; sed ille ab isto diversus est, de quo Augustinus Millius in novo Montis Alverniæ Dialogo disserit lib. 3. cap. 2., traditque, pluries ejusdem Montis extitisse moderatorem, et, ut vocant, *Guardianum* ab an. 1517. ad 1535. Joan. a S. Anton. non advertit hunc esse *Matthæum de Sthia,* de quo ipse agit inferius pag. 349.

Aforismi politici e militari, ne' quali si mostra come il Principe e la Repubblica s'hà da gouernare con la militia. E l'arte di creare vn' essercito, d'armarlo, essercitarlo alloggiarlo, e condurlo alla giornata. Il modo di edificare Terre, e Fortezze, come si possono espugnare, e difendere..... A Paris, Chez Jean de la Haye, .. M.D.C.X. in 12: — In Venetia, stampati dal Ciotti, M.DC.XX, in 12 (P. Riccardi, Biblioteca matematica italiana, par. 1 vol. 1, Modena 1870, p. 63). Opus alius scriptoris, non suum, in aphorismos 474 (non 464, nec 174; ut legitur apud Mar. D'Ayala, Bibliografia militare italiana, Torino 1854, p. 5) se redegisse auctor in epistola ad lectores testatur.

Poema (italicum) *de Stigmatibus S. Francisci* Matthæum Baccellinum scribere cœpisse ex Angelo Grillo, ll. cc., tantum colligitur; qui pag. 564 de *uno* eius carmine (*Canzone*) loquitur, in laudem cuiusdam magnæ reginæ (verisimiliter Mariæ Mediceæ) edito, illudque, non auctorem, dicit patris etrusci filium et natum Florentiæ. Idem Grillus alibi (Lettere, vol. 2°, Venetia 1612. p. 540) alia Baccellini carmina memorat,

Digitized by Google

memorat, nempe *le due canzoni alla S. Grotta della Maddalena et al Delfino.*

Teatro Cristiano, ovvero Rime spirituali sopra alli principali Misterj della Passione di Nostro Signor Gesù Cristo. In Parigi per Pietro Cavalieri 1601, in 8. — *Rime Spirituali sopra varj Soggetti, con la tavola, e con li argomenti de' Sonetti, e de' Madrigali.* In Parigi per Pietro Cavalieri 1601, in 8. — *Carmina,* quæ Sbaralea extare dicit pag. 49 par. 2 Collectionis Silvestri Puppiensis, extant in eiusdem Collectionis par. 1, edita Florentiæ a. 1606, foll. 49-50, suntque 4 *Sonetti,* eorumque duo priora, de Stigmatibus S. Francisci, eadem quæ apud Baretium leguntur.

Scripsit etiam

Orazione dell'allegrezze per la creatione di N. S. papa Leone Undecimo, detta dinanzi all'Illustriss. e Reverendiss. Monsignor Maffeo Barberini Arcivescovo di Nazareth Nunzio di N. S. appresso il Rè di Francia. In Parigi per Pietro Cavalieri 1605, in 4. (D. Moreni, Bibliografia storico-ragionata della Toscana, I, Firenze 1805, p. 57; Catalogue gén. des livres imprimés de la bibliothèque Nationale, VI, Paris 1901, col. 108). — Ex eodem Catalogo edidit

Jo. Ludovici Vivaldi Elogium de laudibus et prærogativis sacrorum liliorum in stemmate Regis Gallorum existentium. Parisiis 1608, in 8.

Cf. Mazzuchelli G. M., Gli Scrittori d'Italia, vol. II par. 1, Brescia 1758, pp. 4-5.

MMDCCCXV. 1461.

MATTHÆUS BOTIXA = perperam *Botti* apud Coron. to. 6. Biblioth. univ. n. 2432.; de eo Nicolaus Anton., et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

Botija dicitur a Nicolao Antonio, qui eius operis titulum ita refert (Bibliotheca Hispana Nova, II, Matriti 1788, p. 115): El Espejo de disciplina de S. Buenaventura *con el Tratado del Aprovechamiento de los religiosos.* Murciæ 1625.

MMDCCCXVI. 1462.

MATTHÆUS DE BURGOS = Strict. Observ. ex Commissario Gen. sui Ordinis factus est an. 1600. Episcopus *Pamplonensis* in regno Navarræ ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. n. 14., et ex Roderico Quæst. Canon. et Regul. to. 2. q. 52. art. 2.; postea et Episcopus *Saguntinus* in regno Castellæ ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1497. n. 22. Nicolaus Anton., et Joan. a S. Anton. exscribunt Waddingum.

Ex P. B. Gams (Series Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. 75) obiit die 24 ianuarii a. 1611.

MMDCCCXVII.

MATTHÆUS CAMPAGNA Cheriensis in agro Taurinensi Subalpinas provinciæ Genuensis Min. Conv. sac. Theolog. Doctor an. 1488. institutus est Lector Phys. in Conventu S. Nicolai Venetiis ex Reges. Ordinis in prov. S. Antonii p. 2.; expurgavitque nonnulla aliorum Opera, ac edi curavit

Comment. Burlæi in Artem Veterem Porphirii, et Arist. Venetiis an. 1492. in fol. per Andream Catharen.

Comment. Magistri Alexandri Sermonetæ super consequentiis Strodi: Declarationes Cajetani de Thienis consequentiarum Strodi: et *Dubia Magistri Pauli Pergulensis super eadem re.* Ibidem an. 1507. in 4. per Petrum de Quarengis Bergomen. ex Indice Bononien. Biblioth. S. Francisci.

Comment. Antonii Andreæ Minoritæ in Artem ceterem Arist. Ibidem 1517. in fol. per Lucam Ant. Junctam.

Commentarius Alexandri Sermonetæ super Consequentiis Strodi, Declarationes Caietani de Thienis in easdem, Dubia Pauli Pergulensis, et ipsæ Strodi Consequentiæ castigata per Matthæum Campagna impressa sunt primum Venetiis a. 1488 in 4 (Hain, Repertorium, n. 15096); recusa ibidem per Bonetum Locatellum a. 1493 tertio idus Februarii in 4 (Hain, n. 15098).

Antonii Andree super artem veterem Scripta: seu Expositiones Antonii Andree super artem veterem: et super Boetium de divisionibus: cum questionibus eiusdem, Venetiis per Lucamantonium de giunta Anno 1517 in fol., præferunt epistolam *Joannis* Campagna Cheriensis, in qua declarat se eadem ante correxisse et tunc diligentius recognita emittere. Secundum priorem correctionem Joannis Campagna edita sunt Venetiis per Simonem de Luere die 10 martii 1509 in fol.

Ex *Matthæi* Campagna castigatione et cum eius epistola ad lectores prodierunt etiam

Quæstiones Joannis Duns Scoti super libros Posteriorum. Venetiis per Simonem de Luere II Dec. 1497, in 4 (Hain, n. 6448).

MMDCCCXVIII.

MATTHÆUS DE CARRETO ex nobilissima familia Savonæ, Finalis, aliorumque Liguriæ oppidorum domina titulo *Marchionatus* insignita, *Georgii* filius sub Joan. XXIII., a quo pluribus donatus est privilegiis, floruit an. 1413. sac. Theologiæ Magister præcipuis inter suos Asisii, et Perusii functus honoribus; an. 1417. factus est *Abbas Commendatarius Monasterii Sublacensis* in Sabinis Ord. S. Benedicti, rexitque annis x. ex Indice Chronolog. Abbatum illius loci, et a Martino V. an. 1429. ad Episcopatum Albingaunen. promotus an. 1433. Basileensi Concilio, et an. 1439. Florentino interfuisse invenitur; obiitque demum dierum plenus an. 1448., cum edidisset

Plura sui ingenii monumenta, teste Waddin. in Annal. Min. sub an. 1413., Paulo Britio Episc. Albensi in Seraphicis provinciæ Subalpinæ S. Thomæ monumentis lib. 3., et And. Rossotto in Syllabo Script. Pedemont., qui tamen Episcopalem dignitatem reticuerunt, quam indicat Ughellus to. 4. Ital. sac.; sed et iste Institutum Regul. ignoravit, vel certe non expressit. De hoc Æneas Sylvius lib. 1. de Gestis Basil. Concilii scribit: *Albingaunensis quoque vir nobilissimus, et ex Cæsarum sanguine descendens quamvis nunquam animum a Concilio alienasset, ne tamen ab aliis Oratorum principibus videretur discrepare, haud absimilem querimoniam habuit de neglectu Prælatorum.* Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 343. eum habet sub v. *Matthæus Georgius,* sed perperam. Ex hac familia, et Instituto fuit seculo præterito Henricus Episcopus Lucensis.

MMDCCCXIX.

MATTHÆUS CIACCHERI Florentinus an. 1355. scripsit versu italico, hetruscoque

Chronicon oppidi S. Geminiani in Hetruria siti, quod ms. penes se habere scribit Dominicus Maria Manni Florentinus to. 2. Observ. Histor. super antiqua sigilla medii ævi pag. 92., et to. 3. pag. 107.

Cronachetta di S. Gemignano composta da F. Matteo Ciaccheri Fiorentino l'anno MCCCLV *illustrata da E. Sarteschi.* Bologna Presso Gaetano Romagnoli (Tipi Fava e Garagnani) 1865. in 8 min. (Scelta di curiosità letterarie inedite o rare dal secolo XIII al XVII. Dispensa LX). Opusculum (vv. 301) editum ex duobus codicibus bibliothecæ Nationalis Florentinæ Palatino et Magliabechiano et codice Senensi, præsertim ex Palatino ceteris antiquiore.

* MATTHÆUS CIACCIUS = V. *Joan. Matthæus Ciaccius* al. Saccius.

MMDCCCXX. 1463.

MATTHÆUS CORRADONUS = de *Silento* dicit Rodulphius lib. 3., et Possevinus in Appar. sac.

Digitized by Google

sac. to. 2., ubi aliam editionem Venetiis an. 1573. factam refert. De eo et Toppius in Biblioth. Neapolit., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Speculum confessorum et lumen conscientiæ continens plenam normam confitendi et examinandi commissa sceleta (sic) *complectens omnes et singulos casus conscientie occurrentes et necessarios editum per venerandum et exemplarem patrem fratrem Matheum. corradonum de Cilento ordinis minorum Reg. obse. ad commune animarum salutem impressum cum licentia Reuerendissi. Vicarii Reuerend. Archipiscopi* (sic) *Neapolitani et Reuerendis. Generalis totius ordinis.* Venetiis per Joannem Andream dictum Guadagninum de Vauassoribus Anno.... M.D.XXXXVI. Die XXIIII. Mensis Mai in 8; lingua italica. Extat Romæ in bibliotheca Nationali. Ex licentiis, quæ in titulo memorantur et operi præmittuntur, videtur illud post annum 1526, et probabiliter Neapoli, primum prodiisse.

MMDCCCXXI.

MATTHÆUS DIRCOVICHIUS Illyricus Reg. Observ. circa annum 163-.scripsit patrio sermone

Explanationes in Evangelia totius anni; et *alia* ad pietatem utilia.

1464.

MATTHÆUS DORDRACENUS = V. infra *Matthæus Weynsenius.* Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 343. pauca adjecit Waddingo.

1465.

MATTHÆUS FACIUS = V. supra *Joannes Matthæus Saccius;* ita enim vocabatur.

MMDCCCXXII. 1466.

MATTHÆUS FERCHIUS = Dalmata.

Apologia pro Jo: Scoto adversus Fridericum Matenesium prodiit Coloniæ an. 1619.

Correptio Historica Abrahami Bzovii pro eodem Scoto. Camberii anno 1619. in 4.

Apologia Historica Scoti in Paulum Jovium Novocomen. Hæ *tres Apologiæ* scriptæ Coloniæ prodierunt simul Bononiæ 1620., et postea Neapoli 1629. in 8. apud Joan. Dominicum Roncaliolum.

Vita Scoti prodiit Bononiæ 1622., et postea Neapoli 1629. in 8. typis Joan. Dom. Roncalioli. *Additiones ad hujus Vitam* fecit, quæ impressæ sunt Patavii an. 1671. in 8. per Gattellam; adjectis in fine *testimoniis de catholica veritate Scoticæ doctrinæ, ac Pub. Prof. Theol., et Metaph.,* qui *Scoti Cathedram* Patavii ab an. 1395. usque ad annum 1671. gloriose exornarunt, a D. *Antonio Zeno* Patavino eidem Andreæ Gattellæ Typographo traditis.

Istri, seu Danubii ortus, aliorumque fluminum ab Aristotele in 1. *Metheor. lib. inductorum; una cum Lacus Asphaltitis confirmatione lib.* 3. Patavii an. 1632. in 4. per Bartholomæum Carectonum.

Orationes duæ præludiales, altera ad Metaphysicam, altera ad Theologiam Patavinam. Ibidem an. 1634. apud Julium Crivellium.

Vita Philippi Fabri Faventini, quam præfixit Metaphysicæ ejusdem Fabri a se vulgatæ. Venetiis an. 1637. in fol. typis Marci Ginammi; qui et ejusdem *Fabri Opus de Primatu Petri, et Romani Pontificis, ac aliis Ecclesiasticis dogmatibus adversus libros M. Ant. de Dominis de Republ. Christiana* edi curavit.

De fabulis Palæstini stagni adversus Aristotelem. Patavii an. 1641. in 12. ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 402.

Observationes in Gaufridum, seu *Hierusalem liberatam, poema Torquati Tassi* italico sermone. Ibidem an. 1642. in 12. per Joan. Baptistam Pasquatum.

De personis producentibus Spiritum Sanctum. Ibidem an. 1644. in 4. typis Julii Cribellarii.

Vestigationes Peripateticæ de quibusdam Philosophicis ad mentem Aristotelis etc.

Defensio Vestigationum Peripateticarum ab offensionibus Belluti, et Mastrii prohibetur ex Decr. sac. Congreg. Ind. an. 1681., donec corrigatur, cum jam prodiisset Patavii an. 1646. in 4. typis Pasquati.

De cœlesti substantia, ejusque ortu, ac motu in sententia Anaxagoræ. Ibidem an. 1646. in 4. per P. Frambottum.

Epitome Theologica in 4. *libros Senten. Scoti tomis* 4. Ibidem an. 1647. in 8. per eumdem, et 1660. per eumdem ab autore recognitum, et castigatum.

De productione Filii Dei. Venetiis primum an. 1650., postea Patavii anno 1668. in 4. per Pasquatum.

Observationes super epistola libri primi de Septimoquæsitis, creatione Filii Dei ad intra, et epistola Liceti. Venetiis apud HH. Joan. de Solis an. 1652. in 4.

Recognitiones Peripateticæ. Patavii an. 1656. in 4. typis Pasquati.

De Angelis tractatus Theologicus ad mentem D. Bonaventuræ to. 1. Ibidem an. 1658. in 4.

De Angelis, ut supra, tomus 2. Ibidem an. 1665. in 4. apud eumdem.

Gustus Jesu Christi D. N. afflictus sermone italico. Venetiis an. 1663. in 12. typis Joan. Baptistæ Valvasensis; sed prohibetur ex Decr. sac. Congr. Indicis an. 1681.

Præcursor de Beatiss. Virginis Immaculatæ conceptu. Patavii an. 1668. in 4. typis Gattellæ. Extat penes me ms. *Veglensis Theologi Patavini quæstio* diffusa *fueritne B. Virgo in originali concepta peccato,* exscripta Patavii die 27. Novembr. an. 1632. a Theodoro Summo Cremonensi Antoniani Collegii Baccalaureo: quæ nescio, an eadem sit cum superiori.

In Metheora Aristotelis Scriptum S. Bonaventuræ in antiquo codice ms. Asisii repertum, et observationibus, ac annotationibus Ferchii illustratum anno 1666. probatur, permittiturque, ut typis edi possit; quod iterum factum est anno 1672., sed nondum prodiisse legi.

Quæstiones tres ad Logicæ proœmium *de necessitate secundarum intentionum; et de Logica docente; ac utente, utrum sit scientia* ms. in 4. reposui in Biblioth. S. Francisci Ferrariæ.

Annales Ord. Min. Conv. aggressus ex statuto Comitiorum Generalium anno 1625. Romæ edito plura scripto ea de re commisit; sed morte, aliisve negotiis interceptus imperfectos reliquit, ut admonet Franchinus pluribus locis Biblioso. pag. 238., 449., et alibi.

Sermonem S. Quirici edidit italice ex *Addit.* ejus ad Vitam Scoti num. 20., et forsan alios, quorum notitia nos fugit; audio namque Patavii plura alia ejus asservari mss., et cit. Franchinus pag. 450. num. 17. refert, Maceratæ in Bibliotheca S. Francisci haberi mss. plures ejus *epistolas* inter illas Mag. Horatii Civallæ.

In

Digitized by Google

In Bibliotheca Salmanticensi Conventus FF. Min. Strict. Observ. Discalc. extat *Matthæi a Nativitate* illius Instituti Hispani *Opusculum Theologicum Apologeticum* pro tribus propositionibus Theologicis Scripturalibus P. Matthæi Veglia Franciscani sac. Theol. Professoris in Academia Patav. incip. *Petis a me, o Matthæe Frater charissime, instanterque petis literis transmarinis* etc., ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 345. in *Matthæo a Nativitate;* estque Opusculum 1. tomi 1.

Obiit autem Patavii an. 1669. ætatis suæ 87. funebri oratione honoratus, tumulatusque ad lævam chori partem in medio aditus ad 1. claustrum cum sequenti epitaphio:

« Q. S. E. P. Mag. Matthæus Ferchius Veglen-
« sis Ord. Min. Conv. re, et fama orbi notissimus,
« Doctor fundatus, subtilis, et seraphicus, in omni
« doctrinarum genere versatissimus, sapientia, pro-
« bitate, et eloquentia celebris Patavinam Acade-
« miam e Scoti Cathedra primo Metaphy. mox sac.
« Theologiam interpretando gloriose annos XXXVI.
« illustravit. Minist. Provincial. S. Bonaven., et Dal-
« matiæ, Socius, et Assistens Ord. decessit annos na-
« tus duodenonaginta a partu Virg. An. M.DC.LXIX.
« die VIII. Septemb. hora XVI. Tanto viro in peren.
« obseq. symb. monum. hoc ejus successor Mag.
« Felix Rotundus a M. Leone ex provin. S. Franc.
« Theol. Publ. et Minist. Provincialis Terræ San-
« ctæ P. C.

Hujus etiam laudes celebrarunt Thomasinus lib. 3. de Gymnasio Patavino cap. 4., Theulus in Triumpho Seraph., et Franchinus in Biblios. n. 267., ac Joan. a S. Anton. to. 2., sed ex Waddingo.

Vita Joannis Dunsii Scoti bis prodiit Bononiæ, a. 1622 et a. 1623.

Defensio Vestigationum Peripateticarum prohibita est Decreto S. Officii 12 maii 1655 (Index librorum prohibitorum Alexandri VII P. M. iussu editus, Romæ 1664, pp. 368-369).

Observationes super Epistola prima libri (Fortunii Liceti) *de Septimo-Quæsitis, quæ est De creatione Filii Dei ad intra.* Venetiis, 1652, apud Hæredes Joannis *Salis*, in 4.

Opusculum *Gustus* etc., italice *Gusto afflitto di Giesù Christo nostro Signore*, extat in Indice librorum prohibitorum Romæ impresso a. 1665, p. 132, et prohibitum est Decreto S. Officii 16 aprilis 1664. Vide Index librorum prohibitorum recognitus atque editus iussu Benedicti XIV, Romæ 1758, p. 251, vel Leonis XIII, Romæ 1900, p. 206.

MMDCCCXXIII. 1467.

MATTHÆUS LE HEURT = latine *Scandalum*, Gallus, ac provinciæ, ut videtur, Franciæ alumnus e latino transtulit in gallicum sermonem *Vitam Ven. Viduæ, et Virginis Mariæ de Maillaco Scilley* 3. Ord. S. Francisci an. 1414. die 28. Martii Turonis defunctæ, et in Ecclesia FF. Minorum humatæ, quæ Vita typis data est Andegavis an. 1644., teste Arturo in Martyrol. Francisc. apud Act. SS. editores Bolland. to. 3. Martii sub die 28. * *Directorium* etc. prodiit primo a. 1596. *

MMDCCCXXIV. 1468.

MATTHÆUS HUS = de quo et Konigius in Biblioth. H., et Sousa in Expedit. Hispan. S. Jacobi num. 238.

Sermonarium, Dormi secure tribuitur Fr. Joanni de Werdena a Colvenerio to. 2. kalend. Mariani fol. 6.; sed ego eos *Sermones* legi, et revolvi pluries, neque in eis quidquam invenire potui, quod Franciscanum oleret, aut alterius Instituti Regularis; non ibi inter Sermones de Sanctis totius anni occurrit ille de SS. Francisco, Antonio Patavino, Clara Asis., et Ludovico Episcopo, sed nec de SS. Regular. Mendicant.; quapropter censeo esse Sermones alicujus scriptoris secularis, et forsan *Joannis Verdy,* non de Werdena Minoritæ, ut ait Colvenerius. Deinde reperi *Matthæum Hus* extitisse typographum Gallicum, non autem Minoritam: id unum habet autor ille, quod inter Sermones de Sanctis legendum exhibet illum *de Conceptione B. Virginis,* quam sine peccato originali conceptam affirmat, et probat.

Sermones Dominicales incip. *Dicitæ Filiæ Sion* etc. *Matth.* 21. *Verba ista scripta sunt* etc., num. 71. a prima Dominica Adventus usque ad finem anni.

Sermones de Sanctis incip. *Christo confixus sum cruci: ad Gal.* 2. *Notate charissimi, dicit enim Aug.* etc., num. 70. a *S. Andrea* usque ad diem Defunctorum cusi sunt Parisiis an. 1520. in 8. ex Ind. Biblioth. Bononien. S. Francisci, et antea 1503. per Petrum Levet, et socios sine nomine autoris, et Basileæ an. 1489. Extat alia editio facta Lugduni 1491. in 4. Adscribuntur *Ricardo Maidston.*

Cf. supra (pp. 139-140) *Joannes de Werdena.*

MMDCCCXXV.

MATTHÆUS A S. MARTINO prov. Calabriæ Min. Capuccin. concionator ex primis, qui in ea provincia floruerint, scripsit italice

Chronologiam de origine, et rebus gestis Capuccinorum in Calabria, teste Paulo Gualterio apud autorem Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCXXVI. 1469.

MATTHÆUS MARTINUS = Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 344. cum Waddingo.

Verisimiliter eius opus Montibus non est impressum, ut legitur apud Waddingum, anno 1528, quum ars typographica Montes non introducta esse videatur ante annum 1580. Cf. P. Deschamps, Dictionnaire de géographie ancienne et moderne, Paris 1870, col 887; H. Stein, Manuel de bibliographie générale, Paris 1898, p. 600.

MMDCCCXXVII. 1470.

MATTHÆUS MOMBRION = Joan. a S. Anton. cit. exscribit Waddingum.

MMDCCCXXVIII. 1471.

MATTHÆUS A NATIVITATE = Strict. Observ. *scriptor celeberrimus* a Tiburtio Navarro in *S. Petro Alcantar. redivivo* cap. 28. appellatus, virorum sui temporis doctissimorum nulli secundus scripsit Opus hoc titulo:

Nova Hierusalem latine, in *tomos* 9. in fol., et *libros* 26. partitum stylo parænetico: incipitque a *prædestinatione V. Mariæ,* inde ad ejus *Immaculatam Conceptionem* lib. 3. excurrit, discurritque; postea de ejusdem *Nativitate, Præsentatione, Desponsatione* usque ad ipsius *Assumptionem, Coronationem,* et per eam *intercessionem* agit; quorum tres primi tomi mss. asservantur Salmanticæ in Biblioth. Conv. Min. Discalc.

Tomus X. *aureo Chrysologi stylo continet scholia in Evangelia totius anni* ms.

Hymenæus Virginalis divini sponsi Matris Jesu Mariæ, et Joseph super illud Matth. 1. *Cum esset*

Digitized by Google

esset desponsata etc. tom. 1. in fol. m. ms. in ead. Biblioth.

Allegatio sacra, Theologica, Pontificia, Imperialis, Regalis, expositiva, Historica, et chronologica pro definienda de fide Conceptione illibata Almæ Dei Genitricis Mariæ ex Philippi IV. Hispan., et Indiarum Regis Catholici voto ad Innocentium X. Pont. Max. in fol. ms., quam citat Petrus de Alva in sua *Militia*, ususque ea est in *Armamentario Seraphico* conficiendo.

Opusculorum variorum tomos 4. in fol., quorum primus continet 22. *Opuscula* variis de rebus: tomus secundus continet 8. *Opuscula super Immaculata Conceptione Beatæ Virginis:* tertius amplectitur *Apologias* XI., quarum 9. respiciunt res Franciscanas: quartus continet 27. gravia Opuscula Historica, Canonica, Moralia, quorum primum est *Chronicon provinciæ S. Pauli Discalc.;* quod extat etiam in Archivo Gen. illius provinciæ, et Matriti in Gen. Archivo Ordinis. Horum Opusculorum fere omnium titulos exhibet Joan. a S. Anton. cit., extantque mss. in dicta Biblioth. Salmantina.

De immunitate ecclesiastica, et Regum jure ms. in fol.

De patronatu Deiparæ Virginis in Hispaniarum regnis ad Philippum IV. ms. in fol.

De origine, successione, et statu sac. Imperii Romani Opus singularissimum ms. in fol. Hi tres tomi mss. extant in cit. Biblioth. Salmantina.

De Templo Salomonis hispano idiomate ms. in fol.

Cathedra crucis de 7. *verbis Domini.* Pinciæ 1639. in 4. per Ant. Bazquez de Esparza.

Minerva Eucharistica, seu *Arbor vitæ.* Matriti anno 1644. in 4. apud Joan. Sanchez. Sunt XII. *tractatus* per XII. menses pro solemnitate Augustissimi Sacramenti.

Amor amorum purissime de admirabili Sacramento Altaris. Discursus super sex Evangelicas clausulas S. Joannis. Tomus primus ms. servatur in Bibliotheca Conventus sui Ordinis Vallisoleti.

Historia Gedeonis pro Vesperis Quadragesimæ vernaculo sermone.

Orationes funebres XXIV. *pro omnibus statibus a Christo sepulto usque ad agricolam,* sub tit. *Trophæa mortis.*

Pharetra amoris divini ms. cum facultatibus ad prelum extare dicitur.

Viridarium Florum Franciscanorum, in quo *mirabilia S. P. Francisci* recensentur.

Expositio psalmorum pœnitentialium primo prosa, secundo cum glossa, ac vario genere carminum sub tit. *Cythara Davidica.*

Scala perfectionis: cujus argumentum sunt XV. *psalmi graduales*, quorum primi 5. illustrant viam purgativam; alii 5. viam illuminativam; ultimi 5. viam unitivam.

Philomena S. Bonaventuræ castellane traducta, et dilatata carmine, et prosa per cantus ipsius Philomenæ.

Dies diei. Manuale dispositionis diei pro Confessione, et assistentia Vener. Sacramenti.

Opusculum de nominibus Dei unius, et trini hebraicis, græcis, latinis castellane expositis ad Ducissam Methymnæ.

Manuale Sacerdotum, et secularium pro celebrando, et audiendo Sacrosancto Sacrificio Missæ ad Comitem Benaventanum.

Psalterium, seu *Soliloquia* versibus exposita hispanicis.

Puerilia sacra, seu *divinæ Cantilenæ* eodem idiomate. De eo agit Joan. a S. Anton. in Chron. prov. S. Pauli, in Biblioth. Min. Discalc., et in Biblioth. Francisc. to. 2., ubi tradit, obiisse an. 1659. Salmanticæ in Conventu Calvarii sui Ordinis.

Opera *Cathedra crucis* et *Minerva Eucharistica* ex Nicolao Antonio (Bibliotheca Hispana Nova, II, Matriti 1788, p. 117) hispanice sunt scripta.

MMDCCCXXIX.

MATTHÆUS PEDELARIUS provinciæ Bononiensis Lector composuit

Vitam S. Antonii Patavini, teste Petro Rodulphio lib. 1. Hist. Seraph. fol. 83., ubi de hoc Sancto verba texit; et videtur hic autor scripsisse seculo XIV. ineunte. Citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc.; et Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 348. eum habet ex Sedulio.

Nescio an hic sit ille Matthæus, qui an. 1381. exscripsit *Excerptum de Legenda antiqua B. Francisci cum persecutionibus, seu tribulationibus ejusdem Ordinis* ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. n. 7. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 284., de quo supra in *Angelo Clareno.*

* MATTHÆUS RUBEUS Ursinus S. R. E. Cardinalis hoc loco recensitus a Joan. a S. Anton., nescio, quo autore, non fuit Ordinis Franciscani alumnus, sed ejusdem Protector.

MMDCCCXXX.

MATTHÆUS DE SALZEDO Hispanus Tertii Ordinis S. Francisci Presbyter edidit carmine castellano

Postrimerias del hombre enemigos de la alma, y alabanzas del Santissimo Sacramento: idest: *Novissima hominis animæ inimica, et laudes SS. Sacramenti.* Matriti 1610. in 8. apud Joann. de la Cuesta.

Luz de la oracion mental. Ibidem 1614. in 16. apud Cosmam Delgado.

Mercedes de la Reyna del cielo, y excelencias del nombre de Maria. Ibidem 1629. in 8. ex Biblioth. Hispan. to. 1. pag. 93. Hoc tertium Opusculum omisit Joan. a S. Antonio to. 2. pag. 348.

Nicolaus Antonius (Bibliotheca Hispana Nova, loco 1æ editionis a Sbaralea citato) duo priora opuscula Matthæo de Salzedo franciscano ex tertio ordine tribuit, tertium Matthæo de Salzedo presbytero, addens tamen se nescire an hic sit alius ab illo.

MMDCCCXXXI. 1472.

MATTHÆUS SILVAGIUS = Regular. Observ.

Liber de tribus peregrinis, seu *Colloquia trium peregrinorum*, uti vocat Ciampinus Exam. lib. Pont. sect. 1., prodiit Venetiis 1542. in 8. apud Franciscum Bindonium, et Mapheum Pasineum, agitque *de divinis perfectionibus; de Philosophia Sanctorum; de partibus mundi, linguis, populis, et civitatibus* etc., ac *de excellentiis Romæ, et Hierusalem:* citatur etiam a Philippo Cagliola in Hist. prov. Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manifest. 1. pag. 73., et explor. 6. manif. 7. pag. 176.

Liber de victoria Verbi Dei contra Hebræos est *Porchetti Silvatici* Genuensis Ordinis Carthusiani, qui vivebat an. 1315.

De

Digitized by Google

De nuptiis animæ cum Christo ejus sponso Opus in 4. libros, et 11. capita divisum cum *Dialogo* inter Rempublicam, et Philosophiam prodiit Venetiis eodem anno 1542. in 8.

De gratia, et remediis peccatorum est 7. caput supradicti Operis a Rodulphio, eumque sequente Waddingo segregatum.

Lectura, seu *Expositio brevis super* 8. *libros Physicorum Aristotelis cum aliquibus Annotationibus de mente Doct. Subtilis.* Venetiis eodem an. in 8.

Labyrinthi duo de mundano, et divino amore cum suis exordiis, differentiis, et fructibus, cumque suis semitis rite ordinatis usque ad centrales, ut vocant, terminos vel inferni, vel felicitatis æternæ: et

Apotheca divini amoris: sive de Apotheca viridarii labyrinthi, quæ est sanctissima crux, ubi venditur amor Dei carmine heroico. Venetiis eodem an. in 8. ad signum Archangeli Raphaelis, ut est apud Possevinum in Appar. sac. to. 2.

Chronicon Rerum Sicularum usque ad adventum Caroli V. Imp. in Siciliam. Venetiis eodem an. in 8. ex Hieronymo Ragusa pag. 184. suæ Biblioth. Siculæ.

Expositio xv. *versuum priorum capitis* 1. *Evangelii S. Joannis,* teste Jacobo Le-Long pag. 979. suæ Biblioth. sacræ.

Disciplina salutis, seu *Modus vivendi secundum Dei voluntatem* sermone italico prodiit an. 1536. ex Joan. a S. Anton. to. 2., et ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ.

Tractatum de navigio mundi citat ipsemet in suo *Libro de tribus peregrinis* cap. 33. pag. 117.

Ex hac familia fuit et *Aloysius Silvagius* Catanensis, qui an. 1521. extitit Siculæ provinciæ Min. Conv. Minister ex cit. Cagliola.

Opvs preclarvm et satis vtilissimvm in qvatvor libris diuisum, De nuptiis animæ cum sponso eius Christo, De conuiuiis spiritualibus, omnique apparatu, De persuasionibus falsis sathanæ per æpistolas, diuersisque tentationibus, De casu animæ in peccatum, De lamentationibus Hieremiæ cum declarationibus earumdem et oratione pro spoliatione bonorum ipsius, De fletu animæ et sua conuersione, De gratia et remediis a deo datis, et de indumentis nouis restitutis, De regiminæ post conuersionem, et præparatione ad mortem, de electione dei et hominum, et predestinatione sanctorum, cum dyalogo inter Rempublicam et Philosophum. (In fine:) Venetiis in ædibus Francisci Bindonei, et Maphei Pasinei. Mense Aprili. Anno.... MDXLII.

Chronicon Rerum Sicularum usque ad adventum Caroli V. *Imp. in Siciliam,* seu verius ab a. 624 ad a. 1537, est pars operis *De tribus peregrinis;* item *Expositio priorum* XIV (non XV) *versuum capitis* I *Evangelii S. Joannis.* Vide in editione citata folia 142r-147v, 46v-79v.

Modo di vivere secondo la divina volontà, ovvero Disciplina salutis. Impressa in Palermo da Antonio Mayda M.D.XXXVI. in 8.

In utroque opere *De tribus peregrinis* et *De nuptiis animæ cum sponso eius Christo* habetur epistola auctoris nuncupatoria data anno 1542; ergo erronee tradit Waddingus eum floruisse circa annum 1490.

Cf. Mira G. M., Bibliografia Siciliana, II, Palermo 1881, coll. 367-368.

* MATTHÆUS SILVATICUS, cujus sunt *Pandectæ Medicinæ* Ven. cusæ an. 1492., quem Joan. a S. Anton. hic memorat, fuit Patavinus celeber *Medicinæ* Doctor.

MMDCCCXXXII.

MATTHÆUS SILVESTRIUS a Leonissa Aprutii oppido in seculo Doctoris Medicinæ laurea exornatus ad Institutum S. Francisci inter Capuccinos provinciæ Neapolitanæ transitum fecit, in quo pœnitentia, ac prophetico spiritu clarus obiit anno 1553. ex Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 21. Junii §. 3., et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 349. Scripsit devotissimum

Opusculum in forma meditationis, et colloquii de pœnis, tormentis, et vulneribus Jesu Christi impress. Venetiis an. 1586., et 1601. apud Junctas sine nomine autoris, sed tantum Religionis, teste autore Biblioth. Capuccin.

MMDCCCXXXIII. 1473.

MATTHÆUS A SOSA = Regul. Observ., cujus Opus cusum est apud Didacum a Cussio in fol. ex Joan. a S. Anton. to. 2., de quo et Nicolaus Anton.

Optata div articvlatio, et illustratio Oxoniensis Libri Primi Sententiarum Doctoris Subtilissimi. P. F. Joannis Duns, Scoti, Sacratissimi ordinis Minorum ac Theologorum Principis. Cum fidelissima integritate, et puritate litteræ textualis eiusdem ad articulorum præclarum. D. Thomæ modum redactæ: cum cuiuslibet articuli commentarijs, ac disputatis difficultatibus, nec non et controuersiis, quæ circa textum Scoticum excitantur. Opvs in tres tomos divisvm.... Avctore Fratre Matthæo de Sosa Olysipponensi, Prouinciæ Sancti Jacobi Patre, et actuali diffinitore, Lectore Jubilato, ac Generalis Minoritarum Achademiæ apud Salamanticenses per multos annos Sacræ theologiæ Primario Professore Nunc autem eiusdem Prouinciæ Prouinciali Ministro. Tomus I, et II: Salmanticæ ex Officina Didaci à Cussio Anno 1629; voll. 2 in fol. His duobus tomis illustrantur prologus et 34 priores distinctiones excepta decimaseptima; tertius tomus, qui ex præfatione ad lectorem iam erat in typographia, fortasse numquam prodiit. Reliquos tres libros simili modo illustrasse et edere voluisse Matthæus videtur ex his eius verbis in eadem præfatione: *Omnes itaque quatuor libros Sententiarum Scoti textualiter articulatos, tanquam mei imbecillis ingenii prolem, et articulorum commentarios, ac difficultates ex ipso textu exortas, veluti mearum vigiliarum munusculum studiosis humiliter offero.*

* MATTHÆUS DE STHIA = V. *Matthæus Baccelinus.*

MMDCCCXXXIV.

MATTHÆUS THEATINUS = V. *Gulielmus Cheriensis* supra.

MMDCCCXXXV.

MATTHÆUS WEYNSSENIUS Dordracenus Batavus Antuerpiæ *Guardianus,* et *Commissarius Generalis* Reg. Observ., de quo Waddingus supra in *Matthæo Dordraceno,* vivebat anno 1540., et obiit in patria anno 1547.

Fasciculum myrrhæ postea latine redditum vernaculo scripsit sermone, teste Valerio Andrea in Bibl. Belg.

Quadragesimale Francisci ab Ossuna Hispani ejusdem Instituti recognovit Tolosæ in Comitiis Gener. an. 1532., cum esset *Commissarius Gen.* trans montes; in cujus editione operis facta Lugduni an. 1560. dicitur *Fr. Matthæus Vensen* etc.

Comment. S. Bonaventuræ in Evangelium Lucæ expurgavit, castigatumque vulgavit Antuerpiæ an. 1539., præmissa a *Jo: Mahusio* ejusdem Ordinis, et postea primo Episcopo Daventriæ insigni ejus Panegyri. Ab editoribus Romanis Operum S. Bonaventuræ an. 1589. in prævia ad ipsum *Comment.* notatione dicitur *Matthias Inferioris Germaniæ Minister. Matthias* etiam *Weynsenius Guardianus, et Commissarius Gen.* appellatur a Waddingo supra in *Joanne Aquensi.*

Meminit

Digitized by Google

Meminit ejus etiam Theodoricus Loher Carthusianus in epistola *Theologiæ Mysticæ* Henrici Harpii Minoritæ præmissa; et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 343., et 350.

Fasciculus myrrhæ lingua originali sæpe impressus est, ut Antuerpiæ per Henricum Peetersen, 1511, in 8; ibidem per Joannem van Ghelen, s. a., in 8; ibidem per Henricum Eckert, 1518, in 4; etc.

Opus Francisci ab Ossuna a Sbaralea citatum, cuius verus titulus est « Pars occidentalis in accomodas hisce temporibus Evangeliorum Quadragesimalium expositiones » in editione lugdunensi anni 1560 præ se fert epistolam Fr. Matthiæ (non Matthæi) Wensen auctori datam ex conventu Tolosano tempore Capituli generalis inibi celebrati a. 1532, in qua tamen dicit se vidisse seu legisse, non autem recognovisse, eius sermonum cursum.

De Verweckinghe der goddelijke liefden, met schoone expositiën op den Pater Noster ende Ave Maria, ghecorrigeert van broeder Mathys Weynsen. Tantwerpen, by Goris de Bonte, 1535.

Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 34-37.

1474.

MATTHIAS BALBANUS = Hydruntinus patria vitæ sanctimonia insignis.

Opusculum de flagellatione Domini N. J. C., quod antequam converteretur in gallicum, impressum dicitur an. 1590. ab autore Biblioth. Capuccin., tribuitur etiam *Bernardino a Balbano* Capuccino ab ipsomet Waddingo; quare existino, eumdem autorem esse, qui antea in seculo *Matthias*, vel *Matthæus* appellaretur, et nomen in Religionis ingressu mutaverit in illud *Bernardini*. *Matthæi Balbani* meminit Joan. Andreas Anguillara in fine *Metamorphosis Ovidii* an. 1581. edit. Ven., et magna quidem cum laude, sed nescio num alius sit ab isto; quem *Matthæum* appellat et Antonius Terrincanus in Theatro Hetr. Minor. par. 3. art. 1., putatque *Lucanum* in Hetruria fuisse.

Opusculum *de flagellatione D. N. Jesu Christi* tum a Dionysio Genuensi tum a Bernardo a Bononia in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Capuccinorum dicitur impressum a. 1590 non italice, sed gallice. Iidem auctores ita de Bernardino a Balbano et Matthia Balbano loquuntur, ut nimis facile existimasse Sbaralea videatur, ex eo quod tum uni tum alteri simile opus adscribatur, eos unum eumdemque hominem fuisse. Potiori iure noster auctor confundi nequit cum Matthæo Balbano a Joanne Andrea Anguillara laudato, qui fuit sæcularis et Lucensis.

MMDCCCXXXVI. 1475.

MATTHIAS BELINTANUS = de quo cum laude loquuntur Rodulphius lib. 3., Gonzaga, aliique scriptores coævi; et Fridericus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis lib. 3. de sacris Oratoribus pag. 119. scribit: *Mathias Belintanus Capuccinus vim, et ubertatem inventionis etiam in præcipiti senecta retinuit raro exemplo, cum ætas illa infelix omnem ex animo nostro dicendi vim, et copiam exhaurire videatur.... Nihil tamen unquam dixit Belintanus, quod abditum magnopere, et exquisitum non esset: eratque non tam copia magis, et ubertate, quam excellentia, et acumine inventionis admirandus. Accesserat ad eam inveniendi facilitatem labor assiduus, et incredibile tanto progressu, ut* etc.: erat igitur inter præcones verbi Dei ea tempestate facile princeps.

Meditationes, seu Coronæ de vita, et passione Christi jussu S. Caroli compositæ italice. Bononiæ an. 1570. per Bartholomæum Cochium, et Mediolani anno 1614., et antea Bononiæ an. 1610. cum *Præparationibus ad Missam.* Rodulphius cit., qui Opus suum an. 1586. publicavit, hunc ait edidisse lingua vernacula

De oratione mentali utilem tractatum; et super S. Bonaventuram Opus eruditum titulo:

In Sermones S. Bonaventuræ, et in Evangelia totius anni scripturales introductiones: erant igitur hæ impressæ ante an. 1588.; deinde anno cit. prodierunt Venetiis tomis 2. in 4. apud Misserinum, et cum nonnullis *Concionibus Francisci Mayron Minoritæ* ibidem eodem anno apud Petrum Dusinellum.

Historia Salodii, patriæque Alexandri VI. Summi Pontificis italico idiomate cusa Brixiæ an. 1599.; an. 1586. dicit Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1522. num. 2.

Brevis tractatus de oratione 40. *horarum* etc. italice Venetiis prodiit an. 1586. Alexander Canobius Veronensis edidit italice an. 1585. in 4. *Devotam orationem* 40. *horarum Veronæ factam, a F. Matthia Bellintano persuasam.*

Oratio funebris in obitu Alexandri Luzaghi nobilis Brixiani italice. Brixiæ an. 1594.

Historia Religionis Capuccinorum usque ad an. 1597. italice; et citatur a Jacobillo de Sanctis Umbriæ. Boverius initio indicis rerum Annal. Capuccin. ait scripsisse *duo Volumina gestorum Capuccinorum.*

Practica Orationis spiritualis prodiit italice primo Venetiis * an. 1599. apud Minimam Societatem in 12. *, et an. 1608., et Mediolani 1615., et in latinum translata ab Anton. Volmaro Monacho Carthusiano Coloniæ impressa est an. 1609. in 12.; postea Constantiæ Helvet. 1627. typis Joan. Kuult; gallice etiam versa est, et hispanice, et hac lingua prodiit Matriti an. 1625. Hoc Opus Possevinus lib. 3. Bibliothecæ selectæ cap. 23. valde commendat.

Confortatorium eorum, qui morte plectendi sunt. Brixiæ an. 1614.

Theatrum Paradisi, seu piæ Meditationes de gloria Jesu Christi, B. Mariæ Virginis, et Sanctorum italice in duas partes. Salodii an. 1620. per Bernardinum Lantonium.

Exaggerationes morales pro concionatoribus italice. Salodii an. 1622. in 8. per Bernardinum Lantonium.

Conciones quadragesimales quadruplices juxta ritum Ambrosianum ad usum tamen Romanum accomodatæ tomis 2. Lugduni an. 1624. in 8. sumptibus Anton. Pillehoste, et Joan. Cassin. *Quadragesimale Ambrosianum* ms. habetur Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 520.

Expositio admirabilis, et profundissima in Apocalypsim B. Joan. Apostoli ab omnibus viris doctis, potissimumque a Clemente VIII. commendata; cujus exemplar asservari in Biblioth. Vaticana ms. jussit.

Conciones quadragesimales secundum ritum, et ordinem Romanæ Ecclesiæ mss. tomis 5. in 4.

Sermones pro solemnitatibus 40. *horarum* mss. tomis 2. in 4.

Sermones de passione, et morte D. N. Jesu Christi mss. to. 1. in 4.

Conciones, et sermones quadruplices pro tempore Adventus mss. tomis 2. in 4.

Sermones pro festivitatibus B. V. Mariæ mss. tomis 2. in 4.

Tractatus

Digitized by Google

Tractatus de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ ms. to. 1. in 4.

Catena concepluum extracta ex Operibus SS. Augustini, Gregorii, Cypriani, et aliorum SS. Patrum ms. tomis 4. in 4.

Vita B. Felicis a Cantalicio Ordinis Capuccinorum ms. in 4., quam ex italico idiomate in latinum conversam ex ms. codice Cœnobii Romani dederunt Act. SS. Collect. Bolland. to. 4. Maii die 18.

Vita B. Angelæ a Desenzano fundatricis Monasterii Virginum Ursulinarum Brixiæ ms. in 4.

Vita B. Raynerii e Burgo S. Sepulchri Capuccini, et aliorum ejusdem Instituti citatur a Jacobillo de SS. Umbriæ to. 2. ad diem 18. Augusti, ubi agit de tribus Capuccinorum Cœnobiis Fulginatibus, eorumque Viris illustribus; sed nescio, an id prompserit ex ejus *Chronico Capuccinorum*, quod citat ad diem 5. Augusti de Matthæo Bascio disserens, et alibi pluries.

Alia ejus *Opera* usque ad 40. volumina extare dicuntur mss. Brixiæ in Biblioth. sui Ord., teste autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton. Agit de eo fuse Cozzandus in Biblioth. Brixien. par. 1., Coronel. in Biblioth. univ. to. 5., et Arturus in Martyrol. Franc. ad diem 6. Aprilis.

Natus est Gazani vico Ripæ Salodiensis anno 1534.

Federicus Borromæus de sacris nostrorum temporum oratoribus libro 3°, editionis unicæ anni 1632 pp. 119-20, revera sic ait: « Is fuit Matthias Bellintanus, qui vim et vbertatem inuentionis retinuit etiam in præcipiti senecta raro munere, cùm ætas infelix illa omnem ex animo nostro dicendi vim atque copiam exhaurire videatur... *Nihil tamen dixit vnquam Bellintanus, quod abditum magnopere, aut exquisitum esset; eratque copia magis et vbertate, quàm excellentia, et acumine inuentionis admirandus.* Accesserat ad eam inueniendi facilitatem labor assiduus, et incredibile *studium* tanto progressu, vt . . . ».

Meditationes, seu Coronæ etc. Alia editio: *Corone spirituali per l' attentione in contemplare la Passione del Salvatore. Le quali erano praticate da S. Carlo.* In Roma, Per il Mascardi, 1616, in 32.

De oratione mentali tractatus idem videtur ac *Prattica dell' oratione mentale*, de qua infra.

In Sermones Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ, et in Evangelia De tempore à Paschate vsque ad Aduentum Scripturales Introductiones F. Matthiæ Bellintani,... Quibus adiecti sunt Sermones ipsi eiusdem Seraphici Doctoris, ab eodemmet Auctore correcti. Venetiis, Apud Petrum Dusinellum, MDLXXXVIII. in 4; cum quinque sermonibus Francisci de Maironis pro diebus quibus S. Bonaventuræ non habentur, et duobus Petri Aureoli in die Ascensionis Domini, præmissa epistola auctoris nuncupatoria Constantio Sernano (sic) cardinali data Salodii idibus aprilis a. 1587, ex qua coniici potest hoc opus ante tempus prædictum nusquam prodiisse. *Introductiones in Sermones S. Bonaventuræ et in Evangelia* pro priore anni parte, ab Adventu nempe ad Pascha, antea saltem non editas esse existimo ex his M. Bellintani verbis ad lectorem: « Quod meum consilium si probaueris,... (hanc enim ob causam partem hanc prægustandam exhibeo)..., opus vrgebo, vt eo perfecto fruaris, omnesque sermones, tum de tempore, tum de Sanctis, his nostris lucubrationibus auctos habeas. » Quod an non confecerit, quum has Introductiones nullibi invenerim, valde dubito.

Delli Dolori di Christo Sig. Nostro, Prediche otto; con altre qvattro d' altre materie, Tutte predicate nel Dvomo di Milano l' a. 1597. Del R. P. F. Mattia Bellintani.... In Bergomo, Appresso Comino Ventura. CIↃ IↃXCVIII. par. 2 in 8, quarum altera hunc titulum præ se fert: *Qvattro Prediche dell' istesso R. P. F. Mattia Bellintani Capvccino, Della Risvrrettione. Della manifestatione di Christo Risuscitato. Dell' Annonciatione. Et della tentatione di Christo.* In Brescia, Appresso Vincenzo Sabbio. M.D.XCVIII. - Editio prima.

Della vera origine di papa Adriano VI. Opusculum compositum anno 1586, nunquam typis expressum, quo nititur demonstrare Hadrianum VI natum esse Renzani ex familia Rampini. *Historia Salodii* auctore Matthia Bellintano nulla est, annoque 1599 cusa est Brixiæ « Istoria della Riviera di Salò di Bongianni Gratarolo ».

Trattato dell' Oratione delle quaranta ore, e alcuni pii esercizj de' dolori di Gesù Cristo. Alia editio: In Brescia per Vincenzo Sabbio 1588. in 16.

Orazione funebre nella morte d' Alessandro Luzzago Nobile Bresciano. Editio altera: In Brescia appresso Pietro Maria Marchetti 1602. in 4.

Storia della Religione Cappuccina est adhuc inedita.

Practica Orationis Spiritualis idem certe opus est ac *Prattica dell' oratione mentale*, quæ prodiit etiam Venetiis a. 1607, 4 partibus et voluminibus in 16, prima et secunda pars apud Minimam Societatem, tertia et quarta apud Petrum Dusinellum, in qua editione pars prima dicitur *di nuovo dallo stesso Autore riveduta, corretta, et ampliata.*

Opuscula *Confortatorium* etc. et *Præparationes ad Missam* etc. italice scripta sunt cum hisce titulis: *Confortatorio per quelli che dalla giustizia sono condannati a morte; Preparazione alla sacrosancta Messa per celebrarla e ascoltarla con divoto sentimento, e Meditazioni sulla passione di N. S. Gesù Cristo.* Hoc dicitur cusum Bononiæ a. 1610 et Salodii a. 1626; illud etiam Salodii, et a. 1661 Bononiæ.

Teatro del Paradiso, overo Meditationi della celeste gloria. Per le quali vien proposto modo facile di contemplare con vtilità dell' Anima la vera Beatitudine. In Salò, Appresso Bernardino Lantoni, 1620. par. 2 in 8. Edidit Joannes Salodiensis Ord. Capuccinorum, auctoris frater.

Essaggerationi morali del M. R. P. F. Mattia Bellintani da Salò,... Nelle quali con concetti Morali, Theologici, e Scritturali si mostra la bruttezza de' vitij per modo di riprensione, e la bellezza delle virtù per modo di essortatione, Vtili non solo a' Predicatori,... In Salò Per Bernardino Lantoni. 1622. in 8. Opus ab eodem Joanne Salodiensi revisum atque in ordinem redactum, dicatumque Sdenco Adelberto Poppli magno Bohemiæ cancellario.

Qvadragesimale Ambrosianvm dvplex, in dvos tomos divisum. Auctore R. P. F. Matthia Bellintano.... In hoc Opere per singulos Quadragesimæ dies habetur bina Concio cum Morali iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur... Lvgdvni, Sumptibus Antonij *Pillehotte*, et Joan. *Caffin*,... M.DC.XXV. (in primo utriusque tomi folio sub breviori titulo legitur « 1624 »), voll. 2 in 8. Præcedit: *Applicatio harum concionum ad evangelia Quadragesimæ secundum usum romanum*, et *Accomodatio earum ad evangelia festorum Adventus secundum eumdem usum.* Etiam hoc *Quadragesimale*, quod Matthias complere atque expolire nequivit, studio Joannis eius fratris editum est; pro feria sexta in Parasceve, item pro feria tertia Paschæ, concio unica habetur, quam morte præventus auctor non potuit extendere. Prodiit iterum Coloniæ Agrippinæ, Apud Hæredes Joannis Widenfelt Anno M.DC.LXXXI vol. I in 4, cum hoc titulo parum accurato: *Conciones exquisitissimæ in singulos dies totius quadragesimæ et adventus accomodatæ.... in duos tomos distributæ.*

Azioni della B. Angela Merici fondatrice delle Orsoline, 31 capitulis, stilo magis oratorio quam historico. Hoc opusculum Josephus Brunati opere infra notato extitisse dicit ms. Salodii apud Capuccinos, Brixiæ apud Patres Oratorii, Fulginiæ apud Ursulinas, idemque forte esse ac Vitam B. Angelæ P. Octavio Fiorentino inscriptam; quod posterius falsum puto, quum hæc in capitula non dividatur.

Eiusdem extant etiam typis edita hæc duo opuscula:

Geistlicher Rosen Kranz. Ingolstadt 1616, et München 1623; in 16.

La Ven. Serva di Dio Maria Lorenza Longo. Cenno biografico inedito scritto prima del 1600 dal P. Mattia Bellintani da Salò Cappuccino stampato per la prima volta con alcuni appunti critici del P. Edoardo d' Alençon Archivista Generale Cappuccino. Napoli, Stabilimento tipografico librario Andrea e Salv. Festa, 1896. in 8, pp. 30.

Nonnullæ eius *epistolæ* ad S. Carolum et Card. Federicum Borromæum servantur in bibliotheca Ambrosiana. Multa eius *opera* mss. extabant in cœnobio Capuccinorum Salodiensi, eorumque catalogum exhibent Jos. Brunati, Dizionarietto degli uomini illustri della Riviera di Salò (Milano 1837) et P. Valdemirus Bonari, I Conventi ed i Cappuccini Bresciani (Milano 1891); quos adeat, qui plura desiderat. Conferri etiam potest Mazzuchelli G. M., Gli Scrittori d' Italia, vol. II par II, Brescia 1760, pp. 629-631.

MMDCCCXXXVII. 1476.

MATTHIAS DORINGUS = de quo Marianus, et Trithemius apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 2. cap. 22., Rodulphius lib. 3., aliique post istos, sed valde jejune, et parce, uti

et

Digitized by Google

et Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ. Anno 1445. Magdeburgi *Theologiam* publice professus asseritur; et anno 1455. erat provinciæ Saxoniæ *Minister* ex monum. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. n. 51.

Defensorium Nicolai Lyrani contra Paulum Burgensem editum paulo post ann. 1431. autor inscripsit *Correctorium Corruptorii*, quod alii *Replicas* barbare dixerunt; et sub initium se appellat *Matthiam Ord. Min. provinciæ Saxoniæ Ministrum:* prodiit Opus primum, quod sciam, Basileæ an. 1507. typis Frobenii cum *Postilla* Lyrani, et *Additionibus* Pauli Burgensis in fol., postea alibi pluries.

V. *Nicolaus de Lyra.* Scripsit præterea

Super Sententiarum libros.

Dialecticam utilem admodum.

Super Isaiam Prophetam Opus grande.

Sermones tam ad populum, quam ad Clerum: teste Anonymo suppare a Joanne Madero Hanoverano an. 1660. edito Helmstadii in *Centuria Scriptorum insignium*, qui in celeberrimis Lipsiensi, Wittembergensi, ac Francofortanæ ad Oderam Academiis usque ad annum 1515. floruerunt, ubi *Script.* 98. ait: *Matthias Dorink natione Alemanus ex Prignitia* (f. leg. *ex provincia*) *Marchiæ Brandeburgensis territorio oppido Kyritz oriundus Fratrum Minorum provinciæ Saxoniæ quondam Minister, vir in divina simul, et humana Philosophia apprime doctus, sacrarum literarum Professor Erfordiensis eruditissimus, et declamator sermonum eximius scripsit nonnulla præclara, quæ ejus multijugam doctrinam plane testantur, ex quibus subjecta feruntur: super Esaiam Prophetam Opus grande: Defensorium Postiliæ Nicolai de Lyra contra Paulum Burgensem, Additiones videlicet in vetus, et novum Testamentum: super Sententiarum libros librum unum: Item Dialecticam utilem admodum: Sermones quoque tam ad populum, quam ad Clerum edidit. Claruit temporibus Concilii Basileensis, quod sua præsentia, et doctrina decoravit, ubi etiam ab ea parte sui Ordinis, quæ tunc Concilio adhærebat, in Generalem Ministrum electus, et per dictum Concilium confirmatus fuit. Sed postea tam huic, quam causa Ministeriatus Saxoniæ aliis officiis libere cedens reliquum vitæ suæ in sacris meditationibus in Conventu Kyritzensi transegit sepultus ibidem in Choro Ecclesiæ.*

Sermo in die S. Francisci an. 1432. *habitus in Concilio Basileensi per M. Matthiam provinciaiem Minorum Saxoniæ* extat ms. in Gallica Bibliotheca Philiberti de la Mare V. C. Senatoris Divionensis inter diversorum *Sermones* in eodem Concilio recitatos, teste Philippo Labbeo in notis, ac addit. ad dictum Concilium; anno quoque 1436. in die Epiphaniæ *Sermonem* habuit in eodem Concilio ex Supplem. Concil. Labb. nuper Lucæ edito to. 5. col. 32., ubi dicitur *Sermo factus per Magistrum Doctorem Matthæum Ordinis Fratrum Minorum*, quem hunc existimo.

Appellatio Doctoris Matthiæ Doring Ordinis Minorum contra Magdeburgensem Archiepiscopum habetur ms. Lipsiæ in Bibliotheca Paulina ex ejusdem Bibliothecæ Catalogo an. 1686. a Fellero Lipsiæ evulgato pag. 236.; forsan ob cultum *hostiæ miraculosæ* in Wolsenac, de qua Anonymus autor Chronici Archiepiscoporum Magdeburgensium editi to. 2. Rerum Germanic. Henrici Meibomii Lipsiæ an. 1688. in *Friderico de Bichlinge* XXXVI. Archiepiscopo an. 1445. asserit, Episcopum Havelbergen. cum Marchione Friderico usum consiliis *Doctorum sac. Theologiæ Doring, et Cannemann* restitisse instantiis Henrici Tocken, ne dictæ *hostiæ* cultus tolleretur; idque sub Nicolao V. Papa, ideoque post annum 1446.

Chronica brevis, et utilis ex Speculo Historiali Vincentii Bellovacensis, atque aliorum Eusebii, Hieronymi, Orosii, Cassiodori, et aliorum Historicorum collecta (a Theodorico Engelhusien. usque ad an. 1420.), *et continuata a Matthia Doringk Ordinis Fratrum Minorum usque ad annum* 1493. ms. extat in cit. Lipsiensi Biblioth. Paulina ex Catalogo memorato pag. 409.: eam Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1440. dicit in nonnullis mss. codd. inscribi: *Compendium Speculi Historialis Vincentii Bellovacensis;* vulgatumque primo fuisse Norimbergæ an. 1493., deinde Augustæ Vindel. an. 1496. absque *epitomatoris* nomine in fol., et vulgo appellari *Chronicon Norimbergense*, eo quod primo Norimbergæ prodierit. *Continuatio Chronici Theodorici Engelhusii ab an.* 1420. *usque ad annum* 1498., vel potius usque *ad annum* 1464. ex ms. Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis prodiit nuper inter Scriptores rerum Germanicarum a Joan. Burchardo Menckenio tomo 3. Lipsiæ an. 1730. in fol. vulgatos. Hoc Opus scribit Oudinus loco cit. a Trithemio in Script. Eccles., Langio in Chronico Citizensi, et Vossio lib. 3. de Histor. Latin. cap. 6. attribui *Hartmanno Schedel;* verum vel aliud est *Chronicon* illud, vel ab *Hartmanno* usque ad an. 1493. continuatum, suppletumque, ut verius puto, et ut idem Oudinus ex ipsius Chronici verbis colligi observavit: revera etiam Menckenius initio Operis notat, etsi continuatio Chronici usque annum 1498. procedat, tamen ex stylo, et alterius manus scripto videri, Matthiæ laborem nonnisi ad an. 1464. pertingere, et reliqua alterius continuatoris esse: quare non erat, cur contra veteres, probatosque scriptores negaret Oudinus, interfuisse eum Basileensi Concilio; et exararet, pervenisse eumdem usque annum 1494., et ultra, quod plane falsum. Porro continuatio illa ab heterodoxis in multis depravata legitur, unde caute legenda.

Librum perplexorum Ecclesiæ tempore schismatis inter Eugenium IV., et Concilium Basileense scripsisse, ac publicasse ipsemet habet in Chronici continuatione ad an. 1442. apud Menckenium, qui addit loco cit. de *Theodorico Engelhusien.* agere Leibnitium; qui tamen non vidit multa, buæ de hoc Matthia refert cit. Oudinus, aliique; sicut neque Oudinus ea, quæ habet Menkenius, nimirum Matthiam a Landgravio in pretio habitum, et ab eo *Discalceatorum* Isenaci præ ceteris reformatorem esse constitutum.

Natus est inter annos 1390 et 1400, obiitque in patria a. 1469 die 24 iulii.

Defensorium Nicolai Lyrani contra Paulum Burgensem prodiit pluries cum Lyrani postillis ante a. 1507, ut: Nurembergæ industria Antonii Koburger XXII Januarii 1481; Venetiis charactere Johannis de Colonia, Nicolai Jenson sociorumque, 1481, pridie calendas sextiles; Venetiis per Franciscum Renner de Hailbrun, 1482-83; Nurembergæ charactere Antonii Koberger 1485, item 1487; etc. Cf. Hain. Repertorium, nn. 3163-3172, 10367-10370, et etiam 10376, 10386, 10396.

Continuatio Chronici Theodorici Engelhusii ab a. 1420 usque ad a. 1464 iterum edita extat apud Ad. Fried. Riedel, Codex diplomaticus Brandeburgensis, Berlin 1838-63, Haupt. IV, B. I, pp. 209-256.

Opusculum « *Confutatio primatus papæ* » communiter iam Gregorio Heimburg tributum, a plerisque recentioribus Matthiæ Doering adiudicatur. Prodiit primum curante Matthia Flacio

Digitized by Google

Flacio Illyrico Magdeburgi a. 1550, deinde alibi pluries; quas editiones recenset A. Potthast, Bibliotheca historica medii ævi, I, Berlin 1896, p. 341.

Conferantur præcipue: Gebhardt Br., Matthias Döring der Minorit, in Sybel, Histor. Zeitschrift, LIX (N. F. XXIII; 1888), pp. 248-294; Albert P., Die Confutatio primatus papæ, ihre Quelle und ihr Verfasser, in Historisches Jahrbuch (im Auftrage der Görres-Gesellschaft), XI, München 1890, pp. 439-90; idem, Matthias Döring, ein deutscher Minorit des 15 Jahrhunderts, Stuttgart 1892, in 8; Eubel C., Matthias Döring..., in Der Katholik, F. III, B. VIII (1893), pp. 16-20.

MMDCCCXXXVIII. 1477.

MATTHIAS FELISIUS = Mauritius Hylaretus conc. fer. 3. post 3. Dom. Quadrag. pag. 731. citat hunc *in* 2. *Sententiarum;* sed forte notare voluit *Institutionem Christianam Catholicam* etc. relatam a Waddingo. Meminit hujus Gonzaga par. 2., Rodulphius lib. 3., Possevinus, Valerius Andreas, Petrus de Alva in Militia, et Joan. a S. Anton. to. 2.

Institvtionis Christianæ catholica et ervdita Elvcidatio, Secundum Methodum à Magistro in Secundum Sententiarvm obseruatam: Avthore Reuerendo P. Matthia Felisio... M.D.LXXV. — Eam prodiisse Parisiis a. 1604 recentiores bibliographi non indicant, et probabiliter Waddingus huic *Elucidationi* erronee tribuit, quod verum est de *Elucidatione Decalogi.*

Catholica præceptorvm Decalogi Elvcidatio,... Antverpiæ, Apud Christophorum Plantinum, Architypographum Regium 1573. (in fine: Lovanii, Typis ac impensis Christophori Plantini excudebat Joannes Masius Typog. Jurat. 1573.) in 8. Editio prima, cuius nonnulla exemplaria exhibent in fronte annum 1574; quæque iterum prodiit Parisiis Apud Michaelem Julianum a. 1576 in 8. — *Aeditio secunda. Ab ipso Authore diligentissime recognita et aucta.* Antverpiæ; Apud Christophorum Plantinum... (in fine: Lovanii Typis ac impensis Christophori Plantini excudebat Joannes Masius...) 1576. in 8. — *Vltima editio. Ab ipso Authore diligentissime recognita et aucta.* Parisiis, Apud Hadrianum Beys (in fine: Excudebat Petrus Pautonnier) MDCIIII. in 8. Eadem in omnibus ac præcedens.

MMDCCCXXXIX. 1478.

MATTHIAS A S. FRANCISCO = Hispanus Strict. Observ. Excalc. alumnus provinciæ primum S. Joseph, deinde S. Didaci in Bætica propagandi Evangelii, ac martyrii desiderio usque ad Philippinas Insulas se contulit; inde ad regnum Marrochii cum B. Joanne de Prado Sacerdote, et Genesio Occanensi Laico amandatus verberibus pene confectus est; inde reversus ad suos Xelchii Regis Legatus, qui fratri barbaro interfecto successerat, scripsit

Itinerarium ad Marrochium etc. cusum etiam Gadibus in 4. sumptibus Bartholomæi Nuñez ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Relacion del viage espiritual y prodigioso, que hizo a Marruecos el Venerable Padre Fray Juan de Prado, Predicador y primer Provincial de la Provincia de San Diego del Andalusia. Escrito por el Padre Fray Matias de San Francisco, su humilde compañero, Guardian al presente del Convento de su Orden, fundado en Marruecos... Año 1643. En Madrid. Por Francisco Garcia, Impresor del Reyno. in 4.

MMDCCCXL. 1479.

MATTHIAS HAUZEUR = latine *celsitas,* et *altitudo.*

Anathomiæ totius augustiss. doctrinæ B. Augustini Episcopi tomus primus continens *difficultates philosophicas, biblicas, dogmaticas, scholasticas, mysticas, et morales* prodiit Leodii an. 1643. in fol. typis Leonardi Streel.

Anathomiæ ejusdem tomus 2. complectens *difficultates dogmaticas collatas, et conciliatas tam inter se, quam cum sacro Concilio Tridentino, et censuris Pontificiis.* Augustæ Eburonum an. 1645. in fol. per Joan. Tournay. Uterque tomus prodiit etiam Parisiis an. 1646. apud Michael. Solis, et socios.

Collatio totius Theologiæ inter majores nostros Fr. Alexandrum Alensem, S. Bonaventuram, et Fr. Joannem Duns Scotum ad mentem S. Augustini sub magisterio Christi interiore per gratiam, exteriore per Ecclesiam tomis 2. in fol. impress. typis ejusdem provinciæ in Cœnobio Leodiensi, et Namurcensi ab an. 1646. ad 1652. Regi Catholico dicata. Ad calcem tomi primi sunt

Conciliationes inter Alensem, S. Bonaventuram, et Scotum cum S. Augustino; nec non Opusculum *absolutionis hujus Operis a censuris quorumdam in illud prolatis.* Ad calcem vero tomi 2. extat

Supplementum dogmaticum, scholasticum, et morale, teste Joan. a S. Anton.

Veronica pro Immaculata Virginis Conceptione, seu *Interpretatio epistolæ S. Bernardi ad Lugdunenses Canonicos* tractatus latissimus impressus, teste Petro de Alva col. 1033. Militiæ.

Rescriptum pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis ms. extat in Archivo Conven. Gandensis ex eodem.

Statera causæ inter P. Petrum de Alva pro Immaculata Conceptione etc. contra *Franciscum Janssens* Lovanii Professorem Ord. Prædic. Namurci an. 1664. in 8. typis Petri Gerardi, teste Joan. a S. Anton.; qua de causa in eum strinxit calamum idem *Janssens* anno sequenti 1665.

Apologia analogica pro vero Ordine, et successore S. Francisci. Augustæ Eborunum an. 1650. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.; quam citat Fr. Joannes Matare in suo Dialogo Chronologo-Charit. par. 3. num. 20.

Accusation et conviction du Sieur Hotton et de tous ses complices selon l'art. 4 de leur compromis, qu'ils ne sont que novateurs Perturbateurs et calomniateurs de l'église romaine d'aujourd'huy luy imputant à idolatrie plusieurs pratiques au service de Dieu et spécialement l'invocation des saints. Liège, 1633. in 4. — Hoc opus in compendium redactum edidit latine ibidem eodem anno.

Præjudicia augustissima D. Augustini Episcopi, pro vera Christi Ecclesia, Una, Sancta, Catholica, Apostolica Antonomasticôs, id est Romana; Contra omnes sui nostrique Temporis Hæreticos, ac eorum Obiectiones, Calumnias, Fraudes, Violentias, Cæterosque Mores Genuinos. Ex typographia Domestica Conuentus Leodiensis FF. MM. Recollectorum, 1634. in 8. — Compendium gallicum prodiit ibidem cum titulo: *Résolution de tous les différents presens touchant la vraye Eglise de Jesu-Christ, d'où dépendent tous les autres, par son grand et incomparable Docteur, Sainct Augustin, hors de la parole de Dieu mesme.*

Exorcismes catholiques du Maling Esprit Heretique, Apparoissant en un Monstre de Mensonges et Blasphemes Auorte entre les Rabbins de Leyden. 1634. Soub le nom de Godefroid Hotton, et tiltre de Response et Apologie Contre toute la vérité publique du Faict et de la Doctrine des Conferences de Lymbourg, pour l'invocation des Saincts; Anatomizé, confit et déconfit comme un serpent long de 300 pages, en l'Antidote des sections suivantes. A Liège, de l'Imprimerie des héritiers Sauveur, 1534. in 8.

Equuleus Ecclesiasticus, Aculeatus Exorcismis XXIII, *in nequissimum Pythonem Hæreticum Samuelis Des Maretz, Pseudo-Ministri Traiectensis: Quo, ut Elyma Magus (Siriace Samuel inversus) ab Apostolo Act. 13. ita et hic Samuel subversus Tit. 3. Acriter exorcizatur, seu sub hac Exorcismorum forma, quasi sub Gehennâ torquetur, ac ore proprio conuincitur super omnibus præstigiis, veneficiis, ac nequitiis hæreticis suæ Monachomachiæ, Lucernæ sub modio, et Pseudo-Salutis Reformatorum: circa controversiam principalem de Cultu SS. et plerasque communes incidentales, sed quasdam etiam singulares*

seu

Digitized by Google

seu rarissimas. Per exorcistam Minorem, seu Ordinis FF. Minorum Strictioris Observantiæ Provinciæ Flandriæ. Leodij, Apud Joannem Van Milst Typographum Juratum prope FF. Minorum, 1635. in 8. Hæc quatuor opuscula simul collecta M. Hauzeur iterum edidit, addens:

Livre de ce Grand Docteur S. Augustin du soing qu'il faut porter pour les morts: Tres suffisant à convaincre et convertir le faussaire Ministreau Des-Marets avec tous ses complices, et Sectateurs d'opiniastreté Heretique en tous leurs erreurs; et particulierement en cest et semblaòles traicts de sa Monachomachie, ou cloacque tres puante de ses Marets propres.

Operis *Anatomia* editio parisiensis apud Michaelem Soly etc. hunc habet titulum: *Epitome operum D. Augustini Episcopi Sub duplici Tomo: Priori quidem secundum litteram seu compagem integram omnium Operum eius; per illustriora ac difficiliora Specimina singulorum: Posteriori autem, secundum spiritum, seu veritatem intentam. Circa graviores difficultates, 1. Philosophicas, 2. Biblicas, 3. Dogmaticas, 4. Scholasticas, 5. Mysticas, 6. Morales.*

Conciliationes inter Alensem, S. Bonaventuram, et Scotum cum S. Augustino (nec non *cum Sacris Conciliorum Decretis et Censuris Ecclesiæ*) reperiuntur sparsim in ipso opere *Collatio* etc.; ad calcem tomi primi extat tantum Index harum Conciliationum. Opusculum *Absolutio huius operis a variis hominum censuris* (*et concordia totius doctrinæ Augustinianæ, cum hodierna Ecclesiæ Catholicæ, contra omnes calumnias oppositas*) extat in prima operis *Anatomia* editione, et proprie ad hoc opus refertur, etsi in editione eius parisiensi omissum, e contra autem nonnullis operis *Collatio* exemplaribus annexum sit.

Veronica S. Bernardi: Abstergens eius faciem, seu totius Doctrinæ superficiem, ab omni macula vel vmbra erroris; et exprimens veram eius imaginem, seu sensum Catholicum, et Augustinianum, sine præiudicio vllius probabilis. Leodii, Apud Joannem van Milst, 1650. in 16. Maculæ, a quibus S. Bernardus in hoc opusculo abstergitur, sunt: 1. Contra veram Beatitudinem Sanctorum ante Resurrectionem; 2. Contra libertatem ordinariam Viatorum; 3. Contra vera et proprie dicta merita; 4. Contra possibilem observantiam mandatorum Dei; 5. Contra Immaculatam Conceptionem seu Animationem B. V. Mariæ.

Apologia Analogica pro vero Ordine et successore S. Francisci, ad imitationem veræ Ecclesiæ et Vicarii Christi. Contra Annales Boverij ab Ecclesia inhibitos, eorumque recens Propugnaculum. Editio secunda. Augustæ Eburonum, apud Joannem van Milst, 1653.

Alia eiusdem opera, seu verius opuscula:

Jesus seu Veritas media inter Doctores: audiens et interrogans eos, Luc. 2. De gratia et Libero Arbitrio ex Doctrina B. Augustini acrius contendentes. Ad plerasque Richardi, et quædam Vincentij Lenis. (Leodii 1648), in fol. Prodiit separatim, et etiam nonnullis operis *Collatio* exemplaribus annexum.

Correctio Fraterna Ranutii Higati Anagrammatice I. H. contra ejus commentum postea damnatum, in S. Bernardum de libero Arbitrio.

Relatio huius Causæ ad judicium Ecclesiæ.

Jesus inter Doctores, seu unitas fidei, et ecclesiæ Romanæ. Contra novam Synopsim, et Scholia cuiusdam Samuelis Des-Maretz, Professoris hæreseos Groeningæ; in Catechismum anonymum de Gratia et Libero Arbitrio. (Leodii 1653), in fol.

Reprobatio Apologiæ novissimæ Samuelis Maresii, seu Des-Marets, Professoris Primarii (pretensæ) Theologiæ, Groeningæ, 1654. Quasi Pro S. Augustino, Jansenio, et Jansenitis: contra Pontificem et Jesuitas, seu illius Constitutionem nuperam in 5. Propositiones condemnatas. Sed potius pro se suisque Calvinistis: contra verum sensum et consensum omnium fidelium; quos gloriatur se habuisse complices doctrinæ, sed nullatenus hæreticæ pertinaciæ. Tornaci 1654. in fol.

Præconia doctrinæ S. Augustini ab Innocentio I. ad X. inclusive contra calumnias Facti relatas folio sequenti. S. n. (post 26 Jan. 1655), in fol. — Est contra Samuelem Des-Marets, aliosque hæreticos.

Convictio novæ hæresis Præ-Adamitarum, eivsdemque origo a quodam Literato Calvinista, ex duplici ovo sev principio svæ prætensæ reformationis, ad salutarem eorum Correctionem. Namurci, Typis Petri Gerardi, Typographi jurati, 1656. in fol.

S. Augustini liber ad Honoratum de utilitate credendi, in vernaculam linguam versus.

Guide pour les Religieuses, in quo libro agitur de oratione vocali et mentali, de meditatione et contemplatione, de confessione et communione.

Quinquies rexit provinciam franciscanam Flandriæ, obiitque Leodii die 12 Decembris 1676 anno ætatis 87, professionis religiosæ 67.

Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas. Anvers (1885), pp. 246-256; Em. van Arenbergh, Biographie nationale de Belgique, VIII, 787-91.

1480.

MATTHIAS MEDIOLANENSIS = hunc illum existimo, quem Paulus Morigia de Nobil. Mediolan. lib. 3. cap. 30. apud Abbatem Picinellum in Athenæo Mediolanen. pag. 25. dicit *Andream*, de quo supra actum est. Opus ejus prodiit Mediolani typis Joan. Angeli Scinzenzeler in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Incipit quoddam repertorium. seu interrogatorium. sive confessionale. per venerabilem fratrem mathiam de Mediolano ordinis minorum. de congregatione beati patris fratris Amadei yspani. Compositum in loco sancte marie pacis apud Mediolanum. nuperrime congestum. In fine: *Impressum Mediolani per Johannem Angelum Scinzenzeler. Anno domini Mccccccvi. die. iiij. mensis Decembris.* in 4. Extat Romæ in bibliotheca Alexandrina. Opus 150 foliis comprehenditur et in 91 capita dividitur. — Editio anni 1507 vel alia a G. W. Panzer in suis Annalibus typographicis non indicatur.

* MATTHIAS SALODIENSIS = V. *Matthias Belintanus.*

MMDCCCXLI. 1481.

MATTHIAS SARBURG = Minor. Convent.

Anagrammata pura pro Immacul. Conceptione Deiparæ Virginis super Hymnum Te Deum, et quamdam Antiphonam S. Ecclesiæ an. 1666. habebat parata ad prelum, teste Petro de Alva col. 1034. Militiæ univ. apud Joan. a S. Anton.

Anagrammata plura... super Hymnum Te Deum laudamus et alias Antiphonas Ecclesiæ. Ita apud Petrum de Alva, l. c.

* MATTHIAS SVECUS, quem Fr. Joan. de la Haye credit ex Ordine Minorum, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. hic collocavit, et recensuit, nemo unquam antiquorum, et ante Hayam *Minoritam* dixit. Fuit præceptor *S. Bernardini* Senensis in seculo, et a sacris Confessionibus *S. Birgittæ.*

MMDCCCXLII. 1482.

MATTHIAS DE VESTIS = Apulus provinciæ S. Angeli, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum.

MMDCCCXLIII. 1483.

MATURINUS GILBERTI = provinciæ Aquitaniæ Strict. Observ. unus e XII. illis patribus, qui ineunte seculo XVI. in Americam, et ad Indos Mexicanos fidei Christianæ ampliandæ causa navigarunt; quod munus ut facilius, rectiusque adimpleret, addiscendi illius regionis idiomatis eam navavit operam, ut et cito ea in re valde doctus evaserit, et libros tam Indis, quam Hispanis utilissimos ediderit: et quamquam gravi post hac podagra vexabatur, non propterea in promovenda infidelium populorum salute destitit, quinimo tot in laboribus illos fructus animarum fertur retulisse, ut vix ea tempestate parem habuisse legatur. His itaque meritis onustus in Cœnobio S. Francisci Sinsonzæ regni Mechoacani, nunc provinciæ SS. Petri, et Pauli, infirmitate gravi illud Isaiæ Prophetæ repetens subinde: *parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis,* ex hac vita, magno populis sui desiderio relicto, ad æternam gloriam emi-

gravit

Digitized by Google

gravit, ibidem humatus apud eos, quibus charus fuit, et veluti pater venerabatur, utpote religione, et vitæ sanctimonia clarus, teste Gonzaga par. 4., et ex eo apud autorem Chron. S. Francisci par. 4. lib. 3. cap. 33., ubi perperam *Martinus* dicitur, quod occasio fuit Fr. Joan. a S. Anton. to. 2., ut bis de eo ageret pag. 336., et 356.

Doctrinæ christianæ magnum volumen etc. impressum fuit Mechoacæ in fol., teste Torquemada to. 3. Hist. prov. S. Evangelii cap. 23. Edidit etiam

Artem, et Vocabularium ad usum Indorum Grammaticorum latino sermone: quorum *Ars Grammatica* impressa fuit Mexici an. 1559. apud Ant. de Espinosa, teste August. Vetancurt in Menologio Franciscano, et addit scripsisse etiam

Dialogum inter magistrum, et discipulum, forsan *Catechismum* de rebus fidei christianæ, lingua tarascana.

Libros alios *plures* eodem idiomate tarascano scripsisse tradit cit. Torquemada lib. 20. cap. 55.

Dialogo de Doctrina Christiana, enla lengua de Mechuacan. Hecho y copilado de muchos libros de sana doctrina,... Trata delo que ha de saber creer, hazer, dessear, y aborrecer, el Christiano. Va preguntando el discipulo al Maestro... Año de 1559. In fine: *Fue impresso en casa de Juan Pablos Bressano,... con licencia del muy Illustre y Reuerendissimo Señor D. Alonso de Montufar. Arçobispo desta grande ynsigne y muy leal ciudad de Mexico. Acabose de imprimir a* xv. *dias del mes de Junio de 1559 Años.* in fol. Hoc volumen quod ex foliis plusquam 320 constat, comprehenditque opera a Sbaralea memorata 1° et 3° loco, continet etiam *Sermones in Epistolas et evangelia dominicalia totius anni* cum ipsis epistolis et evangeliis et tractatum *de tribulationibus earumque utilitate.*

Grammatica Maturini tractatus omnium fere quæ Grammatices studiosis tradi solent a fratre Maturino Gilberti minorita ex doctissimis collectus autoribus. Mexici Excudebat Antonius Espinosa. MDLIX. in 8.

Arte en lengua de Michoacan. In fine: ... *aqui se acaba el arte en la lengua Castellana, y en la lengua de Mechuacan:... con la qual se podran aprouechar della todos los que pretendieren aprender la lengua de Mechuacan: y tambien podra seruir para los Indios de Mechuacan para aprender la lengua Castellana: acabo se de imprimir a ocho de Octubre de 1558 Años.* Sine loci et typographi notis, sed Mexici per Joannem Paoli Brixianum; in 8.

Grammaticæ præcedentis Compendium.

Uocabulario en lengua de Mechuacan [y Castellana]... *Año de 1559.* In fine: *Fue impresso en casa de Juan Pablos Bressano... con licencia del muy Illustre y Reverendissimo Señor Don Alonso de Montufar Arçobispo desta grande, ynsigne, y muy leal ciudad de Mexico. Acabo se de imprimir a siete dias del mes de Setiembre de 1559 Años.* in 4.

Thesoro spiritual en lengua de Mechuacan, enel qual se contiene la doctrina christiana y oraciones para cada dia, y el examen dela conciencia, y declaracion de la missa. (México) Juan Pablos 20 Octubre 1558. in 8.

Cartilla para los niños, en lengua tarasca. En Mexico 1559. Ita Beristain. Extat etiam cum opere sequenti.

Thesoro spiritual de pobres en lengua de Michuacan. En Mexico... por Antonio de Spinosa. 1575. in 8. Præcedit opus, quod omnino differt a *Thesoro spiritual* supra notato, parva Doctrina *Cartilla,* quæ dicitur *corregida de los yerros, que en las primeras impressiones tenia.* In præfatione auctor testatur se multos utiles tractatus septem linguis scripsisse.

Evangelios en Tarasco. Ms. ex foliis constans 224, in 8 (cf. Museo Mexicano, tom. III, p. 430).

De eo consulantur in primis Marcellino da Civezza Saggio di bibliografia... Sanfrancescana. Prato 1879, n. 256; J. G. Icazbalceta, Bibliografía Mexicana del siglo XVI. Parte primera. México 1886, pp. 87-95, 205-208.

MMDCCCXLIV. 1484.

MATURINUS LE BRET = Gallus provinciæ Turonensis Lector emeritus, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post. Extat Ferrariæ in S. Francisci Bibliotheca Opus *Nicolai de Orbellis Minoritæ in quatuor Sententiarum* libros impressum Parisiis anno 1511. in 8., cujus in principio exaratum calamo, scriptumque legitur: *f. M. Lebreton;* et videtur hujus auctoris chirographum, quo lucet floruisse eum post annum 1511., vel saltem eo tempore: anno 1530. circiter dicit Joan. a S. Anton.

Lectura in 4. *libros Sententiarum.* Andegavi an. 1528. in 4. typis Richardi Picquet. Ejus *Comment. in* 3. *et* 4. *librum Senten. Scoti* habetur in Biblioth. Barberina ex illius Indice.

Lectura in 1. *et* 2. *Sententiarum* sub titulo: *Parvus Scotus Lavallensis:* idest Epitome 4. Sententiarum Scoti. Ibidem, ac eisdem typis, et Compluti an. 1527. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 355.

Fratris mathurini le bret Lectura in quattuor libros sententiarum scoti siue clauis theologie scotice seu paruus scotus lauallensis.... Uenales habentur Andegauis apud Clementem alexandre,... et Richardum picquenot huius operis impressorem. Sine anno (c. 1529); 4 par. seu voll. in 4. Ex epistola, quæ præcedit, data Lavalli a. 1528 Novembris luce prima, videtur hoc opus nunquam antea editum esse. In ea auctor, quem nihil aliud scripsisse puto *in libros Sententiarum Scoti,* affirmat annos quinque et viginti vel circa theologiam ac philosophiam scoticam perlegisse. In fine quartæ partis extat eiusdem Maturini

Expositio officii Trinitatis.

MMDCCCXLV. 1485.

MATURINUS QUADRATUS = Gallus provinciæ Franciæ, et Normandiæ, de quo Mauritius Hylaretus in sac. Ennead. Adv. hom. 25. asserit vocatum fuisse *Carrè* vulgo; nam *quarrè* gallice sonat Latinis *quadratum;* sacræque Theologiæ Doctorem, et linguæ sanctæ, sive hebraicæ cultorem extitisse.

Homiliæ XX. *in Joelem Prophetam* cusæ sunt Parisiis an. 1582. in 8. typis Michaelis Sonnii, ut est apud Joan. a S. Anton. Rodulphius lib. 3. *Homilias in Joelem* tantum memorat; et Possevinus in Appar. sac. modo sub nomine *Maturini,* et modo *Martini,* ac loco 1582. habet 1587.

Homiliæ XXIX. *in Amos Prophetam.* Ibidem an. 1587. in 8. typis eisdem.

Homiliæ XXI. *in Malachiam Prophetam.* Ibidem 1575. in 8. apud Sebastianum Nivellium.

MMDCCCXLVI.

MAURELIUS BACILERIUS Ferrariensis in vico *Ficaroli,* latine *Ficeti,* XII. ab urbe lapide sito natus Ord. Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, liberalibusque disciplinis eruditus an. 1633. Veronæ apud suos *Regentis* munere functus Philosophiam docuit testimonio Aug. Superbi tunc scribentis Historiam Conventus S. Francisci Ferrariæ, quæ ms. servatur: ediditque vulgari sermone

Orationem in funere P. M. Valentini Mandoli Ferrarien. Ordinis Carmelit. Vicarii Gen., et in patrio Gymnasio Theologiæ primarii Lectoris. Ferrariæ anno 1640. per Joseph Gironum in 4.

Atestæ an. 1644. die 5. Maji, postquam in majori illius oppidi Ecclesia *quadragesimales conciones* habuisset, decimo post die ex venefica febri ætatis suæ an. 38. decessit, humatus ibi in Ecclesia sui Ordinis ex Monumentis Tabularii sui Conventus; quod autem *Oratio* vulgata fuerit sub nomine *Maurelii Moncatini,* crediderim factum forsan, quod in eam patritiam familiam cooptatus fuerat.

MMDCCCXLVII.

Digitized by Google

MMDCCCXLVII. 1486.

MAURITIUS CENTINUS = provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor insignis, et ecclesiastes suo tempore clarus; humanioribus enim literis, in primisque poesi satis excultum testantur ejus *carmina* potissimum ea, quæ latine præfixa leguntur libro *Epigrammatum Sacrorum* Co: Galeatii Gualengi Ferrar. an. 1623. cuso, nec non *Decachordo spirit.* Aug. Superbi an. 1620. impresso. Fuit Ferrariæ in Gymnasio primum publicus Metaphysices an. 1612., deinde an. 1618. Theologiæ Professor, ibidemque S. Officii Consultor ex autore coævo Aug. Superbo in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 99.; postmodum ab Urbano VIII. an. 1626. Episcopus Massæ Lubrensis in Picentinis assumptus, inde anno 1632. ad Miletensem in Calabria Ecclesiam translatus magna et populorum ædificatione, et Ecclesiæ utriusque beneficio, atque incremento gubernavit usque ad annum 1640., quo ex hac vita decessit, ut refert Ughellus Ital. sac. to. 1. et 6., cum jam scripsisset

De laudibus Polesii Montis Asculani carmen. Bononiæ 1618. in 4. typis Sebastiani Bonomii ad Marchionem Camillum Gualengum Ferrarien.

Epigrammatum sacrorum lib. 1., quorum meminit cit. Superbus, et Theulus.

De Immortalitate lib. 1. Hujus non meminit Franchinus num. 268.

Enneas sacra ad Novenam italico sermone ex Theulo in Triumpho Seraph., ac Franchino.

Conciones in Adventu Domini italico itidem sermone ad Felicem Card. Centinum autoris patruum. Messanæ an. 1633. in 4. typis Joan. Francisci Blanci.

De Incarnatione Dominica, et de Sacramentis Opus Theologicum ad Petrum Mariam Card. Burghesium. Messanæ an. 1637. in fol. eisdem typis; quorum Opus *de Incarnatione* sæpe citat Bonav. Bellutus in suo *de Incarnatione Verbi Dei* libro; *de Sacramentis in genere, de Baptismo, et de Confirmatione* eruditissimas, et doctissimas edidisse *Disputationes* testatur ejus discipulus Modestus Gavatius in prælusione libri *de Eucharistiæ Sacramento,* quo in Opere non semel eum adducit, ejusque autoritate utitur. * *De Sacramentis in genere, Baptismo, Confirmatione, et Eucharistia; et de Incarnatione.* Messanæ an. 1639. typis Viduæ Jo: Francisci Blanci. * Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci plura ejus Opera mss. reperiuntur, videlicet

Disputationes Aristotelicæ in 8. *Physicorum libros, fr. Mauritio Centino Asculano autore.*

Liber 2. *Metaphysices Fr. Mauritii Centini;* itemque *Fr. Mauritii Centini Asculani Ordinis Minorum sac. Theologiæ Doctoris in Universitate Ferrariensi primæ philosophiæ publici Interpretis, et in Franciscano Gymnasio Regentis prælusio, et interpretatio in* 6. *Metaphysices Aristotelis:* nec non *prælusio, atque interpretatio in* 12. *Metaphysices librum.*

Mauritii Centini Asculani in Universitate Ferrariensi publici sacræ Theologiæ Professoris in 2. *Sententiarum prælusio, atque interpretatio:* non extat autem, nisi *tractatus de Angelis, de actibus humanis,* et *de virtutibus.*

Disputationes in 3. *Senten., autore Fr. Mauritio Centino Asculano;* quæ tamen exscribentium, ut puto, discipulorum incuria habentur mutilæ, et interdum fragmenta tantum.

Constitutiones Synodales multifarias edidit, quas bis Massæ, et semel Mileti Antistes magno cum populi, tum Cleri usu præscripsisse tradit proxime memoratus Ughellus.

Patruum habuit ejusdem Instituti *Felicem Centinum* S.R.E. Cardinalem, et Episcopum Mileten. in Calabria, et Maceraten. in Piceno, de quo Mattheus Ferchius ejus discipulus in *Vita Jo: Scoti* prope finem ait: *Felix Centinus S.R.E. Cardinalis Asculanus doctrina, et moribus Urbi, et orbi notissimus, qui naturalium, et supernaturalium veritatum cognitione ditatus cum Scotica subtilitate tantam integritatem memoriæ sive natura, sive industria comparavit, ut integras Scoti, et Scotistarum columnas, mirandum relatu, adamussim in disputationibus ex tempore proferret.*

Sacrorum epigrammatum liber prodiit in 4 Messanæ, secundum Phil. Vecchietti et Th. Moro (Biblioteca Picena, III, Osimo 1793, p. 197) anno 1633, secundum Petrum de Alva (Militia immacul. conceptionis V. Mariæ, col. 1034) anno 1635.

Prediche per l'Avvento del Signore, con l'Enneade sacra. Messina, 1633, in 4. Ita in « Biblioteca Picena » cit.

De Incarnatione Dominica Disputationes Theologicæ Ad Mentem Scoti. Messanæ, Apud Viduam Joan. Francisci Bianchi. M.DC.XXXVII. in fol. In hac editione tractatus *de sacramentis* non extat. De editione anni 1639 nullam notitiam alibi invenire potui.

Statuta Synodi diœcesanæ Lubrensis (primæ, ut puto) secundum Petrum de Alva (ibid., col. 1035) edita sunt Neapoli a. 1627 in 4.

Ex P. B. Gams (Series Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. 897) Mauritius Centinus translatus est ad Miletensem Ecclesiam non a. 1632, sed a. 1631, die 12 maii. Nec ab eo dissensit Ughellus (cf. Italia sacra, I, Venetiis 1717, col. 960).

* MAURITIUS GAMBARINUS = V. infra *Mauritius a Morra.*

MMDCCCXLVIII. 1487.

MAURITIUS = senior *Hibernicus* ita dictus, quod pro ea provincia receptus fuerat, uti tunc fieri de nonnullis consueverat; nam Fr. Salimbene Parmen. in Chronico ms. pag. 308. eum vocat *Fr. Mauritium Lectorem de Pruinensi tractu natum,* additque an. 1248. secum fuisse *Provini* oppido regionis Briæ in provincia Campaniæ Gallicæ, seque ab eo invitatum ad sibi opitulandum in confectione Operis *Distinctionum* pro concionatoribus: anno 1275. constitutus est *Procurator* nationis Anglicanæ in Universitate Parisiensi a Simone Card. Presbytero tit. S. Cæciliæ, et Apostolicæ Sedis Legato ex Hist. Universitatis prædictæ sec. v. ad ann. 1275. pag. 411.

Summa Distinctionum de his, quæ in Scripturis sacris continentur incip. *A. Circa abjectionem nota* etc. (non *circa objectionem,* ut habet Rodulphius lib. 3.) extat ms. in plurimis Bibliothecis Galliarum, Angliæ, et Italiæ, ut legere est apud Oudinum to. 3. Comment. ad an. 1280. in *Mauritio Hibernico;* quarum codices duo Regiæ Galliarum Bibliothecæ n. 4285., et 5674. hunc titulum ferunt: *Fratris Mauritii de Ordine Fratrum Minorum Distinctiones mille centum undecim ordine alphabetico dispositæ:* incip. *A. Circa abjectionem nota, qualiter in Scriptura sumitur* etc. Mss. habentur etiam in Anglica Biblioth. Bodlej cod. 5., et in Murbacen. diœces. Basileen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1190. *Fratris Mauritii Distinctiones rerum ordine alphabetico* mss. in Biblioth. Gemmaticensi ex Catalogo Montfaucon to.

Digitized by Google

to. 2. pag. 1212. *Dictionarium sacrum morale per Fratrem Mauritium* ms. in Biblioth. SS. Sergii, et Bacchi ex eod. pag. 1219., quod puto idem Opus; sicut et *Divisiones Mauritii super omnia fere nomina,* quod ms. habetur in Biblioth. Claromont. ex Catalogo eodem pag. 1264. Sunt hæ *Distinctiones* vocabulorum sacræ Scripturæ expositiones secundum triplicem, vel quadruplicem sensum, quo in sacris literis sumuntur, alphabetico ordine dispositæ pro concionatoribus illorum temporum admodum utiles: suntque sub litt. *A. distinctiones* 89., in qualibet autem literarum sequentium sæpius plures sunt; quod decepit nonnullos, ut existimarint, omnes has distinctiones esse 89., ut Possevinum, eique subscribentem Waddingum. Ceterum hoc Opus apparet, vel ab autore, vel ab alio interpolatum non semel fuisse: nam Asisii in nostra Conventus S. Francisci Bibliotheca, vel Tabulario mss. pergam. in 4. extant *Mauritii Distinctiones* num. 362. incipientes: *Abjicere. Est enim abjectio multiplex* etc.; finientes vero in themate *zelus,* verbisque: *in sententiæ judicialis definitione.* Ibidem alius codex ms. pergam. in 4. habetur non parum diversus a superiori incipiens: *Circa abjectionem vero qualiter in Scriptura sumi, qualiter dividi, et quæ abjicienda vobis ostendam. Circa primum nota* etc.; dividiturque in 732. distinctiones, vel themata, et finit in themate *zona: zona aurea* etc. In veteri vero hujus Conventus Bibliothecæ Inventario an. 1381. innovato 2. solario orient. notatur olim extasse *Fratris Mauritii Ord. Minorum Distinctiones* incip. *Abjectio,* et finientes: *homo toties moritur, quoties amittit suos.*

Mauritii Distinctiones citat, et adducit antiquus autor Petrus Berchorius Gallus in suo *Repertorio* Morali par. 1. v. *benedicere;* et Guido Bartholuccius Asisias Min. Conv. Theologus elaboravit *Comment. in Scriptum Mauritii de Distinctionibus,* inquit Jacobillus in Scriptor. Umbris; reapse tamen non *Commentarium,* sed partem tantummodo, nempe usque ad themata sub lit. E, vulgari curavit, et cum errore adjudicavit juniori Mauritio de Portu Fildæo, qui anno 1508., vel 1509. factus fuit Archiepiscopus Tuamensis, et sub titulo *Dictionarii sacræ Scripturæ* emisit Venetiis anno 1603. in fol. per Franciscos Matthæo Zane Patriarchæ Veneto dicati. De eo Bulæus in Hist. et Catalogo illustrium Academicor. Universit. Parisiensis.

Jac. Echard to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 484. in *F. Mauritio* tentavit hunc autorem suis accensere ex Antonio Lusitano, aliisque nonnullis sui Ordinis scriptoribus cum Pitseo, sed omnibus recentibus; affert tamen plures codices mss. solum nomen *Mauritii* referentes, unum Anglicum in Bibliothecis Anglicanis to. 1. par. 3. num. 1977. habere *de Ordine Fratrum Minorum,* alterum Venetum apud Tomasinum in Biblioth. mss. Ven. *Ord. Prædicat.;* fateturque nescire se, an manu secunda, seu recenti in hoc secundo scriptum fuerit, quod sine dubio est; nam addit extare Parisiis alium cod. ms. in Biblioth. Collegii Navarrici membr. in fol. medii seculi circiter XIV. habentem: *Explicium Distinctiones fratris Mauritii Belvacensis Ordinis Minorum:* ubi vox *Belvacensis* forsan corrupta est, vel eo in Conventu Gallico moram diu iste traxit.

Codex ms. iam 5674 bibliothecæ Regiæ (nunc Nationalis) Parisiensis, teste Jacobo Echard (qui non indicat alterum codicem 4285), habet *Dictinctiones* F. Mauritio, *nullo verbo addito,* inscriptas. Codex iam Collegii Navarrici servatur nunc in bibliotheca Mazarina, et est sæculi XIII. (Cf. Aug. Molinier, Catalogue des manuscrits de la biblioth. Mazarine, I, Paris 1885, n. 1019). Eius subscriptionem quoad Mauritii patriam cum verbis ex Salimbene a Sbaralea relatis conciliare nititur Bartholomæus Hauréau in Journal des Savants, An. 1894, p. 365, qui pag. sequenti impossibile dicit magistrum Mauricium de Hibernia *nationi Anglicorum procuratorem in Universitate Parisiensi specialiter deputatum* fuisse alicui religioso ordini addictum.

Videsis Daunou, in Histoire littéraire de la France, XXI, pp. 132-137.

* MAURITIUS HIBERNICUS JUNIOR = V. *Mauritius de Portu Fildæus.*

MMDCCCXLIX. 1488.

MAURITIUS HYLARETUS = edidit etiam gallico idiomate

Opusculum de non ineundo a Catholicis cum hæreticis mulieribus conjugio, quod ipsemet citat in sac. Ennead. Adv. homil. 36., et ult. cap. 1. De eo Possevinus in Appar. sac., a quo Waddingus accepit, Bartholomæus Laurentius in indice AA., qui de Prædicat. S. Jacobi in Hispania scripserunt, Carolus Sausseyus lib. 16. Annal. Eccles. Aurelian. num. 8., et alibi, et post hos Joan. a S. Anton. to. 2.

Sacræ Decades Quinquepartitæ, Conciones Qvadragesimales atque Paschales, nvmero quinquaginta, varia et rara, rerum ac verborum suppellectile apparatas instructasque complectentes:... Collectore F. Mauricio Hylareto, Franciscano, Engolismensi, S. Theologiæ Doctore Parisiensi, necnon Almæ prouinciæ Turoniæ Exprouinciali: atque apud Aurelios, Ecclesiaste ordinario. Parisiis, Apud Sebastianum Niuellium,... M.D.LXXXVII. voll. 2 in 8; Lvgdvni, Apvd Hæredes Gvlielmi Rovillii,... M.D.XCI. voll. 2 in 8. Præcedit Fr. Joannis du Dovet ad lectorem epistola, in qua narratur Mauritium natum esse a. 1539 septembris die 7ª; a. 1552 regulam S. Francisci solemniter esse professum; Parisiis philosophiam et theologiam edoctum, eas scientias ab a. 1562 ad 1571 ibidem docuisse; a. 1566 in provincialibus comitiis Castroduni celebratis imparatum de sacerdotio Melchisedech atque augustissimo Missæ sacrificio cum calvinista prædicante Godet publice disputasse victoremque evasisse; lauream magistralem in theologica facultate a. 1570 consecutum, anno denique 1582 mense octobri provinciæ Turoniæ ministrum electum esse. Eædem conciones prodierunt gallice cum hoc titulo: *Sermons catholiques pour tous les jours de Caresmes et festes de Pâques, composez premièrement en latin, par frère Maurice Hylaret Cordelier, Docteur en S. Théologie à Paris, et Prédicateur ordinaire à Orléans.... nouvellement mis en françois par Jean Moynet, advocat au siège présidial d' Orléans.* A Paris, chez Ambroise Drouart, MDLXXXIX. voll. 2 in 8.

Sacræ Enneades Adventvales, nvmero qvatvor, homilias sex et triginta in vniuersum complectentes: Ex quibus septem et viginti priores, Diuini vatis Joëlis integram exponunt prophetiam, accommodatis singulis Prophetæ capitibus, tribus numero, totidem sacris Enneadibus: Nouem verò posteriores Homiliæ, Dominicarum, ac præcipuorum Aduentus temporibus occurrentium Festorum, explicationem continent. Auctore R. P. F. Mauricio Hylareto.... Parisiis, Apud Sebastianum et Robertum Niuellios,... M.D.LXXXVII. in 8; Lvgdvni, Apvd Hæredes Gvlielmi Rovillii.... M.D.XCI. in 8.

Deux Traitez ou opuscules, l' un en forme de remonstrance, De non conveniendo cum Hæreticis; l' autre par forme de conseil, De non ineundo cum muliere Hæretica a viro Catholico canjugio. Par F. Maurice Hylaret,... Orléans, Oliv. Boynard, 1587. in 8. (Du Pin, Table universelle des auteurs ecclesiastiques, I, Paris 1704. coll. 1417-18; Pérennès Fr., Dictionnaire de bibliographie catholique, I, Paris 1858, col. 793.)

In qvinqvaginta dvarvm dominicarvm totivs anni evangelia, qvæ ivxta sanctæ Rom. Ecclesiæ, vsum, leguntur, Homiliæ: nunc primum in lucem editæ: ac in Thessaradecadas quatuor facili methodo distributæ, et in duos Tomos partitæ. Auctore F. Mavricio Hylareto.... Parisiis, Apud Clavdivm Chappelet,... M.DC.IIII. voll. 2 in 8, quorum primum tamen foliis 1-116 continet novem posteriores homilias operis « Sacræ Enneades Adventuales », a folio vero 174 ad finem undecim conciones editas in opere « Sacræ Decades ».

Obiit

Digitized by Google

Obiit Mauritius Hylaretus a. 1591 decembris die 30. Aurelianenses ei statuam posuisse, quod Waddingus probabiliter hausit ex Henrico Willot (Athenæ orthodoxorum Sodalitii Franciscani, Leodii 1598, p. 268), non omnino certum videtur.

Cf. præter Jo. du Dovet: Tombeau du Vénérable Père en Dieu Maurice Hylaret. Orléans, Saturnin Hotot, 1592, 84 pp. in 8; Anniversaria oratio Mauricii Hylareti Engolmensis, doctoris theologi celeberrimi, Ordinis S. Francisci, vitam et mores atque etiam quemdam in hæreticos et schismaticos excursum continens. S. l., 1593, pp. 103 in 8 (auctore Joanne Landré medico); Niceron, Memoires pour servir a l'histoire des hommes illustres dans la republique des lettres, XVIII, Paris 1732, pp. 263-269; P. Feret, La faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres. Epoque moderne. II, Paris 1901, pp. 239-244; Fr. Antoine de Sérent, in Études Franciscaines, XV, Paris 1906, pp. 422-442.

MMDCCCL. 1489.

MAURITIUS DE MORRA = *Gambarinus* cognomento ex Morra Astensis diœcesis oppido Theologus, et concionator verbi Dei non ignobilis, hæreticorum vero acer oppugnator a Clemente VIII. Tononensi in Sabaudia Catholicæ Missioni præfectus est, ut habet And. Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., de quo legendus etiam Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor., ubi scribit obiisse eum devotissime an. 1613.

Catechismus, seu *doctrina christiana* cusa est etiam anno 1607. Præterea scripsit

Commentarios in 4. *libros sententiarum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ* ab eodem explicatos Genuæ in Conventu S. Barnabæ an. 1595., qui mss. habentur in Biblioth. Conventus Immacul. Concept. Capuccinor.

MMDCCCLI. 1490.

MAURITIUS DE PORTU FILDÆUS = anno 1488. constitutus Mediolani Studiorum sui Ordinis Regens legitur in Actis mss. Capituli Gen. Cremonæ habiti; et anno 1491. Regens Patavii ex Actis Capituli Gen. Asisii eo anno a Ministro Generali Francisco Samsone convocati, præceptorque fuit præ ceteris *Hieronymi Gadii* Philosophi, Theologique præstantissimi. Præcipuum autem ejus Opus est

Expositio in Quæstiones Dialecticas Jo: Scoti super Porphyrium incipiens: *Quia intentio præsentis lucubrationis* etc. facta *Patavii,* dum ordinarie sacram Theologiam profiteretur; finita vero *Ferrariæ* die 27. Augusti 1499., uti legitur in fine codicis nostræ Biblioth. Bononien. impressi Venetiis an. 1519. in fol. per HH. Octaviani Scoti, et antea anno 1500. per Simonem de Luere. * *Expositio in Quæstiones dialecticas* etc. castigata per Fr. Benedictum Bencovich Dalmatam Regul. Observ. prodiit et Papiæ anno 1520. in 8. typis Jacobi Paucidrapii. *

Commentarios alios super Quæstiones præfatas Universalium Scoti se edidisse legimus in epistola ad lectorem superiori *Expositioni* præfixa, ubi hæc habentur: *Commentarii nostri, quos super Quæstiones Joannis Scoti superioribus annis emisimus, enimvero non fuissent tot exemplis editi, nisi me Xantus Maurus Venetæ Reipublicæ ornamentum, ac omnium virtutum specimen impulisset: is quidem me ut præceptorem veneratur* etc. *Illi itaque labores nostros iam pridem (ut sole clarius patet) dedicavimus. Nunc autem quoniam omnibus quoad posse facere satis exoptamus, alios Commentarios super eamdem Lectionem exaramus; non quod eorum jam impressorum me autorem extitisse pœniteat* etc.; *verum quia pinguiorem sapiunt doctrinam...* Et paulo post: *Suscipe igitur, Lector, et has et illas accuratissimas lucubrationes in unum collectas* etc.

Epithomata, seu castigationes in theoremata Scoti: nec non *in ejusdem tractatum de primo principio*: et

Castigationes in quæstiones Metaphysicales Scoti ad Antonium Trombettam *Theologorum maximum* ejusdem Instituti cusæ in fine præfatorum Scoti Operum Venetiis an. 1497. in fol. per Bonetum Locatellum, mox anno 1499. in 4.; exinde an. 1625. in fol. cura Hugonis Cavelli; tandem Lugduni an. 1639. in nova Operum Scoti editione opera PP. Hibernensium to. 3., et 4. in fol.

Epitomata ejus in Formalitates Scoti cudi curavit Lucas Panetius Olchinensis ejus discipulus cum aliorum in easdem *Scoti formalitates* animadversionibus Venetiis an. 1514., et 1522. in fol. per Lucam Anto. Juntam.

Universam Scoti Logicam notis illustratam; nec non *Librum Anton. Andreæ super sex principiis Gilberti Porretani* vulgavit Venetiis an. 1508. in fol. per Bonetum Locatellum; iterumque anno 1519.

Tractatum de modis significandi, seu Grammaticam speculativam Scoti recognitam emisit ad calcem suæ *Expositionis super Universalia Scoti* proxime relatæ.

De definitionibus Formalitatum Scoti Opusculum prodiit Parisiis 1605. in 8. in Gymnasio Speculativo Aug. Gothutii clas. 4.

Libros 4. *Sententiarum scripti Oxoniensis Scoti* castigatos edi curavit Venetiis an. 1506. in fol. typis Simonis de Luere.

Reportata Scoti non a *Mauritio* recognita sunt, sed a *Joanne Majori* Scoto Doctore Parisiensi; decepit enim Waddingum Possevinus in Appar. sac. v. *Mauritius Hibernicus.*

Expositionem Antonii Andreæ in Metaphys. Aristotelis castigavit, notisque illustratam primus sub nomine *Joan. Scoti* publicavit Venetiis anno 1501. in fol. per Bonetum Locatellum, de qua dictum est supra in *Joanne Duns Scoto.*

Comment. Francisci Mayroni in 4. *Sententiarum libros, ejusque Quolibeta* expurgavit, vulgavitque Venetiis anno 1504.; et postea ibidem prodierunt an. 1519. in fol. per Lucam Antonium.

Tractatum Stephani Brulefer de Formalitatibus Scoti castigavit, et novis additionibus illustravit, vulgavitque Venetiis an. 1505. in fol., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 358.

Dictionarium sacræ Scripturæ a Guidone Bartholuccio Asisiate tunc Venetiis *Casuum Conscientiæ publico Professore* an. 1603. vulgatum, et huic *Mauritio* perperam adjudicatum, est pars *Summæ Distinctionum* senioris Mauritii Hibernici, cum incipiat: *Abjectio. Circa abjectionem nota, qualiter in Scriptura sumatur:* quod est initium *Summæ Distinctionum* juxta veteres mss. codices a me inspectos.

Librum Distinctionum, quem nunc dixi pertinere ad antiquiorem *Mauritium Hibernicum,* de quo supra, Rodulphius primum lib. 3. *Mauritio* juniori adjudicavit.

Compendium veritatum 4. *librorum Magistri Senten.* versu hexametro non prorsus leonino dicitur ab eo recollectum, et castigatum, non autem compositum, idque anno 1505. Patavii, dum ibi lectio-

nes

Digitized by Google

nes Mauritius haberet; incipit: *Veteris, ac novæ legis* etc. *Res, et signa* (rei) *sunt doctrinæ duo membra: Rem voco nil signans: Signum rem significantem.* Prodiit Venetiis an. 1505. in 4. typis Simonis de Luere ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 358., et to. 3. pag. 11. Biblioth. Francisc.

Enchiridion fidei prodiit Venetiis expensis Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum in 4., non an. 1591., ut ait Waddingus, et Joan. a S. Anton., neque 1541., ut Franchinus in Biblios. num. 269., non advertentes *Octavianum Scotum*, cujus sumptibus Opus editum est, jam an. 1515. obiisse; sed an. 1509., ut etiam habet Possevinus in Appar. sac., die 23. Novembris ex cod. Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum Romæ, ubi Mauritius jam dicitur *Archiepiscopus Tuamensis;* unde liquet assumptum eum ad eam dignitatem ante annum 1510.; nec est Opus diversum ab *Epitomatis de rerum contingentia, et divina prædestinatione, ac præscientia,* ut putavit Joan. a S. Anton.

Interfuit *Mauritius* Lateranen. Concilio an. 1512., annoque insequenti ex hac vita migravit *Galviæ,* vulgo *Galwai,* nobili Hiberniæ portu, Emporioque ad Occidentem insulæ Tuamensis diœcesis.

Veritates seu Conclusiones vel theoremata de mente Subtilissimi doctoris Joannis duns ordinis Minorum Scoti. lucubrationibus Fratris Mauricij de Portu Hibernatis: ... Venetiis per Lazarum de Soardis Die 6. Martij. 1514. in 8. Ultimum Mauritii opus ab eo dicatum Emanueli regi Portugalliæ epistola data Ulixbonæ 15 Octobris 1512, continens 540 conclusiones theologicas, metaphysicas atque naturalis philosophiæ ex Scoti operibus deductas.

Lectura in quæstiones Joannis Scoti super Isagogis Porphyrii seu *Expositio in quæstiones dialecticas Joannis Scoti* prodiit a. 1500 addita ipsis Scoti quæstionibus. Edita est etiam: Venetiis mandato et expensis heredum Octaviani Scoti quinto kal. aprilis a. 1504 in fol. impressa per Bonetum Locatellum; Venetiis sine typographi nomine sed per Philippum Pincium a. 1512 die 30 decembris in fol.; Venetiis mandato et expensis heredum Octaviani Scoti ac sociorum quinto Maii M.D.XIX. in fol.; et in « Joannis Duns Scoti Opera omnia. » I, Lugduni 1639, pp. 433-626.

Scoti Quæstiones in metaphysicam (ll. I-IX) *Aristotelis, de primo principio tractatus* atque *theoremata,* edita Venetiis mandato et expensis Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum a. 1497 duodecimo kalendas Decembris in fol., a Mauritio recognita sunt, qui addidit in fine (foll. 99-131) *Epitomata castigationum conformitatum atque elucidationum in eadem opera.* Recusa sunt omnia secundo « Venetiis expensis Andree de Asula per Joannem Hertzog de Landanu 1499. Tertiodecimo Kalendas Septembris. » in 4.

Formalitates [Antonii Sirecti] *de mente doctoris subtilis Scoti. nec non Stephani Burlifer cum nouis additionibus et concordantiis magistri Mauricii hibernici in margine. decorate.* (In fine:)... *Uenetijs impresse in contrata sancti Cassiani per Simonem de Luere. 14. mensis decembris 1051.* (sic) *Sub principe domino Leonardo Lauredano.* in 4. Præcedunt nonnulla Mauritio auctore, qui textum utriusque operis emendavit, pro ampliori declaratione terminorum in sequenti tractatu Formalitatum, eadem quæ Sbaralea vocat *Epitomata,* eademque quæ Aug. Gothutius edidit a. 1605 cum titulo « De definitionibus Formalitatum ». Aliæ editiones: a) Magistri Antonij Trombete in tractatum formalitatum Scoti sententia. Formalitates Antonij syreti de mente eiusdem Scoti. nec non stephani burlifer cum nouis additionibus et concordantiis magistri Mauricij hibernici in margine decorate. [Venetiis] Bonetus Locatellus impressione compleuit a. 1502. 6° idus Aprilis mandato et expensis heredum q. ... Octauiani Scoti. in fol. (sequitur alium tomum Antonii Trombetæ opus in metaphysicam Aristotelis continentem); - b) Insigne Formalitatum Opus de mente Doctoris Subtilis vna cum Editione subtilissima ... Antonij Trombete: adiunctisque resolutissimis Celeberrimi Tuanensis [sic] Archiepiscopi Mauritii: necnon... Antonij de Fantis Taruisini Annotationibus... par. 2 in fol., cum subscriptione in 1ª parte, in qua Mauritii opus reperitur: Uenetiis mandato et expensis heredum q. ... Octauiani Scoti Modœtiensis: et sociorum. Anno.... 1516. Die. 20. Mensis Januarij. in fol. - c) Formalitates Scoti. Excultum Formalitatum opus de mente et intentione doct. subt. Una cum Mauritii hibernici ac Steph. Burlifer epithomatibus. Nec non profundissima secundum sententiam Antonii Trombete Patavini expositione. Resolutissimisque eiusdem Mauritii annotationibus ac Antonii de Fantis glossis. [Cura Lucæ Panetii.] Uenetiis expensis.... Luce antonij Juncta A. 1525 vigesima luce septembris. in fol. - d) Qvinqve illvstrivm avctorvm Formalitatum Libelli. Nempe Antonij Syrecti, cum annotationibus Mauritij. Stephani Burlipheri. Mauritij Hibernatis. Antonij Trombetæ, et Laurentij Brixiensis. Venetiis, Apud Franciscum de Franciscis Senensem. M.D.LXXXVIII. in 8.

Quæstiones Scoti super Universalibus Porphyrii, libris Prædicamentorum, Perihermenias et Elenchorum Aristotelis, item *quæstiones Antonii Andreæ super libro Sex principiorum Gilberti Porretani* a Mauritio de Portu hibernico correctæ notisque illustratæ impressæ sunt primum Venetiis sumptibus Andreæ Torresani de Asula per Simonem de Luere a. 1500 in fol., tertio ibidem per Philippum Pincium Mantuanum a. 1512 in fol., quarto (ut videtur) ibidem mandato et sumptibus heredum Octaviani Scoti et sociorum a. 1520 in fol. *Quæstiones Scoti super libris Priorum et Posteriorum Analyticorum Aristotelis* Mauritius notis non illustravit, atque utrum emendaverit incertum est.

Scoti Tractatus de modis significandi seu Grammaticæ speculativæ edente Mauritio Hibernico prodiit primum, cum eiusdem Mauritii Lectura in quæstiones Scoti super Isagogis Porphyrii, Venetiis mandato et expensis heredum Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum quinto kalendas Aprilis 1504 in fol., præmissa Mauritii epistola ad lectorem, in qua non dicit se eum Tractatum recognovisse, sed tantum libellis suis inseruisse, ut suas vigilias aliqua coronide exornaret. Prodiit deinde, cum eadem Lectura, ibidem sine typographi nota (per Philippum Pincium) a. 1512 die 30 Septembris in fol.; ibidem, mandato et expensis heredum Octaviani Scoti ac sociorum, quinto Maii M.D.XIX. in fol.

Scoti Opus Oxoniense in 4 libros Sententiarum secundum recognitionem Mauritii Hibernici impressum est et Venetiis sumptibus hæredum q. Octaviani Scoti et sociorum a. 1522 in fol.

Expositio Antonii Andreæ in XII *libros metaphysicæ Aristotelis* a Mauritio Hibernico castigata et notis illustrata prodiit etiam Venetiis impressa per Simonem de Luere iussu Andreæ Torresani de Asula 6 Maii 1508 in fol.

Francisci de Mayronis Scriptum in 4 libros Sententiarum et Quodlibeta a Mauritio Hibernico castigata notisque in margine illustrata prodierunt primum Venetiis mandato et expensis heredum q. Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum partibus 5 in fol. 3° kal. Augustas 1504, 1505 14 kal. maias, 1506 Sexto kal. Junias, 1507 die 24 novembris, 1507 (probabiliter more veneto) die III febr. Iterum, Uenetijs, mandato et expensis Luceantonij de giunta... 1519 die. 8. mensis Nouembris. vol. 1 in fol.; tertio, Uenetiis, mandato et expensis heredum quondam Octauiani Scoti. A. 1520. Die 7° Aprilis. vol. 1 in fol.

Enchiridion fidei lucubrationibus Mauritii de Portu hibernici ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici impressum est antea Venetiis per Simonem de Luere a. 1505. Huic editioni inesse puto *Compendium veritatum 4 librorum Sententiarum,* ut inest Enchiridii editioni anni 1509, ubi dicitur recollectum a 1505 die 16 aprilis.

MMDCCCLII.

MAURITIUS SERRALIA a Monteregali, vel Montevico, vulgo *Mondovì* in Subalpinis, ac Pedemontana regione Regul. Observ. edidit

Compendium Summæ Angelicæ. Cunei an. 1628. per Christophorum Strabellam, teste Andrea Rossotto in Syllabo Script. Pedemont., a quo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 358.

Alius *Mauritius Pinaroliensis* ejusdem regionis Min. Conv. sac. Theol. Magister eodem tempore invenitur bonis literis excultus, ejusque *versus latini* leguntur in fronte primæ partis *Summæ Theologicæ* ab Angelo Vulpe editæ, et Neapoli anno 1620. [corr. 1622.] excusæ.

MMDCCCLIII.

MAURUS NOLANUS provinciæ Neapolitanæ Regularis Observ. edidit italico sermone dilucidam

Expositionem

Digitized by Google

Expositionem Orationis Dominicæ. Neapoli anno 1610. typis Joan. Dominici Roncaglioli, teste Joan. a S. Anton. in Append.

Opus in *orationem dominicam* ex duabus partibus constat, quarum prima eiusdem expositionem continet, altera methodum facilem docet ex ea meditandi. Hæc altera pars, quæ extat Romæ in bibliotheca Alexandrina prodiitque cum titulo *Oratione dominicale Esposta per il R. P. F. Mauro da Nola franciscano Osser: a comune beneficio di persone diuote. In Nap: per Gio: Domenico Roncagliolo.... 1610.* in fine: *In Napoli,.... 1709.* (sic), in 8, edita est a fr. Laurentio Romano, qui in epistola dedicatoria data die 17 augusti a. 1610 ait eam, ab auctore morte præveniente imperfectam relictam, a se completam esse.

MMDCCCLIV..

MAURUS SARACENUS Forosemproniensis Picenæ provinciæ Min. Conv. Ordinem ingressus ætatis suæ anno XIII., salutis vero reparatæ 1553., quippe ex nobili familia natus anno 1540.; optimos sortitus est præceptores, sub quibus ita profecit, ut an. 1559. Asisii in Generalibus Comitiis Ordinis annos natus XIX. *Theses* 738. problematice doctissimorum quorumcumque usque ad stuporem propugnaverit. Rectis exinde Florentino, Mediolanensi, Bononiensi, Neapolitano, Patavinoque Gymnasiis maxima cum laude, an. 1578. eligitur Gen. Ordinis Procurator; plurimis enim callebat linguis, ut gallice, hispanice, germanice, et polonice concionaretur; latine vero, græce, hebraice, chaldaice, et arabice disputaret. Ex disciplinis paucas omisit, quas saltem non delibasset; artem dicendi, poesim, Algebram, et Opticam, Geometriam, Astronomiam, Musicam, et Medicinam apprime tenebat. Hinc Vicarius Gen. an. 1580., paulo post. Visitator Gen. provinciarum Siciliæ, et Gallicarum an. 1583. Parisios deventus constituitur illa in Universitate *Sacræ Scripturæ Lector* lingua hebraica, ubi et *Magni Conciliatoris* nomen acquisivit. Inde ad Polonos, Lithuanosque transiens Wilnæ supra hominem labores sufferre coactus est cum instruendis Catholicis, tum confutandis hæreticis, quibus civitas haud parum laborabat; quorum pluribus, illorum vel signifero ad Romanam, Catholicamque Ecclesiam adductis, interim sæviente peste, dum omnibus in Xenodochiis opem ægris ferret, Sacramenta administraret, omnibus omnia esse vellet, meritis, virtutibusque plenus ad Deum emigravit die 22. Octobris an. 1588. ætatis suæ 48. ibi nobili elatus funere, et apud suos humatus, illustri ei apposito *epitaphio.* Plurima scripsit vir undequaque doctissimus tam brevi temporis spatio, tantisque occupationibus, ut vix credi possit. Sunt autem

Concilium Theologorum in primum, et 2. *Senten. lib. ad M. Ant. Columnam Siciliæ Proregem:* extatque Romæ in Biblioth. Columnensi.

Expositio in primum sententiarum publice habita Neapoli.

Altera Expositio in 1. *Senten. Scoti habita Wilnæ in Lithuania apud suos.*

Compendium totius Theologiæ.

Tractatus de scientia demonstrativa. Item *Quæstiones Rhetoricæ.*

In octo libros de physico auditu.

Tractatus physicus de iis, quæ fiunt in aere, mineralibus, et mari; fluxu, refluxu, salsedine etc.

Compendium physicum in tria Commentaria distinctum; in quorum primo agitur de causis rerum naturalium; in 2. de effectibus naturalibus generatim; in 3. de corporibus naturalibus, et speciatim de cœlo, elementis, mixtis etc. impress. Lutetiæ Paris. an. 1586. apud Jacobum de Puis in 4.

Tractatus philosophicus de anima.

In 12. *libros Metaphysicorum.*

Philosophia moralis.

De modo conciliandi opiniones diversas tam in Philosophia, quam in Theologia.

De modo interpretandi sacram Scripturam.

Quæstiones scripturales in sex prima capita Genesis.

Centum quæstiones in librum Job.

Expositio in canticum Moysis.

Expositiones supra vigintiduos psalmos.

Moralitates in Psalterium Davidis.

Expositio in Oseam Prophetam.

Glossemata in Evangelium Joannis.

Opus varium PERIPETASMATON inscriptum.

De autoritate Summi Pontificis.

De hæresibus cognoscendis, et distinguendis.

Conciones quadragesimales italico sermone.

Homiliæ tres habitæ Romæ coram Gregorio XIII.; quarum eam Dominica 2. Adventus an. 1580. recitatam, ob quam Maurus male audiit, vulgatam legimus apud Franchinum in Biblios. num. 270. pag. 481.

Apologetica epistola oblonga pro dicta sua Homilia legitur fere integra apud cit. Franchinum pag. 448. et seqq., apud quem et plura de hoc viro legi possunt; scirique hujus Opera recensita partim haberi Forosempronii in Tabulario ipsius urbis mss., partim vero alibi apud diversos. Mentionem hujus habet et Rodulphius lib. 2. fol. 258. in Custodia Fanensi, locoque Forosempronii, et Aug. Superbus sæpecitatus in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 137. append., et Jacobus Laurus in Hist. Forosempron. an. 1635. Romæ publicata, qui Maurum vocat Ord. Min. Convent. singulare decus, suique temporis Theologorum omnium præstantissimum, prædicatorem Apostolicum, Operibus editis, et mss. abunde notum; eumque Wilnæ defunctum magna sanctitatis fama, luminibus etiam, votisque populorum veneratum.

Compendivm physicvm in tria commentaria distinctum, quorum.... Tertivm de corporibus speciatim, de cœlo, de elementis et mixtis. Avctore F. Moro Saraceno à Foro Sempronij ordinis mino. Conuent. Lvtetiæ, Apud Jacobum Dv-Pvys, sub signo Samaritanæ, 1586. in 8. Extat Romæ in bibliotheca Alexandrina.

MMDCCCLV. 1491

MAURUS DE VALENTIA = Hispanus Minor. Capuccinor. provinciæ Valentinæ alumnus, concionator Regius, ac magni nominis, sacræque Theologiæ professor egregius vulgavit hispanice

Sermones varios de Sanctis, et præcipue de SS. Teresia, Ignatio Loyola, Francisco Xaverio, Philippo, et Isidoro a Gregorio XV. canonizatis. Matriti an. 1625.

Orationem funebrem pro Serenissima Domina Margarita Austriæ. Ibid. an. 1626.

Panegyricam orationem de S. Teresia a Jesu. Ibidem an. 1627. in 4. ex Typographia Regia.

Conciones quadragesimales. Ibidem an. 1637.

Obiit in patria anno 1637. die 24. Januarii, de quo præ ceteris autor Bibliothecæ Capuccinor., et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 359.

MMDCCCLVI. 1492.

MAXIMIANUS BENIAMUS = non *Maximilianus Beniaminus*, ex oppido Cotonei in agro Laudensi

Digitized by Google

densi natus, et Cœnobio Cremensi Min. Convent. provinciæ Mediolan. aggregatus Patavii præceptorem sortitus Hieronymum Girellum ejusdem Instituti Philosophum, Theologumque præstantissimum, cui vita functo Patavii elegantem, lapideamque memoriam erexit; eos doctrinæ fructus reportavit, ut brevi sacræ Theologiæ Doctor, et ecclesiastes illustris haberetur; Bononiensis provinciæ præfecturam gesserit; contra hæreticam pravitatem non in Tuscia, sed Adriæ primum, postea Patavii Inquisitor extiterit; quo munere interfuit Tridentino Concilio uti *Orator Religionis* ex catalogo dicti Concilii; in quo anno 1561. pro concione dixit; typisque extat ejus

Oratio habita ad Patres Concilii Tridentini in Dominica 2. *Adventus* incip. *Quam bene sperandum* etc., *de summa Dei benignitate, et providentia* impres. Patavii an. 1562. in 4. per Gratiosum Perchacinum ex Ind. Biblioth. Bononien. S. Francisci; deinde Lovanii an. 1567. in fol. cum illis aliorum ex Miræo in Auct. Script. Eccles. sec. XVI. n. 76.

Anno 1585. creatus Episcopus Clodiensis ibi decessit an. 1601. die 10. Martii ex Ughello to. 5. Ital. sac.; de eoque et Rodulphius egit lib. 2. fol. 273. in Cust. Brixien., Ant. Guerrescus in Summa Pœnit. die 3. pag. 22., Marcus Scarsella epist. Summæ casuum conscien. præmissa, Felix Ciatti, et Franchinus in Biblios. num. 266., et ante omnes Rodulphius lib. 3. fol. 329., et nuper Joan. a S. Anton. to. 2.

Oratio habita ad Patres Concilii Tridentini primum, ut videtur, prodiit Ripæ Ad instantiam Petri Antonii Alciatis. M.D.LXII. foll. 4 in 4; et ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici etiam Romæ eodem anno. Reperitur: in « Concilium Tridentinum », Lovanii 1567 in fol., pp. 178-181; in « Sacrosancti et œcumenici Tridentini Concilii Canones et decreta.... opera et studio Philippi Labbe », Lutetiæ Parisiorum MDCLXVII in fol., coll. 502-506; in « Sacrosancta Concilia studio Phil. Labbei et Gabr. Cossartii » to. XIV, Lutetiæ Parisiorum 1672, coll. 1221-1226; in « Sacrosancta Concilia.... curante Nicolao Coleti, to. XX, Venetiis 1733, coll. 497-502 (qui tomus adamussim recusus est in Continuatione Collectionis Conciliorum Joannis Dom. Mansi Parisiis a. 1902); apud Judocum Le Plat, Monumentorum ad historiam Concilii Tridentini potissimum illustrandam amplissima Collectio, I, Lovanii 1781, pp. 269-274. Incipit: *Quam bene sperandum sit.... quamque prolixe de amplissima Servatoris nostri benignitate, et clementia.*

MMDCCCLVII. 1493.

MAXIMILIANUS LENGLEZ = Belga Recollectus prov. Flandriæ Minister sermone patrio vulgavit

Scholam B. Mariæ Virginis. Montibus an. 1636. in 8. apud Franciscum de Waude.

Maternalia consilia Virginis Mariæ sub tit. *Boni Consilii* honoratæ an. 1652. in 16. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 360.

Natus est Nivillæ in Brabantia, fuit definitor et custos provinciæ Flandriæ, obiitque Lugani in ducatu Mediolanensi a. 1651.

L'Escole de la vierge Marie, en laquelle elle enseigne l'art de l'aimer, servir et imiter ses vertus.... à Mons, de l'Imprimerie François Waudré, à l'Enseigne de la Bible. 1636. in 8; — *seconde édition, revue et augmentée par l'auteur de plusieurs nouvelles et rares choses.* A Namur, chez les PP. Récollets. MDCLII. Fortasse alterum opus a Sbaralea ex Joanne a S. Antonio auctori nostro tributum idem est atque hæc editio, vel eius pars.

MMDCCCLVIII. 1494.

MAXIMILIANUS VOLATERRANUS = *Maximianus* dicitur a Rodulphio lib. 3., a quo alii acceperunt.

MMDCCCLIX.

MAXIMUS DE GUECHEN Gallus prov. Lugdunen. Min. Capuccin. Geometricis facultatibus excellens jussu sui Superioris delineavit, et sculpsit

Geographicam descriptionem omnium Provinciarum, et Conventuum Familiæ Capuccinorum secundum veram illorum distantiam, servata etiam climatum constitutione. Romæ anno 1643. in fol., et Taurini an. 1649., teste autore Biblioth. Capuccinor., et ex eo Joan. a S. Anton., et mirum esse potest, Waddingum tunc Romæ degentem, et scribentem istum latuisse, aut omisisse.

Hic auctor tum a Dionysio Genuensi tum a Bernardo a Bononia *Maximinus* vocatur; socios operis (*Chorographica*, non Geographica, *descriptio* etc.) habuit fratres Bernardinum Burdigalensem et Ludovicum a Monteregali.

MMDCCCLX.

MAYNARDI Ordinis Minorum Summa de jure Canonicorum ms. extat in Gallica Biblioth. Franciscanorum Cadoment. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1364., ubi legendum puto *de jure Canonico.* Porro *Cadomet,* vulgo *Caen* est in Normannia inter Rothomagum, et Bajocas non procul ab hac secunda, teste Baudrand in Diction. Geograph.

MMDCCCLXI.

MELCHIOR AB ANGELIS Hispanus edidit sermone vernaculo

Conciones varias; ejusque *Sermo de fide* citatur a Fr. Anton. Daza apud Petrum de Alva col. 1043. [reapse 1044] Militiæ univ., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCLXII. 1495.

MELCHIOR ANTUERPIENSIS = de quo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1342. num. 49., Lasor to. 2. pag. 423.

MMDCCCLXIII. 1496.

MELCHIOR DE CETINA = scripsit hispanice ad Margaritam Austriacam Hispaniarum Reginam; qua lingua edidit etiam

Exhortationem ad devotionem Dominæ nostræ V. Mariæ cum nonnullis exercitiis devotis in gratiam Servorum ejusdem Virg. Mariæ cum ejus Litaniis specialibus. Compluti 1618. in 8. typis Viduæ And. Sanchez de Ezpeleta ex Biblioth. Hispan. pag. 98., et Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXIV. 1497.

MELCHIOR FLAVIUS = ex illustri familia Tolosana; factus est *Commissarius Generalis* Germaniæ superioris a Joan. Calvo Gen. Ministro Observ. Regul., quemadmodum scribit Franciscus Gonzaga par. 3., ubi non dubitavit literis tradere, eum sanctimonia vitæ fulsisse, ac prophetiæ spiritu decessisse in patria in Conventu S. Mariæ Angelorum humatum prope *Oliverii Maillardi* tumulum signis etiam a Deo illustratum.

De regno Christi etc. prodiit primum Parisiis an. 1566. in 4. m. apud Petrum Huiller hoc tit. *Epitome omnium Christi mysteriorum, et Summa totius sacræ Scripturæ,* teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Resolutiones in 4. *libros Senten. Scoti* vulgavit primum Fr. *Joan. Forsanus* Minorita sac. Theologiæ

Digitized by Google

logiæ Parisiis studens an. 1579. in 8. Arnoldo Pontaco Episcopo Vasatensi nuncupatas typis Guillelmi de la Noüe; postea *Salvator Bartholuccius* Asisias Min. Conv. Venetiis an. 1580. in 8. apud HH. Sessæ cum ipsis Scoti libris in 4. Sentent.; extat utraque editio Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

De statu animarum post mortem tractatus prodiit postea Duaci an. 1606. in 12. typis Caroli Boscar tit. *De animabus separatis, et in Purgatorio existentibus* cum *variis sermonibus funebribus,* teste cit. Joan. a S. Anton., qui male putavit, esse *duos tractatus.*

Libros de orbis terræ concordia scripsit, vulgavitque Basileæ an. 1570. circiter, qui paulo post italice facti prodierunt in Italia, ut ipsemet autor in quæst. 2. prologi *Resolutionum lib. Senten.* narrat his verbis: *Quo vero anno typos primus in Gallia exposui, erat ab ortu Mahumedis* 997. (hic autem natus asseritur anno Christi 570. juxta Georgium Elmacinum Hist. Sarac.) *Cum autem scripsi libros de orbis terræ concordia, in quorum secundo Alcoranum ex Alcorano arabice discusso refutavi, armaque idem facere volentibus, et Christum, Evangeliumque ex ipso Alcorano prædicare cupientibus suppeditavi in calce libri, contigit et publice Basileæ prodire, et millesimum annum a Mahumede nato currere:* (subde an. 1570.) *Paulo post prodiit lingua vulgari in Italia; quibus editionibus inter exoticas (hoc est inter extraneas, seu alterius gentis) doctrinas orbis Christianus nihil majus, aut utilius habet, quamvis secus multis videatur, et ex arabicis adhuc multa in versione desiderentur.* Quæ tamen verba in 2. Bartholuccii editione frustra quæruntur: cum ille ea tantum, quæ ex Scoto sunt, edere voluerit; hæc vero sint autoris *Resolutionum* additamenta.

Liber de regno Dei, de qvo Christus loqvvtus per dies quadraginta... Complectitur hic liber, Epitome (sic) *omnium mysteriorum Christi, et summam totius sacræ scripturæ....* Parisiis, Olina Pet. l'Huillier,... 1566. (in fine: Excvdebat Parisiis Annetus Briere typographus, stipendiis.... Petri l'Huillier Bibliopolæ: Ann. Do. M.D.LXVI. Idibus Nouemb.) in 8. In epistola nuncupatoria ad Carolum IX Valesium Galliarum regem de hoc libro ita auctor: *quem annis superioribus cum primùm ad sacra Francorum lilia.... aduenisses, pusillo quodam opusculo sacræ tuæ maiestati dicato fueram pollicitus,...* Utrum id opusculum sit *Oratio de vera religione* a Waddingo memorata an aliud, nescio.

Resolutiones in quatuor libros Sententiarum Joannis Duns Scoti prodierunt etiam Parisiis apud Guillelmum de la Noüe a. 1600 in 8, et antea cum ipsis Scoti quæstionibus in libros Sententiarum Venetiis apud Sessas annis 1597-1598 in fol.

Teste Franc. Pérennès (Dictionnaire de bibliographie catholique, I, Paris Migne 1858, col. 397) ei debetur insuper

Enarratio catholica Cantici Graduum per demegorias, seu sectiones. Parisiis, Ægidius Gorbinus, 1568, in 8.

MMDCCCLXV. 1498.

MELCHIOR FRIZOLIUS = Min. Conv. sac. Theolog. Magister edidit tria scripta, videlicet

In Psalmos; de Anima; et *de Angelis:* ut innuit de eo versus:

. . . . *tria Scripta peregi*
Psalmorum; ac Animæ; Spirituumque simul:

Quorum illud tantummodo *de anima* vulgatum extat; non enim duplex est Opus *de Anima* libri tres, et *tractatus de Anima* per modum dialogi, ut putavit Waddingus, et ex eo Joan. a S. Anton.; sed unum, idemque Opus; nam *tractatus de Anima* ad modum dialogi dividitur in tres libros; quorum in primo agitur de anima corpori conjuncta; in secundo de anima separata a corpore; in tertio de prædestinatione, et reprobatione animæ: mittiturque ad Ludovicum Mariam Mediolan. Ducem. In fine vero Operis legitur: *Actum Januæ in Sancto Francisco anno Dominicæ Incarnationis* 1498. *Frater Melchior de Parma Ord. Min. Convent. sacræ Theologiæ Professor indignus compilavit, et scripsit. Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pacchel anno Domini* MCCCCLXXXXIX. *die* XXIX. *Augusti* in fol. Postea recusum est Venetiis an. 1537. in 8. per Bernardinum de Viano de Lexona Vercellen., et an. 1538. Bononiæ in 8. per Vincentium Bonardum Parmen., et M. Antonium Carpen. cura, atque opera *Fr. Raphaelis de Nobilibus* Bononien. Reg. Observ. castigatum; quas editiones vidi apud nostros Bononiæ, et Ferrariæ.

Agit de eo Rodulphius lib. 3., ex quo primus *Epitaphii* versus apud Waddingum, et Joan. a S. Anton. ita corrigendus est:

Stigmiferi normam, gens Frizola, Melchio nomen.

De eo et Jacobus Longus pag. 734. Biblioth. sacræ.

Cf. Affò e Pezzana, Memorie degli Scrittori e Letterati Parmigiani, III, pp. 175-177, VI par. II, pp. 420-422.

MMDCCCLXVI.

MELCHIOR DE GRATIA *Sotelo* illustris progenie, vitæque sanctimonia, primum provinciæ S. Gabrielis alumnus, tum provinciæ S. Gabrielis Discalceator. aggregatus veram sapientiam sacris revelationibus assecutus scripsit

De mortificatione membrorum sacris vulneribus Salvatoris correspondente, ut ipse a D. N. J. C. crucifixo didicit.

Tractatus breves de oratione mentali typis, ut ajunt, datos, quorum meminit Martinus a S. Joseph lib. 2. Chronic. cap. 11., et Jo: a S. Maria lib. 2. Chronic. cap. 31.

Obiit Matriti cantantibus Angelis, in Ecclesia S. Bernardini sepultus, cujus corpus post aliquot annos integrum repertum fuisse ferunt ex Chron. provinciar. S. Gabrielis, et S. Pauli to. 1. lib. 2. cap. 20. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 362.

MMDCCCLXVII. 1499.

MELCHIOR HUELAMUS =

Discursus prædicabiles super Ant. Salve Regina. Conchæ 1601. in 4. apud Cornelium Bodan; cum *Discursibus de Nativitate Virginis, de S. Patre Francisco, et de Defunctis.*

Discursus spirituales, et prædicabiles considerationes ex cæremoniis, et mysteriis Missæ depromptæ. Conchæ 1595. in 4.; postea Barcinone 1597. in 4. apud Sebastianum Cormellas, mox auctiores multo Conchæ 1600. in 4. typis Michaelis Serrani, et 1604. in 4. m. apud Ludovicum Garcial Canum; et ad ejus calcem extat

Epitome XX. *discursuum prædicabilium super mysteria Missæ cum elencho sermonum,* cujus egit Haroldus in *Additionibus* mss. ad librum Waddingi de Scriptor. Ord. Min., teste autore Biblioth. Hispan. pag. 99.

Nicolaus Antonius (Bibliotheca Hispana Nova, II, Matriti 1788, p. 123) dicit eum *Taranconensem, Discursos predicables sobre la Salve Regina* prodiisse Conchæ a. 1601 apud Cornelium *Rodan,* et *Historia de la provincia de Cartagena* ibidem a. 1617 apud *Martinum* de Iglesia.

MMDCCCLXVIII. 1500.

MELCHIOR DE JEBRA = forsan *de Hierba,* de quo Alphonsus Villegas in Appar. ad 3. par. Flor.

Digitized by Google

Flor. SS. apud Chron. S. Francisci; Reg. Observ. provinciæ Castellæ, Monasterii B. V. Monialium Discalceat. Matriti a sacris Confessionibus, Guardianus Complutensis, ac Definitor vir magnæ puritatis scripsit hispano idiomate librum titulo partim latino, partim hispano

Refugium infirmorum pro juvandis infirmis, et moribundis. Matriti 1596. in 8. apud Ludovicum Sanchez; et antea ibidem an. 1592. ex Wadd., in 4., et 1593. in 8. Opus tripartitum.

Tractatum de passione Christi eodem idiomate ex Ludovico Rebolledo in Catalogo Scriptor. Franciscanor. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 99.

Expositio alphabeti religiosi S. Bonaventuræ extat ad calcem *Refugii infirmorum* edit. Matriten. an. 1592.

Obiit Toleti an. 1586.; ejusque Acta descripsit Fr. Eusebius Gonzalez to. 6. Chronic. Ord. lib. 3. cap. 31.

MMDCCCLXIX. 1501.

MELCHIOR DE S. MARIA = Toletanus concionator in Cœnobio Conchensi S. Laurentii prov. S. Joseph edidit conciones sub tit.

Quadragesimale Discalceati. Conchæ an. 1635. in 4. apud Salvatorem de Viader: in prologo promisit *Adventuale cum Festivitatibus Sanctorum, ac Dominicarum usque ad Resurrectionem Domini occurrentium* ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Scripsisse videtur lingua hispana, quum Nicolaus Antonius titulum eius *Quadragesimalis* hispanice referat.

MMDCCCLXX.

MELCHIOR AB ORIOLANO Hispanus Ord. Capuccin. prov. Valentiæ alumnus, Joannis vero Garciæ Episcopi Oriolensis germanus frater concionator Apostolicus, admirandæ humilitatis, abstinentiæ, et paupertatis scripsit

Sermones aliquot de Passione Domini, et de B. Virgine. Valentiæ 1610., teste autore Biblioth. Capuccinor. Hunc non habet Nicolaus Antonius.

Obiit in Cœnobio Albaydæ suæ provinciæ, in quo Guardianus erat, anno 1614. ex autore Biblioth. Valentinæ pag. 335. apud Joan. a S. Anton.

Ab *Oriola*, ut dicitur a Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia; Oriola autem est Orihuela seu Origuela.

MMDCCCLXXI.

MELCHIOR DE RIOJA Hispanus scripsit lingua vernacula

Guia espiritual para examinar la conciencia. Leodii 1579. in 8. apud Gualterium Morberium, ut ex Thoma Tamajo refertur in Biblioth. Hispan. pag. 100. to. 2., et ex ea apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 363.

MMDCCCLXXII.

MELITHON DE FONTAINE Belga sac. Theol. Doctor edidit

Concordiam plurium paradoxorum de B. Virgine, et alia de ejus Immaculata Conceptione. Montibus an. 1645. in chartis expansis, teste Petro de Alva col. 1046. Militiæ univ., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXXIII.

MICHAEL DE AGIA Valentinus in Hispania in Guatemalensi Americæ provincia Reg. Observ. Theologus constitutus scripsit latine

De exhibendis auxiliis, sive de invocatione utriusque brachii. Madriti 1600. in 4. apud Ludovicum Sanchez.

Tratado, y pareceres sobre la cedola Real del servicio personal de los Indios. Limæ Peruanæ 1604. in fol. ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 102., et ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Tratado que contiene tres pareceres graves en derecho,.... sobre la verdadera inteligencia, declaracion y justificacion de una cédula real.... su fecha en Valladolid en 24 dias de noviembre del año 1601, que trata del servicio personal y repartimientos de Indios que se usan dar en los reynos del Pirú, Nueva España, Tierra Firme y otras provincias de las Indias, para el servicio de la republica y assientos de minas.... Lima por A. Ricardo, 1604. in fol. - Ita in Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale, I, Paris 1897, pp. 334-335.

MMDCCCLXXIV.

MICHAEL DE AGUAJO prov. Castellæ Reg. Observ. cum studiis vacaret Compluti in Conventu S. Didaci, sub *Incogniti* nomine scripsit vernacula lingua

Contra supradicti *Michaelis Agiensis de personali servitio Indorum tractatum* ex Anton. Leonio in Bibl. Indica Occident. tit. XXI.; sed Fr. Petrus Salazar in Hist. provinciæ Castellæ Ord. Min. hunc vocat *Marcum de Aguajo;* additque scripsisse etiam

Historiam Indicam, et

Catechismum Indorum; ut habet et cit. Biblioth. Hispan. pag. 102. Joan. tamen a S. Anton. to. 2. pag. 363. putat, sentitque diversos fuisse *Marcum Aguado* ab hoc *Michaele Aguazo,* et Nicolaum Antonium confundere utrumque.

Petrus de Salazar, Coronica y historia etc. (Madrid 1612) de Marco Aguado agens (p. 130) nihil aliud ei tribuit quam *historias de las Indias, y Catecismo, como se han de instruyr los Indios;* hunc autem Marcum Aguado cum Michaele de Aguajo Nicolaus Antonius revera non confundit, quum tantum an idem homo sint se ignorare affirmet.

MMDCCCLXXV.

MICHAEL AB ANGELIS Lusitanus Discalc. provinciæ Arrabidorum descripsit ex autenticis monumentis jussu D. Sebastiani de Mattos Episcopi Albensis

Vitam Ven. Mariæ a Cruce Tertiariæ Franciscanæ, quæ Olivenzæ in territorio Albensi floruit an. 1635.; de qua, sicut et de hoc Michaele ejus Confessario ex Cardoso agit Arturus in Gynæceo die 1. Januarii §. 8., et Joan. a S. Anton. to. 2., qui Petrum de Alva carpit, quod huic attribuat librum

De vita evangelica, et apostolica Fr. Michaelis a Purificatione.

Natus est Olivenzæ, iam presbyter habitum S. Francisci induit, obiitque Olixipone die 13 aprilis anni 1678, ætatis suæ septuagesimi, ab ingressu in religionem trigesimi septimi. Scripsit lingua lusitana. Cf. Did. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 463.

MMDCCCLXXVI. 1502.

MICHAEL ANGELUS DE ALMENARA = Reg. Observ. hispanice scripsit, vulgavitque typis Chrysostomi Garriz to. 2. in 4. ex cit. Biblioth. Hispan., et Joan. a S. Anton.

Pensamientos literales y morales, sobre los evangelios de las Dominicas despves de Pentecostes. Del P. Fr. Migvel Angel Almenara de la Orden del Serafico padre S. Francisco de la

Prouincia

Digitized by Google

Prouincia de Valencia, de la Obseruancia, Padre y Diffinidor primero en ella. En Valencia, por Juan Chrysostomo Garriz.... M.DC.XVIIII. to. 2 in 4. Editio anni 1618 non extat.

Pensamientos literales y morales sobre los evangelios de las Dominicas del Aduiento, de la Epiphania, de entre las dos Pasquas, y de las fiestas ocurentes entre ellas.... En Valencia, por Juan Chrysostomo Garriz,.... M.DC.XXIII. to. 2 in 4.

Sermon de la Beatification de S. Luis Bertran, predicado en la Santa Metropolitana Iglesia de Valencia en la Dominica XV. *despues de Pentecostes, dia octavo de las Fiestas que à este assumpto hizo la Ciudad.* Editus est cura fr. Vincentii Gomez Ord. Præd. in opere « Los Sermones y fiestas que la ciudad de Valencia hizo por la beatificacion del glorioso padre san Luys Bertran. » En Valencia por Juan Chrisostomo Garriz 1609. in 8, p. 405 ss. Cf. Vic. Ximeno, Escritores del Reyno de Valencia, I, Valencia 1747, p. 280.

MMDCCCLXXVII.

MICHAEL ANGELUS ARIMINENSIS prov. Bononien. Min. Capuccinor. tertio Minister, Commissarius Generalis, ac Definitor, et in Curia Romana Ordinis Procurator, vir magnæ perfectionis elaboravit, sed non edidit morte præventus Bononiæ an. 1625.,

Tractatum de electionibus Regularibus: et *Resolutiones Morales, et Regulares,* teste autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXXVIII. 1503.

MICHAEL ANGELUS DE BERGON = de quo agunt etiam Dionysius Genuensis in Bibliotheca Capuccinorum, et Joannes a S. Antonio to. 2. pag. 364.; sed ex Waddingo.

Obiit a. 1658 die 7 decembris.

Méthode admirable pour aymer, servir et honorer la glorieuse Vierge Marie nostre advocate. Avec les exercices practicables, confirmez par les apparitions faites à ses dévots. Le tout enrichy du plusieurs beaux et mémorables exemples. De l'italien du R. P. Alexis de Salo prédicateur capucin. Lyon, Louys Muguet, 1614, in 12; — Douai, 1634, in 12; — Paris, Mathurin Henault, 1648, in 12; — Rouen, Jacques Cailloüé, 1654; — Dijon, Vefve P. Chavance, 1666, in 12; — Troyes, Nicolas Oudot, 1669; — Rouen, J. B. Besongne, 1699; — Arras 1872, et 1879, in 12.

Versio operis *Iter securum paradisi* secundum Dionysium Genuensem et Bernardum a Bononia prodiit Lugduni a. 1616. Edito alia (fortasse, cum interpres non indicetur) hæc est: *Le Chemin assvré de Paradis.* A Lyon, Chez Gvillavme Chavnod, M.DC.LXXIV. in 8. (In Biblioteca Casanatensi).

Operis *Triumphus animarum in Purgatorio existentium* versionen Dionysius Genuensis et Bernardus a Bononia tradunt impressam esse Lugduni a. 1616 et Parisiis a. 1620.

Le sacré chariot de l'aurore de grace. Ou Horloge Spirituel roulant sur vingt-quatre heures, qui sont vingt-quatre considerations sur les principaux mysteres de la vie de la Reyne des Cieux. Œuvre tres-devote et utile, composée premierement par le R. P. François de Coriolan predicateur Capucin. Et renduë nouvellement Françoise par un Religieux du mesme Ordre. A Lyon, chez Louys Muguet, 1628. in 8. Ita apud Eduardum Alenconiensem, Bibliotheca Mariana Ordinis FF. Minorum Capuccinorum, Romæ 1910, pp. 25-26, qui p. 57 Michaeli Angelo de Bergon hanc versionem tribuit: *Le char sacré de l'aurore de grâce, ou l'Horloge spirituel. De l'italien du R. P. François de Coriolan, prédicateur capucin, rendu nouvellement François par un religieux du mesme ordre de la Province de S. Bonaventure.* Lyon, Louis Muguet et Jean Lautret, 1628, in 8, pp. 12 n. n., 435 et 318. Quum Franciscus Longus a Coriolano duo opera ediderit titulo *Horologio Spirituale* (alterum continens 24 meditationes de passione Jesu Christi), et Bernardus a Bononia cum Dionysio Genuensi Michaeli Angelo de Bergon utriusque operis versionem tribuere videantur eamque dicant prodiisse Lugduni a. 1629, dubito an titulus ab Eduardo Alenconiensi p. 57 relatus ad hoc alterum opus referatur, vel etiam sit titulus generalis editionis utrumque opus complectentis.

MMDCCCLXXIX.

MICHAEL ANGELUS CASSINA Mediolanensis Capuccinus, et concionator haud ignobilis edidit vulgari lingua

Martyrium S. Caroli Borromæi, Orationem, quam die 4. Novemb. an. 1623. habuit in Majori Ecclesia Mediolanen., excusam typis Joan. Baptistæ Bidelli eodem anno, teste Joan. a S. Anton. Vide Biblioth. Script. Capuccinor.

MMDCCCLXXX.

MICHAEL ANGELUS CATALANUS a S. Mauro Tricaricen. diœcesis in Lucania oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor, et concionator suo tempore clarus, rectis sui Ordinis insignioribus Gymnasiis, aliisque muneribus functis anno 1647. Romæ in Comitiis electus est Generalis Minister, quo officio naviter, et egregie expleto an. 1660. ad *Eserniæ* in Campania felici Ecclesiam promovetur, quam usque ad annum 1672., quo decessit, summa integritate rexit. Plura præstitit Asisii; Cœnobium *Rivitorti* pro 30. alumnis a fundamentis erexit cum eleganti Ecclesia subter complectente vetus tugurium omnium primum inhabitatum a B. Francisco, et sociis; Ecclesiæ sacri Conventus Asisien. sacram suppellectilem nobilem, divitem, et variam dono dedit; unde diebus 9. et 12. mensis Septembris fiunt ibi *anniversaria* pro ejus anima. Edidit idiomate hetrusco,

Admonitiones compositionis Religiosæ ex S. Bonaventura, decretis, et ordinationibus disciplinæ Regularis. Bononiæ an. 1647. in 4. typis Jacobi Monti; et Spoleti 1648. typis Arnazzini; et Maceratæ eodem anno typis Seraphini Paradisi cum *Decretis pro Studiorum directione.*

Epistolam encyclicam, pastoralem, quæ incip. *Quella divina destra* etc. Bononiæ eodem anno 1647. in 4. typis Joan. Baptistæ Ferroni. Extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Prodiit quoque Maceratæ cum superioribus *Admonitionibus* etc. an. 1648.

Sermones panegyricos sacros, tomus prim. Neapoli an. 1651. in 4. apud Robertum Mollem.

Eorumdem Sermonum to. 2. Ibidem anno 1671. in 4. apud Hieronymum Fasulum. Horum tantum meminit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 365. ex Nicolao Toppio in Biblioth. Neapol.

Flumen terrestris Paradisi de antiqua forma vestis FF. Minor. a S. Francisco instituta sub nomine fratris sui *Doct. Nicolai Catalani* publicatum a P. M. *Julio Anton. Catalano* ejusdem Instituti, et oppidi. Florentiæ an. 1652. in 4. typis Amatoris Massi, sed ex Decr. sac. Congr. Indicis Libror. prohibetur. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 261. meminit hujus Operis editi a *Julio Anton. Catalano a S. Mauro.*

Versus, et carmina varia italica, et latina. Romæ an. 1655. in 8. typis Ignatii Lazari cura Fr. *Felicis Rotundi.*

Cetera poetica, parte 2. vario metro, variisque de rebus. Opus vulgatum a D. Clemente de Alexandro Neapoli 1672. in 8. Extat Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolorum.

Tertiam partem metro latino tit. *Citharam multisonam,* nempe *Divini amoris prodigia in Alverniæ vertice repræsentata in carne Seraphici Patris Francisci Assisiatis* libris 5. carmine heroico; postea sequuntur duo libri *epigrammatum,* quorum primus canit ortum, et vitam ejusdem S. Patris Francisci, alter vero variis de rebus. Ibidem. Habetur Romæ in eadem Bibliotheca.

De eo scripserunt Joan. Bapt. de Luca S. R. E. Cardinalis in Opere inscripto: *Il Religioso prattico* pag. 366., Toppius in Biblioth. Neapolit., et Franchinus

Digitized by Google

Franchinus in Biblios. n. 271., nec non Theulus in Triumpho Seraph.

Discorsi panegirici [XI].... *Dati alle stampe dal P. M. Bonaventvra Sarno della Gvardia.* Neapoli Typis Roberti Molli, in 4; sine anni nota, sed cum epistola editoris nuncupatoria data die 22 Septembris 1651.

Fivme del terrestre Paradiso, diviso in qvattro Capi, o Discorsi Trattato difensivo del Sig. Dottor Don Niccolò Catalano da Santo Mavro. Ove si ragguaglia il Mondo nella verità dell'antica forma d'Habito de' Frati Minori istitvita da S. Francesco.... In Fiorenza, Nella Stamperia d'Amadore Massi M.DC.LII. in 4; cum epistola editoris nuncupatoria ad Card. Petrum Aloysium Carafa, quam qui legerit haud facile Sbaraleæ testimonio fidem tribuet auctorem (saltem præcipuum) huius libri non esse Nicolaum, sed Michaelem Angelum Catalanum. Opus ex Indice librorum prohibitorum anno 1900 expunctum est.

Poesie sacre.... Parte prima. In Roma, Per Ignatio de' Lazzeri. 1655. in 16. Hæc carmina sacra sunt omnia italica; accedunt sex tantum carmina latina diversi argumenti.

MMDCCCLXXXI. 1504.

MICHAEL ANGELUS GUERETENSIS = al. de Gueren probitate vitæ præclarus, et mysticæ Theologiæ Doctor egregius.

Gressus animæ christianæ prodiit in 4.; antea vero ediderat Opus tit.

Pietas ægroti Christum sequentis in hortum, in prætorium, et in montem Calvariæ. Ambiani 1639. in 8. De eo Dionysius Genuensis, et Joan. a S. Anton. to. 2.

* MICHAEL ANGELUS A NEAPOLI = V. *Michael Angelus Vaginari* infra.

MMDCCCLXXXII. 1505.

MICHAEL ANGELUS A S. ROMULO = Reg. Observ., de quo Oldoinus in Athenæo Ligustico, et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

Vide supra p. 210 v. *Marius a Calasio.*

MMDCCCLXXXIII.

MICHAEL ANGELUS ROTHOMAGENSIS Gallus, prov. Normanniæ Min. Capuccin. prædicator illustris, hæreticorum conversioni occupatus cum illis sæpissime disputavit, eorumque plurimos ad fidem catholicam convertit. Scripsit gallice duo volumina edita an. 1650. in 8. Rothomagi apud Jo: de Bouleger tit.

Agatha mystica cælestis Pyrrhi continens controversias ad fidem catholicam spectantes; et

Veritas fidei catholicæ, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

A Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia dicta duo opera prodiisse dicuntur Rothomagi apud Joannem de Bouleger anno 1659, non vero 1650.

MMDCCCLXXXIV. 1506.

MICHAEL ANGELUS SCOTUS = scripsit etiam

De reductione Ecclesiasticorum ad omnia in communi habenda, ut in primitiva Ecclesia; et

Lib. I. *de virtutibus, et vitiis,* teste Joan. a Vacallo apud Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXXXV. 1507.

MICHAEL ANGELUS TAPIN = Theologus gallice vulgavit

Rituale sacrarum Cæremoniarum etc. an. 1639.

Librum Officiorum etc. an. 1646. iisdem typis Ludovici, et Petri Muguet.

Methodum bene confitendi etc. Ibidem anno 1648. ex autore Biblioth. Capuccinor. pag. 254., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCLXXXVI.

MICHAEL ANGELUS VAGINARI Neapolitanus Reg. Observ. Lector emeritus, et a Secretis sui Ordinis, vir pius, et doctus, et inter suos variis muneribus cohonestatus, quæ tam prudenter, feliciterque gessit, ut anno 1659. ad Juvenacensem in Apulia Sedem admotus fuerit ab Alexandro VII., eaque octennio magna morum integritate, et subditorum utilitate administrata, decessit Neapoli an. 1667., apud Ædem S. Mariæ novæ sui Ordinis tumulatus ex Ital. sac. Ughelli 2. edit. to. 2., cum edidisset

Chronologiam Historico-legalem Seraphici Ordinis Fratrum Minor. S. Francisci Capitulorum omnium, et Congregationum Generalium ab Ordinis exordio usque ad an. 1633., *ac in ipsis editarum Constitutionum seriem complectentem cum cujuscumque Instituti sub tit. Fratrum Minorum descriptione.* Neapoli to. 1. in fol. an. 1650. typis Camilli Cavalli; et hic tomus 1. continet ab exordio Ordinis usque ad annum 1443. Capitula, et Constitutiones Ordinis tantum in Communitate, seu *Conventualium*: ab anno 1443. ad usque 1517. *Conventualium* simul, et *Observantinorum:* ab anno vero 1517. ad an. 1633. nonnisi *Observantinorum* Statuta. Alterum tomum, quem autor promisit, non vidi. Ejus etiam est

Asia Minor, seu *Status Fratrum Minorum in illa regione* lingua hispanica. Matriti an. 1654. in fol.; de eo Toppius in Biblioth. Neapolit., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 366. v. *Michael Angelus a Neapoli.*

Nicolaus Toppi, op. cit., Michaeli Angelo de Neapoli solum *Chronologiam* tribuit, operis autem *Asia Menor* auctorem dicit Michaelem de Neapoli Franciscanum Reformatum.

MMDCCCLXXXVII. 1508.

MICHAEL ANGELUS VENETUS = provinciæ Venetæ Minister, morum sanctitate clarus, et B. Virginis cultor eximius edidit

Regulam pro Confratribus Sodalitatis de Puritate B. V. a se institutæ, teste autore Biblioth. Capuccin. to. 2., et Petro de Alva col. 1050. Militiæ, qui dicit *Regulam pro Sodalitate Immaculatæ Conceptionis S. Laurentii in Damaso.*

Fasciculum Rosarum variorum exercitiorum spiritualium in 8.

Obiit Venetiis an. 1612., ejusque vitæ innocentia post obitum signis etiam a Deo illustrata fuit ex Boverio in Annal. Capuccin. to. 2., et ex eo Joan. a S. Anton.

Huic synchronus vixit alter *Fr. Michael Venetus Min. Observ. Theologus* memoratus in italico *tractatu de Interdicto Pauli V.* in Rempublicam Venetam anno 1606. a 7. Theologis composito, qui *præfationem* edidit anno 1620. 4. parti *Chronicorum* S. Francisci a Bartholomæo Cimarella descriptorum.

1509.

MICHAEL AROLANUS = V. *Michael Avellan.*

MMDCCCLXXXVIII. 1510.

MICHAEL ASCENSIUS = Reg. Observ., cujus Opus prodiit apud Petrum Cabarte 1621., et 1628. in

Digitized by Google

in 8. ex Joan. a S. Anton., Petro de Alva in Militia, et Nicolao Anton.

Michael *Assensio* dicitur a Nicolao Antonio, nec ab eo dissensit Petrus de Alva.

MMDCCCLXXXIX.

MICHAEL AVELLANUS Hispanus prov. Carthaginen. Reg. Observ. sac. Theologiæ Lector, et a Confessionibus V. *Margaritæ a Cruce* Austriacæ edidit

Declamationem in solemniis urbis Granatensis pro epithalamio Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ. Granatæ anno 1616. in 4. Collegit quoque, ediditque

Glossas, et carmina varia in laudem ejusdem Immaculatæ Conceptionis vernacule. Malacæ primo, deinde Hispali 1615. in 4. typis Alphonsi Rodriguez Gamarra: Waddingus ait Hispali 1617., et Michaelem *Arolanum* appellat; sed sequor Joan. a S. Anton., qui to. 2. pag. 368. testatur, se vidisse ejus Opuscula.

Orationem funebrem in obitu Marchionis de Villareal. Matriti an. 1628. in 4. ex Typograph. Regia ex cit. Joan. a S. Anton., qui in Append. to. 3. scribit edidisse etiam eruditum

Tractatum pro conservatione cujusdam provisionis Episcopalis. Matriti anno 1632.

Anno 1633. factus est *Episcopus Siriensis* ex Petro Anton. Veneto in Catalogo Episcoporum Ord. S. Franc., cujus dignitatis meminerunt Petrus de Alva col. 1050. Militiæ, et ex eo Joan. a S. Anton., etsi Sedem ignorarunt, ut et Waddingus utramque. Est autem *Sira,* Siros, et *Syria,* Scyros, vulgo *Sira* insula maris Ægei sub Archiepiscopo Naxiensi.

In festivitate Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ celebrata in S. Francisco Granatensi super Epithalamium « Todo el mundo en general » Declamatio incipiens *El argumento de este.* Granatæ 1617. in 4. (Ex Petro de Alva, l. c.)

Sermon (de SS. Trinitate) *qve predico en el Capitvlo general, qve celebrò la Religion Serafica en la Imperial Toledo el año de 1633. el Illvstrissimo Señor Don Fr. Miguel de Auellan, Calificador de la Suprema, Predicador de su Magestad, electo Obispo de Syria.* Extat in Ideas del Pvlpito y Teatro de varios Predicadores de España en differentes sermones.... recogidos.... por.... Carlos Zeballos Saavedra. Primer Tomo. En Barcelona, en casa Sebastian y Jayme Matevad, 1638, pp. 94-110.

MMDCCCXC.

MICHAEL BELTRAN Matritensis prov. Castellæ Regul. Observ. sac. Theolog. Lector., et Regius concionator edidit sermone vulgari

Panegyrim de sacris Stigmatibus S. P. Francisci. Matriti an. 1632. in 4. typis Regiis, teste Petro de Alva tab. 2., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCXCI.

MICHAEL BERNARDUCCI ignotus nostris, etiam nupero Fr. Joanni a S. Anton. to. 2., et 3.; de eo tamen Waddingus ad an. 1277. num. 18., sed Minoritam non dicit; videtur Italus, ac provinciæ S. Francisci, Umbriæque, diciturque scripsisse

De veritate, et excellentia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula Asisiensi, teste Alphonso Lasor to. 1. *Universi terrar. orbis* etc. v. *Asisium.*

Michaelis Bernarduccii, alias Bernardi, *narratio de indulgentia S. Mariæ de Portiuncula* edita est ex codice Vatic. lat. 4654 a Paulo Sabatier in Bollettino della Società Umbra di storia patria, II, Perugia 1896, pp. 542-546, et in Fratris Francisci Bartholi de Assisio Tractatus de indulgentia S. Mariæ de Portiuncula, Paris 1900, pp. LXXXII-LXXXVI; ex codice quodam exeuntis sæc. XV Halæ in Tyrolo apud Minores Reformatos servato, a Patribus Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas in Analecta Franciscana, III, Ad Claras Aquas 1897, pp. 632-634. Auctorem Ordinis Minorum non fuisse affirmat Nicolaus Papini (Storia del Perdono d'Assisi, Firenze 1824, p. 29), idque colligi videtur ex ipsis verbis quibus *narratio* incipit, quæ in codice vaticano hæc sunt: *In nomine domini. . . . ego michael berhardi olim de spello et concivis nunc et habitator civitatis assisij, tamquam devotus et spetialis beati francisci et ipsius ordinis. Accessi* etc.

MMDCCCXCII.

MICHAEL BRUCARDI in fine seculi XV., et initio XVI. scripsit, ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2.,

Apologiam pro Immacul. Conceptione B. V. Mariæ contra Joan. Wigandum, testibus Daniele Agricola, et Anton. Daza apud Petrum de Alva col. 1052. *Militiæ.*

Sermones etiam scripsit, teste eodem Agricola in *Corona Doctorum* pro Immacul. Conceptione B. V., quam præfixit quæstioni 237. Joannis Colonien. an. 1510. Basileæ editæ.

MMDCCCXCIII.

MICHAEL BURGIUS Drepanensis nobili familia Siciliæ natus *Tertium S. Francisci Ordinem* Reg. Observ. ingressus factus est discipulus, et socius Ven. Fr. Jacobi Eugubini ejusdem Ordinis in Sicilia vulgo *Discalceati* Reformatoris; cumque vir esset rerum agendarum prudentia, dexteritate, virtutibusque clarus, pluribus quoque dignitatibus ornatus asseritur, et quater suæ provinciæ regimen subire coactus; post quæ vivere desiit in patria die 9. Januarii anno 1616. Reliquit ms.

Vitam Ven. Fr. Jacobi Eugubini Tertii Ord. Claustr. S. Francisci in Sicilia Reformatoris, quam sæpe citat Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 25. n. 52., 67., et 73. Scripsit et

Historiam suæ provinciæ una cum Vitis suorum alumnorum doctrina, et sanctitate illustrium; et

Epistolas de piis, divinisque rebus ad amicos, quæ mss. Drepani servantur apud suos Confratres, teste Mongitore in Biblioth. Sic., et Joan. a S. Anton. Hujus meminit Rocchus Pirrus in not. 6. Mazarien. pag. 552.

Vitam fr. Jacobi Eugubini et *Historiam suæ provinciæ* italice conscripsit atque unico opere, cuius titulus ab Antonino Mongitore in Bibliotheca sicula (II, 73) ita refertur: *Vita del Ven. P. Giacomo d' Ugubbio: del Principio Riforma, e Progresso della Provincia di Sicilia del Terz' Ordine di S. Francesco* (sic), *e degli Huomini Illustri, in santità, nobiltà, e lettere, che fiorirono al suo tempo in detta Provincia.*

MMDCCCXCIV. 1511.

MICHAEL CÆSENAS = **e familia *Fusca* non ignobili, ** quem autor suppar Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. testatur *Magistrum in Theologia* fuisse, ac *super Ezechielem, et Sententias* scripsisse; ac *alia Opera* digessisse.

Postilla super Psalterium extat ms. fol. Cæsenæ in Biblioth. S. Franc., teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem *Apparatus sacri* posito.

Constitutiones Generales pro Ordinis regimine in Comitiis Generalibus anni 1316. explicavit, et correxit; quæ *additiones* extant Ravennæ mss. in 8. in Biblioth. S. Francisci.

Originalia

Digitized by Google

Originalia pro Quæstione, quod Christus nihil habuit in proprio, vel in communi Act. 3. Argentum, et aurum non est mihi etc. *Glossa memor illius præcepti: nolite possidere aurum, neque argentum* etc. extant mss. in Biblioth. Colbert. cod. 506.

Tractatus tres ejus *contra Joan. XXII. præcipue de utili dominio bonorum Ecclesiasticorum, et abdicatione rerum temporalium in perfectione status Monachorum, et Clericorum* leguntur apud Melchiorem Goldastum to. 2. *Monarchiæ. Michaelis Ord. Minorum de dogmatibus Joan. XXII.* extat ms. in Biblioth. Vatic. num. 3740. ex Catalogo Montfauconi to. 1. Biblioth. mss. pag. 114., et Raynaldo ad. an. 1323. n. 65.

Tractatus ejus, *quod nec Christus, nec Apostoli habuerunt aliquid in proprio cum responsionibus Joan. XXII.* habentur mss. in Anglica Bibliotheca Bodlej. Oxonii [in codd. mss. Th. Bodleii, B. 2,] cod. 4.

Ejus, et *Gulielmi* Ocham *responsiones ad quæstionem, utrum asserere, quod Christus, et Apostoli non habuerunt aliquid nec in proprio, nec in communi sit hæreticum* extant mss. Florentiæ in Laurent. Medic. Biblioth. plut. 17. cod. 29. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 280.

Epistola circularis, qua revocat eam ipsam responsionem, quam una cum ceteris Fratribus dederat de paupertate Christi etc. ms. ibidem. Altera *Epistola ad Giraldum Odonem* Ministrum Gen. extat in Biblioth. Vatic. num. 4010.; *alia* universis Christi fidelibus missa habetur ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 506. una cum *alia* Joanni Papæ XXII. directa. *Altera* data Firmi 3. Januarii 1317. Fr. Simoni Ministro provinciæ Marchiæ Anconitanæ incip. *Gravi, qua premor, sarcina* etc. extat in cit. cod. Biblioth. S. Franc. Ravennæ: habetur etiam in cod. Pisaurensis Biblioth. S. Francisci data Bononiæ XIIII. kal. Octobris Fr. Petro Ministro provinciæ Romanæ, a quo VI. kal. Augu. [!] directa fuit Fr. Nicolao Custodi Urbevetano in sua Custodia evulganda; *Epistola* alia *de paupertate, et forma habitus* refertur to. 1. Orbis Seraphici lib. 3. [cap. 12.] §. 17.; *alias* etiam cusas legi in fine *Dialogi, et Operis* xc. *dierum Gulielmi Ochami* Lugduni an. 1494. per Jod. Badium Ascensium publicati; et *alia* in Annal. Cæsenaten. nuper evulgatis to. 14. Rer. Italic. Script. Nonnullas etiam *Epistolas* refert Waddingus in Annal. Min. ad ann. 1316. n. 5., 1317. n. 23., et anno 1322. n. 52. ac 54.; aliasque *Epistolas,* et *Apologias* ejus penes se habuisse scribit ad an. 1328. num. 19.

Ejusdem *Expositio in Psal.* 50. *Miserere an.* 1343. *prope mortem facta* incip. *Deus absconditus, qui videri non potest oculis corporeis* etc., nuper vulgata fuit Mediolani an. 1734. to. 3. par. 2. Rer. Italic. Script. cum notis *Petri Pauli Ginanni* Prioris S. Vitalis Raven. Ord. S. Bened.; sed quæ mihi fictitia videtur.

Quædam alia ejus dicuntur mss. haberi etiam in Biblioth. Collegii SS. Trinitatis Dublinen. cod. 86.; et Ocham in *Defensorio* suo de paupertate §. *Ad primum* de quadam Joan. XXII. revocatione inquit: *quam revocationem apud nos habemus, et per septem rationes solemnes in Operibus Magistrorum Fratrum Min. hic ob brevitatem dimissas probatur, quod ipsa revocatio non valuit, nec fuit vera* etc: qui Magistri creduntur fuisse Michael Cæsenas, Franciscus Asculanus, Henricus de Chalem, et ipse Gulielmus Ocham.

Obiit die 29 novembris anni 1342, non 1348, atque, ut videtur, contumax, quum *Expositionem psalmi 50 Miserere* etiam recentiores viri eruditi authenticam esse negent (cf. Karl Müller, Der Kampf Ludwigs des Bayern mit der röm. Curie, I, Tübingen 1879, p. 370 sqq.; Carlini Arm., Della ritrattazione di Fra Michele di Cesena e del falso « Miserere » edito sotto il suo nome nella « Raccolta Muratoriana », in Archivio Muratoriano, I, Città di Castello 1913, p. 235 sqq.), et Clemens VI adhuc die 9 augusti a. 1346 Michaelem virum *dampnatæ memoriæ* vocet (cf. Sigm. Riezler, Vaticanische Acten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern, Innsbruck 1891, n. 2295).

Postilla Michaelis super Psalterium. Ita *simpliciter* apud Possevinum et in quodam inventario bibliothecæ Malatestianæ anno 1545 confecto. *Postilla* hæc, saltem sub Michaelis nomine, a Jos. M. Mucciolo (Catalogus codd. mss. Malatestianæ Cæsenatis bibliothecæ, Cæsenæ 1780-84, to. 2 in fol.) non recensetur, neque extat nunc in eadem bibliotheca, ita ut vel ablata sit vel titulum mutaverit. Qui codices eamdem *Postillam* præ ceteris continere possent sunt 5us plutei VIII, cui titulus *Psalterium cum adnotationibus*, et 3us plutei VII, cui falsa inscriptio *Expositio in Psalterium fratris Thomæ de Aquino;* sed primus, notis omnibus inspectis, Michaele Cæsenate antiquior videtur, alter expositionem exhibet a primo derivatam. Cf. Carlini Arm., Di alcuni manoscritti malatestiani attribuiti a fra Michele da Cesena (Cesena, Tipogr. G. Vignuzzi e C., 1907), et Archivum Franciscanum Historicum, II (Ad Claras Aquas, 1909), pp. 658-60.

Constitutiones Generales Ordinis Fratrum Minorum Asisii a. 1316 in Comitiis Generalibus conditas edidit ex pluribus mss. codicibus, præcipue ex codice Burghesiano 242 sæc. XIV, Armandus Carlini in « Archivum Franciscanum Historicum » IV, pp. 269-302, 508-526, apponens (pp. 527-536) additiones atque mutationes magis notabiles iisdem Constitutionibus factas Lugduni anno 1325.

Tractatus tres contra Joannem XXII extantes apud M. Goldastum, Monarchiæ S. Romani Imperii to. 2 (Francofordiæ 1614) idem sunt ac *epistolæ,* quæ cum *Opere nonaginta dierum* Gulielmi de Ockham curante Jodoco Badio Ascensio editæ sunt Lugduni, non quidem a. 1494, ut ait Sbaralea, sed a. 1495, impressæ per Joannem *Trechsel.* Earum secunda, antiquior ceteris, data *Monaci provinciæ Alamanniæ superioris* XXIV *die mensis ianuarii anno Domini* MCCCXXXI, non 1333 ut legitur in editione lugdunensi et apud Goldastum (qui editionem lugdunensem exscripsit), *Universis et singulis ministris,... ceterisque fratribus ordinis fratrum Minorum,* incipiens *Christianæ fidei fundamentum et fundator,* persuadere vult Joannem in tribus Constitutionibus *Ad conditorem canonum, Cum inter nonnullos, Quia quorumdam,* et in libello *Quia vir reprobus frater Michael de Cæsena* errasse atque hæreses statuisse. Edita etiam est, sed pæne altero tanto minor, ex quodam codice Collegii romani Capranici (nunc Vatic. lat. 7316) a Joanne Dom. Mansi, cum Chronico de gestis contra Fraticellos authore Joanne [potius *Nicolao*] Minorita, in « Stephani Baluzii Miscellanea » III, Lucæ 1762, pp. 356-58, integre vero et emendatius ex codice Vatic. lat. 4010 a Conrado Eubel in « Bullarium Franciscanum » to. V (Romæ 1898), pp. 427-38. Prima, *Universis fratribus ordinis Minorum in proximo futuro festo Pentecostes in Perpignano congregandis,* incipiente *Litteras plurium magistrorum in sacra pagina,* data *in Monaco in festo s. Marci evangelistæ* [die 25 aprilis] *anno* MCCCXXXI, Michael probare nititur se legitime a Joannis XXII, utpote hæretici, obedientia deflexisse atque ab eo ad Romanam ecclesiam appellasse, et legitime, quamvis ab officio ministerii generalis amotum, illud exercere; hinc ab unitate ecclesiæ et ordinis non recessisse. Edita est etiam a Conr. Eubel ex eodem codice vaticano, ibidem, pp. 497-500. Tertia, prioribus longiore, *Ludovico Romanorum orbis monarchæ cæterisque Principibus, Baronibus et nobilibus secum in Parlamento existentibus,* incipiente *Serenissimo... Quoniam, ut habetur 96 dist. Duo sunt, quibus principaliter hic mundus regitur,* absque subscriptione apud Goldastum, sed emissa eodem anno 1331 (cf. Knotte, Untersuchungen zur Chronologie von Schriften der Minoriten am Hofe Kaiser Ludwigs des Baiern, Wiesbaden 1903. III), extare in libello Joannis XXII *Quia vir reprobus* duodecim errores enuntiat, singulosque hæreticos esse demonstrare contendit.

Michaelis Ord. Minorum de dogmatibus Joannis XXII ex Catalogo Montfauconi citato, p. 114, extat in bibliotheca Vaticana ad n. 4001, non 3740; illud autem opus debetur Guilelmo de Ockham.

Responsiones, seu potius *Responsio,* quæ extare dicitur in bibliotheca Laurentiana plut. 17 cod. 29, est, ut ex Angelo M. Bandinio (Catalogus codicum latinorum biblioth. Medi-

cea

Digitized by Google

ceæ Laurentianæ, I, Florentiæ 1774, col. 353) deduci potest, altera et diffusior *Declaratio*, a Michaele Cæsenate et cæteris fratribus in comitiis generalibus Perusii a. 1322 congregatis emissa ad omnibus persuadendum sententiam *Christum et apostolos nihil habuisse in proprio nec in communi* non esse hæreticam sed catholicam; quæ *Declaratio* in codice Laurentiano data dicitur III idus (11) iunii, apud Alvarum Pelagium (De planctu Ecclesiæ, l. 2, cap. 62) et Waddingum (Annales Minorum, ad a. 1322, n. LIV, 2ae editionis LV) idibus (15) iulii, apud Joa. Dom. Mansi (Steph. Baluzii Miscellanea novo ordine digesta et aucta, III, p. 208-11) septimo idus (7) iunii (quam diem ponit Armandus Carlini opere infra notato, pag. XXXI), a Conr. Eubel (Bullarium Franciscanum, V, p. 235) die 11 iulii. Refertur, locis citatis, ab Alvaro Pelagio et Waddingo sed mutila, a Joa. Dom. Mansi plusquam tertia parte auctior et integra. — Primam *Declarationem* similem sed multo breviorem, datam pridie nonas (4) iunii referunt Alvarus Pelagius ibidem, Nicolaus Glassberger (Chronica, in « Analecta Franciscana » II, Ad Claras Aquas 1887, pp. 129-130), Waddingus op. cit. ad a. 1322 n. LII (2ae edit. LIII), Odoricus Raynaldus (Annales Ecclesiastici, ad a. 1322, nn. 53-54), qui indicat codices vaticanos 4008 et 4010, Joa. Dom. Mansi op. cit., III p. 208, denique Conr. Eubel op. cit., V pp. 234-35. Hæc *Declaratio* idem fortasse est ac *Epistola*, quam Sbaralea dicit haberi in biblioth. Colbertina cod. 506.

De *Epistola circulari* vide Bandini, l. c., col. 354.

Epistola ad Geraldum Odonis, incipiens *Teste Salomone per patientiam cognoscitur doctrina viri*, data *Monachii a. D. 1332 de mense decembris*, in qua respondet ad aliam eiusdem Geraldi epistolam conaturque probare non alium præter se esse ministrum generalem Ordinis Minorum, edita invenitur partim apud Nic. Glassberger, Chronica (Analecta Franciscana, II, pp. 156-59), partim apud Karl Müller, Einige Aktenstüche und Schriften zur Geschichte der Streitigkeiten unter den Minoriten in der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts (Zeitschrift für Kirchengeschichte herausgegeben von Th. Brieger, VI B., pp. 94-97).

Epistola ad Joannem XXII incipiens *Sanctissimo in Christo patri... Ab alto prospectans, quæ in sui disposicione non fallitur*, data Perusii a. 1322, verisimiliter die Junii 4 vel 6, orans Pontificem ut circa quæstionem de evangelica paupertate et alia ad regulam Ordinis spectantia nil innovetur vel mutetur, edita est a K. Müller in eodem opusculo « Einige Aktenstücke » etc. (Zeitschrift etc., VI, pp. 106-108).

Epistola incipiens *Gravi qua premor sarcina mei officii*, fratri Petro Ministro Tusciæ, data apud Confortinum Provinciæ Bononiensis XII kal. Septe. [21 Aug.] a. D. 1316 extat apud N. Glassberger, op. cit. (Analecta Franciscana, II, pp. 122-23). De ea (quam Waddingus in Annalibus ad a. 1316 n. V indicat tantum, non refert) agit Michael Angelus a Neapoli in « Chronologia historico-legalis Seraphici Ordinis » I, Neapoli 1650, p. 43.

Epistola de paupertate et forma habitus, quæ legitur apud Dom. De Gubernatis l. c., eadem est ac relata a Waddingo in Annalibus Minorum ad a. 1317 n. XXIII (2ae edit. XXII). Incipit *Cum almus Christi confessor Franciscus*, et data est Ministro Provinciæ Avinione nonis dec. 1317.

Epistola in Annalibus Cæsenatibus apud Muratorium (to. cit., coll. 1148-51) extans, *Universis Fratribus Ordinis Minorum*, incipiens *Juris divini et humani legibus admonemur*, data Pisis a. 1328, causas exponens sui recessus a Curia Avinionensi contra mandatum Romani Pontificis, edita est, sed aliquantum diverse, ex codice Collegii Capranici iam indicato, a Jo. Dom. Mansio in « Steph. Baluzii Miscellanea » III, pp. 244-46. Apud Muratorium explicit *nec movebit, ut spero in Domino firmiter, in æternum*, et data est *Calendis Julii;* apud Mansium data est *nona Die Julii* et desinit *ut me et ordinem, et fratres habeant legitime, et rationabiliter excusatos*. Eodem fere modo ac a Mansio, edita est ab Eubel in « Bullarium Franciscanum « V, pp. 347-48.

Omissis nonnullis, quæ videntur minoris momenti, alia a Michaele scripta hæc sunt:

Protestatio incipiens *In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini.... Ego Frater Michael de Cæsena Ordinis Fratrum Minorum Minister generalis et servus, meo proprio nomine, et etiam nomine et vice Capituli Generalis,... dico, propono et protestor coram vobis religiosis et honestis viris, quod Dominus Joannes*, data Avinione die 13 aprilis a. 1328. Edita est cura Jo. Dom. Mansi in op. cit., III, pp. 238-40.

Appellatio in maiori forma, incipiens *In Nomine Domini Amen. Anno Domini 1328.... Ego Frater Michael ordinis Fratrum Minorum generalis minister, et servus, attendens quod sacri Evangelii testimoniis*, acta Pisis a. 1328 Indictione XI. 14 kalendas octobris (18 septembris), de qua Waddingus in Annalibus Minorum ad a. 1328 n. XIII. Edidit Mansi ibidem, pp. 246-303, addita (pp. 303-310) eadem *Appellatione* in forma minori, solemniter lecta Pisis die 12 decembris eiusdem anni 1328, quam dat etiam Eubel in « Bullarium Franciscanum » V, pp. 410-25.

Epistola, Universis fratribus Ord. Min., incipiens *Cum secundum regulam nostram, ordinatio generalis capituli, quantum ad locum et tempus, ad generalem ministrum pertineat*, data Pisis 6 kal. Dec. (26 novembris) a. D. 1328, qua iis præcipit ut nullo modo Parisios aut alio conveniant pro celebrando generali capitulo (convocato ab Ordinis Vicario ex mandato Joannis XXII) ad eligendum generalem ministrum, qui ipsi succedat. Edidit Mansi ibidem, p. 314.

Appellatio contra constitutionem *Quia vir reprobus*, incipiens *Universis Christifidelibus... Ad perpetuam rei memoriam innotescat quod ego frater Michael de Cæsena*, acta Monachii a. 1330 VII kal. aprilis (26 martii). Extat ms. in codd. Vatic. lat. 4009 (ff. 85-125) et 4010 (ff. 141-206) et in cod. XXI conventus Capistranensis (ff. 176-242), de quo Liv. Oliger in « Archivum Franciscanum Historicum » III p. 255, et edita est partim a K. Müller in op. cit. (Zeitschrift..., p. 83 sqq.). Argumenta errorum principalium, quos Michael in dicta constitutione contentos esse dicit, excerpsit Conr. Eubel (Bullarium Franciscanum, V, pp. 426-27).

Appellatio contra 4 constitutiones Joannis XXII iam notas, incipiens *In nomine Domini, amen. Anno .... Quoniam, sicut testatur Apostolus ad Thimoteum: radix omnium malorum est cupiditas*, acta Monachii a. 1338 die 24 augusti. Invenitur in cod. Vatic. lat. 4008 sæc. XIV et cod. lat. 5154 bibliothecæ Nationalis parisiensis sæc. XV, ex quo eam edidit Armandus Carlini in opere infra notato, pp. 289-308.

De eo conferri possunt: Riezler Sigm., Die literarischen Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwig des Bayers, Leipzig 1874, p. 65 ss., p. 123 ss.; p. 247 ss.; Marcour Ed., Anteil der Minoriten am Kampfe zwischen König Ludwig IV. von Bayern und Papst Johann XXII, Emmerich 1874, p. 32 et 45; Gudenatz Ernst, Michael von Cæsena. Ein Beitrag zur Geschichte der Streitigkeiten im Franziskanerorden, Breslau 1876; Tocco Fel., L' eresia nel medio evo: Studî. Firenze, 1884; Eubel Konr., Geschichte der oberdeutschen Minoriten-Provinz, Würzburg 1886, pp. 42, 50-56; Wurm, in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, VIII, Freiburg im Breisgau 1893, coll. 1489-92; Carlini Arm., Fra Michelino e la sua eresia. Bologna Zanichelli (Cesena, Tipogr. Gius. Vignuzzi e C.), 1912.

MMDCCCXCV. 1512.

MICHAEL CALVUS = Siclitanus patria, vir in divinis literis egregie doctus, et verbi Dei prædicator minime vulgaris edidit italico idiomate

Conciones de laudibus B. Virginis pro Sabbatis Quadragesimæ. Panormi anno 1645. in 4. per Nicolaum Buam, quas laudat Marraccius in Bibliotheca Mariana.

Assumpta prædicabilia super omnia Quadragesimæ Evangelia. Pars prima prodiit Panormi 1645. in 4. apud Buam, et Portamnovam; postea Venetiis 1649. in 4 apud Combum; et postremo ibidem an. 1665. in 4. apud Bertanos. *Pars* 2. vero Panormi 1648. in 4. apud Colicchiam, et Terram novam; postea Venetiis an. 1649. in 4. apud Junctam, et Babam; et tandem ibidem an. 1665. in 4. apud Bertanos. Hos *Sermones* latinos fecit *Fr. Bruno Neuser* Germanus Strict. Observ. Reformat., vulgavitque Coloniæ an. 1668. tomis 2. in 4. per Joan. Busæum.

Conciones de Sanctis occurrentibus in Quadragesima: pro Hebdomada Sancta: pro feriis sextis Quadragesimæ: et *Dominicale totius anni* scripserat, preloque paraverat, teste Mongitore in Biblioth. Sicula, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 369.; sed edere non potuit morte præventus, quam obiit an. 1654. ex Bordono in Chronologio 3. Ordinis cap. 38.

Habitum Tertii Ordinis accepit anno 1612 die 8 februarii; prioris munere rexit cœnobia S. Nicolai Panormi et S. Mariæ Siclis, obiitque Siclis die 27 novembris a. 1654.

Assunti sopra i Vangeli della Quaresima. Aliæ editiones: partis

Digitized by Google

partis primæ, Venetia Combi, MDCXLVII. in 4; partis secundæ, In Venetia. M.DC.L. Appresso Francesco Baba. in 4; partis utrinsque, In Venetia 1656 appresso i Giunti. 2 voll. in 4. Versio latina Brunonis Neusser prodiit primum Coloniæ Agrippinæ apud Jo. Busæum a. 1659 par. 2 in 4. — In hoc opere, quod Ant. Mongitore idem putat ac relatum a Waddingo, extant pro sex prioribus sabbatis quadragesimæ totidem *conciones de laudibus B. Virginis*, quæ verisimiliter aliæ non sunt ab iis quæ ab Hipp. Marraccio indicantur.

MMDCCCXCVI. 1513.

MICHAEL DE CARCANO = Reg. Observ., quem Robertus Liciensis Episcopus Aquinas suorum temporum concionatorum princeps in serm. de S. Bernardino cap. 2. inter *famosissimos* verbi Dei præcones enumerat, et Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Supplementi lib. 14. dicit alterum *Paulum Apostolum* tota Italia nominatissimum, Perusii anno 1464. in Comitiis Gen., ubi in Ministrum Gen. electus fuit Fr. Franciscus de Ruvere, postea Sixtus IV., medio foro *egregium Sermonem* habuit ex Rodulphio lib. 2. fol. 193.; anno vero 1463. Conciones habuit Venetiis in platea S. Marci pro expeditione in Turcas ex Marino Sanuto in Vita Christophori Mauri LXI. Ducis Venet. in to. 22. Rer. Italic. Script., et an. 1471. Placentiæ ex Alberto Ripalta in Annal. Placentin. to. 20. Rer. Italic. Script.; etiam Petrus Thomasius in Phœnice, seu tract. de artificiosa memoria §. *Experim.* commemorat hunc Patavii de *immortalitate animæ* concionantem, et in eam rem 140. auctoritates afferentem; demum an. 1471. Placentiam evocatus fuit conciones habiturus, et hospitale novum, magnumque promoturus, uti fecit ex Alberto Ripalta in Annal. Placentin. apud to. 20. Rer. Italic. Script.; Mediolani quoque majoris Xenodochii, Montisque Pietatis autor fuit. Scribit Bergomas loco cit. obiisse Laudæ an. 1495.; sed puto legendum 1485.; Rodulphius quoque lib. 2. fol. 299., et lib. 3. fol. 329. habet excessisse Laudæ in Cœnobio S. Joannis; Marcus tamen Ulyssipon. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 8. cap. 35. scribit, humatum fuisse Mediolani in Cœnobio S. Mariæ Angelorum; Comi vero obiisse circa annum 1485., ubi in Ecclesia sui Ordinis tumulatus est, ejusque imago cernitur cum laureola, radiisque more *Beati*, tradit Waddingus in Annal., et Benedictus Mazzara ex eo in Legend. Francisc. ad diem 15. Octobr.; addunque ejus caput cum veneratione asservari Laudæ, ac diversum esse ab alio Fr. *Michaele Mediolanensi*, qui eodem tempore florebat prædicatione, et vitæ sanctitate Bergomi, obiitque an. 1490. Mediolani in æde S. Angeli sui Ordinis humatus ex Bartholomæo Peregrino. Paulus Morigia de Nobil. Mediolan. lib. 2. cap. 14., ac lib. 3. cap. 30., et ex eo Abbas Picinellus in Athenæo Liter. Mediolan. tradiderunt, eum ad Eccles. Bergomen. promotum fuisse; quod si quid veri habet, id contigisse dicendum erit an. 1484., quo Ludovicus Donatus mense Julio decessit: et Michaelem vel dignitatem recusasse, vel ipsum quoque ex hac vita excessisse, cum veteres, synchronique scriptores altum de hac re silentium teneant. *Michaeli Carcano Religiosæ Observantiæ* scripsit Jacobus Cardinalis Papiensis epist. dat. Fulginei 17. Januar. 1472., ut ex ejus Epistolis: et Bernardinus Busti in *Rosario* par. 2. serm. 27. p. 2. fatetur, se ab eo ad Ordinem Minor. admissum fuisse; ac *Beati* titulo eum honorare non veretur, quem et citat in suo *Mariali* par. 1. serm. 1. p. 2., vocatque *Michaelem de Carchano*, uti et serm. 6., ac 7.

Sermones XI. etc. Venetiis 1492., et 1496. in 4. ex Joan. a S. Anton.

Sermones 77. *in caput* 1. *Exodi* habuit præ manibus Fr. Joan. la Haye, ut ipse testatur in indiculo AA., quibus confirmat suos conceptus in Exodum.

Sermones de IV. *Novissimis*. Coloniæ an. 1492. in 4. ex cit. Joan. a S. Anton.

Sermones impres. Venetiis an. 1477. typis Francisci Renner memorat Joan. de Caille de Vitis Typographor. fol. 22., sed in qua materia fuerint, non dicit; forsan quos *de Tempore*, et *de Sanctis* vocat Waddingus pag. 261. [huius edit. 175.] in *Michaele de Mediolano*, qui idem est, et pag. 259. [hujus edit. 174.] hoc loco.

Quadragesimale de pœnitentia incipiens: *Secundum Philosophi sententiam:* prodiit *optima castigatione emendatum cura, et impensis Nicolai Franckfort* 3. *idus Decembris anno salutis* 1487. Venetiis in 4., in cujus fine ita legitur: *Quadragesimale, seu Sermonarium de pœnitentia duplicatum per Adventum videlicet, et Quadragesimam a Venerabili Viro Fratre Michaele Mediolanensi Ord. Fratrum Minorum de Observantia editum, qui tum sanctimonia vitæ, tum ferventissima verbi Dei prædicatione a Deo innumeris meruit coruscare miraculis, felici numine explicitum est. Impressum* etc. Obierat igitur *Michael* ante initium mensis Decembris an. 1487. Deinde excusum est ibidem an. 1492., uti habet Waddingus infra in *Michaele Mediolanensi*, subdens idipsum habere penes se ms. vetusto charactere; et anno 1496. ibidem per Georgium de Arrivabenis Mantuanum.

Quadragesimale 1. *de tribus peccatis principalibus superbia, luxuria, et avaritia cum speciebus suis:* incip. *Sententia est vera* etc.; et

Quadragesimale 2. *de reliquis* 4. *peccatis capitalibus, gula, accidia, ira, et invidia cum speciebus suis*, incip. *Audivi vocem magnam* etc.; atque

Sermones in Adventu Domini de peccato in generali: tria hæc impressa sunt simul Venetiis an. 1476. in 4. per Franciscum de Hailbrun, et Nicolaum Francofordien. socios; extantque Bononiæ in Biblioth. S. Francisci, quorum in fine legitur: *Explicit Sermonarium triplicatum: per Adventum, in quo tractatur de peccato in generali, et per duas Quadragesimas, in quarum una tractatur de peccatis principalibus, superbia videlicet, luxuria, et avaritia cum speciebus, et filiabus suis: in alia vero de reliquis quatuor peccatis capitalibus, gula videlicet, accidia, ira, et invidia cum speciebus, ac etiam filiabus suis diffuse describitur... Quadragesimale* 2. prodiit postea et Mediolani 1495. in 4. ex cit. Joan. a S. Anton. *Sermones Adventus, et Quadragesimale* prodiisse Basileæ an. 1479. in 4. per Michaelem Wenkler tradit Orlandus de Orig., et progr. Typogr. par. 1. et 2. pag 273.; (hoc autem esse *Quadragesimale de tribus peccatis principalibus* habet Willotus in *Michaele de Carcano;* credo cum errore): *Adventuale, et Quadragesimale* dicit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 268.

Quadragesimale de decem præceptis incipiens a *Dominica Septuagesimæ: Sic currite, ut comprehendatis*, et prolog. *Sapientissimi Solonis Philosophi:* constansque *Sermonibus n.* 77. impressum est Venetiis an. 1492. in 4. per Joan., et Gregorium fratres de Gregoriis Forolivienses; et extat Bononiæ

Digitized by Google

Bononiæ in cit. Biblioth. S. Francisci; de eoque et Joan. a S. Anton.

Tractatum de moribus, et peccatis a se *nuper editum* ipsemet citat in prologo prædictorum Sermonum de x. *præceptis.*

Opus de commendatione virtutum, et vitiorum reprobatione Sermonarium cusum Mediolani an. 1495. per Uldericum Scinzenzeler in 4. habet cit. Orlandus de Orig., et progr. Typogr., et ex Biblioth. Scriptor. Mediolan. Argelati to. 1. col. 597., ac ms. membran. in 4. extare ibidem in Ambrosiana Biblioth. scribit Abbas Picinellus in Athenæo Mediolanen., vocatque *Sermonarium de commendatione virtutum, et reprobatione vitiorum;* cujus meminit et Petrus de Alva col. 1052. Militiæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. *Sermones Michaelis Mediolanensis* mss. extare in Biblioth. Ambros. habet et Catalogus Montfaucon to. 1. pag. 520.

De clementia Dei tractatum autor ipse citat in suo *Quadragesimali de pœnitentia* serm. feriæ 6. post. 1. Dominicam Adventus par. 1.

Confessionale, seu methodum confitendi lingua vernacula, et breve composuit, quod prodiit Venetiis an. 1513. in 8. apud Alexandrum Bindoni; et 1520. apud eumdem hoc tit.: *Confessionale generale de la gran tuba Frate Michele da Milano;* quod extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., et adducitur a Moreri in Dictionario Gallico, et Waddingo infra in *Michaele Mediolanen.*

Compendium SS. Ordinis Min. Michaelis de Mediolano citatur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1308. n. 70., et Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 17. Augusti §. 4., qui et de hoc viro agit ad diem 15. Octobr. §. 2.

Apostillas duas Fratris Michaelis contra Angelum de Castro in causa fœnerationis Judæorum citat Alexander de Nevo Vicentinus J. U. Doctor Patavinus in *consilio* 3. contra eumdem Angelum de Castro, an Judæi possint conduci ad fœnerandum cum licentia Papæ; cuso Venetiis anno 1476., et 1481. post Supplementum Summæ Pisanellæ his verbis: *et Fr. Michael in sua Apostilla dicit, quod S. Thomas, Scotus, Riccardus* etc.... *et hæc formalis Apostilla Fratris Michaelis ad tuum consilium in ordine secunda... Frater autem Michael in sua secunda Apostilla ad tuum consilium concordat cum mea opinione* etc.: et prope finem addit: *pollicitus fuisti Fratri Michaeli de his pœnitentiam agere; noli tardare.*

De Michaele de Carcano, qui idem est atque Michael Mediolanensis, erudite agit Paulus Sevesi O. F. M. in « Archivum Franciscanum Historicum » III (1910) pp. 448-63, 633-63, IV pp. 24-49, 456-81, ad quem omnino quoad Michaelis vitam resque ab eo gestas lectorem remittimus.

Anno 1492 editi sunt Venetiis non *Sermones undecim in Decalogum*, sed (cum titulo *Quadragesimale de decem præceptis*) *Sermones septuagintaseptem*, quorum *67 priores* agunt de *Decalogo*. Eorum nulli recusi sunt ibi vel alibi a. 1496.

Sermones 77 in caput primum Exodi non extant, et verisimiliter Joannes de la Haye indicavit vel voluit indicare *Quadragesimale de decem præceptis* ex *septuagintaseptem sermonibus* constans, quorum 67 sunt in caput *Exodi* vigesimum.

Anno 1492 nullus alius liber *de quatuor Novissimis* impressus est Coloniæ, nisi qui incipit *Memorare novissima tua... Sicut dicit beatus Augustinus in libro suarum meditationum*, et *Cordiale* communiter appellatur. Prodiit per Henricum Quentell absque auctoris nomine, sed debetur Gerardo de Vliederhoven. Cf. Voullième E., Der Buchdruck Kölns bis zum Ende des XVn Jahrhunderts, Bonn 1903; Pellechet (- Polain), Catalogue général des incunables des bibliothèques publiques de France, III, Paris 1909, n. 5105. Non videtur Michael de Carcano aliquod opus scripsisse titulo *Sermones de quatuor novissimis*, neque sermones de hoc argumento, in eius maioribus *Sermonariis* fortasse extantes (sermones 50, 51, 52 quadragesimalis de pœnitentia agunt de iudicio finali, sermo 74 de memoria mortis) in unum collecti esse et evulgati.

Contra id quod affirmat Jo. de la Caille (Histoire de l'imprimerie et de la librairie, Paris 1689, p. 22) *Sermonum* Michaelis de Mediolano nulla editio extat Venetiis expressa a. 1477 typis Francisci Renner.

Qradragesimale de pœnitentia non excusum est Venetiis a. 1492, neque ulla pars *Sermonarii de peccatis* Mediolani a. 1495. Hoc secundum editionem venetam anni 1476 integrum prodiit Basileæ, sed sine loci nota, a. 1479 per Michaelem *Wenssler* in fol.

Quadragesimalis de decem præceptis sermones septem posteriores agunt de *anima;* sermo 52, de rebus turpibus in matrimonio, si exordium excipias quod est diversum, prodierat iam a. 1482, verisimiliter Mediolani, cum hac subscriptione: *Per R. P. Fratrem Michaelem charcanum Mediol. Apostolicum Predicatorem ord. Min. Divi et Seraphici Francisci de Observantia prestantissimum Sermo habitus ad populum Mediolanensem. Idemque ex tempore per Gabrielem Brebiam Ducalem scribam annotatus et postea per ipsum predicatorem recognitus anno domini 1482 die veneris* XII *mensis Julii prelo formatus est. Imperante Ill.mo Principe Johanne Galez. Mauro Sfortia vic. Mediolanensium Duce Sexto.* foll. 7 in 4; quæ editio servatur in bibliotheca Ambrosiana.

Tractatus de moribus et peccatis, quem ut a se nuper editum ipse Michael citat in prologo *Sermonum de decem præceptis*, procul dubio idem est ac *Sermonarium de peccatis*, quum verbo *tractatus* sæpe noster auctor in suis operibus indicet unum vel plures suos sermones. Hinc etiam *tractatus de clementia Dei* non est putandus opus distinctum, sed verisimiliter est sermo duodecimus *Quadragesimalis de pœnitentia*, agens de clementia Dei.

La confessione generale cioe lo modo che la persona de tenere et examinare la consciencia quando se confessa:... (composta per el venerabile religioso miser fra michel da milano predicatore de lordine de sancto francisco de observantia). Sine loci et typographi notis (Venetiis), M.CCCC.LXXXIIIJ. a di. iij. de aprile. foll. 10 in 4. (Reichling D., Appendices, II n. 455); sine ulla nota (exeunte sæculo XV, fortasse Mediolani per Udalricum Scinzenzeler), char. rom., 18 foll. in 8. (Idem, op. cit., I, n. 108); item sine ulla nota (sæc. XV), 16 foll. (Copinger, Supplement, II, n. 1456).

Compendium Sanctorum Ordinis Minorum idem fortasse opus est ac *Sermones de Sanctis* a Waddingo hic indicati. Papiæ in bibliotheca Universitatis, cod. 62, extant nostri auctoris sermones: *de s. Clara*; *in festo seraphici Francisci; in festo angelici Bernardini.*

Quadragesimale de fide et articulis fidei manu scriptum a. 1468 extat in bibliotheca Ambrosiana cod. L. 65 Sup.; insuper, sed mutilum, Patavii in bibliotheca Universitatis cod. 530, Mantuæ in bibliotheca Civica cod. G. II. 2 sæc. XV. Continet 160 sermones, a prima dominica Adventus ad primam post Pentecosten. Non prodiit Basileæ, ut ait Waddingus, a. 1479, neque, ut dubitanter ab Hain (n. 4510) refertur cum aliis eiudem operibus a. 1499, et adhuc ineditum videtur.

Quatuor eius *sermones* italici reperiuntur in volumine, cui titulus: *Cinque Prediche a Monache in lingua volgare di due celebri francescani del secolo* XV, *tratte da un codice della Nazionale di Firenze per cura di Fr. Marcellino da Civezza, Min. Oss.* Prato, Tip. di Ranieri Guasti, 1881.

Sermones de festivitatibus D. N. Jesu Christi et de Spiritu Sancto atque *alii* præter iam indicatos continentur in dicto codice 62 Universitatis Papiensis, nec non

Casus conscientiæ per totam quadragesimam in diebus ferialibus.

Nescio utrum Michaeli de Carcano etiam sequentia opuscula adscribenda sint:

Due Confessionali, l'uno per i Confessori, et l'altro per i penitenti. Ne' quali brevemente si ricorda come il Confessore deve interrogare, et assolvere il penitente de' suoi peccati. Et il modo con che il penitente deve confessarsene. Composti dal M. R. P. F. Michele da Milano Osservante di San Francesco. Et nuovamente stampati. In Vinegia appresso Gabriel Giolito de' Ferrari. MDLXXII. in 16; quæ editio recusa est a Jolitis a. 1583. (Bongi Salv., Annali di Gabriel Giolito de' Ferrari, II, Roma 1895, p. 326).

Confessionale molto vtile et breve, per le donne, così Secolari, come Religiose, le quali desiderano di confessarsi bene de' lor peccati innanzi al Confessore. Composto dal R. P. F. Michele da Milano, Osseruante di S. Francesco. In Vinegia, appresso Gio. e Gio: Paolo Gioliti de' Ferrari. MDLXXIX. in 16. Incipit: *Essendo la Confessione rimedio efficacissimo.*

MMDCCCXCVII.

Digitized by Google

MMDCCCXCVII.

MICHAEL CATTINARI Fanani in montibus Mutinensis ditionis natus, et Cœnobio Mutinensis urbis aggregatus Min. Conv. sac. Theol. Magister in sacris dogmatibus, et canonibus eruditus plura sui Ordinis officia provinciarum Visitatoris, Conventuumque præcipuorum præfecti, nec non reformatoris obivit, decessitque in patria circa annum 1630. ætatis suæ 63., cum edidisset librum

De valore Sacrificii Missæ. Regii an. 1627. typis Flaminii Bartoli; et

De casibus conscientiæ discrepationes: ut est scriptum a Theulo in Triumpho Seraph., et Ciatto in Annal. apud Franchinum in Biblioso. num. 273.

Annum eius mortis Jo. Franchinus non indicat. Hieronymus Tiraboschius (Biblioteca Modenese, II, Modena 1782, p. 7) dicit eum defunctum esse anno 1644 die prima Maii.

MMDCCCXCVIII.

MICHAEL DE CERVANTES Saavedra Hispanus Hispalensis, al. ex oppido *Esquivias* in agro Toletano *Tertii Ordinis Secul.* S. Francisci ingenii amœnitate conspicuus plura composuit fabularum amatoribus gratissima: uti

Ingeniosus immunis vulgo *Don Quixote dela Mancha* bipartitus. Matriti an. 1608. in 4., et Bruxellis 1662. cum figuris; gallice vero Rothomagi an. 1646. in 8., et etiam italice.

Historia septentrionalis fabulosa de laboribus Persiles, et Agnemunda gallice Parisiis an. 1611. in 8.; hispanice vero Matriti 1619. in 8., et 1728. in 4. typis Josephi de Padilla.

Apologi XII. Matriti 1613., et 1622. in 8.; italice vero Venet. 1616. in 12., et alibi sæpe.

Comœdiæ octo; octoque intercalares scænæ. Matriti an. 1615. in 4.

Erudita Galatea. Beaciæ an. 1617. in 8. apud Joan. Baptistam Montoyam.

De eo fuse, et cum laude Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hispan., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 370.

Natus est Compluti a. 1547 mense octobri, cuius die 9 baptizatus est; ibidem Tertium Ordinem S. Francisci est professus secundum Clementem Cortejon in « La Coartada » (Barcelona 1903 et 1905) anno 1613, secundum Franciscum Navarro y Ledesma in « El ingenioso hidalgo Don Miguel de Cervantes Saavedra » (Madrid 1905) die 10 ianuarii anni 1610; obiit vero Matriti anno 1616 die 23 aprilis.

El Ingenioso Hidalgo Don Quixote de la Mancha. Prima pars: En Madrid Por Juan de la Cuesta, 1605, in 4 (duæ editiones); - Em Lisboa por Jorge Rodriguez, 1605. in 4; - En Lisboa por Pedro Crasbeeck. Año M.DCV. in 8; - En Valencia, en casa de Pedro Patricio Mey, 1605. in 8 (duæ editiones); - En Brvsselas, Por Roger Velpivs..., año 1607. in 8; - En Madrid, por Juan de la Cuesta, 1608. in 4; - En Milan, Por el Heredero de Pedromartir Locarni y Juan Bautista Bidello. Año 1610. in 8; etc. — Altera pars: En Madrid, Por Juan de la Cuesta. 1615. in 4; - En Brvselas, Por Huberto Antonio, 1616. in 8; - En Valencia, por Pedro Patricio Mey, 1616. in 8; - Em Lisboa por Jorge Rodriguez, 1617. in 4; etc. — Utraque pars: Barcelona, en casa de Bautista Sorita, et, en casa de Sebastian Matevat, 1617. A costa de Juan Simon. voll. 2 in 8; - En Madrid, en la Imprenta de Francisco Martinez, 1637-36. voll. 2 in 4; - Madrid, En la Imprenta Real, 1647. in 4; etc.

Los Trabajos de Persiles, y Sigismunda, historia setentrional. Año 1617. En Madrid, por Juan de la Cuesta. in 4 (duæ editiones); - En Valencia por Pedro Patricio Mey. 1617. in 8; - Em Lisboa por Jorge Rodriguez. 1617. in 4; - En Paris, a costa de Estevan Richer. 1617. in 8; - En Barcelona, por Bautista Sorita, 1617. in 8; - En Pamplona por Nicolas de Assiayn, 1617. in 8; - En Brucelas por Huberto Antonio, 1618, in 8; etc. Gallice, interprete Franc. de Rosset: Paris, J. Richer, 1618, in 8; et interprete Daudiguier: Paris, Vue M. Guillemot, 1618. in 8.

Novelas exemplares. En Madrid, por Juan de la Cuesta, 1613, et iterum 1614, in 4; - En Pamplona por Nicolas de Assiayn, 1614. in 8; - En Brusselas, por Roger Velpio y Huuerto Antonio, 1614. in 8; etc.

Ocho Comedias, y ocho Entremeses nuevos, nunca representados. Año 1615. En Madrid por la viuda de Alonso Martin. A costa de Juan de Villaroel mercader de libros. in 4.

Primera parte de la Galatea, dividida en seis libros. Impressa en Alcala por Juan Gracian. Año de 1585. A costa de Blas de Robles mercader de libros. in 8; editio prima; - En Paris por Gilles Robinot, 1611. in 8; etc.

Relacion de lo svcedido en la Civdad de Valladolid, desde el punto del felicissimo nacimiento del Principe Don Felipe Dominico Victor nuestro Señor: hasta que se acabaron las demostraciones de alegria que por él se hizieron. Año 1605. En Valladolid, Por Juan Godinez de Millis. in 4.

Viage del Parnaso. Año 1614. En Madrid, por la Viuda de Alonso Martin. in 8.

Cf. Enciclopedia universal ilustrada Europeo-Americana, ubi multi auctores indicantur qui de hoc celebri viro agunt; quos adeat, qui plura desiderat.

MMDCCCXCIX. 1514.

MICHAEL CLERUS = de quo et Joan. a S. Anton. exscribens Waddingum.

MMCM.

MICHAEL DENSK Germanus provinciæ Austriæ Strict. Observ. Reform. Pater, Procurator Gener., demumque Monasterii Clarissarum Viennæ Austriæ Commissarius edidit in lucem anno 1629.

Librum controversiarum fidei hoc titulo: *Gladius S. Michaelis* ex Relatione prædictæ provinciæ apud Joan. a S. Anton.

MMCMI.

MICHAEL DIRLETON Scotus vir doctrina, et rerum gerendarum præstantia clarus, ac in patria Cœnobii sui Ordinis moderator, et rector scripsit circa annum 1444., quo florebat,

Ad Valterum Haliburton fundatorem Militem lib. 1.

Logicalia Opus egregium iuxta Scoti Chronici Continuatorem Maculloch anno 1480. scribentem.

Lecturas in Psalmos lib. 1., si quid veri perhibet Dempsterus lib. 4. Hist. Eccles. Scot. n. 418.

MMCMII. 1515.

MICHAEL DOMINICUS = Conventual. sacræ. Theol. Magister dicitur ab Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., qui et addit Opus ejus prodiisse Taurini anno 1522. Scripsit quoque

Commentaria in Porphyrium dicata Carolo Sabaudiæ Duci. Taurini an. 1521. in 4., teste autore anonymo *Bibliothecæ ineditæ* Matriti in Regia Bibliotheca asservatæ, et Joan. a S. Anton. in Append. De eo et D. Britius in Monumentis Subalpinæ provinciæ, et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCMIII.

MICHAEL EZPELETA Hispanus prov. Aragoniæ Reg. Observ. edidit hispanice

Vitam S. Waldescæ. Cæsaraugustæ an. 1633. in 4. per Christophorum de Turre, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 371.

MMCMIV.

MICHAEL FIDOTUS Ennensis Siculus Agrigentinæ diœcesis elucubravit

Descriptionem

Digitized by Google

Descriptionem provinciæ Vallis Netinæ in Sicilia Strict. Observ. Reform., teste Petro de Alva col. 1054. Militiæ apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMV. 1516.

MICHAEL GALLUS = ex Rodulphio lib. 3., qui eum dicit de *provincia Provinciæ*, scilicet Narbonensi, seu S. Ludovici Episcopi; ejusque Opus extat ms. Patavii in Biblioth. S. Antonii in 4. ex Tomasino in Catalogo ejusdem Biblioth. mss.; extabat etiam ms. penes Waddingum, ut ipse testatur supra in *Joanne Michaelis*, qui idem est, hoc titulo:

De quadraginta duabus mansionibus filiorum Israel moraliter applicatis ad totidem gradus, quos ascendere debet, qui calcatis vitiis, ad virtutum culmen cupit pertingere: incipitque: *Circa quadraginta duas mansiones* etc. Opus hoc sine nomine autoris vidi Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci hoc titulo: *Summa de vitiis, et virtutibus* incip. *Circa* 42. *mansiones nota, quod Christus descendit in carnem per* 42. *generationes* etc.: estque ms. chartaceum in 4. inter nonnullorum autorum *Sermones*, quorum primus de Nativitate V. Mariæ incipit: *Jacob genuit Joseph* etc.

Sunt, qui tradant, claruisse eum anno 1490. De hoc et Possevinus, et Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebr., et ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

MMCMVI.

MICHAEL HISPANUS Neapolitanæ prov. concionator celebris, ac Theologus eruditus Min. Capuccin. composuit

Tractatum de prædestinatione, quem ms. extare scribit autor Bibliothecæ Cappuccin., et ex eo Jo: a S. Anton. Obiit autem Romæ an. 1585. ex Boverio to. 2. Annal. Cappuccin.

Tractatum de prædestinatione et de auxiliis divinæ gratiæ Fr. Emmanuel Neapolitanus tradit iuris pubblici esse factum, teste P. Apollinari a Valentia in Delphinatu in Bibliotheca Fratrum Minorum Capuccinorum provinciæ Neapolitanæ, (1886), p. 127.

MMCMVII.

MICHAEL DE HUNGARIA Minor. Conv. concionator, et sac. Theol. Doctor elaboravit exeunte seculo xv., teste Joan. a S. Anton. to. 2.,

Sermones xiii. *universales* juxta xiii. dictiones: *sequitur. humiliat. dominus. filius. voca. servit. stans. moritur. diligit. venit. ambula. surge. resurge.* Daventriæ an. 1491. in 8., et postea Parisiis anno 1515., et 1516. in 8. castigatos a F. *Jacobo Gandensi* O. P., quem non habet Jac. Echardus in Biblioth. nova Ord. Prædic.

Indicem concionatorium pro Conceptione Immacul. B. V. Mariæ. Argentinæ an. 1508. in 8., teste Petro de Alva col. 1062. Militiæ. Hujus Scriptoris meminit Marraccius in Biblioth. Mariana v. *Michael Ungarus.*

Sermones xiii *universales* prodierunt pluries inter annos 1480 et 1490 Lovanii per Joannem de Westfalia, sed absque ulla typographi, anni et loci nota, in 4 (Campbell, Annales de la typographie néerlandaise au xve siècle, nn. 1244, 1245, 1247-51); præterea: Argentinæ sine typographi nomine, a. 1482 kalendis Maii, 1487 in vigilia Annunciationis Virg. Mariæ, 1490 in profesto Michaelis, et 1494, in 4 (Hain, Repertorium, nn. 9043, 9046, 9047, 9049); Leydis per Henricum Henrici a. 1484 die x Martii, in 4 (Campbell, n. 1246); Daventriæ in platea episcopi (per Richardum Paffroet) 1491, in 8 (Id., n. 1252); Coloniæ per Hermannum Bumgart a. 1496 die xiii Junii, et retro Minores (per Martinum de Werdena) 1498 die xvi Maii, in 4 (Hain, nn. 9044, 9050); Suburbiis S. Germani de Pratis (Parisiis) per Petrum Levet a. 1497 die xiii Novembris in 8 (Copinger, Supplement, ii, 3207); Parisiis pro Johanne Petit a. 1501 die xxii Decembris in 8 (in biblioth. Casanatensi); — item in collectione cui titulus *Evagatorium*: Coloniæ, retro Minores a. 1499 die xi Octobris in 8 (Hain, n. 6727), et apud Prædicatores (per Cornelium de Zierikzee) 1503, et in domo Quentel 1505, et per Martinum de Werdena 1505 post festum Visitationis Mariæ, in 8 (Panzer, Annales typographici, xi p. 393 n. 50, vi p. 356 n. 82, xi p. 393 n. 89 b); Argentorati, a. 1503, et sumptibus Joannis Knoblouch a. 1516 die xi Novembris, in 8 (Panzer, vi p. 30 n. 31; vi p. 78 n. 429); sine loci et anni notis, sed Londinii initio sæc. xvi, per Richardum Pynson, in 8 (Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, ii, col. 211).

Thema seu Indicem concionatorium pro Conceptione illibata Virg. Mariæ Petrus de Alva impressum dicit Argentinæ a. 1503, non autem 1508. Absque dubio idem est atque illud quod reperitur inter themata sermonum de sanctis in *Evagatorio* adiecta *Sermonibus* xiii *Michaelis de Hungaria*; hæc autem themata, ut in prima *Evagatorii* editione declaratur, eius non sunt.

Ceterum hunc auctorem Minoritam fuisse dubium videtur. In nulla eius Sermonum editione, quod sciam, talis dicitur; quinimo in ea, quæ cum titulo *Penuarium christianæ vitæ* expressa est Coloniæ Agrippinæ typis Joannis Christophori a. 1611 in 8, adscribitur Ordini Fratrum Prædicatorum. Simlerus, Possevinus, Marraccius ceu nullius Ordinis regularis scriptorem eum recensent; quidam posteriores, ut D. Czvittingerus (Specimen Hungariæ literatæ, Francofurti et Lipsiæ 1711, p. 395) et Hain faciunt Ordinis Minorum de Observantia, ex eo tamen quod eum confundunt cum Anonymo Hungaro, cui debentur sermones *Biga salutis* nuncupati, de quo Sbaralea scribit supra (par. i, pag. 58).

De Michaele de Hungaria agunt etiam Quetif-Echard, Scriptores Ordinis Prædicatorum, i, pp. 736-37, quos falsum est omisisse Jacobum Gaudensem (non Gandensem), quum de eo loquantur to. ii p. 44.

MMCMVIII.

MICHAEL ISQUIERDO Strict. Observ. Discalc. provinciæ Valentinæ scripsit vernaculo sermone hispano

Brevem, et claram resolutionem casuum conscientiæ, quam ms. in 8. se vidisse tradit Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 334. in Append., et ex eo autor Biblioth. Valent., et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMCMIX.

MICHAEL IVET Gallus, ut conjicio, natione, ac Regul. Observ. clarus ecclesiastes

Varias Orationes conscripsit, quarum unam habuit *ad Paulum V. de Mificardino Tyri, et Sidonis Principe* ejusdem Ordinis Min. benemerito, qui Romam, sedente præfato Paulo V., advenit, quemadmodum memoriæ prodidit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1342. num. 33.

MMCMX. 1517.

MICHAEL DE MEDINA =

Opus de recta in Deum fide commendat Anton. Possevinus in Bibliotheca selecta lib. 7. cap. 1., et 4.

Septem alios libros de recta in Deum fide scripsisse docet laudatus Hieronymus Magius in præfatione dicta; de quo Opere Jacobus Gibertus Nogueras Episcopus Alipharum scribit: *Tu vero, Medina doctissime, non tantum longe ab horum hominum ingenio abes, sed proxime etiam accedis ad eam normam tuendi Religionem nostram, quam nascentis, adolescentis, et natu jam grandioris Ecclesiæ facile principes Clemens Alexandrinus, Athanasius, Basilius, Hieronymus, Augustinus, et alio-*

Digitized by Google

aliæ Christianæ Reipub. columnæ nobis tradiderunt: cui concinit Eysengrenius in Catalogo testium Verit., *eruditissimum, et antiquis Christianæ Ecclesiæ Theologorum coriphæis comparandum, ac novum quemdam Theologiæ Herculem* appellans.

Tractatum de Purgatorio citat et Gonzaga.

De salutari Pœnitentia; et *de restitutione tractatus* non sunt *Michaelis,* sed *Joannis Medinæ* Complutensis ex Nicolao Anto., et Jo. a S. Anton.

Apologeticum pro Joanne Fero contra Sotum prohibetur ex Decr. sac. Congreg. Indic., ubi dicitur *Belarcensis;* uti ipse etiam se appellat ab oppido *Belalcazar* vulgo diœcesis Cordubensis.

Enarrationem trium locorum ex cap. 2. Deuteronomii Cathedræ sacrarum Scripturarum Academiæ Complutensis assignatorum, et in publico theatro explanatorum. Compluti an. 1560. in 4., teste Jo. a S. Anton.

Animadversiones in S. Cyrilli Alexandrini librum adversus Antropomorphitas ex interpretatione Bonaventuræ Vulcanii extant cum aliis in cod. ms. Bibliothecæ Lugduno-Batavæ Communis inter libros Vulcanianos, ut ex ejus Catalogi pag. 417. constat.

Biblicarum annotationum libros composuit; et

De præcepto, et dispensatione, quorum ipse meminit in Opere *de recta in Deum fide* lib. 3. cap. 8., et lib. 6. cap. 9., sed inediti remanserunt ex cit. autore.

Disputationum de Indulgentiis liber unus et *Quarti articuli symboli Apostolici interpretatio* prodierunt *simul* a. 1564.

Tratado de la Christiana y verdadera humildad. En el qual se habla dela naturaleza, excelencias, propriedades y fructos desta sancta virtud, y se descubre la fealdad y malicia de la soberuia. Compuesto por el Maestro Fray Miguel de Medina dela orden de sant Francisco, Guardian de sant Juan delos Reyes de Toledo, a peticion de vna persona religiosa y generosa. Ponese antes deste tratado, vna carta (ff. 55) *para la mesma persona, que fue ocasion de toda esta obra, en la qual se declara aquel dicho de Christo en el Cap. 18. de sant Matheo. Sino os boluierdes en niños, no entrareys en el reyno delos cielos. etc.* ... En Toledo en casa de Juan de Ayala. Año. 1570. in 8. (ff. 8 n. n., 262 n.). *Exercicio de la verdadera y Christiana humildad* (ll. 7)... En Toledo en casa de Juan de Ayala. Año. 1570. in 8 (ff. 12 n. n., 439 n.). — Ex privilegiis regiis pro opere imprimendo, quæ in primo volumine extant, datis die 7 octobris 1569 et 11 iulii 1570, et ex epistola auctoris ad christianum lectorem data a. 1570, videtur editio prima. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

Apologia Joannis Feri, in qua LXVII. *loca Commentariorum in Joannem, quæ Dominicus Soto Lutherana traduxerat, ex sacra Scriptura, Sanctorumque doctrina restituuntur.* Compluti apud Joannem Brocarium 1558 in 8. Editio prima. Ad hanc *Apologiam,* quæ, ut vel ex ipso titulo patet, non respicit Commentarium Joannis Feri in evangelium Matthæi, Dominicus Soto non respondit, eam tamen memorat in fine tomi secundi suorum Commentariorum in quartum Sententiarum (Salmanticæ primum impressi a. 1560). Post eam editam, in qua æqui mensuram in vindicando excessit et acri stylo usus est, Michael Medina emendavit ipsas Enarrationes Joannis Feri in evangelium Joannis et eiusdem Commentarium in evangelium Matthæi, quem iam impressum in Germania et Lugduni theologi Sorbonæ a. 1559, quod scateret plurimis erroribus ac hæresibus, iudicaverant esse supprimendum et emendatione indignum (cf. Car. du Plessis d'Argentré, Collectio iudiciorum, to. II, par. I, p. 278), ediditque Compluti a. 1562 in 4. Hinc dicta ei causa apud Inquisitionis tribunal et ipse coniectus in carcerem, quo post quinquennium et amplius eductus est paucis diebus ante suam mortem, quæ contigit Toleti die prima Maii a. 1578. *Apologia* cum operibus Joannis Feri ex Indice librorum prohibitorum a. 1900 expuncta est.

Cf. præcipue Stan. Melchiorri, Annales Minorum, XXI, ad a. 1578, nn. LXVI-LXXVIII; Morgott, in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, VIII, Freiburg im Breisgau 1893, coll. 1164-67.

1518.

MICHAEL DE MEDIOLANO = V. *Michael de Carcano* supra; nam idem est: et sane Bernardinus a Busto ejus alumnus in *Mariali* par. 1. serm. 1. p. 2. citat *Michaelem de Carchano in suo primo Quadragesimali de peccato.* Fuit quidem eodem tempore alius Fr. *Michael Mediolanensis* ejusdem Instituti ex Waddingo ad an. 1490. n. 3., si tamen alius fuit, ut supra dixi in *Michaele de Carcano.*

MMCMXI. 1519.

MICHAEL MENOTUS = Theologiæ professor in Parisiensi Academia, et concionator excellens edidit *succinctos sermones in Epistolas, et Evangelia quadragesimalia;* floruitque an. 1517., inquit Rodulphius lib. 3., aliique post eum; et Franciscus Crucius, vulgo *la Croix* in Biblioth. Scriptor. Galliæ hujus autoris Opera pluris æstimari scribit, quam quæ *Oliverii Maillardi,* sive alterius, qui talia tractarit: fuit autem Min. Conv. alumnus.

Quadragesimale I. prodiit Parisiis hoc titulo: *Fratris Michaelis Menoti zelantissimi prædicatoris, ac sacræ Theologiæ professoris Ordinis Minorum perpulchra epistolarum quadragesimalium expositio secundum ferias, et Dominicas declamatarum in famosissimo, ac devotissimo Conventu Fratrum Minorum Parisiensium anno Domini* MDXVII. incipit: *Ne irascaris, Domine* etc.: cui Expositioni præmittitur

Tractatus de fœdere, et pace ineunda media pœnitentia incipiens: *Quantum ad secundam partem* etc.; nec non

Quadragesimale alterum hoc titulo: *Aureum Opus Evangeliorum in Pariseorum Academia declamatorum per Venerabilem Patrem sacræ Theologiæ Professorem eximium, nec non divini verbi facundissimum declamatorem Fratrem Michaelem Menoti Ordinis Fratrum Minorum,* incipit, *In Evangelio hodierno* etc. Parisiis anno 1519. in 8. apud Claudium Chevallon. Extat hæc editio, sed corruptissima Bononiæ in Biblioth. S. Francisci: prodiit postea hoc Opus castigatum, et locupletatum Parisiis an. 1530. in 8. apud Joan. Parvum ex Analectis Litter. Freytag pag. 591. Hujus autoris esse puto Opusculum, quod ms. extat Parisiis in Biblioth. Regia n. 7092. hoc tit. gallico:

Le miroir des Dames composé par M. Cordelier à la priere de Jeanne Reine de France: idest *Speculum nobilium fœminarum rogatu Joannæ Franciæ Reginæ compositum per M. Franciscanum* ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 788.

De hoc agit Joan. a S. Anton. to. 2., sed non satis attente, et Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concionat. cap. 85.

Obiisse dicitur ante a. 1519.

Ex Brunet, Manuel du libraire, III, Paris 1862, col. 1635, *Epistolarum quadragesimalium Expositio, Opus evangeliorum quadragesimalium* et *Tractatus de fœdere* impressa sunt primum Parisiis pro Joanne Petit sine anni nota in 8; in catalogo « Bibliotheca Telleriana » (Parisiis 1693) p. 102 habetur hæc editio: Parisiis, Joan. Frellon, in 8. Michaelis Menoti *Sermon prêché.... à l'Académie de Paris le samedi après le second dimanche de Carême, suivant l'édition de 1526, in 8* extat in « Mélanges sur les Langues, Dialectes et Patois, renfermant, entre autres, une collection de versions de la Parabole de l'enfant prodigue en cent idiomes ou patois différens, presque tous de France ». Paris 1831, in 8.

Præter sermones a Sbaralea indicatos typis editi sunt *R. P. Menoti Sermones Quadragesimales ab ipso olim* [a. 1526]

Digitized by Google

1508] *Turonis declamati.* Parisiis 1519 in 8, et ibidem in ædibus Claudii Chevallonii 1525 in 8.

Sermons de frère Michel Menot sur la Madelaine, avec une notice et des notes par J. Labouderie. Paris, Fournier, 1838, in 8 (pp. 128). Extracti sunt verisimiliter ex operibus iam recensitis.

Cf. Niceron, Mémoires, XXIV, pp. 386-408; Labouderie in editione anni 1838 supra indicata; Ch. Labitte, Michel Menot, in Revue de Paris a. 1838.

MMCMXI bis.

MICHAEL MISSEROTTI Bononiensis Minor. Conventual. sacræ Theologiæ Doctor, Julii Arigoni Cremonensis discipulus, suæ provinciæ primum, mox totius Ordinis moderator an. 1623., demum Episcopus Bitetti, scripsit elegantem

Orationem habitam Asisii in Gener. Ordinis Comitiis anno 1599. impressam Cremonæ apud Barucinum de Joannis.

MMCMXII.

MICHAEL DE MONSALVE Hispanus scripsit lingua vulgari, teste Antonio Leonio in Biblioth. Indica Occiden.,

Reduccion universal del Peru, y de todas las Indias. 1604. in 4.

Avisos al Rey D. Felipe III. para la conservacion de todas las Indias: ex Catalogo Bibliothecæ Cœnobii S. Mariæ *de la Salzeda* vulgo, seu de Saliceto apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 112.

MMCMXIII.

MICHAEL MONTELLANUS ab oppido Lucaniæ, provinciæ Neapolit. Min. Conv. sac. Theol. Magister, vir eruditione insignis, orator, ac poeta nobilis, latinæ nedum, sed et græcæ, et hebraicæ, chaldaicæque linguarum cognitione, atque usu præclarus, ut facile ex ejus Opere duci potest, quod elucubravit,

De antiquitate Romanæ urbis: inquit Aug. Superbus in ms. Catalogo de Script. Francisc. pag. 100., qui addit floruisse an. 1470. Meminit ejus Rodulphius lib. 2. fol. 276. in Custodia Principatus, eumque dicit *literarum chaldæarum* peritissimum.

MMCMXIV.

MICHAEL NEAPOLITANUS Min. Capuccinor. virtutibus, et morum sanctitate illustris, quem excellens ingenii præstantia, præclara eruditio, et sana doctrina inter primos sui Instituti Apostolicos prædicatores constituerunt, scripsit

Annotationes super Prophetas majores, præcipue super Ezechielem etc.: et

Sermones plurimos diversi generis: quæ omnia mss. asservabantur in Bibliotheca Ducis Urbini.

Obiit an. 1580. Camerini, dum ibi tempore Quadragesimæ conciones haberet, ut habet Boverius to. 1. Annalium Capuccin. ad eum annum, et ex eo Dionys. Genuen., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Conferatur Apollinaris a Valentia in Delphinatu, Bibliotheca Fratrum Minorum Capuccinorum provinciæ Neapolitanæ (1886), pp. 127-28.

MMCMXV.

MICHAEL DE PARADA Segobiensis Hispanus prov. Conceptionis, Palentiæ Franciscanis Regul. Observ. nomen dedit, inde sac. Theologiæ Lector evasit, ac S. Inquisitionis Censor, Ordinisque sui generalis Chronographus: scripsit

Responsionem apologeticam Memoriali Patrum Discalceatorum super eorum separatione: et rationem fundamentalem unionis.

Instantias propositionibus, et responsis super separatione eorumdem.

Epitome Qualificatorum, ac Ministrorum S. Inquisitionis una cum Edicti expositione ms. extabat Pinciæ in Biblioth. Conventus S. Francisci plut. ult. arm. 2. n. 8.

De Matrimonii impedimentis, eorumque dispensationibus ms. in fol. Matriti in Biblioth. Conventus S. Francisci sub E. num. 38.

De rebus beneficialibus, earumque expeditione in Romana Curia ms. ibidem.

Opusculum de præstantiis Regul. Observ. S. Francisci D. Petro de Gonzalez nuncupatum hispanice incip. *Por desadeudar* etc.: impressum absque anno, et loco.

Cum continuandis *Ord. Min. Chronicis* animum convertisset, obiit Vallisoleti anno 1633. ætatis suæ 45. nonis Febr. De eo Biblioth. Hispan. autor pag. 114., et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 375., et to. 3. in append.

Nicolaus Antonius duo priora opera hispanice refert.

MMCMXVI. 1520.

MICHAEL DE PLATIA = non *Regul. Observ.* alumnus, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 376., cum nondum eo tempore Congregatio illa emersisset, maxime in Sicilia; concinnavit

Continuationem Historiæ Siculæ Nicolai Specialis ab anno 1337. *usque ad annum* 1361. *al.* 1362., ut ex fragmentis apud Rocchum Pirrum elicitur. Extat hæc ms. penes Fridericum de Vigintimiliis Eq. Panormitanum Hieracii Marchionem, quam ex cit. codice Ant. Amicus promiserat in lucem edere, sed morte præventus promissis stare non potuit. V. Pirrum in *Notitia Catanen.* anno 1347. 1348. De eo et Joan. Paulus Clarandanus, et Rendaragusa fol. 187., et Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ.

Eam edidit annis 1791-1792 Rosarius Gregorio in « Bibliotheca Scriptorum qui res in Sicilia gestas sub Aragonum imperio retulere » I pp. 511-16 (præfatio), 517-28 (index), 529-780 (historiæ pars I), II pp. 1-106 (historiæ pars II); de qua editione necnon de operis codicibus mss. conferri potest Stef. Vitt. Bozzo, Un errore di data e la Cronica di fra Michele da Piazza pubblicata dal Gregorio, in Archivio Storico Siciliano, Nuova Serie, Anno I (1876), pp. 259-75. Auctor ex ipso opere floruit Friderico III imperante, qui anno 1377 supremum obiit diem.

MMCMXVII.

MICHAEL DE PRECES Hispanus Valentiæ *de el Cid* natus, e prov. Discalc. S. Joan. Baptistæ ad illam S. Gregorii in Philipp. Insul. translatus fuit, Definitor, Vicarius Clarissarum Manilæ, et a sac. Confessionibus V. M. Sor. Hieronymæ ab Assumptione. Inde in Japoniam transiens, Evangelicam fidem quinquennium prædicans propter innumerabilium infidelium conversionem in horrendum carcerem *de Girando* intrusus est, ubi incommodis, pœnisve innumeris ad triennium exsaturatus, in exilium missus ad Philippinas revertitur, ibique scripsit

Artem japonico, aliisque illarum regionum idiomatibus etiam Sinarum characteribus: et

Catechismum

Digitized by Google

Catechismum Christianum Catholicum idiomate japonico, et tagalo: quibus Operibus passim utuntur Missionarii Franciscani.

Post hæc in Hispaniam reversus, obiit Matriti die 16. Octobr. an. 1639. in Cœnobio S. Ægidii, teste Joan. a S. Anton.

MMCMXVIII. 1521.

MICHAEL A PURIFICATIONE = Strict. Observ. edidit etiam

Apologiam pro suo Opere de vita Evangelica, teste Petro de Alva in Addition. ad *tabulam primam*, et ex eo Joan. a S. Anton. De eo etiam Nicolaus Antonius, et Marraccius agunt.

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 531 (pp. 472-73).

MMCMXIX. 1522.

MICHAEL RODRIGUEZ =.

MMCMXX. 1523.

MICHAEL SPENLAGER = de quo et Dupinus sec. 17., et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCMXXI.

MICHAEL STELLA Venetus Min. Conv. Theologus, et Ecclesiastes haud ignobilis Venetum præ ceteris Gymnasium moderatus est, suæque provinciæ Commissarii Gen. munus exercuit; aliis insuper in Ordine functus muniis obiit in patria die 2. Augusti an. 1652., cum scripsisset ea, quæ sequuntur.

De tribus excellentissimis humanitati nostræ a munifico Domino collatis dignitatibus in unione ejus ad Verbum divinum disputatio Theologica habita Venetiis, dum ibi Baccalaurei Conventus, seu Lectoris Philosophiæ Metaphys. munere fungeretur. Ven. 1614. in 4. per Nicolaum Misserinum, quam vidi apud nostros Romæ.

In sacram Scholasticam Theologiam operosa præfatio, ubi de origine, nominibus, professoribus, etc. *ejusdem agitur.* Venetiis an. 1614. in 4. iisdem typis, cum jam ibi esset Studiorum Regens.

De præstantia Sacerdotis, et Sacerdotii Evangelici Oratio auspicalis habita in Ecclesia magnæ Domus Venetiarum in die S. Gregorii Nazianzeni, cum exordiretur interpretationem tractatus de restitutione. Ibidem an. 1621. in 4.

De innocentia, et sanctitate Christi tom. 2. in fol., quorum edendorum fit ei potestas a Ministro Generali die 27. Aprilis an. 1641.

Expositio Salutationis Angelicæ tom. 5. italico idiomate in 8.

De ineffabili conceptione pueri Jesu tom. 2. in fol.

De Augustiss. Incarnationis mysterio Disputationes tom. 1. in fol.

De merito animæ Christi in ordine ad se, ad Angelos, et ad homines tom. 3. in fol.

De merito bonorum operum. to. 1. in fol.

Tractatus de somniis, eorumque causis, et significationibus to. 1. in 8.

De sensu Ecclesiæ, quando orat in Offertorio Missæ Defunctorum to. 1. in 8.

De Suffragiis animarum Purgatorii to. 1. in 8.

Orationes de libero arbitrio, funebres, in laudem S. Antonii, Religionis, Nativitatis J. C. etc. *to.* 1. in 4.

Fabulosam esse narrationem de anima Trajani Imp. liberata ab inferno.

Fragmenta scholastica quamplurima latine; et plura ascetica italice conscripta. Quæ omnia asservari mss. Venetiis in Bibliotheca sui Ordinis, testatur Tomasinus in sua Bibliotheca Ven. ms. pag. 108., et Franchinus in Biblioso. num. 274., nec non Theulus in Triumpho Seraph.

MMCMXXII.

MICHAEL DE TALAVERA novæ Granatæ in nova Hispania natus Strict. Observan. Discalc. in prov. S. Gregorii Philipp. Insul. Ordini Minorum nomen dedit, ibique virtutibus, ac literis resplendens conscripsit egregia volumina tagalo idiomate, quæ sunt:

Figurarum sacræ Scripturæ in laudem Sanctorum tom. 1.

Moralitatum et exemplorum tom. 2.

Sacræ paginæ, ac SS. Patrum tom. 1.

Mariale, seu conciones de purissima Virgine. tom. 1.

Enchiridion conscientiæ idiomate hispano, et tagalo omnium eruditorum laude impressum Manilæ an. 1617., teste Fr. Anton. de Llave in Chron. prædictæ prov. S. Gregorii trien. 13. cap. 24., ubi et autoris hujus Vitam describit, et ex eo Joan. a S. Anton. cit. to. 2.

Habitum religiosum induit a. 1580, obiitque die 29 iunii a. 1622. Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 708.

MMCMXXIII. 1524.

MICHAEL TEBERNIER = Reg. Observ. natione Catalanus a Secretis Ordinis, et Socius Francisci Gonzagæ Generalis an. 1563. missus est Complutum studiorum causa una cum Fr. Angelo del Pas, ut refert idem Gonzaga apud Bonifacium Bonibellum in Vita præfati Vener. Angeli del Pas cap. 53.

Manipulus Minorum conscriptus jussu præfati Generalis Paris. an. 1582. in 12. tribuitur etiam *Ivoni Magistri* ejusdem Instituti; forsan quod uterque in idem Opus laborem contulisse potuit.

MMCMXXIV. 1525.

MICHAEL DE TRUXILLOS = forsan hoc est Opus, quod Autor Biblioth. Hispan. pag. 273. tribuit *Anonymo* cusum Medinæ apud Gulielmum de Milles hispanice, et ait apud ipsos prohibitum. V. *Anonym. Hisp.* XII.

MMCMXXV.

MICHAEL VAL Hispanus prov. Aragon. Reg. Observ., vir Apostolicus peregrinatione facta ad Mexicanos *Sermones* habuit; scripsitque

Tractatum variarum comparationum hispano, et mexicano idiomate, qui ms. in 4. servatur Cæsaraugustæ in Bibliotheca Collegii S. Didaci: obiit autem anno 1643. ex Joan. a S. Anton. in Append.

MMCMXXVI.

MICHAEL VALENTINUS Hispanus olim *Matthæus Scriba,* et Doctor Theologus in Ordine *SS. Trinitatis,* postea ad Min. Capuccinorum Institutum transiens,

Digitized by Google

transiens, concionator extitit, et Valentinæ provinciæ iterato Minister; composuit, at non vulgavit

Expositionem super Regulam Fratrum Minorum: obiitque anno 1630. ex autore Biblioth. Capuccin., et Valentinæ apud Joan. a S. Anton. pag. 378.

MMCMXXVII.

MICHAEL DE ZARATE Hispanus Mexicanæ prov. Reg. Observ. sac. Theol. Professor elucubravit

Opuscula varia Mexicano idiomate; claruitque sanctitatis opinione an. 1583. in Conventu Angelopolitano, teste Augustino Vetancurt in Menologio Franciscano num. 30. apud Joan. a S. Anton.

Colloqvios de la paz y tranquilidad Christiana, compuestos en lengua Mexicana, por el muy Reuerendo Religioso, y doctissimo padre Fr. Juan de Gaona, de la orden del seraphico padre sant Francisco. Y agora nueuamente corregidos, y añadidos, y puestas auctoridades, y citados los lugares por el muy. R. Padre Fray Miguel de çarate, lector de sancta Theologia, Commissario, Predicador general de la sancta Cruzada en este Arçobispado de Mexico:... In fine:... en Mexico, en casa de Pedro Ocharte, à. xxviij de Octubre, de M.D.Lxxij Años. in 8. (ff. 16 n. n., 121 n., 1 n. n.).

Forma brevis administrandi apud Indos Sanctum Baptismi Sacramentum: iuxta ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: ex concessione S. D. Pauli Papæ. III. *nuper summa cura, et diligentia limata, ac prælo mandata, per Fratrem Michaelem a çarate Minoritani* (sic). Mexici. Excudebat Petrus Ocharte. M.D.LXXXIII. (in fine: Mexici, Apud Petrum Ocharte. Typographum. M.D.Lxxxiij Mense Maio.) in 8. (ff. 72.)

Cf. Joaquín Garcia Icazbalceta, Bibliografía Mexicana del siglo XVI. Primera parte (México 1886), pp. 237-41.

MMCMXXVIII.

MODESTUS ANTIQUUS provinciæ Tusciæ alumnus floruit seculo XIV., et Parisiis legit, et interpretatus est Magistrum Sententiarum, uti prodit Marianus Florentinus apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1344. num. 8., qui hunc inter eos viros recenset, qui *Scriptis* Sodalitium Franciscanum illustrarunt; quamquam quid scripserit, reticeat: verisimile tamen est, scripsisse saltem

Commentaria in 4. *Magistri Sententiarum libros* de more illorum temporum.

MMCMXXIX.

MODESTUS GAVATIUS senior Ferrariensis Min. Convent. sac. Theologiæ Magister, et concionator egregius cum an. 1598. in patria Gymnasii sui Ordinis *Regens*, ut ajunt, esset, et Clemens VIII. Ferrariæ degens XV. kal. Junii in D. Francisci Cœnobio pernoctasset, sequentique die Sacrum ibidem fecisset, ab eodem Summo Pontifice præficitur Ecclesiæ Allifiensi in Hirpinis, Samnioque; ubi anno 1608. supremum diem obiit ex Ughello to. 8. Ital. sac., reliquitque post se

*Conciones quadragesimales, annuas*que vulgari lingua scriptas, quæ tamen periisse creduntur.

Cetera, quæ Franchinus in Biblios. n. 275., *Opera* recenset, sunt ex corrupto August. Superbi ms. *Catalogo de Script. Francisc.*, ubi nihilominus notatur, ea non extare; nam in ejusdem autoris *Apparatu Viror. Illustr. Ferrarien.* an. 1620. typis edito prædicta Opera minime commemorantur.

MMCMXXX. 1526.

MODESTUS GAVATIUS junior, neposque superioris Ferrariensis Modesti eousque virtutibus excelluit, ut ad Theatinam in Marrucinis Ecclesiam ab Alexandro VII. anno 1657. evectus fuerit; sed insequenti anno vitam cum morte commutavit ex Ughelli Italia sac. to. 6. in Theatin. Archiepiscop. num. 21.

De macula peccati etc. Bononiæ 1642. in 4. apud Joan. Bapt. Ferrohium.

Opuscula Theologica, in quibus potissimum de processione Spiritus Sancti agitur. Romæ an. 1650. in 4. typis Ludovici Grignani, Nicolao Ludovisio Plumbini Principi nuncupata.

De venerabili Eucharistiæ Sacramento, et Missæ Sacrificio disputationes Theologicæ ad mentem Scoti Alexandro VII. dicatæ. Ibidem an. 1656. in fol. typis HH. Corbelletti.

De Incarnatione citatur a Fr. Antonio Castel q. 1. num. 24., teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui pag. 379. to. 2. hunc eumdem repetit, vocatque *Modestum a Ravenna* Min. Conv. Romæ Procuratorem Gen., et tandem Episcopum in regno Neapolitano edidisse de *Processione Spiritus Sancti* ex Bonaventura Baro to. 1. Opuscul. par. 14. §. 11. Append.

Citat hunc sæpe Mastrius coævus scriptor, et magna cum laude; de eoque scripserunt Justinianus in Epist. Memorab. par. 3., autor Ferrariæ aureæ par. 1. et 3., Franchinus in Bibliosoph. num. 276., Theulus in Triumpho Seraph., et Ferrantes Borsettus in Hist. Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 4., ubi tamen utrumque *Modestum* patruum, et nepotem confundit. Ferrariæ in Templo S. Francisci legitur hujus secundi insequens epitaphium:

« Frat. Modesto Gavatio Ferrariensi Ord. Min. « Convent. Archiepisc. Theatino, qui morum ele- « gantia, vitæ integritate conspicuus Religionis gra- « dus decurrens post Cathedras, et regimina ex Or- « dinis Generali Procuratore, et Sancti Officii Con- « sultore ab Alexandro VII. ad Archiepiscopatum « promotus, dignitate clarus, typis clarior obiit anno « salutis 1658. die 19. Novembris. Ad perpetuam « ejus memoriam Frater Jacobus Fabrettus de Ra- « venna confratri dilectissimo posuit anno Do- « mini MDCLXII.

Opuscula theologica, quæ edidit Romæ a. 1650, hæc sunt: 1. *De distinctione Spiritus sancti a Filio, si ab eo non procederet;* 2. *Epistola D. Anselmi de processione Spiritus sancti contra Græcos, exposita;* 3. *De subsistentia.*

MMCMXXXI.

MODESTUS ROMANUS Capuccinus, concionator, Definitor, et Conventus Romani Guardianus e latino in italicum idioma vertit

Regulam perfectionis redactæ ad unicum punctum voluntatis divinæ P. Benedicti Canfeld. Romæ anno 1650. typis Mascardi, teste autore Biblioth. Capucc., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 379.

De eo ita Prosperus Mandosius in « Bibliotheca Romana seu Romanorum Scriptorum Centuriæ » vol. II (Romæ 1692), n. 29: « Anno 1682. hunc ipse inuisi, et opera sequentia ab eo elaborata, ac proprio charactere conscripta oculis hausi; literis namque omnibus deditus est, et nunquam a studio seiunctus.

Aurelij Theophrasti Paracelsi principalium operum Compendium. In quatuor Tomos distributum.

Joannis Baptistæ Van Helmont Opera in Compendium redacta, et in duos Tomos distributa.

Alia propterea [sic] *Volumina* patrio idiomate elucubrauit *de Medicina pertractantia*, à varijs authoribus selecta materia, ad vsum, atque vtilitatem Valetudinarij Conuentus Sanctissimæ Conceptionis de Vrbe. Anno 1667. euulgauit Librum, quem

Digitized by Google

quem è latino in italicum sermonem transtulit, huncque titulum exhibet.
Regola di Perfettione, la quale contiene vn breue, e chiaro compendio di tutta la vita spirituale, ridotta ad vn sol punto della volontà diuina, e diuisa in tre parti etc. » Editio, de qua hic loquitur Mandosius, prodiit Viterbii apud Petrum Martinellium.

MMCMXXXII. 1527.

MONALDUS JUSTINOPOLITANUS = valde diversus est a *Fr. Monaldo Archiepiscopo* Beneventano Ordinis quidem Minorum et ipso, sed vita functo circa an. 1333.; hic vero jam anno 1316. vivere desierat, cum citetur in *Summa Astesana* præsertim lib. 3. par. 1. tit. 11. art. 4. 5. 7., quæ eo anno 1317. m. Januarii edita agnoscitur; et ante annum 1295. *Summam* suam conscripserat, ut eruitur ex charta donationis librorum Cœnobio Tarvisino a *Fr. Nicolao Boccasino FF. Prædicatorum Magistro* Generali anno 1297. factæ, quam nuper publici juris fecit Co. Antonius Scoti Tarvisinus Canonicus in *Vita B. Benedicti XI.* PP., in qua sane charta legitur et *Summa Monaldi;* aitque idem *Fr. Nicolaus,* se eos libros habuisse, *antequam ad Magistratum esset assumptus,* quod est ante annum 1296.; quinimo obierat ante annum 1285., nam Fr. Petrus Joannis Olivi in *Defensione* suorum articulorum anno eodem facta art. XI. de *Matrimonio* ait: *Frater Monaldus, qui fuit Frater sanctus, et Minister in Ordine nostro, dicit in Summa sua cap. de Sacramentis* etc.: quod hactenus nemo animadvertit, præsertim *Ministrum* fuisse, forsan suæ provinciæ Dalmatiæ. Adducitur autem Monaldus ab autore antiquo Summæ Pisanellæ v. *Abbas,* et *Interdictum* 4., laudaturque a Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par 2. in Scriptor. Ord. Min. inquiens: *in legibus, et decretalibus Frater Monaldus ordine alphabeti fecit unam Summam:* et Confor. XI. par. 2. in provincia Dalmatiæ de loco *Justinopolis* inquit: *ubi jacet Frater Monaldus, qui Summam fecit Monaldinam in Decretalibus.* Laudat eum et S. Antoninus in Summa par. 3. tit. 16. capit. 4. §. 4., et ex Joan. Dominico J. C. *magnum Canonistam, atque Theologum* appellat. Joannes Trithemius in Scriptor. Eccles. ad annum 1330. de isto ait: *Monaldus Ordinis Fratrum Minorum Theologus, et Jurista eruditissimus, ingenio subtilis, scientia clarus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ vir edidit pro utilitate simplicium etiam doctis non spernenda Opuscula, quibus et tunc præsentibus, et longe postea futuris utiliter providit: de quibus subjecta feruntur: necessaria, et perpulchra Summa Juris Canonici lib.* 1. *Quoniam ignorans ignorabitur etc.; Quæstiones Sententiarum lib.* 4.; *Sermones varii lib.* 1.; *et alia multa, quæ ad notitiam nostram minime pervenerunt.* Cuncta quidem recte, nisi quod perperam eum collocavit sub an. 1330., a quo alii exscripserunt, cum vixerit tempore S. Bonaventuræ, scripseritque, ut jam ostensum est, ante annum 1285. Auxit errorem Rodulphius cit. tradens *Archiepiscopum* Beneventanum extitisse. Tractat de eo post alios nuperrime Oudinus to. 3. Comment. de Script. Eccles. sub an. 1330., his nostris tamen corrigendus cum aliis. Sunt, qui tradant, eum *Pirano* Histriæ oppido diœcesis Justinopolitanæ oriundum Justinopoli vixisse; ubi opinione sanctitatis decessit. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 2. Martii, April., et Decembris.

Summa Monaldi ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 4. versus claustrum num. 457. in fol., scam. 6. n. 475., scam. 7. n. 484. in fol., et scam. 9. n. 506. in 4. Incip. prologus: *Quoniam ignorans ignorabitur* etc.; Opus vero: *Abbas debet esse* etc., cum tit. *Hic primo agendum est de Abbate:* procedit enim alphabetice; et codex iste pluribus ornatus est notis margineis; in fine vero extat *Additamentum* valde copiosum diverso charactere cum *tabula* totius Operis fusissima ex variis autoribus conflata per quemdam ejusdem Ordinis paulo post annum 1308., cum citet Scotum. *Monaldus Summa* ms. in pergam. extat in Biblioth. S. Udalrici Stainensis Austriæ provinciæ Min. Conv. ex Catalogo in Archivo Ordinis Romæ asservato pag. 31.; habetur ms. etiam in Parisien. Biblioth. S. Victoris, et in Metensi Eccles. Cathedr. pergam. n. 300. ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1373., et 1383.; Cæsenæ quoque in Biblioth. S. Franc., et in aliis Bibliothecis Cameracensi in Belgio, S. Victoris Parisien., et Paulina Lipsiæ. Prodiit autem Lugduni in 8. apud Petrum Beletum sine anno editionis incip. *Quoniam ignorans ignorabitur* etc.; postea ibidem an. 1516. correcta, et castigata per Hugues Descourte J. U. Doctorem. Jacobillus de Scriptor. Umbriæ refert *Monaldi Summam* perutilem prodiisse Lugduni 1506. apud Petrum Gallettum, et putat esse *Monaldi de Monaldis* Perusini, de quo infra.

Summa casuum cusa anno 1516., quæ forsan prodiit sine prologo, cum incipiat: *Hic primo agendum est de Abbate,* quod initium est superioris *Summæ Juris Canonici,* apparet idem Opus esse, non autem diversum, ut omnium primus scripsit Rodulphius lib. 3. ab aliis postea exscriptus.

Summa extracta ex Summa Monaldi extat ms. Cremonæ in Biblioth. Eremit. S. Augustini ex Catalogo illius Biblioth. apud Possevinum ad calcem Appar. sac. *Summa, quæ dicitur Margarita, extracta de Summa Monaldi Ord. Frat. Minor.* extat ms. in Biblioth. Monasterii [S. Petri] Pratellensis n. 7. ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1267.

Commentarii in 4. libros Sententiarum extant mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii juxta Catalogum mss. Biblioth. Patavinæ Tomasini.

Tractatus de tribus Magis:

Carmina de mysteriis Missæ: et

Homiliæ de Assumptione Virginis: tria hæc *Opuscula* mss. habentur in Biblioth. Cœnobii Camberonensis Cisterciensis Ordinis in Hannonia, ut refert Antonius Sanderus par. 1. Bibliothecæ Belgicæ, et ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 379.

Sermones varios, quos inter haberi dicunt illos *de pura Virginis Conceptione,* quos memorat Possevinus, et alii apud Petrum de Alva col. 1085. *Militiæ,* ego adscribendos censeo *Monaldo Urbevetano,* vel *Perusino,* qui post controversiam de eo mysterio a Scoto excitatam, et firmatam vixerunt.

Summa perutilis Atque aurea venerabilis viri fratris Monaldi in vtroque iure tam ciuili, quam canonico fundata . . . Venumdantur Lugduni In vico mercuriali per Petrum Baleti ad intersignium sancti Johannis baptiste; sine anno, in 8, cum prologo *Quoniam ignorans ignorabitur,* et privilegio (in fine) Francisci Francorum regis dato die 19 Maii a. 1516, in quo dicitur opus ab Hug. Descousu omnis iuris doctore auctum et castigatum, impressum vero per Petrum vel pro Petro Ballet, bibliopola Lugduni commorante. Hanc existimo unicam editionem Summæ Monaldinæ, quæ tamen in multis codicibus

Digitized by Google

codicibus extat manuscripta. De ea videsis J. F. von Schulte, Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts von Gratian bis auf die Gegenwart, II (Stuttgart 1877), pp. 414-18, et E.Ott in Sitzungsberichte der kaiserl. Akademie der Wissenschaften (Wien 1888-89), CXVII, IV, pp. 57-74.

Commentarii in quatuor libros Sententiarum non indicantur a Tomasino in opere cit., nec ab Ant. M. Josa in suo catalogo « I codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova ». (Padova 1886).

Apud Sanderum in Indice librorum mss. bibliothecæ cœnobii Camberonensis referuntur quidem (p. 361) post *Monaldi Summam iuris canonici* opera *De tribus Magis, Versus de Mysterio Missæ, Homilia de Assumptione B. Mariæ Virginis,* sed non satis apparet utrum eidem Monaldo adscribantur.

De Monaldo Justinopolitano inter recentiores agunt Gliubich, Uomini illustri della Dalmazia (1856) p. 219, et Hyac. Repic O. F. M. in « Archivum Franciscanum Historicum » An. I (1908), pp. 231-34.

MMCMXXXIII.

MONALDUS MONALDESCHI Urbevetanus natalibus non minus, quam religione, ac literis illustris factus est primum Episcopus Sunnensis an. 1299., inde post 4. annos ad Beneventanum Archiepiscopatum translatus eam rexit Ecclesiam usque ad an. 1331., quo temporis intervallo circa an. 1323. cum aliis scripsit

Quæstionem de paupertate Christi, et Apostolorum ejus, quæ ms. asservatur in Biblioth. Vatic. cod. 3740. cum illis aliorum autorum de hac re quæstionibus; incipitque: *Ego Fr. Monaldus* etc.; teste Nicolao Anton. in veteri Biblioth. Hispana to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., et Raynaldo ad an. 1323. n. 65.

Synodum quoque pro bono suæ Ecclesiæ, diœcesisque Beneventanæ regimine composuit, habuitque anno 1331. capitib. 73.; cujus acta jam dudum publicavit Card. Vincentius Maria Ursinus Archiepisc. Beneventanus, postea Benedictus XIII. in Synodico Beneventano anno 1695. Beneventi in fol. inter alias Synodos illius Metropolis num. v.

Juxta C. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, I (Monasterii 1898), electus est episcopus *Suanensis* a. 1298 die 7 maii, translatus ad archiepiscopatum Beneventanum die 17 ianuarii 1303.

MMCMXXXIV.

MONALDUS DE MONALDIS Perusinus Theologus magni nominis Min. Conv., et concionator eximius, cui, cum Ordinis in Curia Romana Procurator esset, Frater *Landulphus Caracciolus* ejusdem Instituti misit suam super Evangelia annuam *Postillam,* sive *Expositionem:* et patriæ nomine Avenionem ad Joannem XXII. Pont. Max. legatus, controversias, et jurgia, bellaque inter Tudertinos, et Perusinos sedavit, feliciterque composuit; quare ab eodem Joanne Papa assumptus fuit an. 1326. ad Melphiensem in Apulia Ecclesiam, quam usque ad annum 1332. sapienter gubernavit, quo vivere desiit, cum scripsisset

Conciones, et *Theologica plura.* De eo Waddingus in Annal. Min., aliique plures apud Oldoinum in Athenæo Perusino pag. 245.; sed cum addunt

Summam sacrorum Canonum eum edidisse, vereor, ne hunc cum Justinopolit. Monaldo confundant, de quo supra.

Ex C. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, I (Monasterii 1898), p. 350 non gubernavit Ecclesiam Melfiensem usque ad annum 1332 neque verisimiliter vivere desiit eodem anno, quum die 21 decembris a. 1331 alter in episcopum Melfiensem electus sit. De eo cf. G. B. Vermiglioli, Biografia degli Scrittori Perugini, II (Perugia 1829), pp. 209-11.

* MONALDUS DE MONALDIS junior a Joan. a S. Anton. ex Jacobillo, et Oldoino hic recensitus nullus est; cum *Summa perutilis,* quam ajunt prodiisse Lugduni anno 1506. apud Petrum Bellettum, sit Summa Monaldi Justinopolitani, de quo supra.

1528.

MORISSARACENUS = iste est *Maurus Saracenus,* de quo dictum est paulo ante, vulgo *Morus* appellatus.

MMCMXXXV. 1529.

MUTIUS CAVENSIS = provinciæ Neapolitanæ Magister Novitiorum, de quo legendus Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin. Citat hunc Gavantus in Opere suo de Cærem. Offic., et Miss., de eo et Allatius de Viris Illustr. pag. 197.

Declaratio divin. Offic. Romæ 1612. apud Jacobum Mascardum.

De significatis Sacrificii Missæ. Ibidem 1626. apud Ludovicum Grignanum, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

« Mvtivs Capvccinvs Cauensis edidit Italicè, 1 *Dichiaratione dell' Offitio de' Morti, e delle Ceremonie nell' Essequie per le Anime de' Defonti.* Romæ ex Typographia Ludouici Grignani 1626. in 8. - 2 *Delli significati della Messa.* Romæ ex Typographia Jacobi Mascardi 1612. in 8. » Ita Leo Allatius, Apes Urbanæ, Romæ 1633, p. 197, circa typographum et annum impressionis utriusque operis conveniens cum Waddingo. Dionysius Genuensis, Bernardus a Bononia, et Franciscus Ant. Zaccaria, Bibliotheca ritualis, II (Romæ 1778), quemadmodum Sbaralea, typographos et annos intervertunt.

N

MMCMXXXVI.

NARCISSUS JOANNES Hispanus prov. Catalauniæ primum alumnus, postea ad illam S. Josephi Discalc. translatus Theologiæ Lector fuit, virtutibus conspicuus, qui præmatura morte interceptus officium Commissarii Generalis Indiarum sibi delegatum nequiit subire. Floruit an. 1570. Matriti in Conventu S. Bernardini, de quo Arturus in Martyrol. Francisc. die 13. Septembris §. 4., et Joan. a S. Anton.: reliquit brevem

Tractatum de oratione: et *de legibus spiritus.*

MMCMXXXVII. 1530.

NATALIS DURRET = de quo et Joan. a S. Anton. prorsus ex Waddingo.

MMCMXXXVIII. 1531.

NATALIS TAILLEPIED = latine *Pedecæsus* Pontisarensis primo Reg. Observ., postea Min. Capuccin. alumnus vir doctrina, et vita conspicuus edidit

Vitam Fr. Nicolai de Nisse Minoritæ Galli. Parisiis an. 1574. in 8. apud Sonnium ex Joan. a S. Anton.

Resolutiones Sententiarum Scripturæ adversus hæreticos modernos. Ibidem an. 1574. ex Dupino in Supplemento.

Historiam vitæ, et mortis Martini Lutheri, Andreæ Carolostadii, et Petri Martyris. Ibidem 1577.

Digitized by Google

1577. per Joan. Parant; et postea etiam cum *Vita Theodori Bezæ* Duaci 1616. in 12.

Vita, et gesta Theodori Bezæ. Parisiis 1577. in 12.; quæ postea latine reddita a Pantaleone Thevenino prodiit Coloniæ an. 1580. in 12.; et tandem Duaci an. 1616. cum aliis, ut supra est dictum, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Comment. in Threnos Jeremiæ. Ibidem an. 1582. in 8. apud Joan. Parant, teste Joan. a S. Anton.

Comment. in Prophetam Jeremiam. Ibidem an. 1583. in 4., teste Jacobo Le Long in Biblioth. sacra pag. 980., nisi sit idem Opus cum superiori.

Antiquitates Pontizarenses. Ibidem an. 1587. in 8. ex eodem lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ n. 6357.

Perfecta Abbatissa Pontizarensis gallice. Ibidem in 8. ex eodem loco cit.

Antiquitates Rothomagenses. Ibidem; de quibus Lasor to. 2. Universi pag. 454.

Thesaurus Ecclesiæ Catholicæ ex autore Biblioth. Capuccin. in append.

Traite de l'apparition des Esprits à scavoir, des ames separées, fantômes, prodiges, et autres accidens merveilleux par Frere Noel Taillepied Lecteur en Theologie. Rothomagi an. 1600.; Bruxellis 1609.; et Paris. an. 1627. in 12. apud Joan. Corozet.

P. Fr. Noel Tallepied Histoire de l'estat, et Republiques des Druides, Eubages, Sarronides, Bardes, Vacies, anciens François, Gouverneurs du pais de la Gaule depuis le deluge universel jusques à la venue de Jesus Christ en ce monde. Compris en deux liures contenans leurs loix, police, ordonnances tant en l'estat Ecclesiastique, que seculier. Escrit nouvellement en François. Paris. 1585. in 8. apud Joan. Parant; cujus libri rarissimi excerptum dedit Joan. Georgius Frickius in Comment. *de Druidis Occidentalium populorum Philosophis* par. 2., teste Frider. Freytag in *Analectis litter. de libris varior.* pag. 933.

Obiit Andegavi an. 1589. ex Joan. de Hiret in Antiquit. Andegaven. fol. 510., et Didaco Lequilen. in Catalogo Scriptor., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Ad Ordinem Capuccinorum transiit die 2 octobris a. 1587.

Histoire des vies, meurs, actes, doctrine et mort de Martin Luther, André Carlostad et Pierre Martyr. Prodiit etiam, addita vita Joannis Calvini auctore Hieronymo Hermete Bolsec, apud eumdem Jo. Parant sine anni nota in 8, et Duaci apud Joannem Bogard a. 1580 in 16.

Vita Theodori Bezæ non est eius, quamquam Jacobus Le Long in Bibliothèque historique de la France, I (1768), n. 5876, ipsi eam tribuit, sed est eiusdem Bolsec; editio vero Duacensis anni 1616 nullum Natalis Taillepied opus continet præter vitam Lutheri.

Commentarii in Threnos seu Lamentationes Hieremiæ Prophetæ non videntur prodiisse anno 1588. *Commentarios in Jeremiæ prophetiam* recentiores bibliographi non indicant.

Brief Traité et Déclaration de l'an Jubilé, et de l'efficace des pardons et indulgences données et octroyées par le Pape aux fidèles Chrétiens, l'an 1576, à Paris, chez Jean Parent 1576. Ita La Croix du Maine (Les Bibliothèques Françoises de La Croix du Maine et Du Verdier, Paris 1772-73, II p. 195). Du Verdier (ibid., V p. 147) hanc editionem indicat: À Lyon in 8 par Louis Tantillon, 1578.

Recveil des antiqvitez et singvlaritez de la ville de Pontoise; ville ancienne du pays du vequecin françois. Roven, Imprimerie de George L'Oiselet, 1587. in 8. Huius operis (de quo Jacobus Le Long in Bibliothecæ a Sbaralea indicatæ lib. 4° n. 14583, seu 34802 novæ editionis) extat hæc recens editio: *Les Antiquités et singularités de la ville de Pontoise. ... Édition revue et annotée sur les manuscrits des archives de Pontoise, et collationnée sur l'imprimée de 1587, par A. François, précédée d'une notice biographique et bibliographique sur l'auteur, par Henry Le Charpentier ....* Pontoise 1876. in 8.

Jacobus Le Long ad n. 6357 Biblioth. cit. hæc tantum habet: *La parfaite Abbesse, ou l'Eloge funebre de Madame de Baradat, Abbesse du Pont aux Dames: par le Pere Noel, Cordelier; in 8 Paris 1654.* Quum autem religiosa hæc mulier, ut additur in nova editione (n. 15087), e vita decesserit anno 1651, prorsus absurdum est eius elogium funebre nostro auctori tribuere.

Recveil des Antiqvitez et Singvlaritez de la ville de Roven. Auec vn progrez des choses memorables y aduenues depuis sa fondation iusques à present par F. N. Taillepied, lecteur en Theologie. A Roven, Chez Raphael dv petit Val Libraire:.... M.D.LXXXVII. in 8 (in biblioth. Casanatensi), et, Chez Martin le Mesgissier M.D.LXXXVIII. in 8 (in biblioth. Angelica); et pluries sæc. XVII. — *Les Antiquités et Singularités de la ville de Rouen; par Taillepied. Reimprimé avec une Introduction et des notes par l'abbé A. Tougard, Société des Bibliophiles Normands.* Rouen, imprimerie Léon Gy. MCMI. in 8 (de qua editione videsis Études Franciscaines, VI, Paris 1901, pp. 655-56). De opere agit L. de Duranville in « Essai sur l'Histoire de la côte Ste-Catherine, » Rouen 1857, pp. 374-417.

Le Trésor de l'Eglise catholique, contenant l'origine des institutions, statutz et ordonnances, cérémonies et estatz d'icelle. Paris chez Jean de Bordeaux 1578, et chez Nicolas Bonfons 1586; in 16.

Psichologie, ou Traité de l'Apparition des Esprits. À scavoir des ames séparées, Fantosmes, prodiges, et accidents merveilleux qui precedent quelquefois la mort des grands personnages, ou signifient changemens de la chose publique. Rouen, Michel le Deutre, 1588; Rouen, Jean Osmont, 1600; Rouen, Romain de Beauvais, 1600, et pluries deinceps; in 16.

Ei debentur præterea

Collatio quatuor doctorum, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, et Gregorii super triginta articulis ab hæreticis modernis disputatis. Prodiit Antuerpiæ a. 1562, Parisiis a. 1574 et 1577, cum opere Joannis Bunderii, cui titulus: Compendium rerum theologicarum quæ hodie in controversia agitantur. Cf. Quetif-Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, II p. 160.

La Confession de Foi, avec une Epître Catholique à tous Chrétiens. À Paris, chez Jean Ballin, 1579.

Dialectique, Physique et Ethique d'Aristote. À Paris, chez Jean Parent, 1583. in 8.

Cf. Éd. Frère, Manuel du bibliographe normand, II, Rouen 1860, pp. 551-552.

MMCMXXXIX. 1532.

NATHANAEL LE SAGE = de quo et Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

MMCMXL.

NENNIANUS ELGINENSIS natione Scotus, qui ad an. 1300. fertur vixisse, scripsit

Deflorationem Nennii, seu *Compendium Historiarum Nennii Gildæ* Hibernici, qui an. 830. florebat, teste Thoma Dempstero Hist. Eccles. Scot. lib. 13. n. 965.; sed ego *Anonymum* existimo, qui quod *Nennii Compendium* egit, idcirco *Nennianus* est appellatus. V. *Anonymus Scotus* Elginensis.

MMCMXLI. 1533.

NESTOR DIONYSIUS = Reg. Observ. Opera tit.

Vocabularium, diphthonga, et prosodia prodierunt Ven. 1488. per Gulielmum de Tridino in fol. ad Ludovicum Sfortiam cum multis versibus latinis, et italicis ante, et post.

Item *Opus de verborum orthographia.* Ibidem, et eodem anno in fol., et postea *Dictionarium* 8. libris distinctum, et Ludovico Sfortiæ Mediolan. Duci dicatum ibidem impressum est an. 1496. per Philippum Pinzium Mantuanum: scribit Orlandus de Orig. et progr. Typogr. par. 1. et 2. utrumque Opus ibidem in fol. prodiisse; iterumque *Vocabularium* cusum est Venetiis an. 1506. ex Indice Biblioth. Barber.

Meminit

Digitized by Google

Meminit hujus Ludovicus Vives lib. 3. *de tradendis disciplinis,* citantque eum sæpe Quintianus Stoa in Epograph., Despauterius, et Ricciolius in Prosodia Ind. 2.; in Opusque ejus *tabulam* elaboravit Joan. Petrus Constantinus Placentinus Orator in primis, vatesque clarissimus testimonio Joannis Biffi Presbyteri Mediolanensis in Indice suorum Opusculorum anno circiter 1490. editorum, ubi scribit, eam penes se cum aliis ejusdem autoris Scriptis habuisse cudendam. Fabricius tamen in Biblioth. Latin. lib. 4. cap. 7. edit. Hamburg. hunc *Lexici Catholici Papiæ* interpolatorem vocare non dubitavit. Citatur quoque ab Ambrosio Calepino in suo *Dictionario* v. *Obaudio:* de eo Rodulphius lib. 3., aliique plures, et ultimo Jo: a S. Anton., sed ex Waddingo.

Omnia, quæ Waddingus huic auctori attribuit, unum opus constituunt, octo libris distinctum, quorum priores sex continent Vocabularium ordine alphabetico, septimus totus grammaticus agit præsertim de proprietatibus quorumdam nominum, dictionum ac verborum, et de nonnullis constructionibus atque phrasibus, octavus de quantitate pertractat syllabarum, cui velut appendix accedit Emendatio libelli Sulpicii (Verulani) de eodem argumento. In antiquioribus editionibus præcedit carmen latinum, quo auctor opus suum dicat Ludovico Sfortiæ; sequuntur immediate (ante Emendationem Sulpicii) septem carmina, sacra pæne omnia, tria latina, quatuor italica. De diphthongis in eo non agitur, neque de orthographia, de quibus argumentis non constat Nestorem Dionysium speciatim scripsisse. Prodiit primum Mediolani per Leonardum Pachel et Uldericum sinczenceler de Alemannia socios a. 1483 pridie nonas Januarias in fol. (Hain, Repertorium, n. 6252); Venetiis a. 1488, 1496, et 1506, ut recte ait Sbaralea; iuxta Hain (op. cit., n. 6251, 6254, 6256) etiam: sæculo XV sine ulla nota; Parisiis 1496; Venetiis 1500; sed harum editionum prima certe non extat, reliquæ duæ valde dubiæ censeri debent, quemadmodum papiensis a. 1499 a Syro Comi indicata in « Memorie bibliografiche per la storia della tipografia pavese del sec. XV » (Pavia 1807), p. 108, et argentinensis anni 1502 a Car. du Fresne du Cange in Glossario mediæ et infimæ latinitatis, Præfat. n. LI, citata. Editio argentinensis a. 1507 impressa est per Joannem *Prüss.*

MMCMXLII.

NICANDER GARRIGA patritius Venafranus provinciæ Terræ laboris Min. Capuc. composuit italice, silente Biblioth. Capuccin.,

Libros plures meditationum spiritualium: obiitque in patria an. 1649. 13. Novembr. ex Toppio in Biblioth. Neapolit., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Falsum est de Nicandro Garriga silere Bibliothecam Capuccinorum, quum et Bernardus a Bononia et Dionysius Genuensis inter scriptores sui Ordinis eum recenseant eique ex Toppio eosdem libros attribuant, quos Sbaralea.

MMCMXLIII.

B. NICASIUS JOANNIS Hesius ab oppido, vel pago Hollandiæ, ubi natus est, sic appellatus, Reg. Observ. Conventus Lovanien. alumnus, Theologiæ præsertim mysticæ insigniter peritus, Evangelicæque perfectionis sectator egregius; in lectione vero sacræ Scripturæ tam exercitatus, ut Psalterium totum, et Apostolicas epistolas memoriter recitare valeret. Unus fuit e Martyribus Gorcomiensibus, scripsitque

Sermones sublimes, ac subtiles ad populum, quorum nonnulli propria manu exarati asservabantur apud Gulielmum Estium, ut ipsemet testatur lib. 3. Histor. BB. Martyrum Gorcomien. cap. 3.

Obiit gloriosus Martyr cum sociis an. 1572. die 9. Julii, eosque miraculis illustres Clemens X. inter Beatos numeravit. De iis egerunt Conradus Janningus in Act. SS. die 9. Julii fol. 809., Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 380., aliique.

Vertit in patriam linguam *Soliloquium* Gerlaci Petri canonici Windesimensis, cuius versionis tres editiones (anni 1621, 1633, 1700) referuntur a Servatio Dirks in Histoire littéraire et bibliographique des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), p. 197.

De martyribus Gorcomiensibus agit in Actis Sanctorum ad diem 9 Julii (pp. 736-54) Joannes Baptista Sollerius, non vero Conradus Janningus; ea autem quæ de Nicasio Joannis et aliis sociis habentur pp. 809-810 auctorem habent Guilielmum Estium, cuius Historia martyrum Gorcomiensium ibidem (pp. 754-838) refertur.

In sanctorum numerum relatus est cum sociis die 29 iunii a. 1865. De eo rursus Sbaralea sub v. *Nicolaus Hasius.*

MMCMXLIV. 1534.

NICODEMUS FLORENTINUS = Reg. Observ. alumnus, cujus

Summa casuum conscientiæ italico idiomate scripta hoc titulo: *Pratica de casi di coscienza; ovvero Specchio de' Confessori* prohibetur, donec corrigatur, ex decr. sac. Congreg. Ind., citaturque a Diana in sua *Summa* ex Indice autorum, quos adhibuit.

Dialogus animæ rationalis cum se ipsa eodem idiomate vulgari prodiit Florentiæ 1607. per Alexandrum Guiducci Vincentio Bertino Sartianensi ejusdem Instituti sac. Theologiæ Lectori dicatus.

Lo Sviato convertito: Tragædia spiritualis; et in fine *Corona de septem gaudiis B. V. Mariæ* versibus hetruscis. Florentiæ an. 1614. in 8. per Zanobium Pignoni, et socios.

De hoc agunt Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., Leo Allacius in Drammaturgia, et Julius Niger in Scriptor. Florent., qui cum errore *Nicolaum* dicit autorem Speculi Confessorum. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum, et Terrincam.

Pratica de' casi di coscienza Ouero Specchio de' Confessori. Per l'vfizio di vn perito Confessore, et per ogni stato di persona, per salute dell'Anima, e perfetta cognizione, et debito del Cristiano. Del R. P. Fr. Niccodemo di Firenze Min. Oss. di S. Franc. ... In Firenze. M.DC.XIX. Appresso i Givnti. in 8.

Dialogo che fa l'Anima ragionevole con Se Medesima, Come Porzione Superiore, Et Inferiore. Nel quale meditando, et contemplando nella Corona de' Sacri Misterij della Vita di Christo: la Porzione Superiore insegna all'inferiore molti vtilissimi Documenti, pieni d'ogni sorte di Theologia. Risolue Questioni, et dichiara Dubbij intorno alli Misterij della Fede nostra: mostrandoli, come tutti questi son quei Contrassegni promessi al vero Messia, et Saluator del Mondo, che si doueua far'huomo: per dar'all'Huomo perfetta Salute. In Firenze Appresso Alesandro Guiducci 1607. in 4. Ex epistola auctoris nuncupatoria (data die 4 Sept. 1605) et ex licentiis pro operis impressione patet editionem anni 1601 nullam esse.

Lo Sviato convertito Tragedia Spiritvale. Opera piena d'ogni bella Dottrina Christiana, contrastando il Vizio, et la Virtù insieme, per mostrar come si perde, ò riporti Vittoria della vita humana. E dopo la conuersione, vna corona in ottaua rima, cantata dal conuertito, in honore delle sette Allegrezze di Maria Vergine; Regina del Cielo, e nostra auuocata. In Fiorenza, Apresso Zanobi Pignoni, E Compagni. 1614. in 8.

MMCMXLV. 1535.

NICOLAUS ALBASPINA = de quo Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

La Cordelière, ou Trésor des indulgences du cordon St François. Paris, J. Le Bouc, 1608. in 32.

Commentarius de reformatione, auctore F. Nicolao Albaspina,... Tolosæ, typis R. Colomerii, 1610. in 12. Ita in Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale, I, Paris 1897, p. 468.

Traicté

Digitized by Google

Traicté de la vocation et fin des Religieux, et par special des Frères Mineurs, art pour entendre et prattiquer la règle de nostre Père S. François, secondes pensées sur icelle ... Tulle, F. Aluitre, 1615. in 16.

L'Apostasie.... Item Responce à un livre du mesme argument composé par un ministre anonyme (J. de l'Espine). A Bourdeaus, par S. Millanges, 1598. in 16.

Foüet des Apostats, augmenté d'une response, ou second foüet des mesmes apostats ... Quatriesme edition. Tolose, 1606. par. 2 in 16. — Fr. Pérennès in Dictionnaire de bibliographie catholique, II, Paris 1867, col. 260, indicat sequentem editionem (utrum primæ tantum partis, nescio): Le Fouet des apostats. Paris, Guill. de La Noue, 1601. in 12.

MMCMXLVI.

NICOLAUS AMESFORDIENSIS Belga Capuccinorum concionator, rerum Historicarum studio detentus composuit lingua vernacula

Chronica generalia Ordinis Seraphici Patris Francisci scripta anno 1647. et postmodum vulgata Bruxellis an. 1656., quæ citantur a Francisco Cionaccio Hist. B. Humilianæ T. O. S. Francisci par. 3. cap. 7. n. 2. De eo silent Biblioth. Capuccin., et Joan. a S. Anton.

De hoc scriptore silet quidem Dionysius Genuensis, sed agit Bernardus a Bononia, qui eum Nicolaum Amerffortium dicit, eiusdemque *Chronicorum* titulum latine ita refert: *Chronicon ac Genealogia Seraph. P. S. Francisci, ejus continens vitam, ac duodecim Sociorum ejus, sicut et septuaginta unius Discipulorum: Ordinis quoque originem, et progressum describens* in fol. Bruxellis 1655.

MMCMXLVII.

NICOLAUS ANGELUS A S. ANGELO Picenus natione, et provinciæ Romanæ alumnus Min. Capuccin. concionator eruditus, in arte poetica admodum excultus, ac clarissimo pollens ingenio scripsit carmine heroico hetrusco

Encomium sacrum de B. Felice Capuccino sub tit. *Amor felix Felicis amantis* impress. Romæ an. 1632., cujus autographum extat Genuæ in Biblioth. sui Ordinis, teste autore Biblioth. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton.

* NICOLAUS ANGLICUS. V. *Nicolaus Brito.*

MMCMXLVIII. 1536.

NICOLAUS AB AQUAVILLA = Gallus, et Lugdunensis concionator suo tempore perillustris, ut plures codices mss. produnt, sac. Theol. Doctor, cujus Sermonem *de Assumpt.* citat Gabriel Barletta in Serm. de Concept. B. V., et Vincentius Baudellus de un. Concept. J. C., agitque de eo Rodulphius lib. 3., aliique post ipsum; ante eum tamen Joan. Garetius de Sacram. Euchar. clas. 1. tradit floruisse an. 1317., et *Joannes Quintinus* Doctor insignis sac. Theologiæ *Sermones Theologales* ab hoc Doctore Nicolao excerptos, et a Ludovico Unsario emendatos edidit, quemadmodum habet Possevinus in Appar. sac. V. *Joannes Quintinus.*

Sermones de Tempore per totum annum secundum Nicolaum de Aquavilla alias Lugdunensem mss. extant Oxonii in Biblioth. Collegii Lincolniensis cod. 14.

Sermones Dominicales Lugdunensis, alias Aquavilla anglice Watertow [*n*] ibidem in Bibl. Collegii Corporis Christi cod. 156. membr. in 4., et in Bodlejana cod. 3. *Sermones pro diebus Dominicis, et Festivis per totum annum Nicolai de Aquavilla Ordinis Fratrum Minorum* mss. ibidem inter codd. Henrici Worseley cod. 57. Porro *Sermones Dominicales super Evangelia* incipiunt: *Dicite filiæ Sion.*

Homiliæ Nicolai de Aquavilla ibidem mss. inter codd. Simonis d'Ewes Baronetti cod. 112.

Sermones de Tempore collecti ex Patribus Nicolai de Aquavilla; itemque *Sermones super Evangelia* mss. in Biblioth. Univers. Cantabrigen. cod. 14. et 97., aliisque pluribus locis, ut legere est apud Oudinum to. 3. Commentar. ad an. 1310. Extant mss. et in Biblioth. S. Gatiani Turonen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1275. n. 224. V. to. 1. Biblioth. Bodlej fol. 148., et Ant. Sanderus p. 2. Biblioth. mss. Belgicorum.

Sermones de Nativitate, et *Assumptione B. Virginis* citatos a Joanne de Carthagena lib. 7. homil. 15., teste Joan. a S. Anton., puto extasse inter *Sermones de Sanctis,* al. *pro diebus festivis per annum.*

Nicolaus iste primus omnium in *Epitomen redegit Jus canonicum,* assertore Fr. Petro de Alva *principio* x. in append. Joan. a S. Anton.

Sermones iuxta euangelia dominicarum totius anni, cum additione aliquarum epistolarum, vt fertur a venerabili doctore de haqueuille conditi et a magistro Johanne quintini nouiter visi emendati et optime ordinati prodierunt sæculo XV absque ulla nota in 4 (Hain, Repertorium, n. 8353); *nuper vero a magistro Ludovico vassoris doctore theologie recogniti,* sine loci nomine sed Parisiis, initio sæculi XVI impensis magistrorum Durandi gerlieri et Nicolai de barra bibliopolarum universitatis parisiensis, in 8. (Copinger. Supplement, III n. 5439); ibidem. Jodoci Badii Ascensii ac Joannis de Marnef impensis a. 1519 in 4, et apud Regnault a. 1521 in 8, etc.; sub nomine D. Joannis Quintini theologi parisiensis, viri eruditissimi, Coloniæ apud Joannem Crithium a. 1611, et 1630, in 8. *Sermones in evangelia dominicalia* extant mss. Parisiis in biblioth. Nationali, mss. lat. 15957 et 18193; præterea Rothomagi cod. 563, Insulis 102, Avinione 604, Rhemis 589. (Cf Catalogue gén. des mss. des bibliothèques publ. de France. Départements. Tom. I, XXVI, XXVII, XXXVIII).

Sermones (106) *de sanctis,* incipientes *Præparate corda vestra Domino.... Duo sunt ibi consideranda* reperiuntur cum auctoris nomine in ms. lat. 15957 bibliothecæ Nationalis Parisiensis, in ms. bibliothecæ « de l'Arsenal » 545, in Turonensis 482, Rothomagensis 620, Harleyanæ 1660, et alibi. *Unus* inter eos extat sermo *de nativitate.*

Primus Gratiani abbreviator Nicolao ab Aquavilla longe antiquior est, neque sub huius nomine aliqua invenitur iuris canonici epitome, teste Bartholomæo Hauréau, qui de nostro auctore agit in Histoire littéraire de la France, t. XXXI, pp. 95-100.

Plerique codices a Sbaralea hic notati accuratius indicandi sunt:

Sermones de Temporali per totum annum etc. extant ex « Catalogi librorum Angliæ et Hiberniæ » (Oxoniæ 1697, to. I, par. II, pag. 41) Oxonii in biblioth. Collegii Lincolniensis *in Archivis ex parte Bibliothecæ australi* cod. 14, qui est LXXX apud Henr. O. Coxe (Catalogus codd. mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxonii 1852, par I), et incipit: *Dicite filie Syon* etc. *Verba ista sumpta sunt a Zacharia propheta.*

Sermones Dominicales extantes Oxonii in cod. 156 collegii Corporis Christi incipiunt teste eodem Coxe, op. cit. par. II: *Hora est jam nos de sompno surgere... In ista totali epistola monet Paulus apostolus ad tria.*

Sermones Dominicales (super Evangelia) extant in Bodleiana cod. 2760, ex codd. mss. Thomæ Bodleii super O. I. Art. cod. 3 (Catalogi etc., to. I, par. I, pag. 148).

Sermones pro diebus Dominicis et Festis sunt in cod. 57 Henrici Worseley de Hospitio Lincolniensi apud Londinium, non autem Oxoniæ (Catalogi etc., to. II, par. I, pag. 211).

Homiliæ Nic. de Aquavilla sunt in cod. 112 Simonis D'Ewes De Stow-Langtoft in Comitatu Suffolciæ, nepotis D. Simonis D'Ewes Baronetti (Catalogi etc., to. II, par. I, pag. 385).

Nic. de Aquavilla Sermones de Tempore collecti ex Patribus continentur cod. 14 bibliothecæ ecclesiæ cathedralis Sarum seu Sarisburiensis (Catalogi, to. II, par. I, pag. 23).

Nic. de Aquavilla Sermones super Evangelia inveniuntur in codice 97 Aulæ Pembrochianæ apud Cantabrigiam, ex mss. Cantabrigiensibus 2025 (Catalogi, to. I, par. III, pag. 158).

Digitized by Google

MMCMXLIX. 1537.

NICOLAUS ARIMINENSIS = sacræ Theologiæ Doctor, et Ravennatis Cœnobii moderator, nec non Opizonis Polentani urbis Principis a sacris Confessionibus ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1417. n. 10. missus est ab eodem Opizone suo, ac civitatis nomine Martino V. aggratulatum. Cum igitur Ravennæ degeret an. 1413., scripsit

Vitam, et miracula B. Raynaldi Ravennatis Archiepiscopi, nec non tres Sermones in illius laudem; qui una cum Vita mss. servantur in Tabulario illius Archiepiscopatus, teste Hieronymo Fabro in Hist. Eccles. Raven. par. 1., ex quo *Vitam cum miraculis* haud multis ab hinc annis publicavit Abbas Ughellus to. 2. Italiæ sac. in Ravennat. Archiepisc. n. 92. hoc titulo: *Tractatus de Vita laudabili Archipræsulis B. Raynaldi per me edita Fr. Nicolaum de Arimino Ordin. Minorum S. Theol. humilem professorem anno Dom.* 1413. Scripsit etiam latine

Vitam B. Roberti Malatestæ Arimini, et Cæsenæ Domini Tertii Ord. S. Francisci an. 1432. *defuncti,* ut ex Speculo Min., et Mariano Chron. lib. 5. cap. 13. refert Marcus Ulyssipon. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 1. cap. 53., et Rodulphius lib. 2. fol. 269. in Custodia Forolivien., et loco Arimini, de quo et Arturus in Martyrol. Francisc. die 10. Octobr. §. 5. Extat autem Arimini in Archivo Conventus S. Francisci scripta an. 1433. sine nomine autoris, sed miracula exarata sunt italice: incipit: *Gloriosus Deus, qui multifariam modis nobis ingratissimis creaturis suis* etc: et diversa est ab illa, qua usus est Waddingus. *Vita Roberti* Malatestæ ab eo scripta extat apud hæredes Hieronymi Melzi Lampergorum ex Clementino par 2. lib. 8. ad an. 1427. pag. 231., habetur etiam vulgari lingua ms. Cæsenæ in Biblioth. S. Francisci; nuperque exemplum codicis Ariminen. una cum monumentis ejusdem Cœnobii illatum est in Archivum Ordinis Romæ apud SS. Apostolos.

Porro Nicolaus iste anno 1433. Ferrariæ interfuit cuidam instrumentariæ actioni Conventus sui Ordinis ex Tabulario ejusdem Conventus.

Vita et miracula B. Raynaldi Archiepiscopi Ravennatis cum brevi *prologo ad Christophorum canonicum sanctæ Ravennatis ecclesiæ*, omisso a Ferd. Ughello qui primus eadem *Vitam et miracula* edidit Romæ a. 1662 in Italia Sacra, to. IX, coll. 938-47, et a Nicolao Coleto in secunda operis Ughelliani editione, extant in « Acta Sanctorum » Augusti t. III (Antuerpiæ 1737), pp. 692-96. In hoc prologo Nicolaus monet se præmisisse brevem *introductionem* in Legendam eidemque superaddidisse *sermones tres ad populum*, ut ipsius Viri sancti posset quater et diversimode a prædicatoribus exprimi dignissima præconia laudum. De his *sermonibus* et *introductione* adhuc ineditis conferri potest Joannes Cuperus in « Acta Sanctorum » to. citato, p. 690, n. 9.

Tractatum de vita et morte Religiosi Viri Galeoti Roberti de Malatestis Tertii Ordinis S. Francisci Principis Arimani ex quodam codice ms. sæc. XV Cæsenæ in bibliotheca Malatestiana asservato edidit Josephus Maria Mucciolus Cæsenæ a. 1784 in « Catalogus codicum mss. Malatestianæ Cæsenatis bibliothecæ » to. II, pp. 209-17, monitu præmisso, quod legere iuvat.

MMCML.

NICOLAUS ARMIGER germanice *Waffentrager* Coloniensis Cœnobii Minor. Convent. Guardianus edidit

Currum mystico-historicum Ordinis S. Francisci an. 1631., cujus *Examen* elaboravit Petrus Marchantius Belga Regular. Observ. an. 1631., uti scribit Waddingus in *Gerardo Empolio*, et *Petro Marchantio*, suppresso tamen autoris nomine. Citat hunc Arturus in Martyrol. Franciscano anno 1637. edito art. 21. §. 137. ex Franchino in Bibliosoph. num. 278., et in Append. pag. 651. §. 209., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMLI.

NICOLAUS ARRESTORFIUS Bonnensis Bavarus Min. Conv. sac. Theol. Doctor, et Coloniensis prov. Minister factus est Episcopus Aconensis, et Suffraganeus Ernesti Bavariæ Ducis Archiepiscopi Colonien., et Episcopi Monasterien.; qui eum Ecclesiæ S. Lamberti Monasterii in urbe primariæ constituit Administratorem, et pastorem, ut Religionem Catholicam Lutheranorum, et Anabaptistarum colluvione collapsam restauraret, et pristinæ integritati restitueret, quod assiduis concionibus, aliisque piis operibus effecit; composuitque

Nucleum catecheticum, et *conciones, Sermones*que *varios.*

Obiit Monasterii circa annum 1620. apud suos humatus cum epitaphio; de eoque Hist. prov. Colonien. fol. 141.

Disputatio Theologica de Sanctis, complectens omnes fere nostri temporis controversias, de illorum origine, Canonizatione, veneratione, invocatione, templis, diebus festis, votis, peregrinationibus, reliquiis, atque miraculis. In Academia Trevirensi, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXIIII, *publicè proposita, ad quam responsurus est religiosus F. Nicolaus Arresdorfius, ordinis Fratrum Minorum. Præside R. P. Joanne Gibbono Anglo Societatis Jesu, SS. Theologiæ Doctore, et Professore ordinario.* Augustæ Trevirorum, ex officina Emundi Hatoti, 1584,4°. Ita apud C. Sommervogel, Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Bibliographie, to. III (Bruxellis 1892), coll. 1403-1404.

Ex C. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, III (Monasterii 1910), p. 105, promotus est ad episcopatum Acconensem anno 1592, novembris die 23, alias 27.

* NICOLAUS AUBESPIA = V. *Nicolaus Albaspina.*

MMCMLII. 1538.

NICOLAUS AUXIMANUS = Regul. Observ., de quo Marcus Ulyssipon. ex Speculo Minor., et Mariano Chron. par. 3. lib. 1. cap. 41., et 42., aliique postea: conscripsit non

Commentarios in Regulam Fratrum Minorum: sed brevem *Declarationem super Regula FF. Minor.* an 1439., cum esset Vicarius provinciæ S. Angeli, et Commissarius Generalis, quam SS. Bernardinus, et Joannes Capistran. an. 1440. approbarunt; legiturque in Monumentis Ord. Min. tract. 2. edit. Salmantic. anno 1511., ejusque meminerunt autor Opusculi *De necessariorum congrua solutione* in Firmamento trium Ordin. par. 3., et cit. Marcus Ulyssipon. lib. 1. par. 3. cap. 28.; extat et in eodem Firmamen. edit. Venetæ 1513. par. 3., estque brevis explicatio, seu *Ordinationes quædam in caput 7. Regulæ FF. Minor.* breviter conclusæ, et epistola S. Bernardini anno 1440. data comprobatæ: attamen cum Rodulphius lib. 3. tradat, eum scripsisse *super præcepta Regulæ sermone vernaculo,* dubium subit, an commentarii diversi sint a declaratione brevi.

Supplementum Privilegiorum Ordinis Minorum confecit an. 1444., quod extat Romæ in 8. in Bibliotheca S. Isidori, teste Petro de Alva et Astorga in Apparatu ad Indiculum Bullarii Seraphici v. *Supplementum.*

Supplementum

Digitized by Google

Supplementum Summæ Magistrutiæ, seu Pisanellæ prodiit primo Venetiis per Vindelinum de Spira in fol. ante mensem Aug. an. 1473. ex versibus ibi relatis:

Impressum est Sixto sacrorum Antistite IV.,
Et Veneto Troni Principis imperio:

qui Dux Nicolaus Tronus obiit 28. Julii illius anni; et Venetiis eodem anno m. Novembr. per Barthol. Cremonen. in fol. parvo; Genuæ anno 1474. in fol. per Matthæum Moranum de Olmutz, et Michaelem de Colonia ex Orlando de Orig., et progr. Typograph., et Joan. a S. Anton., qui vidit Hispali in Biblioth. Ecclesiæ; postea Venetiis annis 1474., et 1476. fol. per Franciscum de Hailbrun, et Nicolaum de Francfordia; mox ibidem an. 1477. in 4. per eumdem Franciscum de Hailbrun, et Petrum de Bartua socios, quæ extat Florentiæ apud nostros; et postea Mediolani 1479. in fol. per Leonardum Pachel, teste Joan. a S. Anton., et iterum Venetiis 1481. in 4. per Bartholomæum de Alex., et Andream de Asula; nec non Reutlingiæ an. 1484. in fol., et Norimbergæ in 4., in cujus fine habetur: *Expletum apud locum nostrum prope Mediolanum S. Mariæ de Angelis nuncupatum, et vulgariter S. Angeli* MCCCCXLIIII. *Novembris* 28. *die Sabbati proximi ante Adventum hora quasi sexta:* et postea:

Sacra docens populos oracula presbiter alme
Fit tibi, ne dubites, utilis iste liber.
Denique cognosces, frueris dum clave superna
Solvere confessor, quidve ligare potes.
Hæc alias multo tibi sunt scrutanda labore;
Sed cito, sed breviter do Pisanella tibi.
Incola Nurembergæ Antonius Koburger ut illam
Imprimeret, Jeorgio Stuchs dedit æris opem.
Edidit hanc Sultzbach, docuit Nuremberga polite
Imprimat ut libros: nunc decus artis habet.

Anno Christi M.CCCC.LXXX.VIII. *m. Junii d.* XX.; tandem Ven. 1489., et 1494, per Leonardum Wid in 4. ex Waddingo, qui *Summam Casuum Conscientiæ,* et *Supplementum Summæ Pisanellæ* facit duo Opera diversa; sed Joan. a S. Anton. recte judicavit esse idem Opus. Extat autem ms. membr. 4. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., ut et duæ Venetæ editiones, quas dixi.

Opus conscripsit idiomate vulgari italico tit. *Quadriga spirituale* incip. *Dice l'Apostolo, quello, el quale non sa cioè le cose necessarie alla salute, non è saputo da Dio, cioè come estraneo è reputato* etc.; quod *spiritualem Quadrigam* appellat, quia peragit de 4. rebus præcipuis ad salutem, *fide, operibus, confessione, oratione,* seu *de symbolo: de peccatis, decem præceptis, et operibus charitatis: de rebus necessariis ad confessionem:* et *de oratione:* in cujus fine legitur: *Explicit Opus nuncupatum spiritualis Quadriga compositum per venerabilem patrem fratrem Nicolaum de Auximo Ordinis Minorum de Osservantia imprexum per magistrum Phedericum de Comitibus de Verona in civitate Esii Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi* M.CCCC.lxxv. *sexto kls Novembris.* Habetur autem in Tabulario sac. Conventus S. Franc. Asisii ms. chart. in 4., in cujus fine legitur: *Explicit spiritualis Quadriga edita per venerabilem virum fr. Nicolaum de Auximo Ordinis fratrum Minorum de Observantia regulari* M.CCCC.XXXXII. *die* v. *Decemb.:* extat quoque ms. in Biblioth. Minor. Observ. Regul. Auximi, quæ in fine habet: *Finisce lo libro dicto Quadriga spiritualis composto dal venerab. P. F. Nicolò da Ossimo de la provincia dela Marca d'Ancona del ordine deli Frati minori dicto de Oservanzia scripto per me fra Baptista da Carnaldo dello dicto ord., lo quale feniso nello loco de Pessaro adi* XXI. *de septembre nel dì de Sancto Matheo Apto et Evang.* 1445. *nel tempo, che era Vicario de la dicta provincia el Ven. P. Fre Domenico de Lionessa predicatore Evangel.;* et hæc videtur, quam Joannes a S. Antonio to. 2. pag. 383. vidit Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ cod. in 4. partim pergam. ms., et partim impres. sine loco, et anno sub tit. *Quadriga spiritualis;* aitque continere 1. *expositionem symboli:* 2. *expositionem decalogi;* et 3. *tractatum de oratione.* Habetur quoque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci cod. membr. in 4. scriptus ne, vel impressus, non satis apparet, hoc titulo: *Incomincia el libro dicto Quadriga spirituale. Renovamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quæ sit voluntas Dei beneplacens, et perfecta. El glorioso Apostolo Messer San Paulo nel sopradicto parlare ci dà una maravigliosa doctrina* etc.: in 4. divisa est partes, in 1. agit *de anima,* et *symbolo Apostolorum:* in 2. *de peccatis, de* 10. *præceptis,* et *operibus misericordiæ:* in 3. *de Confessione sacramentali:* et in 4. *de oratione dominicali:* ac in fine legitur: *Finito è il trattato de Frate Nicolò da Osmo.* Eadem habetur Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci ms. chart. in 4. sine nomine autoris cum diversorum Opusculis. Demum typis prodiit an. 1494. in 4., sed perperam S. Bernardino adscripta hoc titulo: *Sancto Bernardino della Confessione. Incomincia una doctrina di Sancto Bernardino utile del modo, che se debba lo homo confessare: e prima de la cagione, che hanno da inducere l'anima a la confessione:* incip. *Renovamini in novitate sensus* etc. Extat Opusculum Ravennæ in nostra S. Francisci Bibliotheca.

Quadrigam aliam ipse composuit, quam non semel adducit in suo Pisanellæ Summæ *Supplemento* v. *absolutio* 1. et 5., ubi citat suam *Quadrigam litteralem* lib. 2. tit. 9. §. 9. et 10.; v. etiam *confessio* 1. et 2. ejusdem *Quadrigæ* lib. 2. tit. 6. §. 2., et tit. 7. §. 2. et 10.; ac v. *religio* 2. citat lib. 1. tit. 49. §. 23. ipsius *Quadrigæ;* quam et citat Pelbartus Temiswarien. in *Pomerio de SS.* serm. 120., et par. 1. æstiv., et Fr. Cherubinus Senen. in tract. *regulæ vitæ matrimonial.* §. *de prima re* post proœmium. Aliam vero dixi a superiori *Quadriga;* nam ista dicitur distributa in *libros, titulos,* et §., illa vero in capita, seu titulos.

Ejusdem Nicolai aliud *Opusculum* italice *Zardino di Orazione* anno 1454. sub Nicolao V. scriptum, et in 24. capita partitum, quod prodiit anno 1494. sine nomine autoris cum supradicta *Quadriga* spirituali in fronte referens *Minoritam* genuflexum cum B. V. *Corona,* ut ajunt, inter protensas manus, ante quem cernitur *Angelus,* et post hunc *Ecclesia,* forsan *S. Mariæ de Angelis* prope Mediolanum, ubi ipse morabatur aliquando.

Interrogatorium Confessorum ipsemet adducit in suo Pisanellæ Supplemento v. *Absolutio* 1. et 5.

Apologiam scripsit *adversus Fr. Robertum Liciensem an.* 1453. *pro Bulla Eugeniana* Minores Observ. a Conventualibus separante, ut ex Mariano Florent. tradit Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 3. cap. 39.

Sermonum latinorum lib. 1., et *Sermonum vulgarium lib.* 1., nec non *Quadragesimale* composuisse memorat

Digitized by Google

memorat idem Marcus Ulyssipon. lib. 1. cap. 42., citaturque a Summa Angelica, et Rosella inter DD. Juris Canonici, et civilis.

De eo Arturus in Martyrol. Francisc. die 23. Februar. §. 3. Waddingus in Annal. Min. sub an. 1376. n. 12. refert, *Nicolaum de Romanis* Auximatem sub Gregorio XI. sac. Theologiæ, et utriusque juris Doctorem extitisse, Archidiaconum Vercellensem, Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis Aquilejen., aliisque pinguibus cohonestatum Sacerdotiis legatione apostolica functum esse in Syriam sub Martino V., unde reversum post triennium obiisse, relictis pluribus, quos scripserat, libris, quorum Catalogum pollicitus est idem Waddingus se daturum in lib. de Scriptor. Ord. Min., quo loco non alium *Auximatem Nicolaum*, quam quem descripsimus, exhibuit: nam ille *Nicolaus de Romanis*, ut infra, non fuit Minorita.

Declaratio super Regula Fratrum Minorum declarationes quorumdam, non omnium, eius articulorum comprehendit, typisque primum vulgata est Rothomagi a. 1509 in « Speculum Minorum » parte III foll. 85-86. Anno 1865 Joseph Spezi scriptor bibliothecæ Vaticanæ edidit Romæ ex codicibus vaticanis latinis 7631, 7690, 7339 *Tre operette volgari di Frate Niccolò da Osimo*, quorum opusculorum secundum inscribitur *Delle regole dell'Ordine* agitque ad Regulæ Ord. Minorum declarationem de eiusdem præceptis, tertium hunc titulum habet *Esposizione della nuova dichiarazione sopra la regola*; non est inverisimile Rodulphium loco cit. de iis opusculis locutum esse.

Supplementum Summæ Pisanellæ non videtur editum fuisse Reutlingæ a. 1484, neque Venetiis a. 1494: prodiit autem Januæ (Genuæ) a. 1474 per *Matthiam Moravum* de Olmutz et Michaelem de *Monacho*, et Venetiis a. 1489 per Leonardum *Wild*. Impressum est etiam: Nurmbergæ, ductu Joannis Sensenschmid et Andreæ Frisner a. 1475 die xx Januarii, et per Antonium Koburger a. 1478 kalendas quinto Julii, in fol. (Hain, Repertorium, nn. 2154, 2157); Venetiis sine typographi nomine, sed per Octavianum Scotum, a. 1479 die prima Januarii, in 4 (Hain, 2158); Coloniæ a. 1479 in profesto nativitatis Domini per Conradum de Homburch, in fol. (Hain, 2160); anno 1482 sabbato ante epiphaniam Reutlingæ sine typographo, per Johannem Otmar, in fol. (Hain, 2163); Venetiis per Franciscum Renner de Hailbrun 1482, in 8 atque in 4 (Hain, 2164); sine loci et typographi notis, a. 1483 nono kalendas Martii in fol., Coloniæ per Ulricum Zell (Copinger, Supplement. II, n. 785); Venetiis per Franciscum Renner de Hailbrun 1483, in 8 (Hain, 2165); Venetiis per Paganinum de Paganinis et Georgium de Rivabenis a. 1485 die 28 Martii, in 8 (Hain, 2166); Vercellis per Jacobinum de Suico a. 1485 die 27 Octobris, in 8 (Hain, 2167). De hoc opere cf. J. F. von Schulte, Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts von Gratian bis auf die Gegenwart, II (Stuttgart 1877), pp. 435-37; Joh. Dietterle, Die Summæ confessorum, in Zeitschrift für Kirchengeschichte, XXVII (Gotha 1906), pp. 183-88.

Operis *Quadriga spirituale*, præter æsinam anni 1475, duæ sæculi XV editiones extant, utraque absque ulla nota: antiquior, quam vidi Florentiæ in bibliotheca Nationali, sine signaturis, in 4 atque in 8, impressa probabiliter ante annum 1475, incipit ut æsina (cf. Reichling, Appendices, II, p. 121); altera, cum signaturis, in 4, cuius integrum exemplar iam in manibus habui, excusa circa a. 1480 (de qua Reichling, V, p. 86), operi præcedentium editionum, sub unico et communi titulo *Quadriga spirituale*, præmissum habet (16 prioribus foliis) quoddam opusculum incipiens *Renovamini in novitate sensus vestri.... El glorioso apostolo*, nihil aliud continens quam brevem exhortationem ad confitenda peccata, et quinque considerationes ad huiusmodi confessionem suadendam. Hoc *tantum* opusculum, quod fortasse nostri auctoris non est, cum titulo *Sancto Bernardino dela confessione* prodiit, annexis aliorum tractatibus, sine ulla nota, Venetiis circa a. 1494, in 4 (Reichling, III, pp. 11-12); nulli auctori tributum, cum quibusdam additionibus in fine, quæ non extant in tertia *Quadrigæ spiritualis* editione, sub latino titulo *Forma recognoscendi et confitendi peccata*, Neapoli per Matthiam Moravum omisso tamen typographi nomine, a. 1481, in 4 (cf. Reichling, II, n. 522; Fava e Bresciano, La stampa a Napoli nel XV secolo, II, Leipzig 1912, p. 108). — *Quadriga spirituale*, incipiens *In N. D. J. C. ... Dice lo apostolo quilo el quale non sa*, extat ms. a. 1460 in codice vatic. lat. 9915 (cf. M. Vattasso et H. Carusi, Codices Vaticani Latini 9852-10300, Romæ 1914, pp. 138-39).

Opusculum, cui titulus *Zardino de oratione* seu *Giardino di orazione*, prodiit etiam: Absque ulla nota, sed Venetiis exeunte sæculo XV, in 4 (Reichling, V, n. 1531); in Venetia 1511 adì XX Febraio, in 4; in Venetia per Bernardino de Viano de Lexona 1521 adì XXV Mazo (i. e. Maii), in 8. Juxta primam harum editionum incipit prologus: *Quelli che uiueno nel mundo se exercitano in quelle cose che sono del mundo*, caput primum autem *Tutte le uertude e le operatione sancte e uirtuose*. Nescio utrum certe Nicolai Auximani sit, quum nulla editio nomen auctoris exhibeat, in editione anni 1494 Quadriga spiritualis non sit annexa (cf. Reichling, I, p. 148), figura vero, quæ extat in hac editione, prodierit iam (cf. Prince d'Essling, Les livres a figures vénitiens de la fin du XVe siècle, etc., par. I, to. II, pp. 240 et 192-93) cum opere « *Monte dell'oratione* » quod nostro auctori nemo adhuc adscripsit.

Interrogatorii confessorum editio anni 1489 a recentioribus bibliographis non indicatur, neque alia operis similis sub nomine Nicolai Auximani.

Scripsit etiam:

Compendio de salute impressum *per magistro Gabriel de Pietro Treuisano, Nel* MCCCCLXXJX. *A di sei Marzo. In Tuscolano Lacus Benaci*, in 4. Extractum est ex « Quadriga spirituale » et extat in bibliothecis Nationalibus florentina et neapolitana. Cf. Reichling, II n. 412.

Della religione, idest de statu religioso; quod opusculum est primum ex editis a Jos. Spezi, de quibus supra.

Eidem tribuenda etiam videtur

Declaratio preceptorum regule sancte Clare, edita ex quodam codice anonymo sec. XV, in Archivo Monasterii Bononiensis Corporis Christi asservato, a Lucio Maria Nuñez O. F. M. a. 1912 in « Archivum Franciscanum Historicum » V, pp. 310-314.

MMCMLIII.

NICOLAUS BARSOTTUS Lucensis Capuccinus, sed provinciæ Bohemiæ concionator doctus, et pius scripsit

Spirituale humanæ semper peregrinæ mortalis vitæ remigium habens portum suum immortalem æternam vitam italice fusius, deinde strictius latine factum. Viennæ an. 1647. typis Jo: Jacobi Kurner; germanico etiam idiomate cusum est circa idem tempus.

Cynosuram, seu Mariam stellam polarem Christo Jesu sole amictam, exornatam, illustratam etc. ad Leopoldum I. Hungariæ Regem. Iisdem typis an. 1655. in fol.; et auctam ibidem an. 1675. cum diffusa *inscriptione distichorum, carminumque* innumerabilium, quæ legi potest apud autorem Biblioth. Capuccin., et Joan. a S. Antonio.

Sermones evangelicos de Adventu, et Quadragesima iisdem typis in 4. an. 1667.

Sermones de Sanctis per annum occurrentibus. iisdem typis in 4. an. 1668.

Paradisum interiorem P. Pauli Manassei Capuccini cum additione quorumdam Opusculorum, et aliorum exercitiorum spiritualium ex italico in germanicum sermonem transtulit; prodiitque bis Coloniæ, et ter Viennæ Austriæ, teste Joan. a S. Anton.

Meminit hujus Marraccius, Caramuel, et Dupinus, quorum elogia merito exscripsit autor Biblioth. Capuccinor.

Cynosura sive Mariana Stella Polaris Christo Jesu Sole Amicta, exornata, illustrata Tetrastichis, 4, 886, 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600, eundo, Et quia retrograda, totidem redeundo: hoc est Carminibus 78, 181, 142, 583, 435, 811, 306. 695, 425, 202, 585, 600. Numero propemodum ineffabili, et incomprehensibili: Numero supra numerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non et Stellas, quæ lucent in firmamento Cœli, quasi totidem Radijs in hac Secunda Editione locupletata, dilucidata Novo studio, et labore Fr. Nicolai Lucensis Capucini Concionatoris. Anno à DoMInICa saLVte [i. e. 1657].

Digitized by Google

[i. e. 1657]. Viennæ Austriæ, Typis Joannis Jacobi Kürner,.... in fol. Hunc titulum, omnino diversum ab exhibito in suis Bibliothecis Scriptorum Ord. Capucc. per Dionysium Genuensem et Bernardum a Bononia, præfert exemplar (fine mutilum), quod extat Romæ in bibliotheca Nationali, eumdemque ex alio, ut videtur, exemplari refert P. Eduardus Alenconiensis in Bibliotheca Mariana Ord. FF. Min. Capucc., Romæ 1910, pp. 58-59.

* NICOLAUS E BETTONA, al. Vettona Umber = V. infra *Nicolaus Ferragattus*.

* NICOLAUS A BIARDO = V. *Nicolaus e Broido*.

* NICOLAUS BOCHAM apud Aug. Witte, et ex eo Joan. a S. Anton. in append. relatus est *Nicolaus Occham*.

MMCMLIV. 1539.

NICOLAUS BODIUS = Joan. a S. Anton. exscribit prorsus Waddingum.

MMCMLV. 1540.

NICOLAUS BONETUS = Gallus natione, uti etiam indicat agnomen, est enim *Bonet* gallice latinis *Pileolus*, Italis *Berretta*; ac Turonensis patria ex Gulielmo Vorilongo in 1. Senten. d. 36., Pelbarto Themisvar. in Theol. Rosario lib. 2. v. *Servitus*, et ex Daniele Meyero in decisione præmissa quæstioni 26. Magistrali Joan. Scoti per Joan. Colonien. breviatæ; diciturque *Scoti discipulus* a cit. Vorilongo in 2. Senten. d. 3.; Joan. vero Anglicus quæst. 3. Universal. Scoti tanti nominis extitisse eum dicit, ut *Doctor Pacificus* audiret, et sectam *Bonetistarum* condiderit: *Doctor Parisiensis* quidem, et unus ex *Capellanis Regiis* anno 1333. interfuit Congregationi Parisiis apud S. Maturinum jussu Philippi Regis habitæ super opinione Joan. XXII. de beatifica animarum visione, ut legimus sec. VI. Hist. Universit. Parisien. ad an. 1332. *Vir in subtilitate nulli secundus* appellatur a Tiberio Bacilerio [seu *Bazalerio*] Bononiæ ordinario Logicæ Lectore in sua *de prædicatione reali* quæstione impressa ibi an. 1496.; et *vir gravissimus* ab Aquario Ord. Prædic. lib. 1. Metaphys. diluc. 5. Anno 1338. a Benedicto XII. missus est nuncius cum tribus aliis Minoritis ad Tartarorum Imperat., aliosque Principes, Gentesque illarum regionum fidei catholicæ dilatandæ causa; indeque reversus an. 1342. promovetur ad Episcopatum Melitensem sub Archiepiscopo Panormitano ex Reg. Vatic. apud Wadding. in Annal. Min. ad eos annos; obiitque anno 1360. ex Roccho Pirro in Not. Melit.

Postillam super Genesim laudat Gulielmus Vorilongus in 2. d. 17., et 21., et Pelbartus Themisvar. in Theol. Rosario lib. 2. v. *Tentatio* §. 16.; et prodiit Venetiis an. 1505., teste Jacobo Le Long Biblioth. sacræ p. 750.

Fr. Nicolai Bonetti Mag. Ord. Min. provinciæ Turoniæ Philosophiæ naturalis lib. 8.; et

Theologiæ naturalis lib. 7. extant Ven. in Biblioth. Bessar. in 4. membr. sec. XV. scripti an. 1470. Romæ apud SS. Apostolos. Ejus *Theologia naturalis divisa in septem libros* ms. extat Oxonii in Collegii Mertonen. Bibliotheca ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 661., et Balliolen. Biblioth. cod. 666. ibi. *Theologiam* hujus citat laudatus Vorilongus in 1. Senten. dist. 22. et 36., ac Pelbartus Themisvar. in Rosario Theol. v. *Servitus*, nec non Mauritius Hibernicus in annot. ad theorem. 21. Scoti n. 15.

Ejus *Metaphysica* habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Franc. ms. chart. in 4. incipiens: *Omnes homines, imo omnes naturæ intellectuales cum naturaliter scire desiderent* etc.: et in fine legitur scripta *Mantuæ per manum Fratris Joannis de Costa ejusdem Ordinis Minorum provinciæ Burgundiæ, et completa die* XV. *mensis Martii anno Domini mill.* CCCC.XXVII. Extat ms. etiam in Biblioth. Cassinen. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 226. cod. 336.; et Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub II. n. 21. in 4. ex append. Joan. a S. Anton.; demum Venet. in Biblioth. Bessar. cod. 304. in 4. seculi XV., in cujus fine legitur: *Explicit Metaphysica Bonetti Ord. Min. Frater Bernardinus de Meranco scripsit ejusdem Ordinis* 1468. ex Catalogo ejusdem p. 133.

Super prædicamenta lib. 1. *In libros* 8. *Physicorum. In libros* 9. *Metaphysicorum;* ac *in Theologiam naturalem lib.* 7. volumine uno prodierunt Venetiis an. 1505. in fol. studio N. V. Laurentii Venerii Procuratoris S. Marci per HH. Octaviani Scoti ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 384. *Prædicamenta, Topica, Physicam,* ac *Metaphysicam* ejus citat laudatus scriptor antiquus Joan. Anglicus quæst. 3. Universal., ut et Gabriel Zerbius lib 1. quæst. 13. Metaphys., et Nicolaus Dorbellus lib. 3. Metaphys., nec non Joan. Mirandulanus, ac Gulielmus Vorilong 1. d. 3. quæst. 1., nec non Mastrius Instit. Logic. par. 1. tract. 1. cap. 7. n. 33.

Ejus *Formalitates in via Scoti* edition. antiq. in fol. absque loco, et anno extant Emeritæ in Extremadura in Biblioth. Conventus Reg. Observ. sub C. n. 90., teste Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 241. v. *Bonetus N.* Prodierunt etiam cum variis aliorum Opusculis Venetiis an. 1489. in 4. per Bernardinum de Choris Cremonensem, et Simonem de Luere. Extat hæc editio Romæ in Bibliotheca Collegii S. Bonaventuræ; prima autem etiam Florentiæ in Bibioth. S. Crucis: incip. *Ens in quantum ens, manifestum est* etc.: sed hæ cum hoc principio tribuuntur Antonio Andreæ, ut ibi visum est. Eas citat Mastrius disput. 1. Logic. quæst. 5. art. 2. n. 61. Scripsit etiam

Tractatum de Conceptione V. M. jussu Clementis V. ad modum dialogi, teste Willoto, Rodulphio, et Wadd. supra in *Boneto N.*, qui idem est; de quo et Marraccius, et Petrus de Alva in Militia col. 208.

Erravit Joan. a S. Anton. to. 2. cum Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ *Messanensem* eum existimans; sicut et quidam Florentini, qui hunc civem suum fecerunt.

Legationem ad Tartaros non subiit, sed « certis ex causis ad Curiam est reversus » (Chronica XXIV Generalium Ord. Min., in « Analecta Franciscana » III. Ad Claras Aquas 1897, p. 531); obiisse autem videtur non anno 1360 (quod Rocchus Pirrus non affirmat, sed Antoninus Mongitore apud eum in operis *Siciliæ sacræ* editione anni 1733), sed ante diem 27 octobris anni 1343, qua die ei successor in sede Milevitana datus est (Eubel Conr., Hierarchia catholica medii ævi, I, Monasterii 1898, p. 356).

Postilla in Genesim et *Commentaria in quatuor libros Sententiarum* inedita adhuc videntur.

Theologia naturalis a Bern. de Montfaucon (Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova, to. I, non II, p. 661) non recensetur inter codices mss. bibliothecæ Collegii Balliolensis, neque in opere « Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ » Oxoniæ 1697 (to. I, par. II), unde excerpsit Bern. de Montfaucon, neque ab Henr. O. Coxe in « Catalogus codd. mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur » Oxonii 1852 (par. I); continetur in codice Collegii Mertonensis 199, qui est 666 ex mss. Collegiorum et Aularum

Oxoniensium

Digitized by Google

Oxoniensium in opere « Catalogi etc. » supra citato ac proinde etiam apud B. de Montfaucon.

Boneti Metaphysica in 4 cod. ms. 139 ecclesiæ cathedralis Dunelmensis indicatur in eodem opere « Catalogi etc. » (to. II, par I, pag. 7, n. 204); *Boneti pars Metaphysicæ* extabat ex B. de Montfaucon, op. cit., to. II p. 1370, in bibliotheca S. Victoris parisiensis (cf. ms. lat. 14716 bibliothecæ Nationalis parisiensis); *Commentarius in Metaphysica et Prædicamentorum liber* mss. sec. XV servantur Romæ in bibliotheca Angelica (Narducci Henr., Catalogus codd. mss. præter græcos et orientales in biblioth. Angelica olim Cœnobii S. Augustini de Urbe, I, Romæ 1893, n. 558), item *Commentaria in libros Metaphysicorum et Physicorum* mss. sec. XV, Patavii in biblioth. S. Antonii (Josa Ant. M., I codici mss. della Bibliot. Antoniana di Padova, Padova 1886, p. 59).

Metaphysica (libris 9), *naturalis philosophia* (ll. 8), *prædicamenta* (l. 1), *theologia naturalis* (ll. 7) recognita per Laurentium Venerium quondam domini Marini divi Marci *procuratoris*, et cum eiusdem Laurentii annotationibus in marginibus edita sunt Venetiis anno 1505 in fol. mandato et expensis heredum quondam Octaviani Scoti excusa per Bonetum Locatellum. *Metaphysica* prodierat iam Barcinone a. 1493 die 24 novembris in 4, impressa per Petrum Michaelem (cf. Hain L., Repertorium, n. 3580; Haebler C., Bibliografia Ibérica del siglo XV, La Haya 1903, n. 72); quæ editio extat Romæ in bibliotheca Nationali.

Formalitates Boneti typis datæ sunt Venetiis a. 1489 in fol., non in 4, cum Nicolai de Orbellis Logica et aliorum opusculis (Hain, n. 12051). Earum nulla editio antiqua absque loci et anni notis a recentioribus bibliographis indicatur.

Si Bonetus N. non est alius a Nicolao Boneto, *Tractatus de conceptione V. Mariæ* probabiliter scriptus est iussu Clementis VI (1342-52), non vero Clementis V (1305-14).

MMCMLVI. 1541.

NICOLAUS DE BONONIA = cum neque nostri, neque Bononienses Scriptores ullam de isto fecerint mentionem, vereor excidisse Waddingo, ut pro *Jesualdo*, seu *Gesualdo Bononia*, de quo dictum est suo loco, scripserit *Nicolaum;* ille enim plura composuit Opera ad Moralem Theologiam attinentia. Joannes a S. Anton. Waddingum secutus est.

Videsis Giov. Fantuzzi, Notizie degli scrittori bolognesi, VI, Bologna 1788, pp. 159-160.

MMCMLVII.

NICOLAUS BRITO, vel Anglicus Innocentii IV. Confessarius, et inde Episcopus Asisias ex Thoma Ecclestono, Lelando, Pitseo, et Pansa in Vita Innocentii IV., ad quam dignitatem probabiliter evectus est circa annum 1247., et ante Nicolaum a Curbio, de quo infra, qui in munere Sacellani, et a Confessionibus fuit ejusdem Pontificis usque ad mortem: de eo Waddingus in Annal. Min. Reg. Vatic. ad eum annum; ferunt scripsisse

Varia opera, quæ ad nos non pervenisse putantur; inquit ex Thoma Ecclestono, et Lelando apud Fr. Angelum a S. Francisco Pitseus de Scriptor. Angl., et Rodulphius etiam lib. 3. inter Scriptores Franciscanos hunc habet, sed quid scripserit, nobis non edisserit. Obierat ante annum vel initio anni 1255., quo memoratus Nicolaus de Curbio eam Sedem tenebat. Hunc habet et Ughellus to. 1. Ital. sac., sed perperam dicit adlectum *anno* 1258. Episcopum; de eo et Morerus in Gallico Dictionario.

Idem est ac *Nicolaus de Carbio*, de quo ad num. MMCMLXV.

1542.

NICOLAUS E BRITTONIO = V. *Nicolaus Ferragattus* infra. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCMLVIII. 1543.

NICOLAUS E BROIDO = *de Biordo* dicitur a Rodulphio lib. 3. Gandolfus de 200. Scriptor. Erem. S. Augustini hunc suis Augustinianis adjudicat, et plura scripsisse commemorat ex mss. et editis; atque etiam *Distinctiones Fr. Nicolai de Biardo Ordinis Eremitarum* mss. extare dicuntur Cremonæ in Biblioth. S. Augustini ex Possevini catalogo illius Bibliothecæ in fine Appar. sac. Sed et Antonius Senensis Ord. Prædic. Rodulphio coævus sui Ordinis extitisse dicit *Nicolaum de Byartho*, ac scripsisse *Distinctiones morales, Summam de abstinentia*, et *Sermones:* quare Possevinus in Appar. sac. modo Minorum, modo Prædicator. Ordinis eum describit, et modo etiam nullius Instituti, cum prius scripserit *Nicolaum Bayart Anglum* edidisse librum *Distinctionum Theologicarum, Sermones de tempore, et de SS., Placita Theologica*, ac vixisse anno 1410. Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1400. tradit, Nicolai Byarti Angli *Distinctiones utiles concionatoribus cum tabula tractatus* mss. extare Parisiis in Biblioth. Choletana, et Collegii Navarrici; in Biblioth. Divionen. S. Benigni; nec non Oxonii, et Cantabrigiæ in pluribus Bibliothecis; videturque sentire fuisse Ord. Prædicator. Demum Echard to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. hunc suis accenset auctoritate Bernardi Guidonis habentis: *Fr. Nicolaus de Viardo* (al. de Biardo) *Gallicus Sermones, et Distinctiones utiles, et morales, et Summam de abstinentia fecit:* attamen fatetur, Parisiis in Biblioth. Gymnasii Navarrici haberi exemplum elegans in membranis fol. hoc titulo: *Incipiunt Distinctiones fratris Nicolai de Biardo Ordinis Fratrum Minorum:* in pluribus autem aliis codd. mss., quos inspexit, non exprimitur, cujus Instituti fuerit, aitque floruisse an. 1250.; ceterum errat, dum scribit Waddingum hunc autorem non habere inter Franciscanos, cum ipsum ille recenseat, mendose tamen sub *Nicolao Broido*, et Biordo.

Nicolai Briardi distinctiones, seu loci communes de variis rebus ordine alphabetico mss. in Biblioth. Monast. Divion. Benign. n. 181. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1286.

Nicolai de Byard, corrupte dicti de *Broido*, hæc sunt opera:

Distinctiones (seu conceptus prædicabiles), quarum initium *Absconditur malum a diabolo sub delectatione sicut pedica sub folio;*

Sermones dominicales incipientes *Præparate corda vestra Domino, et servite illi soli. Dicitur vulgariter: Qui est garniz Si n'est honiz;*

Sermones de Sanctis;

Sermones varii;

Summa de abstinentia incipiens *Duplex est abstinentia, detestabilis et laudabilis*, sub 133 vocabulis (quorum primum est *Abstinentia*, ultimum *Vita æterna*) continens varias materias ad prædicationem utiles.

Quatuor priora opera adhuc inedita in multis codd. mss. sec. XIII et XIV servantur; posterius, sub titulo etiam *Dictionarius pauperum*, pluries typis expressum est, sed sine auctoris nomine, ut: Parisiis per Felicem Baligault impensa Durandi Gerlieri absque anno, sed exeunte sæculo XV, in 4 (Pellechet, Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publ. de France, n. 4236); Parisiis per Andream Bocard a. 1498 idibus novembris in 4 (Hain, Repertorium, n. 6153; Pellechet, n. 4237); Coloniæ retro Minores a. 1504 die 20 Marcii, et in domo Quentell ante medium Augusti a. 1505, in 8 (Panzer, Annales typographici, t. VI p. 355 n. 70, t. IX p. 420 n. 76 b); Parisiis apud Franciscum Regnault, 1512, in 8 (Panzer, t. VII p. 567 n. 569); Argentorati in domo Joannis Knoblouch a. 1516 die 26 Maii in 4 (Panzer, t. VI p. 77 n. 424), et a. 1518 in 8 (Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, I p. 125; Parisiis a. 1530 in 8 (Echard, ibidem). —

Neque

Digitized by Google

Neque *Summa de abstinentia* neque *Distinctiones* sunt confundendæ cum opere *Distinctiones exemplorum veteris et novi testamenti reductæ ad diversas materias secundum ordinem alphabeti*, impresso Memmingæ per Albertum Kunne a. 1485, quod J. F. Ossinger (Bibliotheca Augustiniana, pp. 185, 172) et Bindo Guerri Senensi, eius vero auctori, et Nicolao de Biart, quem dicit augustinianum, attribuit. Huiusmodi *Distinctiones* in 141 capita dividuntur, incipiuntque in primo: *Abstinentia meriti augmentativa, sapientiæ acquisitiva, religiositatis ostensiva.*

Nicolaum de Byard gallicum fuisse eius *sermones* produnt multa identidem gallica exhibentes, claruisse autem medio circiter sæculo XIII patet ex eo quod ii sermones in multis codd. mss. inveniuntur permixti sermonibus concionatorum eo tempore Parisiis illustrium, inter Franciscanos demum recensendum esse confirmari fortasse potest ex ms. lat. 12419 bibliothecæ nationalis parisiensis sermones dominicales varios post fol. 59 complectente. Etsi ii sermones omnes sint anonymi, omnes Nicolai de Byard stilum præbere videntur, sex in aliis mss. ei adscribuntur, plerique in aliis mss. extant cum sermonibus ei ibidem tributis; quare probabiliter sunt omnes Nicolai de Byard. Atqui in sermone (fol. 120) incipiente *Ductus est Jesus in desertum.... Jesus significat quemlibet se salvum volentem* hæc verba leguntur: *In religione accepimus legem caritatis. Sicut in deserto tradidit eis* (apostolis) *Dominus exemplar ut quod scriptum erat in eo facerent, similiter nobis in religione tradidit suæ paupertatis, suæ passionis exemplar, scilicet beatum Franciscum. Illud exemplar fuit scriptum ad exemplar Christi, quia nullus in corde suo ita scriptam habuit Christi humilitatem, paupertatem et passionem. Hoc exemplar debemus respicere, et huic nos conformare.*

Cf. Quetif-Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, I, Paris 1719, pp. 123-25; Daunou, in Histoire littér. de la France, XVIII (Paris 1835), pp. 530-31; V. Le Clerc, in eodem opere, XXI (Paris 1847), pp. 164-66; A. Lecoy de la Marche, La Chaire française au moyen age, Paris 1886, p. 523; B. Hauréau. Notices et extraits de quelque manuscrits latins de la bibliothèque Nationale, Paris 1890-93, I p. 206, II pp. 84-99 et 275-92, VI p. 264.

MMCMLIX.

NICOLAUS CÆSAREUS a Serra S. Quirici Picenæ provinciæ oppido Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, et ecclesiastes illustris a Secretis sui Ordinis, ac Terræ Sanctæ Minister; primo Mediolanensis, tum suæ quoque provinciæ Ministerium, ac Præfecturam gessit anno 1574., aliaque plura suæ Religionis munia obivit; ejusque typis extare invenitur tantummodo

Oratio in funere Isabellæ Vitelliæ de Ruvere Marchionissæ etc. *habita in Ædibus S. Francisci Pisauren. die* 15. *Julii* 1598., ac ibidem impressa eodem anno per Hieronymum Concordiam in 4., et Hyppolito Marchioni de Ruvere dicata ex Franchino in Biblios. n. 279.

Hujus patruus forsan fuit alter *Nicolaus* Cæsaris ejusdem oppidi, et provinciæ Picenæ anno 1533. Minister.

Cf. Dom. Gaspari, Memorie storiche di Serrasanquirico nella Marca d'Ancona, Roma 1883, pp. 282-283 (vel in « Miscellanea Francescana » I, Foligno 1886, pp. 143-144).

MMCMLX. 1544.

NICOLAUS CÆSARIS = de quo Bordonus, et Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

MMCMLXI.

NICOLAUS CARNATTUS Novariensis provinciæ Mediolanen. Min. Conv. alumnus edidit italice

Antidota, et remedia spiritualia ad animas a contagiis bacchanaliorum præservandas. Mediolani an. 1611. ex Cotta in Musæo Novarien. apud Franchinum in append. ad Bibliosoph. p. 631., crediturque frater *Petri Pauli Carnatti* ejusdem Instituti sac. Theologiæ Magistri, de quo infra suo loco.

MMCMLXII.

NICOLAUS DE CASTILLO Hispanus Caroli V. Imp. concionator composuit

Concionum volumina a suis valde laudata; sed morte præventus evulgare nequivit, ut Antonius Daza scribit 4. par. Hist. lib. 3. cap. 15., et ex eo autor Biblioth. Hispan. pag. 120., atque Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMLXIII.

NICOLAUS CERBARIUS Gallus sac. Theol. Doctor, et ecclesiastes egregius ob insignes animi sui dotes circa an. 1390. ad Diniensem in Delphinatu, Narbonensique Gallia Episcopatum promotus invenitur; eamque Ecclesiam usque ad annum circiter 1407. rexisse conjecit Petrus Gassendus in Notitia Dinien. Ecclesiæ cap. 24., ubi et docet, post plura Ecclesiæ suæ præstita beneficia ex hac vita decessisse eum die 3. nonas Martias, et, ut videtur, an. 1407. In Vita autem *Benedicti XIII.* in schismate creati to. 3. par. 2. Rer. Italic. Scriptor. legimus, eum anno 1406. mense Junio, die Dominica ante festum Corporis Christi Savonæ in Majori Ecclesia concionem habuisse coram eodem Benedicto XIII. unionem in Ecclesia Romana ostentante. Scripsit porro Nicolaus

Conciones varias, et si qua alia, quæ cursu temporum excidisse creduntur.

Ex Conr. Eubel (Hierarchia catholica medii ævi, I, Monasterii 1898, pp. 543, 233) anno 1382 die 2 iulii electus est episcopus Valvensis in Italia inferiori, translatus autem ad sedem Dignensem anno 1397 die 4 iunii, obiitque die 5 martii anno 1406. In Vita Benedicti XIII a Sbaralea citata dicitur quidem a. 1406 die dominica ante festum Corporis Christi prædicasse coram Pontifice episcopus Dignensis, sed nomine non indicatur; hic autem, ut ex eodem Eubel deducitur, fuit Bertrandus Rodulfi, et ipse Ordinis Minorum, electus paucis diebus post obitum Nicolai.

MMCMLXIV. 1545.

NICOLAUS CRASSELLUS = fuit antea in seculo J. U. Doctor, teste Scardeonio *de Antiquitate urbis Patavii*, et Rodulphio lib. 3., qui ejus librum, seu Opusculum

De gradibus affinitatis ajunt incipere: *Brevis, et compendiosus tractatus cognoscendi gradus consanguinitatis, et affinitatis per V. P. Fr. Nicolaum de Padua Ordin. Minor. de Observantia Canonum Doctorem eximium.*

Non alius videtur, atque ille *Fr. Nicolaus Grassetus Inquisitor* ab eodem Rodulphio lib. 2. fol. 270. in Custodia Patavina memoratus (*Grasellus* appellatus libro 3. fol. 329.); cujus summam pietatem, et præclaras animi dotes tradit exhibere quoddam monumentum in celeberrimo S. Antonii Templo: quod si ita est, non fuit is *Regular. Observ.*, sed *Conventualis. Magistro Nicolao Grasseto* an. 1493. confirmatur prædicatio in Conventu Conigliani ex Reg. Ordinis pag. 80., et anno 1491. erat Vicarius provinciæ S. Antonii, ut ibi pag. 74; anno autem 1506. *Magister Nicolaus Grassetus* interfuit Romæ Comitiis Generalibus ex lib. Espensarum in Archivo Ord. apud SS. XII. Apostolos tit. *prov. S. Antonii;* alibi quoque non semel commemoratur inter *Minores Conventuales.* In Annal. Min. sub an. 1516. legimus *Fr. Nicolaum Grossettum* Episcopum Lampsacenum datum fuisse coadjutorem Episcopo Mantuano Sigismundo Gonzagæ S. R. E. Cardinali, eoque anno ea in urbe decessisse,

quem

Digitized by Google

quem *Nicolaum Grossettum Patavinum Ord. Min.* dicit Ughellus to. 1. Ital. sac. in Episc. Mantuan. num. 43., aitque diem obiisse 25. Novembr. apud S. Leonardum tumulatum.

Fr. Nicolai de Padua Ordinis Minorum Sacrorum Can. Professoris Tractatus de Restitutionibus et *Quadragesimale F. Nicolai Grasseti de Padua* recensentur a Jac. Phil. Tomasino inter mss. bibliothecæ patavinæ S. Francisci (Bibliothecæ Patavinæ manuscriptæ publicæ et privatæ, Utini 1639, pp. 67, 68). Dubito an eumdem virum auctorem habeant. Bernardinus Scardeonius, op. cit. (Basileæ 1560), p. 151, duos distinguit: Nicolaum Crassellum Minoritam (de Observantia) et Nicolaum Crassetum eiusdem ordinis sed non eiusdem observantiæ regularis, de quo inscriptionem quamdam exhibet Patavii in templo D. Antonii extantem; Petrus autem Rodulphius Nicolaum Grassetum et Nicolaum Grasellum non confundit.

MMCMLXV.

NICOLAUS DE CURBIO, al. de Carbio, vulgo *Calvi*, in Sabinis oppido diœcesis Narniensis a Sacello, sacrisque Confessionibus Innocentii IV., postmodum Episcopus Asisias, circa an. 1255. scripsit *Vitam ejusdem Innocentii Papæ IV.*, quam Stephanus Baluzius publicavit to. 7. Miscellan. an. 1715. pag. 353., et ex eo Muratorius to. 3. Rer. Italic. Scriptor., cujus cap. 13. autor se dicit *Fr. Nicolaum de Curbio Sacerdotem Capellanum, et Confessorem Innocentii Papæ Ordinis Fratrum Minorum postea Assisinatem Episcopum:* et in fine de se dicit: *non solum ab exordio ipsius Episcopatus, sed etiam in Cardinalatu ejus Capellanus, et Confessor assidue extitit, et usque ad ipsius obitum familiariter secum mansit.* Etiam a Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. fol. 395. memoratur *Confessarius Papæ* (Innocentii IV.) *quidam Frater Minor, scilicet Frater Nicola amicus meus, quem Papa fecit Asisinatem Episcopum,* dicitque eum se vidisse Ferrariæ cum Pontifice an. 1251. Lugduno in Italiam revertente. Fratrem habuit *Egidium de Carbis,* vel de Carbio *civem Narniensem,* cui scripsit Alexander IV. anno 1255. 12. kal. Februar. epist. 103. Reg. Vatic. fol. 13., ubi memoratur *Episcopus Asisias Frater ejus.* Erravit Mansi in notis ad Raynaldi Annal. Eccles. an. 1254. num. 69. censens *Nicolaum de Curbio* eumdem esse cum *Nicolao Anglo,* de quo supra: et ab Alexandro IV. in Episcopum Asisiatem promotum *anno* 1258. ex Ughello, cum non viderit epist. Innocentii IV. an. 1250. [XIII] kal. Septembris *Nicolao Episcopo Asisinati* Reg. Vatic. n. 531. an. 8., neque legerit apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1247. promotionem *Fr. N. Ord. Min. Pœnitentiarii Innocentii IV.* ad dictum Episcopatum. ** Assumptus est Episcopus Asisien. an. 1250. ex literis Innocentii IV. datis *Lugduni x. kal. Julii Pontif. anno septimo,* in novissima Serie Episcoporum Asisien. edita Asisii an. 1797. typis Octavii Sgariglia. **

Vita Innocentii IV per Nicolaum de *Carbio,* male dictum de *Curbio* (quæ extat in Miscellaneorum Steph. Baluzii a Jo. Dom. Mansi Lucæ editorum to. I pp. 194-206), ex eodem codice ms. quo usus est Baluzius, nunc ms. lat. 5150 bibliothecæ nationalis parisiensis, quique unus adhuc est cognitus, sed multo accuratius præmissa longa introductione ex curis Stephani Pagnotti prodiit Romæ anno 1898 in « Archivio della R. Società Romana di Storia Patria » to. XXI, pp. 76-120.

Nicolaus Anglus seu Brito episcopus Asisias nullus est; Nicolaus de Carbio vivebat adhuc anno 1268 die 6 decembris, obiitque ante diem 4 septembris anni 1273.

Cf. Disamina degli scrittori, e dei monumenti risguardanti S. Rufino vescovo, e martire di Asisi (auctore G. D. C. seu *Giuseppe Di Costanzo* O. S. B.), Asisi 1797, pp. 259-69, 402-3; Cappelletti G., Le Chiese d' Italia, v, Venezia 1846, pp. 125-31; Pagnotti, l. c., pp. 25-75; Eubel C., Bullarii Franciscani Epitome, Apud Claras Aquas 1908, num. 561, et 1345.

* NICOLAUS DORBELLUS = V. *Nicolaus de Orbellis.*

MMCMLXVI. 1546.

NICOLAUS AB EQUILA = Joan. a S. Anton. exscribit Waddingum; sed videndum, ne sit *Nicolaus de Aquavilla* dictus hic Anglus pro *Gallus.*

MMCMLXVII. 1547.

NICOLAUS FACHINHAMUS = *Determinationes super schismate inter Bonifacium IX., et Benedictum XIII. die* 1. *Novembris an.* 1395. *præstitæ* habentur mss. in libris Eccles. Cathedral. Oxonien. [Exonien.], teste Antonio Vood Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 201., ubi et fragmentum producit.

Determinacio fratris Nicolai Fakenheyn Fratrum Minorum Angliæ provincialis pro Urbano seu Bonifacio, incipiens *Cum ex lege naturæ pariter et scripturis,* absoluta, ut in fine habetur, anno 1395 die 5 novembris, ex cod. lat. 5064 bibliothecæ Palatinæ Vindobonensis necnon mss. Vatic. lat. 5608 et 4000 edita est, præmissa introductione, a Franc. Bliemetzrieder in « Archivum Franciscanum Historicum » An. I (Ad Claras Aquas 1908), pp. 582-600, An. II, pp. 79-91. — Cf. A. G. Little, The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, pp. 252-253 (vel in Dictionary of National Biography, XL, London 1894, p. 420).

* B. NICOLAUS FACTOR = V. *Petrus Nicolaus Factor.*

MMCMLXVIII. 1548.

NICOLAUS FARA = cognomento *Tellus* provinciæ S. Bernardini Vicarius ex Joan. a S. Antonio to. 2. pag. 385.

Vita B. Joannis Capistran., additis quibusdam encomiis, seu præconizatione Capistrani, vulgata est a Fr. Petro de Supronio ejusdem Instituti, et dicti Beati altero socio *an.* 1489., ut infra tradit Waddingus in *Petro Sifronio:* qui annus videtur potius exscriptionis, quam editionis, cum in fine præconizationis legatur annus 1523. Etiam cit. Joannes a S. Anton. dicit hanc *Vitam* impressam anno 1523. in 4., atque sine loco, et Typographo.

Vita Joannis de Capistrano ex ms. Aracœlitano edita est a J. van Hecke S. J. in « Acta Sanctorum » Octobris to. X (Bruxellis 1861), pp. 439-83.

Epistola Nicolai de Fara de rebus gestis a Johanne Capistranensi dum Germaniam ingrediebatur, data die 4 iulii a. 1451, italice scripta præter prologum et ultima verba quæ sunt latina, cura Lud. Frati prodiit in « Miscellanea Francescana » III (Foligno 1888), pp. 8-13.

Epistola eiusdem (data eodem anno die 24 iulii) *de Joannis Capistranensis itinere germanico,* miracula ab eo in Germania patrata præsertim enarrans, extat apud Waddingum, Annales Minorum, t. VI, Lugduni 1648, pp. 6-10 (2æ editionis t. XII, Romæ 1735, pp. 84-87), recusa in « Acta Sanctorum » tomo cit., pp. 330-32.

Epistola alia ei tribuitur referens prælium cum Turcis et victoriam de iis relatam, quam tamen J. van Hecke (Acta Sanctorum, to. cit., p. 270) nuspiam se reperisse testatur.

MMCMLXIX.

NICOLAUS FERRAGATTUS e Bettona Umbriæ oppido diœcesis Asisiatis anno 1376. sacræ Theologiæ laurea decoratus est ex Waddingo in Annal. Min. ad eum annum: *Magistri Nicolai de Bictonio Discreti* sac. Conventus S. Franc. Assisien.

Digitized by Google

sien. fit mentio in Inventario Librorum Bibliothecæ illius Conventus anno 1381. confecto; et anno 1385. erat Minister provinciæ S. Francisci, et ab Angelo Ministro Generali Transalpinorum partis Clementis VII. Galli adhibitus est judex cujusdam controversiæ: forsan defecerat ab Urbano VI., et Clementi VII. adhæserat. Cum esset vir doctus, et ecclesiastes nobilis, scripsit

Super Epistolas, et Evangelia quadragesimalia, inquit Petrus Rodulphius lib. 2. fol. 253. in provincia S. Francisci, ac Custodia Asisii, locoque Bettonæ; et lib. 3. de Scriptor. ait edidisse *Quadragesimale an.* 1413., quod habet et Waddingus supra in *Nicolao e Brittonio.* Edidit etiam

Tractatum super facto schismatis ad Innocentium VII., qui ms. habetur Romæ in Bibliotheca Vatic. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 109.

Alia ejus *Opera* vide infra in *Nicolao Veronensi,* quem *Vettonensem* dicendum existimo.

Anno 1418. a Martino V. præficitur Ecclesiæ Fulginatensi, quam usque ad annum 1421., quo vivere desiit, summo amore, summoque jure administravit, ut refert Ughellus to. 1. Italiæ sac. in Fulginat. Episc. n. 39.; de quo et Jacobillus agit in Biblioth. Umbriæ.

Ecclesiæ Fulginatensi præfectus est a. 1417 die 20 decembris (Waddingus, Annales Minorum, to. v, Lugduni 1642. Reg. Pontif. pp. 54-55, vel 2ᵉ edit. to. ix p. 561; Bullarium Franciscanum, vii, Romæ 1904, n. 1367). A Conr. Eubel in Bullario Franciscano, l. c., et in Hierarchia catholica medii ævi (i, Monasterii 1898, p. 267) vocatur Nicolaus Nardi *Fieregatti,* et cum eo conveniunt Waddingus (Annales Minorum, v p. 108 vel ix p. 392), Jos. Cappelletti (Le Chiese d'Italia, iv, Venezia 1846, p. 421), et Pius Bon. Gams (Series episcoporum ecclesiæ catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. 696). Hic longe verisimilius, quam Nicolaus Oliva e Bittonio a Lud. Jacobillo in sua Bibliotheca Umbriæ post Nicolaum de Ferragattis recensitus, idem videtur ac Nicolaus, quem laudat Petrus Rodulphius lib. 2 fol. 253 de loco Vetona sive Bitonio agens, et iterum lib. 3 fol. 320, ubi dicitur ob errorem, ut puto, typographicum Nicolaus *Veronensis* Umber, et edidisse *Quadragesimale* (quo anno non indicatur), et *Directorium salutis super epistolas quadragesimales.*

MMCMLXX. 1549.

NICOLAUS DE FERRO = Hispanus provinciæ Castellæ Opus suum vulgavit Pinciæ ex Nicolao Anton., et Joan. a S. Anton.

Quum Pincia idem sit ac Vallisoletum, Joannes a S. Antonio prorsus cum Waddingo concordat. Nicolaus Antonius habet *Vallisoleti.*

* NICOLAUS FODERETUS, quem ex Arturo [Jan.] die 25. §. 8. Gynæcei Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 386. ait efformasse descriptionem Monasterii Clarissarum Gratianopolitani, mihi non alius est, quam *Jacobus Fodereus,* qui inter alia descripsit Monasteria Clarissarum provinciæ Burgundiæ, ut suo loco dictum est: ab eodem Arturo etiam in indice dicitur *Nicolaus Foderetus.*

MMCMLXXI.

NICOLAUS DE GANGIO autor ignoti temporis scripsit

Tractatum de Cæremoniis, qui ms. extat Romæ in Biblioth. Vaticana num. 2644. ex Catalogo a Montfaucone relato to. 1. Biblioth. mss. pag. 106.

MMCMLXXII. 1550.

NICOLAUS GAZZÆUS = Regul. Observantiæ.

Speculum viduarum, seu *Vitam Ludovicæ de Lotharingia* vulgo *de Lorrayne.* Parisiis 1601. in 12., teste Jacobo Le Long lib. 3. Biblioth. Gallicæ num. 10051.

Sacrum misericordiæ palatium etc. prodiit primo gallice Duaci anno 1606. ex Dupino sec. 17.; quod postea in latinum etc., ut apud Waddingum.

Incendium animæ devotæ. Antuerpiæ an. 1612. ex eodem Dupino.

Historiam boni, et mali Adami. Ibidem anno 1616. ex eodem.

Historiam sacram etc. per *Sermones varios* sub tit. *Mens intenta Deo.* Atrebati anno 1616. in 8., teste Petro de Alva col. 1099. Militiæ apud Joan. a S. Anton.

Chronique ou Institution première de la religion des Annonciades, fondées à l'honneur de la vierge Marie, par la princesse Jeanne de France, fille de Lorys XI, espouse de Lorys XII et sœur de Charles VIII. roys de France, avec leur reigle, privilèges et cérémonies: le tout tiré des mémoriaux de cloistre des Annonciades en Béthune. Arras, Guill. de la Rivière, 1607. in 8.

Le Miroër de Vefves dans la vie et la mort de la Ser. Princesse Louise de Lorraine, royne de France et de Pologne,... Paris, chez Georges Lombard, 1601. in 12.

Le Grand Palais de la Miséricorde orné et tapissé de belles et riches pièces de sept œuvres de l'aumosne corporelle pour esguillonner un chacun à la charité envers les nécessiteux et les malades, divisé en deux parties, par F. Nicolas Gazet, religieux de Saint-François. Douay, chez Balthasar Bellère 1606. voll. 2 in 8, cum figg. Versio latina prodiit etiam Coloniæ apud Joannem Kinckium a. 1625 in 8.

L'Encensoir de l'ame dévote, rempli d'oraisons odorantes et odoriférantes sur la vie, les parolles et œuvres, miracles, passion et solennités tant de N. S. Jésus-Christ, que de la T. S. Vierge et des saints. Arras, chez Robert Mandhuy, 1612. in 12 (500 pp).

L'Histoire sacrée des bon-heurs et des mal-heurs d'Adam et Eve, enrichie de notables recherches et moralitez et preschée en divers lieux, par Nicolas Gazet religieux de l'Observance de S. François. Arras, chez Rob. Mandhuy, 1615-16, to. 2 in 8. Continet sermones 31, secundum J.-Ch. Brunet (Manuel du libraire, ii, Paris, 1861, col. 1515) numquam habitos, ex quibus nonnulla dat Arturus Dinaux in suis « Archives hist. et litt. du nord de la France » 3ᵉ série, t. iv, pp. 347-51. Ex titulo relato patet *Historiam boni et mali Adami* et *Historiam sacram* unum idemque opus esse.

Extant etiam

De electione Ministri Provincialis oratio coram Reverendis Venerandisque almæ Provinciæ Flandriæ patribus anno 1598 habita a Fr. Nicolao Gazæo S. T. Lectore. Leodij ap. A. de Coerswarem, 1604. in 4; et, in fine operis F. Henrici Willot « Athenæ orthodoxorum Sodalitii Franciscani » (Leodii 1598), *Nicolai Gazæi Ogdoastichon* (vere Carmen distichorum octo), quo auctori et libro applaudit.

Cf. Valerius Andreas, Bibliotheca Belgica (Lovanii 1643) p. 687, vel Jo. Franc. Foppens, Bibliotheca Belgica, ii (Bruxellis 1739), p. 910; A. d'Héricourt et A. Caron, Recherches sur les livres imprimés à Arras, i (Arras 1851); Brunet, op. cit., ii, coll. 1514-15; Jules Perin, in Nouvelle Biographie générale, xix, Paris 1877, col. 785; præsertim, Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 129-31.

* NICOLAUS GILBERTI, de quo actum est supra in *Gilberto Nicolai* ex Waddingo: se quippe *Fr. Gilbertum Nicolai* dicit in epist. ad Senatum, populumque Norembergen. præmissa tractatui de tripl. Devot.; attamen *Nicolaus Gilberti* vocatur apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 8. cap. 37. ex autore coævo Mariano, ac Monumentis Ordinis; nec non apud Gonzagam par. 3., et Moles in Memor. provinciæ S. Gabrielis, qui tradunt, non *Leonem X.,* sed *Alexandrum VI.* an. 1501. ei nomen commutasse in illud *Gabrielis Avemaria.*

MMCMLXXIII.

Digitized by Google

MMCMLXXIII.

NICOLAUS GLABSPERGEN Germanus de Moravia provinciæ Bohemiæ floruit an. 1496. ex ejus rescripto impresso ante *Trilogium animæ* Ludovici Pruteni ejus opera cusum Nurembergæ an. 1498. ad preces Fratrum Cœnobii Brunensis S. Bernardini, et ubi dicitur Confessor in Nuremberga. Scripsisse dicitur

Chronicon provinciæ Argentinæ, quod sæpe citat Waddingus in Annal. Min., et ms. penes se illud habuisse tradit ad an. 1341. n. 7., et ad annum 1347. n. 19., ubi tamen autoris nomen non prodit, sed illud nobis indicavit Anton. Melissanus in *Supplemento* Annalium prædictorum ad an. 1484. n. 4., ex quo Joan. a S. Anton. accepit to. 2. Scripsit etiam

Quæstionem, ut ipse vocat, seu *Apologiam contra Jac. Philippum Bergomatem*, quod S. Franciscus non fuerit Eremita Augustinianus, neque discipulus B. Joannis Boni; quam intexuit *Trilogio animæ* cit. par. 3. cap. 6.

Chronici provinciæ Argentinæ, quod in Annalibus Minorum citat Waddingus, auctor ignoratur. Ex cod. ms. Romæ in conventu S. Isidori adhuc servato editum est a P. Luca Carey in « Analecta Franciscana » to. I (Ad Claras Aquas 1885), pp. 279-300.

Chronica Fratris Nicolai Glassberger Ord. Min. Obs. genuina, non exigui pretii ad res antiquas Ordinis, præsertim in Germania gestas, illustrandas, ex codice, qui unus adhuc cognitus est, conventus Monacensis fratrum Minorum Reformatorum sæc. XVI ineuntis, præfatione doctisque adnotationibus instructa edita sunt a. 1887 a Patribus Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas in « Analecta Franciscana » to. II, et etiam separatim. Incipiunt ab anno 1206 et perducta sunt a Nicolao, qui ea scribebat anno 1508, usque ad annum 1472 et probabiliter ad 1485; nonnulla in fine alterius sunt. — Eorum pars ab a. 1206 ad a. 1262 sub titulo *Narratio de fratrum Minorum ordinis origine eiusque progressu* extat apud G. F. Car. Evers, Analecta ad fratrum Minorum historiam, Lipsiæ 1882, pp. 4-72.

1551.

NICOLAUS GORAM = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum, sed cum errore; cum notum sit, *Nicolaum Gorham* extitisse *Ord. Prædic.* ex mss. codd., Trithemio, aliisque pene omnibus Scriptoribus. Codex tamen 901. Victor. habet *Ordinis Minorum*, unde error juxta Echardum pag. 443. Rodulphius autem forsan deceptus est a sequenti *Nicolao Goroa*, quod et notavit Joan. a S. Anton. to. 2., etsi Moreri in suo Dictionario problematice incedat.

MMCMLXXIV. 1552.

NICOLAUS GOROA = *de Torga* dicitur a Rodulphio lib. 3., et melius (ut etiam putat Joan. a S. Anton. to. 2.) in Silesia provinciæ Bohemiæ, scripsit juxta nonnullos an. 1507.; sed cum egerit contra impugnantem *figuram sphæricam nominis Jesu*, puto floruisse tempore S. Bernardini circa an. 1430., quo ea quæstio agitata fuit.

MMCMLXXV. 1553.

NICOLAUS GRANDIS = de quo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43., Rodulphius lib. 3., aliique post istos egerunt; meminit quoque ejus Alphonsus a Castro in epist. libro de justa hæreticorum punitione præmissa, et Jacobus Le Long pag. 780. Biblioth. sacræ.

Opus Comment. in Epist. ad Hebræos non incipit: *Summæ ingratitudinis insimularer*: sed hoc est initium *epistolæ autoris* Francisco Galliarum Regi datæ, ac præfixæ *Commentariis in epist. ad Romanos*, quibus jam præierant typis *Commentarii in epist. ad Hebræos*: hos prodiisse etiam an. 1552. scribit Joannes a S. Anton.

Commentarios in ceteras D. Pauli epistolas eum edidisse, atque inter chartaceam suam suppellectilem habuisse, quos typis evulgaret, testatur ipsemet in memorata ad Franciscum Regem epistola.

Alia doctissima etiam exarasse scribit ejus *discipulus Joannes de Rioche* in suo Compendio Temporum c. 140. De eo Waddingus etiam in *Richardo Cenomano*.

In Divi Pavli epistolam ad Hebræos enarratio, à Fratre Nicolao Grandis,... edita, qua errores, qui inimici hominis arte subdola, hanc infelici et deflenda tempestate succreuere, qua potest animi mansuetudine refelluntur. Parisiis apud Poncetum le preux (in fine: Excvdebat Joannes Lodoicus). M.D.XXXVII. in fol. Non videtur prodiisse a. 1546.

Fratris Nicolai Grandis,... in epistolam D. Pauli ad Romanos æditio, qua vbi sese locus offert, animi potius lenitate modestiaque Christiana lapsos erigere, quàm sermone censorio atque obiurgatorio exasperare, aut theonino dente circumrodere adnititur, non de contradicentibus victoriam, sed contra mendacium veritatem sollicitius investigans. Parisiis apud Poncetum le Preux (in fine: Imprimebat Renatus Aprilis). 1546. in 8.

MMCMLXXVI.

NICOLAUS HASIUS Belga e latino in belgicum idioma transtulit

Libellum asceticum, cui titulus est: Ignitum cum Deo colloquium, Gerlaci Petri Daventriensis Canonici Regul. S. August., vulgavitque Coloniæ an. 1616. in 12. ex Biblioth. Belgica Valerii Andreæ v. *Gerlacus Petri*. Vide an sit B. *Nicasius Hesius*, dictus etiam a nonnullis *Nicolaus*, Martyr Gorcomien. an. 1572. interemptus, de quo supra.

MMCMLXXVII. 1554.

NICOLAUS HERBRON = Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 8. num. 652. facit natione Scotum, sed non probat; et Joan. a S. Anton. to. 2. dicit ex *Conventualibus provinciæ Coloniæ*: de eo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43. Adversarium autem habuit *Franciscum Lamberti* Avenionensem Lutheranum, vel certe heterodoxum, qui anno 1525. Argentorati edidit virulentos *Commentarios in Regulam Minoritarum, et contra universas perditionis sectas denuo per ipsum recognitos, et locupletatos*: et anno 1527. Erphordiæ *epistolam ad Colonienses de Synodo Hombergensi* (hæreticorum) *adversus Nicolaum Herborn Minoritam assertorem, et consarcinatorem mendaciorum.* Nicolaus autem edidit Opus hoc titulo:

Assertiones trecentæ, et viginti sex Fr. Nicolai Herbornensis Guardiani Marpurgensis. veræ, orthodoxæ adversus Fr. Lamberti exiticii Monachi paradoxa impia, et erroris plena in Hombergiana Hessorum congregatione proposita, ac plusquam hæreticissime deducta, et exposita.

Assertiones aliæ, quibus excusatur Guardianus Marpurgensium, quod in Hombergiana Hessorum congregatione post protestationem eo loci publice factam, et jam tandem coram Notario legitime repetitam in Werlensi oppido disputare noluerit, neque respondere Fr. Lamberto hæretico, impres. Coloniæ anno 1527. in 8., teste Frider. Freytag in *Analectis litterariis* de Libris rarior. pag. 509. et 510. Scripsit quoque

Librum

Digitized by Google

Librum super Matrimonio Henrici VIII. Angliæ Regis cum Catharina Austriaca ad Paulum Pisottum Ministrum General. Regul. Observ., a quo facultatem petiit contra Lutherum, ejusque sectarios scribendi; quare opus est asserere, ipsum ab una ad alteram Minoritarum Congregationem transiisse.

Enarrationes Evangeliorum quadragesimalium apud Coloniam Agrippinam germanice, inquit Rodulphius lib. 3., *declamatæ* latine redditæ prodierunt Antuerpiæ 1533. in 8. per Michaelem Hillentium; deinde Parisiis an. 1543. ap. Oudinum Petit in 8., quas Roderico Ferrando misit an. 1532. ex Yprensi Cœnobio et in epistola Operi præfixa eas edidisse narrat, quod quidam nobilis familiæ vir editis libellis adversus eum concitasset Principes, aliosque Magnates, ne eum sinerent verbum Dei administrare: eis vero adjectum legitur

Monotessaron Passionis D. N. J. Christi.

Enarratio in psalmum 78. prodiit eodem anno 1529. etiam Coloniæ in 8. typis Petri Quentel.

Enchiridion locorum communium adversus hæreses sui temporis. Coloniæ eodem anno, et eisdem typis in 8. cum duobus sequentibus, nempe

Tractatu de notis veræ Ecclesiæ ab adultera dignoscendæ; et

Methodo prædicandi concionatoribus cum utili, tum accomoda.

Monas sacros. Evangelicæ doctrinæ etc. *Abstersæ sunt fœculentiores Fr. Lamperti apostatæ aspergines, quibus immaculatam Christi sponsam impudentius fœdare adnolitus est. Ad Joan. Hink* [lege *Rinck*] *J. U. D.* cum

Epistola ad Minoritas, quod apologia optima est [*veteris*] *ritæ emendatio.* Coloniæ 1529. in 8. apud eumdem. Hæc epistola fusissima, quæ continet instructionem Missionariis Indicis datam, refertur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1532. n. 6. *Monas* etc. prodiit etiam Parisiis anno 1534.

Epitome convertendi gentes Indiarum prodiit Basileæ an. 1555. in libro illo inscripto: *Novus orbis regionum,* ibi cuso typis Joannis Hervagii, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 387.; et forsan est superior *Epistola ad Minoritas.*

Non fuit Gallus, sed Germanus, cognomine Ferber, dictus Herborn a loco in Nassovia quo natus est circa an. 1480. Concionatorem egit Coloniæ in ecclesia cathedrali, et provinciam coloniensem Regularis Observantiæ moderatus est. Numquam videtur fuisse Conventualis. Comitiis Hafniensibus an. 1530 in negotio religionis habitis interfuit, causamque catholicam strenue contra Lutheranos defendit, a quibus propterea contumeliose nominatus fuit Stagefyr. Anno 1533 ex commissario electus est vicarius generalis pro ultramontana familia, obiitque, dum visitabat provincias sibi commissas, Tolosæ die 15 aprilis 1535.

Assertiones trecentæ et vigintisex etc. editæ sunt primum Coloniæ impensis Petri Quentell an. 1526 mense decembri in 8. Nonnulli huiusmodi *Assertiones* cum *Paradoxis* confundere videntur, quum illas asserant Parisiis impressas an. 1534, hæc autem inter opera nostri auctoris non recenseant.

Enarrationes evangeliorvm, per sacrvm qvadragesimæ tempus occurrentium,... apud Coloniam Agrippinam declamatæ (et *Monotessaron passionis D. N. Jesu Christi*). Parisiis. Apud Joannem Foucher. Anno. M.D.XLIII in 8. Secundum Pérennès (Dictionnaire de bibliographie catholique, II, Parisiis 1867. col. 185) *Enarrationes* prodierunt antea Parisiis a. 1536 apud Claudium Chevallon in 8.

Enchiridion editum est primo a. 1528 sine loci nota, sed Coloniæ, in 8; et etiam Coloniæ apud Petrum Quentel, 1530, in 8.

Epitome de inventis nuper Indiæ populis idololatris ad fidem Christi, atque ideo ad Ecclesiam Catholicam convertendis, ab eo scripta ut commissario generali ad ministros provinciales suæ familiæ, cuius argumentum Sbaralea errans attribuit *epistolæ ad Minoritas*, prodiit primum cum opere Ferd. Cortesii « De insulis nuper inventis narrationes » Coloniæ ex officina Melchioris Novesiani a. 1532 in fol. Extat etiam in hac editione: Novus orbis, id est, Navigationes primæ in Americam. Roterodami, apud Johannem Leonardi Berewout, 1616. in 8. Eam refert Waddingus in Annal. ad a. 1532.

Tractatus de tribus votis cum appendice *de ratione cur iudicibus Lutheranis scripta sua neque vellet neque deberet subiicere* prodiit germanice cum titulo: *Eyn kurtzer Berycht von den dreyen gelobten der Geystlichen, nemlich von Euangelischer Gehorsamkeyt, Armuth, vnd Reynigkeit. Item Vrsach, warum ich Bruder Niklas Herborn meine Schriften den lutherischen Richtern Lehre vnd Urtheil nicht vnterwerfen wil vnd sol.* Absque loci nota, sed Coloniæ, 1527; in 8.

Alia eius opera:

Epistola ad Coloniensem felicissimam urbem, qua eandem hortatur uti pergat maiorum suorum inhærere vestigiis, itemque paucis respondet impudentissimis Franc. Lamberti seductoris Hassiæ mendaciis prolatis in epistola ad Colonienses data die 15 februarii a. 1527. Edita est Coloniæ eodem anno mense novembri.

Ob eyne weltliche Oberkeyt bynnem eren Landen vnd Stetten es moege halten oder machen in ordenung der hilligen Kyrchen: wie sie nach erem geweyssen bedunket zu verantworten vor Gott vnd Keyserlich Maiestat. 1529.

Confutatio viginti septem articulorum Lutheranis ab orthodoxis episcopis in comitiis Hafniensibus anni 1530 obiectorum, primum edita (cum introductione, ubi de vita et scriptis Nicolai Herborn docte agitur) a Lud. Schmitt Soc. Jesu ad Claras Aquas ex typographia Collegii S. Bonaventuræ a. 1902 in 8, præposito hoc titulo: *Confutatio Lutheranismi Danici anno 1530 conscripta a Nicolao Stagefyr seu Herborneo O. F. M.*

Oratio extemporalis (de cognitione et amore Dei) *coram clero Groningensis oppidi sub patrum Comitiis habita A. D. 1531, die tertio mensis Maii.* Coloniæ apud Petrum Quentell 1531 ultima Maii. in 4. (Cf. Biblioteca Colombina. Catalogo de sus libros impresos. III, Sevilla 1894, p. 290).

Commentarii in Psalmos, impressi iuxta Schmitt in Gallia.

Variæ *epistolæ* mss., ex quibus notanda ea quam die 10 ian. 1525 germanice dedit ad Philippum de Hassia rogans eum ut fidem catholicam et retineret et defenderet.

Relatio de novis insulis, ms. in bibliotheca Trevirensi cod. 1374.

Opus tripartitum de conversione gentium, cuius primum librum se perfecisse scribit auctor.

Hisce operibus quædam aliorum ab eo edita subiicimus ex Catalogo librorum impressorum Musei Britannici:

Concordantiæ breviores, rerum optimarum, magisque memorabilium, ex sacris Bibliorum libris ... collectæ, et in ordinem redactæ alphabeticum (ab Ant. Broickwy a Königstein). Coloniæ, apud Petrum Quentell, 1529, et rursus 1530, in 8.

Postillæ seu enarrationes in lectiones Epistolarum et Evangeliorum, quas ... orthodoxa Ecclesia ... legere consuevit, congestæ atque iam demum recognitæ ... a V. P. Antonio a Konigstein. Coloniæ, impensis P. Quentell, 1531. in 8.

Haymonis episc. Halberstattensis in Esaiam Commentariorum Libri tres ... ubique recogniti (cum Nicolai Herborn præfatione). Coloniæ, 1531. in 8.

Conferantur: Nebe A., Nikolaus Herborn (Herborn 1862), et Denkschrift des theol. Seminars zu Herborn (Herborn 1868); Krafft C., in Allgemeine Deutsche Biographie, XII (Leipzig 1880), pp. 42-45; Streber, in Weltzer und Welte's Kirchenlexikon, IV (Freiburg im Breisgau 1886), coll. 1348-49; Hurter H., Nomenclator literarius theologiæ catholicæ, II (Eniponte 1906), coll. 1255-57; Schmitt L., Der Kölner Theolog Nikolaus Stagefyr und der Franziskaner Nikolaus Herborn (Freiburg i. Br., 1896), et præsertim Introductio supra citata.

MMCMLXXVIII.

NICOLAUS LE HUEN Gallus edidit idiomate patrio, gallicoque

Iter Hierosolymitanum, quod excusum est Lugduni an. 1488. in 4. ex Orlando de Orig., et progr. Typograph. par. 2. pag. 347., ubi et ejusdem autoris refert eodem idiomate prodiisse

Peregrinationem Ultramarinam in Palæstinam, seu Terram sanctam. Ibidem anno 1490. in fol. per Michelettum Topiè de Pimont, et Jacobum Heremberg; sed par. 1. dicit impressum sine anno, et Institutum silet.

Hic

Digitized by Google

Hic auctor non fuit franciscanus, sed carmelita, ut ipse se dicit in ipsa sui operis (quod in duo male dividit Sbaralea) editione anni 1488 per *Michel topie de pymont et Jaques heremberck*. Ceterum apud Orlandum, op. cit., par. I (pp. 180-181) liber *Peregrination de oultre mer en terre saincte* dicitur impressus anno 1488; anno autem 1490 non prodiit opus Nicolai le Huen, sed latine opus simile Bernardo de Breydenbach inscriptum, ex quo iam edito a. 1486, librum suum composuit pene totum Nicolaus le Huen.

Cf. C. Villiers a S. Stephano, Bibliotheca Carmelitana, II (Aurelianis 1752), coll. 492-93; Brunet J.-Ch., Manuel du libraire, I (Paris, 1860), coll. 1249-53; M. Pellechet, Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publ. de France, II (Paris 1905), n. 2982.

MMCMLXXIX. 1555.

NICOLAUS LANGEMBERG = Joan. a S. Anton. to. 2. excepit Waddingum ad verbum.

« Ex oppido Trippersichet (credo Vipperfürt) ». Ita Joseph Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis (Coloniae 1747). p. 257, ubi, si excipias quod opus *Animæ medicina* editum dicit apud *Gisbertum* Clementis, Waddingum exscribit.

MMCMLXXX.

NICOLAUS LAURINOVICZIUS Lithuanus, quantum coniicimus, Min. Conv. concionator, et Orator haud ignobilis, cujus typis extat

Stella quasi cadens: Oratio parentalis in anniversario D. Thomæ Tamoiski supremi Regis Cancellarii. Leopoli anno 1639. in 4. per Michaelem Floski.

Hiromantia: Oratio funebris pro D. Matthia Theodoradzki Pincerna Canensi. Vilnæ an. 1643. in 4. typis Soc. J. De quo agit Franchinus in Biblios. n. 289.

Apud Jo. Bapt. Audiffredum, Bibliothecæ Casanatensis Catalogus Librorum typis impressorum, V p. 99, indicatur, non autem ex fronte operis iam furto decerpti, *Nicolai Laurinoires, Poloni, Ord. S. Francisci, Oratio funebris Gregorio Nunnio Coronel, Lusitano, Ord. Eremitarum S. Augustini,* edita in 4 Romæ typis Facciotti a. 1623. Nicolaum hunc Didacus Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana. II, Lisboa 1747, pag. 417) Eremitam Augustinianum dicit, attamen minus recte, ut Audiffredo et mihi videtur. Sane neque Jo. Felix Ossinger (Bibliotheca Augustiniana, Ingolstadii et Augustæ Vindel. 1768), neque Jos. Lanteri (Postrema sæcula sex Religionis Augustinianæ, Tolentini et Romæ 1858-60, voll. 3), neque Thyrsus Lopez Bardón (Monastici Augustiniani Fr. Nicolai Crusenii Continuatio, ab a. 1620 ad 1700, Vallisoleti 1903) eum inter scriptores augustinianos recensent.

MMCMLXXXI.

NICOLAUS DE LINNA Anglus Oxoniensis Mathematicus anno 1360. Eduardo III. Regi Opus insigne nuncupavit inscriptum:

Inventio fortunata, in quo *Insularum septentrionalium, suarumque voraginum descriptionem faciens incipit a gradu* 53. *usque ad polum,* teste Fr. Francisco a S. Clara in append. ad suæ Anglicanæ provinciæ fragmenta fol. 227. apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 388., qui docet, hunc alium esse a *Nicolao Linnensi* Carmelitano, cujus mentionem faciunt Joan. Lelandus, et Joan. Pitseus. Erit autem sine dubio ille *Minorita,* quem Jacobus Cnoxen Buscoducensis in suo *Itinerario* dicit *Anglum,* patria *Oxoniensem,* et *Mathematicum* apud Petrum Bertium lib. 2. Geograph. in descriptione *Hyperboreorum;* additque, terras septentrionales, ac subboreales vidisse, lustrasse, astrolabio dimensum fuisse, et radio etiam descripsisse; a quo et ipsum Cnoxium, et Gherardum Mercatorem *Hyperboreorum tabulam* accepisse, observavit Paulus Merula Cosmograph. par. 1. lib. 3. cap. 9.

Nicolaus de Linna franciscanus nullus est, et quæ ab eo gesta et scripta narrantur fortasse Joanni Somer vel alii franciscano tribuenda sunt. Cf. A. G. Little, The Grey Friars in Oxford (Oxford 1892), p. 245, et in Dictionary of national biography, IX (London 1894), p. 418.

MMCMLXXXII. 1556.

NICOLAUS LOCKMAN = *Lackman* dicitur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 22., et Rodulphio lib. 3., ejusque meminit Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 15. ad an. 1438. sub nomine *Nicolai de Saxonia,* et Trithemius in Script. Eccles. ad an. 1440.; et Bergomas addit edidisse etiam

Sermones de Sanctis lib. 1., quod habet et Willotus, et ante eum Rodulphius in *Nicolao Teutonico,* ubi ait interfuisse Concilio Basileensi, ibique in magno pretio habitum esse, ac concionatorem mirabilem extitisse. Petrus Lambecius lib. 2. Comment. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobon. cap. 8. cod. 337. refert ibi extare ms.

Historiam desponsationis, et coronationis Friderici III. Imperatoris, et Eleonoræ ejus conjugis compositam, et propria manu scriptam a *Nicolao Langkmanno de Valckenstain;* qui unus fuit ex duobus Sacerdotibus, et Sacellanis, quos memoratus Imperator anno 1451. tamquam Legatos, et Oratores suos annuli pronubi sponsæ offerendi causa misit in Lusitaniam; factusque postmodum *Episcopus Hipponensis* in aula Imperiali usque ad obitum permansit: additque Lambecius in fine dicti codicis ms. extare *diploma Imperatricis Eleonoræ pro Nicolao Langkmanno de Valckenstain anno* 1464. datum. Oudinus vero to. 3. Comment. ad an. 1450. ait hanc *Historiam* haberi inter mss. codd. Ambrosianos cum annotationibus, et Chronologicis Tabulis Columbani Pontremulensis: sed neuter hunc dicit Minoritam fuisse. Joan. a S. Anton. exscribit fere Waddingum.

MMCMLXXXIII. 1557.

NICOLAUS DE LYRA = anno 1333. uti *Doctor Parisiensis,* et *Capellanus Regius* interfuit congregationi jussu Philippi Regis apud S. Maturinum super opinione Joan. XXII. *de animarum beata post obitum visione* coactæ ex Bulæo sec. VI. Hist. Universit. Parisien. sub an. 1332. De eo autor suppar Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in prov. Franciæ, et Cœnobio Parisiensi ait: *In hoc etiam loco jacet Magister Nicolaus de Lira natione Gallicus, qui totam Scripturam divinam postillavit, et alia Opera fecit: celebratur in toto orbe sua doctrina:* et Confor. VIII. inter Scriptores Ord. Min. magna cum ejus laude scribit. Autor vero Vitæ *Benedicti XII.* a Bosqueto primum, deinde a Baluzio publicatæ, et to. 3. par. 2. Rer. Italic. Script. recusæ de Viris, qui tempore illius Pontificis claruerunt, inquit: *citra montes vero Parisius claruit Frater Nicolaus de Lyra Normannus Ordinis Minorum Magister in Theologia profundissimus, qui totam Bibliam profundissime, et subtilissime postillavit:* et Joan. Ragusinus Ord. Prædic. in sua *de Communione sub utraque specie* Oratione anno 1443. in Basileen. Concilio habita inquit: *Item Nicolaus de Lyra in expositione sacrarum literarum meo judicio post antiquos Doctores excellentissimus, et bonæ vitæ* etc.: et Fr. Gulielmus Pepin Ord. Prædic. serm. de S. Anton. Patavino: *similem sibi in litterali expositione sacræ Scripturæ non reliquit:*

Digitized by Google

reliquit: et Benedictus Pereira in 13. caput Genesis *multa eximie a Lyrano scripta* testatur. De eo etiam Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 23. Octobr., Lequile to. 1. Hierarch. Francisc. dist. 3. pag. 230., et Petrus de Alva lib. *Pleyto de los Libros* pag. 540.; ferunt apud Castel in Francilogio lib. 2. cap. 15. §. 5. n. 424. plusquam sex millia Hebræorum ad Christi fidem convertisse. Scripsit autem

Expositionem literalem, et moralem, seu mysticam *super Biblia Sacra;* quæ habetur ms. in Biblioth. Gallica B. Mariæ de Lira Ord. S. Benedicti illi testamento legata an. 1469. a Magistro Radulpho Boverii Canonico Lexovien., ac Vicario Gen. Ludovici de Haricuria Patriarchæ Jerosolymit., Episcopi Bajocen., et ejusdem Monasterii perpetui Commendatarii; continetque *Opus integrum ad sensum litteralem supra totam Bibliam contentum in sex voluminibus, ac Opus ejusdem integrum supra Bibliam ad sensum mysticum in uno volumine;* ut refertur in nova Gallia Christiana to. 6. col. 362. de Eccl. Biterren. num. [LXIII]. *Expositio super Biblia sacra* ms. extat Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 5. versus Eccles. a num. 47. usque ad num. 53., et num. 55., et 56., nec non scam. 6. num. 57.; horum autem codex 49., et 53. habet in fine *super Psalterium* Comment. expletum *Anno Domini* M.CCC.XXVI. Codex. 51. *super librum Sapientiæ* habet fuisse finitum *Anno Domini* M.CCC.XXX. *die Jovis ante Judica;* idemque codex 51. *super Ecclesiasticum* finitum dicit *Anno Domini* M.CCCXXXI.; codex 52. *super Ezechielem* in fine habet completum fuisse *Anno Domini* M.CCC.XXXII. *Vigilia SS. Trinitatis:* ex quibus liquet codicem a Vaddingo relatum, quo dicitur autorem *super omnes libros Bibliæ* scripsisse *anno Domini* 1330., aut corruptum esse in numeris annorum, aut annos illos non esse autoris, sed scribarum. *Scripta* ejus *super Genesim, Psalmos, et super Evangelia* habentur mss. in Bibliotheca Varmiensi in Prussia, teste Possevino in Catalogo illius Bibliothecæ, et in Ducali Bibliotheca Urbini, nec non Franciscana Cæsenatensi plura mss. hujuscemodi extare tradit in fine Apparatus sacri. *Expositio super universam sacram Scripturam* prodiit primum Romæ tomis 5. in fol. m. anno 1471. et 1472. in domo Papæ Bibliothecarii, et Petri de Maximis per Conradum, et Arnoldum Germanos cum præfatione Jo: Andreæ Episcopi Aleriensis ad Sixtum IV.; postea Coloniæ anno 1478. et 1480. tomis 7. in fol.; exin Venetiis 1481. in fol. per Jo: Colonien., et Jo: Gerretzen, et an. 1488. to. 3. in fol. per Octavianum Scotum; ann. vero 1485., et 1495. per Paganinum Paganini ex Orlando de Orig. et progres. Typogr.; et antea Argentinæ an. 1492.; nec non Lubecæ 1493. in fol. per Stephanum Arndes ex Jacobo Le Long in delectu edit. Bibl.; postmodum Lugduni an. 1520.; Venetiis 1588. tomis 6. in fol.; Duaci 1617.; Antuerpiæ 1634., et 1635. tomis 6. in fol. apud Joan. Meursium opera, ac studio Theologorum Duacensium, ac in primis Leandri de S. Martino; et Parisiis in Bibliis Maximis 1660. in fol. * * *Biblia cum Nicolai Lyrani Postillis, Pauli Burgensis additionibus, et Matthiæ Dorinck replicis* tom. 4. in fol. prodierunt Norimbergæ an. 1485. sumptibus Antonii Koberger ex Freytag Appar. litterar. pag. 733. * *

Expositio super vetus Testamentum impressa est Moguntiæ an. 1484. ex cit. Orlando.

Postillæ morales super sacra Biblia absolutæ anno 1339. in die S. Georgii Martyris prodierunt Mantuæ an. 1481. in fol. per Paulum de Butshbach, et iterum an. 1484. ex cit. Orlando. * * *Moralia super totam Bibliam* in fol. absque loco, et anno ex cit. Freytag pag. 735. in quorum fine legitur: *Expliciunt Postillæ morales, seu mysticæ super omnes libros sac. Scripturæ, exceptis aliquibus, qui non videbantur tali expositione indigere. Igitur ego fr. Nicolaus de Lyra de Ordine FF. Minorum Deo gratias ago, qui dedit mihi gratiam hoc Opus incipiendi, et perficiendi anno Dñi* M.CCC.XXX.IX. *in die S. Georii* (ita) *Martyris.* * *

Postilla super quatuor Evangelia prodiit Mantuæ an. 1477. in fol. typis Pauli de Puzpach. * * Editio alia vetusta, et rarissima absque loco, typographo, et anno refertur a Freytag in Appar. litter. to. 2. pag. 731. * *

Postilla super Epistolis B. Pauli Apostoli cum additionibus Domini Pauli Episcopi Burgensis, et cum replicationibus fratris Matthæi Doringk Ord. Minor. Mantuæ per Paulum Joannis de Puzpach Maguntinen. diœces. an. 1478. d. 28. m. Aprilis in fol. Sixtus Senensis in fine libri 3. Biblioth. sanctæ post Sanctos Patres proponit expositionem Lyrani.

Tractatus de differentia nostræ translationis ab hebraica litera veteris Testamenti extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 5. versus Eccles. memorato num. 52. diciturque finitus *an.* M.CCC.XXXIII. [*die sabbati*] *ante festum B. Lucæ Evangelistæ:* extat et scam. 6. cod. 59. in 4.

Tractatus differentiarum novi, et veteris Testamenti cum explicatione nominum Hebraeorum prodiit Rothomagi in 8. typis Martini Morin, et in 4. sine loco et anno editionis; extatque in fol. in Biblioth. Emerit., Segobien., et Vallisoleti, teste Joan. a S. Anton., cujus in prologo ait haberi: *Postquam, auxiliante Deo, scripsi super totam sacram Scripturam* etc.

Tractatus contra quemdam Judæum ex verbis Evangelii S. Matthæi Christum redarguentem extat cum superiori *tractatu* Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis, et Matriti ms. in Biblioth. Regul. Observ.; prodiitque Venetiis anno 1588. in fine *Expositionis* super universa Biblia, et ad calcem tomi 6. ejusdem *Expositionis* edit. Antuerpiæ 1635.; eumque adducit Alphonsus a Spina in *Fortalitio fidei* lib. 3. consider. 4. et 5.

Præceptorium, seu manuale, ac triplex expositio in præcepta decalogi: incip. prologus: *Audi Israel præcepta Domini* etc. *Deuter. 6. In his verbis propositis Spiritus Sanctus circa divina præcepta tria tangit* etc. Opus vero incipit: *Primum præceptum appropriate respicit personam Patris* etc. impressum fuit Parisiis in 12., vel in 8. ex Catalogo Biblioth. Tellerianæ pag. 92., absque anno apud Gaudoul antiquo ac gothico, ut ajunt, charactere, extatque Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaventuræ; prodiit et Coloniæ an. 1504. in 8. typis Martini de Werdena cum nonnullis aliis diversorum Opusculis ex Indice Biblioth. S. Franc. Bononiæ. Utique Trithemius in Script. Eccles. habet *Præceptorium Henrici de Urimaria* Ord. Eremit. S. August. eodem modo incipere: *Audi Israel:* sed vel deceptus est ille, vel uterque possit idem argumentum tractasse, eodem themate assumpto in principio. Addo hoc *Præceptorium* haberi cusum cum superiori *tractatu* in fine tomi 6. *Expositionis* etc. edit. Antuerpien. an. 1634. et 1635.

Tractatus

Digitized by Google

Tractatus de Corpore Christi. Parisiis an. 1513. apud Joan. Parvum.

Tractatus de visione beatifica etc. memoratur a Petro Alliacensi Cameracensi Episcopo adversus Joannem de Monteson nomine Facultatis Parisiensis scribente tit. 1. concl. 6.; et extat ms. etiam in Biblioth. Monasterii Lyrensis una cum aliis ejus *Postillis* ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1257., et in Bibliotheca Corsendoncana, teste Sandero.

Tractatus de Christi adventu, et divinitate adversus Judæos incipiens: *Primo quæritur, utrum ex Scripturis receptis a Judæis possit* etc.: finiens vero: *ad vomitum revertuntur:* ms. extat Ferrariæ in Bibliotheca PP. Theatinorum a me perspectus in 4.; quam quæstionem autor ipse citat in 2. prologo in sac. Scripturam, editaque fuit Venetiis an. 1588. in fine *Expositionis super universa Biblia,* et in fine tomi 6. ejusdem *Expositionis* edit. Antuerpien. an. 1635. Citatur etiam ab antiquo scriptore Joanne Anglico in 11. quæst. Universal. Scoti. *Tractatus contra Judæos* extat in Biblioth. S. Crucis Floren. scam. 5. cit. cod. 52., et scam. 6. cod. 59. in 4. una cum *tractatibus de differentia* etc., et *contra quemdam Judæum* etc. * * *Libellus editus per Mag. Nicolaum de Lyra Ordinis Minorum Theologiæ professorem, in quo sunt pulcherrimæ quæstiones Judaicam perfidiam in catholica fide improbantes,* habetur in edit. Argentinen. *Postillarum* etc. ejusdem anno 1492., de qua supra, post 2. librum Machabæor. ex Frider. Gottilf Freytag in Appar. litterar. to. 2. pag. 734.; quem ait Jo: Albertum Fabricium Biblioth. mediæ, et infimæ latinit. lib. 13. pag. 356. in tres divisisse, in *tractatum de Messia, sive probationem adventus Christi per Scripturas a Judæis receptas;* in *disputationem contra perfidiam Judæorum;* et in *quæstionem de Incarnatione Verbi contra Judæos.* * *

Commentarios in 4. libros Senten. citat antiquus autor Joannes Gritsch in suo Quadragesimali concione Vigiliæ Paschatis par. 2., et 3., ac concione Paschatis.

Postillæ super Epistolas, et Evangelia quadragesimalia una cum *Quæstionibus Fr. Antonii Biluntini* cusæ sunt Venetiis anno 1500. in 8. per Joan. Tacuinum Tridinen., 1516. per Jacobum Pentium de Leucho, et an. 1519. per Alexandrum de Bindonis, adjunctis *Quæstionibus Alexandri Alensis,* et postea Lugduni an. 1569. in 4. per Gulielmum Rovillium, iterumque Venetiis an. 1588. cum Annotationibus. J. Verdelay J. U. D.; sed et antea prodierunt ibidem an. 1494. in 4. per Joan. Emericum de Spira a Fr. Nicolao Mutinensi ejusdem Ordinis sac. Theologiæ Doctore castigatæ.

Sermones de Sanctis incip. *In baculo meo* etc. habebantur olim Ferrariæ mss. in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Indice an. 1437. scripto pag. 25. Ejus *Sermones de Sanctis* extant mss. in fol. Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub HH. n. 10., teste Joan. a S. Anton. in Append. to. 3.; to. vero 2. pag. 382. ait haberi ibi mss. *Sermones omnes* tam *de Tempore,* quam *de Sanctis:* et in Biblioth. SS. 5. Martyrum Marrochien. prov. Angelorum haberi *editos in* 4. antiquitus.

Sermones in Epistolas Dominicales totius anni cum aliquibus *de Mortuis* incipientes: *Hora est jam nos de sommo surgere:* et finientes: *continuo orant Deum pro nobis. Rogemus ergo Dominum* etc. sine nomine autoris extabant olim Asisii mss. in Sacrario Conventus S. Franc. v. solario occid. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto.

Alii *Sermones Dominicales, et festivi,* idest *de Sanctis per totum annum* finientes: *quasi stellæ in perpetuas æternitates* ibidem adjuncti extasse leguntur; sed nescio, an essent unius ejusdem autoris.

Libellus de naturis rerum extat ms. in Biblioth. Cœnobii Camberonen. Cistercien. in Hannonia, teste Sandero.

Libellus de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis ms. ibidem ex eodem.

Tractatus de animæ claustro ms. apud Bibliothecam Bodlej.

Prærogativæ gloriosæ Virginis Mariæ incip. *Bernardus in quodam sermone:* excusæ sunt Lugduni anno 1500. typis Joannis Picard ad calcem *Postillæ super Psalterium* etc.; et etiam Parisiis gallice in 4. apud Petrum le Rouge, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui etiam scribit

Glossas, et Repertorium in libros Epistolarum, et Sapientiæ scriptas an. 1329. haberi mss. Vallisoleti in Biblioth. Comitis de Gondomar: sed vel error est in anno, vel ille refertur ad *Libros Epistolarum,* quia *Liber Sapientiæ* anno sequenti 1330. finitus fuit ex supracit. cod. Florentino.

Tractatus de cura clericali prodiit Parisiis an. 1513. apud Petrum Clientis ex Biblioth. Telleriana.

Tractatus de arte bene vivendi, et bene moriendi ibid. an. 1517. apud Joan. Parvum ex ead. Biblioth. Edidit etiam

Expositionem in hymnos Ecclesiasticos totius anni incip. *Liber iste dicitur liber hymnorum: Hymnus dicitur laus Dei cum cantico* etc. *Primo dierum. Materia hujus hymni est commendatio* etc. prodiit post Postillam ejusdem in *Psalterium* Lugduni anno 1529. in 4. per Joan. Marion; extatque Asisii in nostra Bibliotheca.

Nicolai Lyrani oratio, seu *meditatio super vita, et gestis B. Francisci* continens *orationes, antiphonas, et* x. *psalmorum Explanationem* in 10. capita distributa incipiens: *Postquam auxiliante Domino* etc. extat in Speculo Minorum, al. Firmamento trium Ordin. par. 1. sub initium edit. Venetæ an. 1513., et post Opera S. Francisci edit. Antuerpien. an. 1623., et Parisiis an 1641. in *appendice dubiorum* Opusculor., quod aliqui de hujus Opusculi autore dubitent; certe autoris est illius ævi, temporisque, quo Lyranus fuit; inquit enim: *Postquam, auxiliante Domino, scripsi quædam Opera super utrumque Testamentum publice recitanda in Scholis, eodem confisus auxilio volo convertere calamum ad scribendum quoddam Opusculum* etc.: in explicatione Psalmi x. *Super flumina* etc. dicit: *a tempore Bonifacii Papæ Octavi nostra privilegia in pluribus sunt restricta, et aliqua revocata:* et paulo post: *et ego, qui superiora descripsi, anno mei Novitiatus audivi a quodam fratre antiquo, qui Ordinem intraverat prope tempora B. Francisci, quod B. Franciscus adhuc vivens dixerat* etc: quare scripsit prope vitæ finem.

Magister Fridericus Venetus Ord. Præd. an. 1394. Lyrani *Glossam in Apocalypsim,* ipsamque *Apocalypsim* in vulgarem sermonem convertit, quæ et cusa est Venetiis circa an. 1480., et an. 1519. in fol., extatque ms. Florentiæ in Biblioth. Medic. plut. 27. cod. 7.; et Thomas Toletanus Ord. et ipse Prædic. Theologus circa an. 1470. *Indicem* paravit

Digitized by Google

paravit *super Nicolaum de Lyra*, et *alterum super tractatum ejus de differentia Bibliorum Latinorum, et Hebraeorum*, ut habet Antonius Senensis apud Possevinum in Appar. sac., et Echardus to. 1. pag. 846. *Gulielmus Norton* Anglus Minorita circa an. 1403. composuit *Repertorium Lyrae;* et Matthias Doringus Minorita circa annum 1432. edidit *Defensionem Nic. Lyrani contra Paulum Burgensem:* et Samuel de Cassinis etiam Franciscanus ad an. 1500. scripsit *Apologiam pro Nic. Lyrano contra Joan. Viterbiensem* Ord. Prædic. de genealogia Salvatoris; Franciscus vero Ortisius Lucius composuit *Resolutiones passuum notabilium*, in quibus Lyranus, et Burgensis discrepant super Evangelia; et quidam Anonymus Italus Minorita vetus elucubravit *Tractatum de Passione Domini* secundum Nicolaum de Lyra: et de his omnibus actum est suis locis.

Memoratur hic autor a coævis scriptoribus Gulielmo Britone, ut ibi dictum est, a Gulielmo Parisien. Ord. Prædic. in *Postilla* super Epist., et Evang. totius anni cusa Parisiis an. 1509., et Argentorati 1513. et 1521., nec non a Nicolao Gorrano Ord. et ipso Prædic. Epist. 1. Petri cap. 2. edit. Antuerp. 1617., quæ alias attributa legitur et Thomæ Anglico, et S. Thomæ Aquinati juxta varias editiones. Autor Histor. Universitat. Parisien. Cæsar Egassius Bulæus tomo 4. pag. 235. narrat, huic, nec non Petro Bertrandi S. R. E. Cardinali S. Clementis Joannam Franciæ Reginam Comitissam Atrebatensem, et Palatinam Burgundiæ an. 1331. commendasse fundationem Collegii Parisiensis *de Burgundia* nuncupati, quod ipsa inceperat, sed, morte interveniente, perficere non poterat.

I. Probabiliter ne genere quidem fuit iudæus; etenim pro eius iudaica origine, cuius primum testimonium posterius est medio sæculo XV, nullum in eius operibus indicium extat, nullum in epitaphiis a Waddingo relatis, Paulus autem Burgensis in Additionum ad Nicolai Postillam præfatione, quidam magister in sacra pagina de Ordine Minorum in sua ad Paulum Burgensem epistola a J. P. Migne edita in Patrologiæ latinæ tomo CXIII coll. 50-51, et Matthias Doringus in prologo Replicarum contrarium credidisse videntur, dum opinantur Lyranum non puerum linguam hebraicam didicisse. Cf. M. H. Reinhard, Pentas conatuum sacrorum, Lipsiæ 1709, Diss. III (pp. 147-171): Nicolaus Lyranus nunquam Judæus.

Fuit magister in theologia ante diem 11 aprilis anni 1309 (vel saltem 1310), quum et eius nomen legatur in Consilio magistrorum theologiæ parisiensium ea die emisso de libro Margaritæ Porete, quod editum est a Ch. V. Langlois anno 1894 in Revue historique, t. LIV, pp. 296-297. Cf. Denifle-Chatelain, Chartularium Universitatis Parisiensis, t. III (Parisiis 1894), p. 660.

Verisimile videtur fuisse eum provinciæ Franciæ ministrum; etenim in Necrologio abbatiæ dictæ *de Longchamp* apud Parisios, scripto sæculo XV exeunte ex antiquis documentis, dicitur Blanca filia Philippi Pulchri die 11 februarii anni 1319 habitum religiosum induisse *présent frere Nicole de Lire, adonc menistre des freres mineurs en France* (cf. A. Molinier, Obituaires de la province de Paris, t. I, pp. 659-660), et in comitiis generalibus Ordinis Minorum anno 1322 Perusii celebratis *Nicolaus minister Franciæ* cum Michaele Cæsenate et aliis Declarationes duas subscripsit circa quæstionem tunc agitatam de paupertate Christi et apostolorum (cf. supra p. 252, et Denifle-Chatelain, op. cit., t. II, n. 853, p. 277, nota 5).

Minister erat provinciæ Burgundiæ mense maio anni 1325 hoc titulo enim honestatur in codicillis eo mense suo testamento additis a Joanna de Burgundia vidua Philippi V, quibus Nicolao de Lyra et aliis fundationem Collegii Burgundici committit (Archiv. nation. paris., J 404 A, n. 28). Post Joannæ mortem, quæ accidit anno 1330 die ianuarii 21, Nicolaus eius voluntatem exequendam curavit. Si fidem meretur opus fere medii sæculi XVIII, cui titulus, « Mémoires pour servir à l'histoire de la province des Cordeliers ditte de Saint-Bonaventure » (ms. Lugdun. 1422; folio 216 recto), anno 1314 vel 1315 electus est minister eiusdem provinciæ. *Ingressus est viam universæ carnis anno domini M.cccc. xlix. Die. xiiii. mensis Octobris.* Ita in « Firmamenta trium ordinum Beatissimi Patris nostri Francisci » par. I (Parisiis impressa cum 2ª, 3ª et 4ª anno 1511 XVIII Decembris), fol. xlii recto. Hic annus, ut Lyrani emortualis, datur etiam a nonnullis posterioribus scriptoribus, ex. gr. P. Rodulphio (Historiæ seraph. religionis libri tres, Venetiis 1586, fol. 324r), H. Willot (Athenæ orthodoxorum Sodalitii Franciscani, Leodii 1598, p. 283), A. Possevino (Apparatus sacer, II, Venetiis 1606, p. 488), R. Bellarmino (De scriptoribus ecclesiasticis, Romæ 1613, p. 222), M. Felibien- G. A. Lobineau (Histoire de la ville de Paris, I, Paris 1725, p. 216), M. Tschamser (Annales oder Jahrs-Geschichten der Baarfüsseren oder Minderen Brüdern S. Franc. ord. insgemein Conventualen genannt zu Thann, I, Colmar 1864, p. 268; opus compositum a. 1724 ex documentis in archivo illius conventus prædiviti et antiquissimo servatis), et verus æstimandus est præ anno 1340 ex epitaphiis (quorum ætas ignoratur et originalia amplius non extant) a plerisque tradito. Etenim Nicolaus in vivis erat die 6 iulii anni 1349, quum ea die *Galterus de Cantulupi provisor garnisionum vinorum Regis* denarios receperit *pro emendo unam caudam vini Belnensis donandam fratri Nicholao de Lyra ordinis fratrum minorum magistro in theologia, de precepto domine Regine.* Cf. Jules Viard, Date de la mort de Nicolas de Lire, in Bibliothèque de l'École des chartes, t. LVI (Paris 1895), pp. 141-43, vel Les Journaux du Trésor de Philippe VI de Valois par Jules Viard (Collection de Documents inédits sur l'Histoire de France), Paris 1899, ad n. 2031.

II. *Postillam litteralem in omnes libros V. et N. Testamenti*, quæ cum *Postilla morali* unum opus non constituit, incepit Lyranus a. 1322, ut ipse testatur in expositione vers. 27 cap. 1 Genesis, et interpretans primum libros canonicos deinde non canonicos complevit ex subscriptione a Waddingo relata (quæ in aliquot antiquis codicibus invenitur, et omnino genuina censenda est) XIII kal. aprilis a. 1330, id est, quum Galli illius temporis a Paschate annum inchoarent, a. 1331. Excipienda tamen sunt capita XL-XLVIII Ezechielis edita, ut auctor declarat in fine Postillæ in eumdem librum, a. 1332 iunii die 13. Antequam opus hoc inciperet, scripserat Nicolaus in Psalmos, in Danielem, et in quatuor evangelia (cf. prologum secundum *de intentione autoris*: Gen. XVIII, 1; II Reg. XXII, 51 et XXIII, 2; IV Reg. IV, 44: Dan. IX, 25. — *Postilla litteralis* in innumeris codicibus mss. invenitur, pluries ex parte typis edita est, sæpius autem integra, primum sola, mox cum Pauli episcopi Burgensis Additionibus et Matthiæ Doringi Replicis, deinde cum iisdem Additionibus atque Replicis et textu biblico, insertis plerumque glossa ordinaria Walafridi Strabonis necnon interlineari Anselmi Laudunensis et aliis ipsius Lyrani operibus.

Codices mss. nonnulli, omnes sæculi XIV. — a) *Postillæ in omnes vel pene omnes libros utriusque Testamenti*: Cameraci, biblioth. publ. 290-93; Cantabrigiæ, biblioth. Universitatis 415-18; Carnoti, biblioth. publ. 321; Caroli Villæ, biblioth. publ. 267 (scriptus ante a. 1348); Oxonii, collegii Mertonensis CLXIII-CLXV; Parisiis, biblioth. Mazarinæ 157-59 (medii sæculi XIV). Nationalis lat. 351, 15257-59, 15260-62, S. Genovefæ 34-36; Remis, biblioth. publ. 171-77, 178-80. — b) *Postillæ in totum vetus Testamentum*: Ambiani, biblioth. publ. 33+45+66; Burdigalæ, Biblioth. publ. 15; Oxonii, Bodleianæ Canonic. Biblia 70 et collegii Balliolensis CLXVIII +CLXXI. — c) *Postillæ in complures utriusque vel veteris Testamenti libros*: Baiocis, biblioth. Capitul. 52; Cadomi, biblioth. publ. 3; Cantabrigiæ, biblioth. Universitatis 38; Doli (Sequanorum), biblioth. publ. 24; Florentiæ, Laurentianæ Plut. LXXVII cod. XIII; Parisiis, biblioth. « de l'Arsenal » 21, 26, 136, Mazarinæ 163-65, 166, 169, 170, 171, Nationalis lat. 358, 359, 360, 397, 402, 407, 429, 430, 460, 461 (anni 1343), 462, 489; Romæ, Casanatensis 10, Vaticanæ Vatic. lat. 50-51, 157, 160, 165, Palat. lat. 105, 106, 107-9, 115, Urbin. lat. 22; Rotomagi, biblioth. publ. 117, 132. — d) *Postillæ in totum novum Testamentum:* Brugæ, biblioth. publ. 53; Cantabrigiæ, biblioth. Univers. 419; Oxonii, collegii Orieleusis XLV; Parisiis, biblioth. « de l'Arsenal » 142, Mazarinæ 167-68, Nationalis lat. 617, 8859-60, 17257-58.

Editiones generales. — 1) Romæ in domo Petri de Maximis per Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz annis 1471-72 voll. 5 in fol. maiori, ex recognitione Joannis Andreæ episcopi Aleriensis et Sixti IV bibliothecarii (Hain L., Repertorium Bibliogr., n. 10363); editio probabiliter prima. — 2) Absque ulla nota, sine signaturis, 62 ll., voll. 4 in fol. (Argentorati per Johannem Mentelin, forte circa a. 1472; Hain, 10366. — 3) Absque ulla nota, sine signaturis, 71 vel 72 ll., voll. 3 in fol. (Argentorati, circa a. 1477; Hain 10367). —

Digitized by Google

4) Industria impensisque Anthonij koburger incole Nurnbergensis xxij Januarij a. 1481, voll. 3 in fol. maiori (Hain, 10369). — 5) Venetiis charactere iucundissimo [Joannis Herbort] impensaque curaque singulari Johannis de colonia Nicolai ienson sociorumque a. 1481 pridie calendas sextiles, par. 4 in fol. (Hain, 3164). — 6) Venetiis per Franciscum Renner de Hailbrun, 1482-83, voll. 3 in fol. (Hain, 3165). — 7) Nuremberge charactere impensisque Anthonii kobergers an. 1485 Sabbato post Johannis ante portam latinam [die 7 maii], par. 4 in fol. (Hain, 3166). — 8) Sine ulla nota, cum signaturis, 52 ll. (50 in vol. 4°), voll. 4 in fol. (Coloniæ per Ulricum Zell, c. 1485; Hain, 10368; Voulliéme E., Der Buchdruck Kölns, Bonn 1903, n. 833). — 9) Nuremberge charactere impensisque Anthonii kobergers a. 1487 die Nonarum iij. decembrium, par. 4 in fol. (Hain, 3167). — 10) Per Johannem Syber, sine loci et anni notis (Lugduni; fortasse circa a. 1488), par. 4 in fol. maiori (Hain, 3163). — 11) Venetiis opera et impensa Octaviani Scoti [typis Boneti Locatelli] a. 1488 Quinto Idus Augusti, in fol. in 3 vel 2 voll. divisa (Hain, 10365). — 12) Venetiis opera et sumptibus Octaviani Scoti [typis Boneti Locatelli] 1489 Sexto idus sextilis, voll. 4 in fol. (Hain, 3168). — 13) Argentine 1492 die Nonarum iij. Novembrium, par. 4 in fol., sine typographi nota sed per Joannem Grüninger (Hain, 3169). — 14) Nuremberge charactere impensisque Anthonii kobergers a. 1493 die xii Aprilis, par. 4 in fol. (Hain, 3170). — 15) Venetiis per Paganinum de Paganinis 1495 die aprilis xviii, in fol. maiori, in 5 vel 4 par. seu voll. divisa (Hain, 3174). — 16) Nuremberge charactere impensisque Anthonii kobergers a. 1497 die sexta Septembris, par. 4 in fol. (Hain, 3171). — 17) Nuremberge charactere Anthonii Kobergers 12 Aprilis 1498, par. 4 in fol. (Copinger W. A., Supplement to Hain's Repertorium Bibliogr., ii, n. 3710). — 18) Per Johannem Petri de Langendorff et Johannem Froben de Hamelburg Basilee a. 1498 kalendis decembribus, voll. 6 in fol. (Hain, 3172). — 19) Cura et impensis Johannis de Amerbach, Johannis petri de Langendorff et Johannis Froeben de Hammelburg, Arte ipsius Johannis froeben Basilee a. 1502 idibus Maiis, voll. 6 in fol. (Panzer G. W., Annales typographici, vi, 176. 14, et ix. 390. 14). — 20) Basileæ per Johannem Petri de Langendorff et Johannem Frobenium de Hammelburg, 1506 die ultima Junii-1508 octavo kalendas novembris, voll. 7 in fol. (Panzer, vi. 180. 45). — 21) Lugduni in ædibus Jacobi Mareschal 1520 xv decembris, voll. 7 in fol. (Vidi). — 22) Parisiis per Joannem Cornicularium 1524, voll. 8 in fol. (Panzer, viii. 89. 1442). — 23) Lugduni per Jacobum Mareschal, 1528, vol. 6 in fol. (Panzer, vii. 343. 561). — 24) Lugduni ex officina Gasparis Trechsel, 1545, voll. 7 in fol. (Romæ in biblioth. Alexandrina). — 25) Venetiis, 1588, voll. 6 (7 cum Indice) in fol. (Romæ in Angelica). — 26) Lugduni per Jo. Bapt. Regnauld et socios, 1590, voll. 7 in fol.; editio a Waddingo memorata, extans ibidem. — 27) Venetiis apud Magnam Societatem, 1603, voll. 6 in fol. (Romæ in Nationali). Hanc editionem immediate secutæ sunt Duacensis (quam excudebat Baltazar Bellerus suis et Joa. Keerbergii sumptibus) et Antuerpiensis, omnium optimæ. Editiones coloniensis vel colonienses a. 1478 et 1480, veneta a. 1485 et lubecensis a. 1493 non extant; cf. Hain, 10374; Copinger, Incunabula Biblica, p. 200; Copinger, Inc. Bibl., n. 66, Hain n. 3174, et Burger K., The printers and publishers of the xv. century (apud Copinger, Supplement etc., iii), p. 522; Hain, n. 3143.

Editiones nonnullarum partium. — 1. *Postillæ in Psalterium.* a) Sine ulla nota, 52 et 47 ll., 248 foll. in fol. (Mantuæ per Paulum Johannis de Butzbach, circa a. 1477; Hain, 10376). — b) In urbe Parisiensi per Udalricum Gering a. 1483 die quinta novembris, in 4 (Hain Copinger, 10378). — c) Sine loci et typographi notis a. 1487 quarta die Maii, in 4 (Copinger, ii, 3712). — d) Lugduni per Johannem de Prato a. 1488 die xv Aprilis in 4, cum Postilla in cantica (Reichling D., Appendices, vi n. 1799). — e-g) Sine loci et typographi notis, cum Postilla in cantica: a. 1491 die 15 octobris in 4 (Parisiis per Petrum Le Rouge; Copinger, ii, 3713), et a. 1493 17 Julii in fol. (Lugduni per Matthiam Huss; Hain Copinger, 10383), et a. 1497 die xi Aprilis in 4 (forte Lugduni; Hain Copinger, 10379, et Copinger ii, 3711). — h) Parisiis 1500 in 4 (Hain, 10381; Panzer ii. 337. 636, qui eam dicit in fol. — i) Lugduni sine typographi nota 1504 in 4 (Parisiis in biblioth. S. Genovefæ). — k) Lugduni, M. Boillon, 1509 in 8 (Parisiis in Nationali et in Mazarina). — l) Lugduni, Joannes Marion, 1520 (Le Long, Bibliotheca sacra, Parisiis 1723, ii p. 879, et ipse Sbaralea supra). — 2. *Postillæ in quatuor Evangelia.* a) Absque ulla nota, 48 ll., 210 ff., in fol. maiori (Basileæ per Bertholdum Ruppel, circa a. 1469; Hain Copinger, 10384). — b) Mantue per Paulum Johannis de puzpach Sub annis 1477 die xxiiii m. Julii in fol. (Hain, 10386). — 3. *Postillæ in Epistolas Pauli.* Mantue per Paulum Johannis de puzpach Sub annis 1478 die xxviii m. Aprilis, in fol. (Hain, 10396). — 4. *Postillæ in Actus Apostolorum, Epistolas canonicas et Apocalypsim.* a) Mantue per Paulum Johannis de Butschbach a. 1480 die xxx Marcii, in fol. (Hain, 10395). — b) Mantue a. 1480 die x maii per Aluixium de siliprandis, in fol. (quæ editio extans Romæ in bibliotheca Corsiniana a præcedenti est diversa). — Editio *Postillæ super vetus Testamentum* moguntina anni 1484 vel alterius nulla est; item *Postillæ in Psalterium* editio lugdunensis anni 1500 a recentioribus bibliographis non indicatur, quin imo Joannes Picard inter typographos lugdunenses non recensetur.

A versionibus *Postillæ litteralis* recensendis brevitatis causa abstinentes (cf. biblioth. Mazarinæ ms. 49-50, Regiæ bruxellensis 15055-6, Palatinæ vindobonensis lat. 15419; Hain, n. 3143, 10382, 13526) hoc tantum notamus *Expositionem Apocalypsis* italicam per Federicum Venetum editam, quæ non prodiit Venetiis circa a. 1480, sed sine ulla nota circa a. 1471 Romæ vel Neapoli (Copinger, ii, 3715), deinde Venetiis per Alexandrum Paganinum a. 1515 die vii Aprilis in fol., a Nic. Lyrani expositione toto cœlo differre, etsi Lyrano adscribatur in prima editione et in nonnullis codd. mss., ut in Laurentiano.

De *Postillæ litteralis* valore exegetico videsis: J. G. Rosenmüller, Historia interpretationis librorum sacrorum, v, Lipsiæ 1879, pp. 280-308; Nicolaus von Lyra und seine Stellung in der mittelalterlichen Schriftauslegung, in Der Katholik, Mainz 1859, pp. 934-54; Siegfried C., in Archiv für wissenschaftliche Erforschung des Alten Testaments, i (Halle 1869) pp. 428-56, ii (1871) pp. 39-65; A. Merx, Die Prophetie des Joel und ihre Ausleger, Halle 1879. pp. 505-67; M. Fischer, in Jahrbücher für protestantische Theologie, xv (Leipzig 1889) pp. 430-71, 578-619; F. Maschkowski, Raschis Einfluss auf Nicolas von Lyra in der Auslegung der Exodus, in Zeitschrift für alttestamentliche Wissenschaft, xi (Giessen 1891) pp. 268-316; Neumann, Influence de Raschi et d'autres commentateurs juifs sur les Postillæ perpetuæ de Nicolas de Lyre, in Revue des études juives, xxvi (Paris 1893) pp. 172-82, xxvii pp. 250-62; R. Cornely, Historica et critica Introductio in utriusque Testamenti libros sacros, i, Parisiis 1894, pp. 684-86.

III. *Postilla moralis* omnes S. Scripturæ libros complectitur, exceptis libro Proverbiorum, Ecclesiaste, Cantico canticorum, Sapientia, Ecclesiastico, libro 2° Esdræ, epistolis Pauli, septem epistolis canonicis. Servatur ms.: Ambiani, in biblioth. publ. cod. 32 (sæc. xiv); Monachii, in biblioth. Regiæ lat. 21253 (sæc. xiv-xv); Parisiis, in biblioth. Nationalis lat. 11979 (sæc. xv); Romæ, in Vatic. Urb. lat. 21 (sæc. xiv); Traiecti ad Rhenum, in biblioth. Universitatis 248 (sæc. xiv). Typis edita est: 1. Coloniæ per Joannem Koelhoef a. 1478 in fol. maiori (Hain, 10374); 2. absque ulla nota, sine signaturis, 57 ll., in fol. mai. (Argentorati per Georgium Husner, circa a. 1478; Hain, 10372); 3. Mantuæ per Paulum Johannis de Butschbach a. 1481 iii kal. madii, in fol., ex emendatione et cum tabula fr. Ludovici a Turri Ord. Min. (Hain, 10375); 4. absque ulla nota, cum signaturis, 56 ll., in fol. min. (Hain, 10373); præterea cum *Postilla litterali* in editione eiusdem basileensi anni 1498 et in omnibus posterioribus usque ad antuerpiensem (quæ est anni 1634, non vero a. 1634-35). Non prodiit a. 1484.

IV. *Tractatus de differentia nostræ translationis ab hebraica littera in veteri Testamento*, completus a. 1333 die sabbati ante festum b. Lucæ evangelistæ (16 octobris), extat ms., præter quam Florentiæ in Laurentiana ex biblioth. S. Crucis translatus (Bandinius A. M., Catalogus codd. lat. biblioth. Mediceæ Laurentianæ, iv, col. 366): Avinione, in biblioth. publ. cod. 35 (sæc. xiv); Monachii, in Regia lat. 307 (sæc. xv); Parisiis, in biblioth. « de l'Arsenal » 19 (anni 1449), in Mazarina 168 (sæc. xiv), in Nationali lat. 3359 (fortasse sæc. xiv) et 17260 (sæc. xiv); Vindobonæ, in Palatina lat. 1478 (anni 1420). Hoc opus, non autem *Tractatus differentiarum novi et veteris Testamenti*, quem nullum esse puto vel saltem non Nicolai de Lyra, prodiit Rothomagi per Martinum Morin sine anni nota (ineunte sæc. xvi vel exeunte xv), in 8; cf. R. Simon, Critique de la Bibliotheque des auteurs ecclesiastiques et des Prologomenes de la Bible publiez par M. Ellies Du-Pin, i, Paris 1730, p. 354, et Copinger, ii n. 3727. Incipit: *Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. Ecclesiastici 38. Scriptura sacra proprie sapientia nominatur . . . Et ideo postquam auxiliante Deo scripsi super totam sacram scripturam . . .* Editio in fol. (probabiliter hispana et ineuntis sæculi xvi), quam vidi Romæ in bibliotheca Vallicellana, hanc

inscriptionem

Digitized by Google

inscriptionem exhibet: *Nicolai de lyra Liber differentiarum veteris testamenti cum quibusdam aliis additionibus et interpretationibus nominum in fine cuuslibet capituli.* Accedunt *Interpretationes hebreorum chaldeorum grecorumque nominum noui testamenti.* Tales *Additiones* et *Interpretationes* absque dubio non sunt Nicolai de Lyra; illæ fortasse debentur Paulo Coronel, hæ autem impressæ a. 1515 in bibliis polyglottis complutensibus auctorem habent Alphonsum de Zamora.

V. *Tractatus contra quemdam Judæum*, finitus a. 1334 in vigilia b. Joannis baptistæ, incipiens *Potens sit exhortari in doctrina sana . . . Licet autem propositum verbum episcopalis conditionis sit expressivum*, extat manu scriptus sæc. XIV Cantabrigiæ in biblioth. Universitatis cod. 1040, Einsidlæ in biblioth. Monasterii Ord. S. Ben. 220, Monachii in Regia lat. 5871, 15956, 16208, Parisiis in biblioth. « de l'Arsenal » 537 et in Mazarina 168, Rotomagi in biblioth. publ. 650, typis autem expressus in fine editionis *Postillæ litteralis* basileensis anni 1508, lugdunensis anni 1520, atque, ut puto et de plerisque certus sum, in ceterarum omnium, quæ eas sunt secutæ.

VI. *Præceptorium* prodiit pluries fine sæc. XV et initio XVI, ut: sine loco et anno, cum insigni Guillelmi Le Talleur typographi rotomagensis ab a. 1487 ad a. 1491, in 8 (Frère Ed., Manuel du Bibliophile Normand, II, Rouen 1860, p. 263); Coloniæ per Hermannum Bomgart a. 1495 die 19 m. maii in 8 (Hain, 10404); Parisiis sub Petro Le Dru pro Antonio Baqueleri a. 1495 augusti die XI, in 8 (Copinger, II, 3720); Coloniæ per Johannem Landen a. 1496 nono mensis Martii, in 8 (Hain, 10405); etc. Illud, multis codicum mss. catalogis inspectis, Nicolao Lyrano tributum non inveni; Henr. Labrosse in operibus infra notatis spurium dicit.

VII. *De Corpore Christi liber unus* et *Tractatus de idoneo ministrante et suscipiente sanctissimum Sacramentum Altaris*, qui a Waddingo distinguuntur, unum idemque opusculum esse videntur; quod incipit *Hæ sunt conditiones necessario requisitæ ad idoneum susceptorem sacramenti eucharistiæ*, explicit autem *totum hoc est damnosum et illicitum*, et extat ms. Einsidlæ in biblioth. Monasterii Ord. S. Ben. cod. 220 (sæc. XIV), Monachii in Regia lat. 6982 (sæc. XV), 18245 (sæc. XV), 19885 (sæc. XV), Vindobonæ in Palatina lat. 3828 (a. 1466), 12880 (sæc. XV). Prodiit cum tractatu S. Thomæ Aquinatis *de corpore Christi*: sine loci et typographi notis (Coloniæ) a. 1473 quinta feria ante palmarum m. aprilis [8 aprilis], in 4 (Hain, 1374); sine ulla nota, 26 ll., 30 ff., in 4 (Coloniæ per Arnoldum ter Hoernen, c. 1477; Hain, 1373); sine ulla nota, 27 ll., 32 ff., in 4 (Coloniæ per Bartholomæum de Unkel, c. 1482; Hain, 1372); sine ulla nota, 36 ll., 22 ff., in 4 (Coloniæ per Henricum Quentell, c. 1490; Hain, 1368); et pluries deinde. Editio a Sbaralea indicata fortasse, ut ad n. XV declarabo, Lyrani opusculum non continet.

VIII. *Tractatus de visione beatifica* scriptus certe post a. 1333, probabiliter a. 1334, invenitur ms. etiam Cantabrigiæ in biblioth. Univers. cod. 1040 (sæc. XIV), Oxonii in Collegio Mertonensi CLXXXVII (sæc. XV), Parisiis in Mazarina 168 (sæc. XIV) et in Nationali lat. 3359 (fortasse sæc. XIV), 17260 (sæc. XIV). Incipit: *Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Verbum propositum Dei in persona sapientiæ*; explicit: *omne desiderium electorum.*

IX. *Quæstio de Christi adventu et divinitate adversus Judæos* disputata primum Parisiis ut quæstio de quodlibet a. 1309, retractata deinde circa a. 1333, extat manu scripta sæc. XIV in codicibus supra memoratis Cadomensi 3, Cantabrigiensi 1040, Einsidlensi 220, Parisiensibus bibliothecæ « de l'Arsenal » 537, Mazarinæ 168 et Nationalis lat. 17260, Rotomagensi 650, insuper in Monacensibus biblioth. Regiæ lat. 5526, 8872, 23656 et in Romano biblioth. Angelicæ 76. Typis expressa prodiit: absque ulla nota sæc. XV pluries, ut: char. goth., sine signaturis, 24 et 26 ll., 44 ff. in 4 (in Italia, fortasse circa a. 1480: Hain, 10408); sine loci et anni notis in 8, per Michaelem Le Noir (Parisiis, circa a. 1493; Copinger, II, 3726) et per Georgium Mittelhus (Parisiis, c. 1498; Copinger, II, 3724); in editionibus *Postillæ litteralis* venetis a. 1481, 1482-83, 1489, 1495, nurembergensibus a. 1485, 1487, 1493, 1497, lugdunensi Joannis Syber, argentinensi a. 1492, basileensi a. 1498, et ceteris omnibus sæc. XVI et XVII; cum Hieronymi de Sancta Fide opere, cui titulus *Hebræomastyx*, Francofurti per Joachimum Bratheringium a. 1602 in 8; cura T. C. Thomas, Londini a. 1888.

X. Ex *Commentariis in quatuor libros Sententiarum* extracta quædam inveniuntur in codice ms. biblioth. Regiæ bruxellensis 12171 sæc. XV.

XI. Suam *Quæstionem de quodlibet circa Salomonis pœnitentiam* ipse Lyranus memorat in *Postilla litterali* (II Regum, cap. VII, vers. 15). *Questiones determinate a Nic. de Lira* extant in biblioth. nationalis parisiensis ms. lat. 16523 sec. XIV.

XII. *Postillæ super epistolas et evangelia quadragesimalia* et *Sermones* tam *de tempore* quam *de sanctis* sunt opera Nicolao Lyrano recentiora ex eius Postillis litterali et morali extracta vel concinnata. Cracoviæ in biblioth. Universitatis cod. 2339 (sæc. XV) extant *Sermones de tempore et de sanctis*, Medelicii in biblioth. Monast. Ord. S. Ben. ms. 10 (sec. XV) *Sermones*, Monachii in Regia lat. 6981 (sæc. XV) et 7587 (sæc. XV) *Sermones*, 7592 (a. 1433) *Postilla super dominicalia per circulum anni*, 22363 b (sæc. XV) *Super evangelia dominicalia et quadragesimam*, Vindobonæ in Palatina lat. 1317 (sæc. XV) *Sermones dominicales et Postilla super quadragesimam.* — *Postilla super epistolas et evangelia quadragesimalia* prodiit etiam: Ferrariæ per Laurentium de Rubeis de Valentia a. 1490 die sexto Idus Martii in 4, emendata per magistrum Petrum Malfetam Ord. Min. sacræ theologiæ doctorem (Hain, 10387); Venetiis impensis Octaviani Scoti arte Joannis Herczog a. 1494 Idibus mensis decembris in 8 (Hain, 10390); Rothomagi per Martinum Morin a. 1497 die XXIX m. ianuarii (1498) in 8 (Frère Ed., loco cit.); sine loci nota (Lugduni) impensis et ex officina Nicolai Wolff a. 1500 die X m. Februarii (1501) in 8 (cf. Reichling, op. cit., V, n. 1562). *Postillæ in evangelia et epistolas de tempore et sanctis*, quæ fortasse idem sunt ac opus *Sermonum*, impressæ sine loci et typographi notis a. 1481 in fol., indicantur ab Hain ad n. 10394, et primum a Franc. Xav. Laire, Index librorum ab inventa typographia ad a. 1500, 2ª pars (Senonis 1791), p. 49, n. 22.

XIII. *Tractatus de animæ claustro* Nicolao de Lyra abiudicandus est; duo opera enim habent hunc titulum, sed alterum iam impressum inter opera Hugonis de S. Victore vel huic vel Hugoni de Folieto est tribuendum, alterum putatur Gulielmi Alverni episcopi parisiensis. Cf. Barth. Hauréau, Les Œuvres de Hugues de Saint-Victor Essai critique, Paris 1886, XX (pp. 155-64).

XIV. Libellus *de naturis rerum* et alter *de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis* spurii magis quam dubii esse videntur, spuria autem absolute opusculum *Prærogativæ gloriosæ virginis Mariæ* et *Expositio in hymnos ecclesiasticos*, cuius plures editiones sæc. XV (anonymas) recenset Hain ad nn. 6779-89, 6793-94.

XV. Duos tractatus *de cura clericali* et *de arte bene vivendi et bene moriendi* spurios censeo, quum eos a nemine alio auctori nostro tributos invenerim, et Sbaralea videatur eidem tribuisse ex catalogo « Bibliotheca Telleriana » male intellecto. In hoc enim (pag. 92) indicantur post *Nicolai de Lira Præceptorium*, et ita ut cum eo unica linea laterali comprehendantur: *Tractatus de arte bene vivendi et bene moriendi*, *Tractatus Corporis Christi quomodo Sacerdotes se debeant habere erga Eucharistiam consecrandam*, *Cura Clericalis*; sed horum opusculorum auctor nullo modo exprimitur, quum linea, qua cum *Præceptorio* coniunguntur, hoc tantum significet, ea cum *Præceptorio* simul esse compacta.

XVI. *Oratio seu meditatio super vita et gestis B. Francisci* composita probabiliter post *Postillam moralem*, impressa est primum Parisiis a. 1511 in « Firmamenta trium ordinum » initio partis primæ. Extat etiam ante opera seu opuscula S. Francisci edita Lugduni a. 1653 opera fr. Joannis de la Haye.

XVII. *Quodlibeta Henrici de Gandavo abreviata per Nicolaum de Lira* extant mss. sæc. XIV in bibliotheca Mazarina, n. 732.

Cf. Henri Labrosse, Recherches sur la vie et l'œuvre de Nicolas de Lire, in: École Nationale des chartes. Position des thèses soutenues par les élèves de la promotion de 1906 (Toulouse, Éd. Privat, 1906), pp. 129-39, sed præsertim in Études Franciscaines, XVI (1906) pp. 383-404, XVII pp. 489-504 et 593-608, XIX pp. 41-52, 153-75, 368-79.

MMCMLXXXIV.

NICOLAUS DE MATAFARIS Jaderensis patritia familia natus Ordinem Minorum amplexus est a teneris annis, in quo tantos doctrinæ, virtutumque progressus fecit, ut a Joanne XXII. ad suæ patriæ Archiepiscopatum an. 1333. promoveretur; cumque 33. annos sedem illam feliciter gubernasset, vitæ finem posuit an. 1366. ex Ughello to. 5. Ital. sac. in Jaderen. Archiepiscopis num. 17., vir autem doctrina longe clarissimus *elucubrationes* suas nuncupavit Bertrando de Podietto S. R. E. Card. Episcopo Ostiensi, et Joannis XXII. nepoti, inter quas refertur

Liber

Digitized by Google

Liber de Ecclesiasticis officiis, cui titulum fecit: *Thesaurus pontificalis;* qui vulgatus fuit Lutetiæ Paris. impensis Durandi Gerlier; et duo exemplaria mss. asservantur Parisiis in Biblioth. Colbert. teste Baluzio in notis ad Vitas Papar. Avenion. to. 1. col. 1418., et Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 960. cod. 2508.; de quo et Abbas Lucentius in Ital. sac. correcta, et restricta in Ostien. Episc. num. 56., et in Jaderen. Archiep. num. 17. An. 1350. interfuit Patavii translationi ossium S. Antonii Patavini a memorato [!] Guidone Cardin. Legato Apostolico factæ ex Guillelmo Cortusio lib. 10. de Novitat. Paduæ cap. 1. Nepotem habuit *Petrum*, qui ei in dignitate paulo post successit, decessitque an. 1399. ex cit. Ughello num. 19.

Non fuit Ordinis Minorum, quum in omnibus, et sane multis, monumentis suæ ætatis *Dominus* et *Decretorum Doctor* vocetur, nusquam vero *Frater*, qui titulus fere nunquam prætermitti solet, quando nominantur episcopi ex aliquo Mendicantium Ordine assumpti. Ceterum Nicolaus videtur obiisse non anno 1366, sed post diem 25 martii anni 1367, Petrus autem de Matafaris ex Ughello decessit ante annum 1399, ex Eubel post, scilicet anno 1400.

Cf. Dan. Farlati, Illyricum sacrum, v (Venetiis 1775), pp. 94 et 97; Conr. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, I (Monasterii 1898), p. 292.

MMCMLXXXV.

NICOLAUS MONTAPERTUS patritius Agrigentinus an. 1363. Bononiæ lauream *Doctoratus* accepit, ut ex literis apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. n. 47. et 48.; sed anno 1364. apud Waddingum ad eum annum n. 17. *Nicolaus Casucchi de Agrigento* Universitatis Parisiensis alumnus in multis generalibus studiis Professor legitur per Marcum Viterbiensem Ministrum Generalem magisterio donatus; et anno 1372. suæ Siculæ provinciæ Minister est constitutus ex Philippo Cagliola in Hist. ejusdem provinciæ Min. Convent. De eo sine dubio loquitur epistola Stephani Columnæ Simoni Archiepiscopo Mediolanen. data, quæ inter falso adscriptas Francisco Petrarchæ legitur ad calcem to. 2. Operum ejusdem Petrarchæ edit. Basileen. 1554., habetque: *Huc Magister Nicolaus de Sicilia nuperrime advenavit Ordinis Fratrum Minorum in sacris literis peritissimus Doctor, et in ceteris scientiis, in quibus fas est virum Christianum insistere, acutissimus speculator, et clarus instructor; ad quem velut ad fontem sitiens proposito meo inest de omni dubio, cum non dubitem multa occurrent, habere recursum, et super Apulejo ab ipso præsertim haurire sensum.* Cui Archiepiscopus Simon rescripsit: *hujus tamen vitii expiationis est remedii spes Magister Nicolaus de Sicilia in sacra pagina Magister in matre legum* (idest Bononia), *ubi annum totum legi, mihi notus, et tutamen tuum tutissimum erit, et salubre profugium de fonte ejus haurire, et sub mensa micas edere.* Porro iste est Simon Borsanus clarissimus J. C. an. 1370. factus Archiepisc. Mediolanensis, et anno 1373. S. R. E. Cardinalis. Nicolaus autem anno 1375. a Gregorio XI. die XI. kal. Novembr. legatus est Florentiam, cujus urbis civibus charissimus erat, ut eos ferocientes mitigaret ex monumentis Vatic. apud Bzovium ad eum annum. Hinc inter epistolas Lini Colucii Salutati Florentinæ Reipublicæ a Secretis Florentiæ anno 1742. a Rigaccio publicatas par. 2. pag. 25. legitur epist. II. data *Reverendo Magistro D. Fratri Nicolao de Agrigento Ordinis Minorum sacræ Theologiæ egregio professori patri meo carissimo. Venerabilis Magister; Scripsisti pluries, et post tuum discessum illo elegantissimo stylo tuo hanc urbem regiam pupugisti, salutaribus, et quantum in te est, validis, atque fidis rationibus ad pacem hos cives exhortans, quibus omnino nec publice, nec privatim exhiberi responsum indignum mihi visum fuit* etc. *Tibi tamen, et consiliis tuis patriæ nomine grates ago* etc. *Vale feliciter, vir optime, et me tamquam filio tuo ad placitum potiaris. Data Florentiæ nonis Novembris.* Anno 1376. assumptus est Episcopus Æmoniensis in Histria ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min., et postmodum ad Panormitanum Archiepiscopatum transfertur an. 1380., qua tamen dignitate se abdicavit, vel abdicare tentabat an. 1383. al. 1393. ex monumentis apud Rocchum Pirrum, et cit. Cagliolam. Hujus esse puto

Versus heroici, et sapphici in laudem S. Francisci, ejusque Stigmatum Nicolai Siculi Minoritæ antiqui incipientes: *Pulcher apex viridis stellatas surgit in arces:* quos castigatos, emendatosque vulgavit Fr. Augustinus Milius in fine sui *Dialogi de Monte Alvernæ* Florentiæ an. 1568. per Torrentinum, et Pectinarium socios. Cetera tanti viri temporum edacitas obliteravit, vel forsan latent.

Fr. Nicolai Siculi Ord. Min. doctissimi sac. Theologiæ Magistri meminit Francus Sacchettus illius seculi scriptor cap. 73. Novell., uti ejus, qui in publica concione quædam dixit de *cultus Salvatoris imagine* Lucæ posita.

Petrus de Alva et Astorga locis citatis nominat *Nicolaum de Agrigento* sed eius cognomen non exhibet, et ad num. 47 epistolam indicat Urbani V ad ministrum generalem Ord. Minorum pro magisterio eidem Nicolao conferendo, quam dicit datam anno 1363 quarto nonas iunii. Hanc autem epistolam datam esse a. 1364 et referri ad *Nicolaum Casucchi de Agrigento* patet ex Conr. Eubel, Bullarium Franciscanum, VI (Romæ 1902), n. 910. De *Nicolao Montaperto* nullam notitiam inveni, nec quomodo *Nicolaus Montapertus* et *Nicolaus Casucchi* confundi possint, scio. Ceterum 1. *Nicolaus Casucchi* constitutus est minister provinciæ siculæ non anno 1372, sed ante, quum in eo officio confirmatus fuerit a comitiis generalibus Neapoli habitis a. 1370; translatus est ad ecclesiam panormitanam a. 1377 die 18 februarii; in hac sede successorem habuit die prima iunii anni 1387, hinc paulo ante pontificatu abiisse videtur. 2. Simon de Borsano factus est archiepiscopus mediolanensis a. 1371, creatus autem cardinalis a. 1375. Cf. Eubel, op. cit., nn. 1335, 1461, et Hierarchia catholica medii ævi, I (Monasterii 1898), pp. 407, 348, 21.

MMCMLXXXVI. 1558.

NICOLAUS A MONTE = 3. Ordinis Claustralis, de quo Bordonus, Vernon, et Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

MMCMLXXXVII.

NICOLAUS MUTINENSIS provinciæ Bononiensis Min. Conv. sac. Theol. Magister anno 1488. cum Venetiis degeret inter alia a Ministro Gener. obtinuit, ut uteretur *camera ei a Dño Antonio Marino fabricata, et quod posset tenere unum fratrem Sacerdotem pro celebratione Missarum unius Cappellæ* ex Reg. Ord. sub *prov. S. Antonii* pag. 3. Romæ apud SS. XII. Apostolos extante: castigavit vero, emendavitque

Postillam, seu *Expositionem literalem, et moralem Nicolai Lyrani super Epistolas, et Evangelia quadragesimalia cum quæstionibus Fr. Antonii Minoritæ;* quæ prodiit Venetiis an. 1494. in 4. typis

Digitized by Google

pis Joan. Emerici Spirensis; extatque codex Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

MMCMLXXXVIII. 1559.

NICOLAUS MUTIUS = anno 1373. die 12. kal. Januarii a Gregorio XI. *commendam* quamdam accepit, et 11. kal. ejusdem mensis *Magisterii* lauream suscepit; insequentique die contra hæret. pravit. Veronæ *Inquisitor* constituitur ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum, qui et ejusdem meminit ad an. 1376.; hujus

Omneloquium S. Gregorii Papæ ms. in duos tomos maximos in fol. distributum, et *Gregorio XI. an.* 1372. dicatum habetur in Hispania in Biblioth. Toletanæ Ecclesiæ in membranis plut. 11. n. 15.; et ad calcem Operis ita legitur: *Explicit Omneloquium Beati Papæ Gregorii compilatum, et dicatum Sanctissimo Patri, et Domino, Domino Gregorio divina providentia Romano Pontifici dignissimo Papæ,* II. *Pontificatus sui anno, et ab Incarnatione D. N. J. C.* 1372. *per Fratrem Nicolaum Mutium de Venetiis Minorum Ordinis Professorem* etc., teste Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. in append.; quare cum errore scripserunt Rodulphius lib. 3., Gonzaga, Willotus, et Possevinus hunc floruisse *anno* 1238. decepti a codicibus Conformit. Bartholomæi Pisani impressis, et depravatis, ubi Confor. XI. par. 2. in prov. S. Antonii, ac loco *Venetiarum* autor ille suppar, vel æqualis habet: *inter alios fuit Frater Nicolaus Mutio, qui Opera B. Gregorii per materias distinguendo fecit Opus maximum multum pulchrum, et notabile, ipsumque Domino Gregorio IX. præsentavit:* cum sit legendum *Gregorio XI.* numeris transpositis; nam codex ms. Ferrarien. habet *Dño Gregorio* tantum.

Anno 1373 XII kal. ianuarii (21 decembris) Gregorius XI confirmat *quasdam gratias* Nicolao Mucio per Bertrandum titulo S. Priscæ presb. card. et Ordinis Minorum vicarium generalem de mandato eiusdem pontificis concessas die 14 ianuarii eiusdem anni. Anno item 1373 XI kal. *decembris* (21 novembris) idem summus pontifex mandat Francisco de Caronellis de Coneclano Ord. Min., magistro theologiæ, ut Nicolao Mucio magisterii honorem largiatur. Eodem anno, sed die ianuarii 13 ex Waddingo, 14 ex Eubel, Bertrandus supra memoratus instituit Nicolaum Mucium inquisitorem hæreticæ pravitatis in provincia S. Antonii Marchiæ Tarvisinæ, in civitate Verona etc., quod Gregorius XI confirmat mensis sequentis die 13. Cf. Conr. Eubel, Bullarium Franciscanum, VI (Romæ 1902), nn. 1319, 1313, 1247.

MMCMLXXXIX.

NICOLAUS N. Gallus sac. Theologiæ Doctor, et provinciæ Franciæ Minister edidit

Libellum adversus Declarationem Regulæ Minorum a Nicolao III. anno 1279. *factam;* existimavit enim esse contra mentem S. P. Francisci, qui *glossas* Regulæ suæ fieri prohibuit; quem *Libellum* circa an. 1287. damnavit Matthæus Aquaspartanus Ordinis Gen. Minister ex Chronicis antiquis apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 2. lib. 5. cap. 5., autore veteri *Speculi Vitæ B. Francisci, et sociorum* ejus pag. 212. edit. 1., S. Antonino Chron. tit. 24. cap. 9. §. 10., nec non autore Firmamenti 3. Ordinum par. 1. in *Matthæo Aquaspartano* Generali.

MMCMXC. 1560.

NICOLAUS DE NYSE = non *de Nicia,* ut inquit And. Rossottus in Syllabo Script. Pedemont. juxta pravam Horatii Diolæ Bononien. Chronicor. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 40. translationem ex Hispano; *prædicator famosus* dicitur ab autore coævo in *Memoriali* Ordinis sub XX. Vicario Gener. apud Firmamentum trium Ord. par. 1.; ex Canonico Constantiensi, et Episcopi illius Urbis Vicario factus Minorita asseritur in Annal. Min., eique vita functo positum est sequens *epitaphium* in Æde Capitulari Cœnobii Rothomagensis, quod refert Haroldus in Epitome dictorum Annalium ad an. 1509. n. 9., et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 392.

« Hic jacet Pater observantissimus cum scien-
« tia, tum virtutibus illustris Frater Nicolaus De-
« nisse, qui ob doctrinæ, morumque præcellentem
« eminentiam Guardianus, Custos, ac provinciæ
« Franciæ Vicarius pluries extitit. Post longam
« vero, quam nedum verbo, operibusque, sed et
« scriptis spectabilem duxit in Ordine vitam obiit
« anno Dom. MDIX. die XVIII. Maji.

Resolutio Theologorum etiam anno 1574. prodiit per *Hæredes Melchioris Sessæ.* ** *Resolutio Theologorum* prodierat ante Lugduni anno 1516. typis Simonis Bevilaqua in 8. **

Summa, seu *Gemma prædicantium* prodiit Parisiis 1522. per Joan. Parvum in 8.; et Rothomagi in 4. absque anno per Martinum Morin in tres partes divisa in *Ædificatorium spirituale, Destructorium spirituale,* et *Reparatorium.*

Sermones XII. *de S. P. Francisco.* Parisiis an. 1510. ex Joan. a S. Anton.

Sermones æstivi, et hyemales de Tempore; et

Hyemales Adventuales, et *per singulas Dominicas;* et

Quadragesimales per singulas ferias prodierunt singillatim primo Rothomagi, et Parisiis anno 1510. in 8. typis Francisci Reginaldi; postea simul Argentinæ an. 1510. in fol. per Joan. Bruniger. ** *Sermones de tempore hyemales* ab Adventu ad Octavam Paschæ cum *Sermonibus de Sanctis* editi sunt an. 1510. in 8. in oppido Hagenau per Henricum Gran. **

Sermones Sanctorum, et Evangeliorum communium incip. *Pro S. Saturnino:* prodierunt Parisiis in 8. absque anno typis Joan. Barbier ex Joan. a S. Anton. *Sermones* hyemales, et æstivales de Sanctis, et festis diebus J. Christi, et B. Virginis Argentinæ in fol. cum *Sermonibus æstivalibus de Tempore.*

Speculum mortalium cusum est Parisiis primum anno 1509., et 1518. in 8. per Franciscum Regnault; postea Lugduni an. 1519. in ædibus Jacobi Myt ex Indice Biblioth. S. Francisci Bononiæ. In laudem Operis cecinit, fecitque velut *epitomen Fr. Marinus de Voysins* Cœnobii Rothomagensis concionator versu non ineleganti cum *epistola* ad Fr. Joannem de Tecto Lectorem ejusdem Cœnobii.

De eo Rodulphius lib. 3., Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concion. cap. 87., et alii apud Arturum in Martyrol. Francisc. die 18. Maji §. 7., et postremo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 391., qui errat, dum putat Bosium lib. 6. de signis Ecclesiæ cap. 4. locutum esse de hoc, aliisque duobus Minoritis, cum ibi loquatur de *Alexandro Halensi, Alberto Magno,* et *D. Thoma Aquinate;* error fluxit a Possevino ad Waddingum, et ex illo ad istum.

Ex Beuzeville pago diœcesis Constantiensis (Coutances). *Opus in quatuor libros Sententiarum* seu *Resolutio Theologorum* excusum est sine loci et anni notis, cum insigni Martini Morin typographi rotomagensis ex. sæc. XV et in. XVI, in 8 (Hain, Repertorium Bibliogr., n. 13877); Rothomagi

opera

Digitized by Google

opera Martini Morin a. M.cccc.iiii in 4, et 1506 in 8; praterea prodiit (cum vita quambrevissima auctoris per Fr. Natalem Tallepied) Parisiis, Apud Gulielmum Chaudiere, M.D.LXXIII. in 8 (Romæ in biblioth. Nationali) et Apud Michaelem Sonnium M.D.LXXIIII. in 8 (Romæ in Alexandrina), quæ tamen editio eadem est ac præcedens; quod idem dicendum puto de editione extante in bibliotheca nationali parisiensi: Parisiis, G. Chaudière, 1574, in 8.

Gemmæ prædicantium (cuius singulæ partes varios tractatus, non autem sermones, complectuntur) editio basileensis anni 1508 excusa est arte Jacobi de Pfortzen in 4 (Panzer, Annales typographici, IX. 391. 66); editio parisiensis impensis Johannis Petit prodiit a. 1522 die XXIII m. februarii (st. vet., hinc a. 1523), et editio brixiana anni 1585, saltem iuxta exemplar biblioth. Alexandrinæ, apud *Petrum* Bozzolam. Hoc opus Martinus Morin Rothomagi impressit absque anni nota (circa a. 1500 vel paulo post) bis, altera vice in 4, altera in 8 (Pellechet, Catalogue des incunables des bibliothèques publiques de France, III, Paris 1909, nn. 4192 et 4191). — Aliæ editiones: Ere.... Petri Regnault, Cadomensis Universitatis bibliopole .... opera Petri Olivier a. 1506 die XV martii (1507) in 4, sine loci nota, sed Cadomi; - Impensis Francisci Regnault Parisius commorantis, sine anno et loco (Parisiis), in 8.

Sermones duplices pro toto aduentu ac simplices pro residuo temporis tam pro dominicis quam feriis a principio aduentus usque ad dominicam post octauam pasche. Rothomagi ab honesto viro magistro martino morin impressi Anno domini millesimo ccccccviij. die vero xxvij. mensis januarij. (1509) in 8. (Romæ in Alexandrina). - Parisius ere et expensis... Francisci Reginaldi [Regnault] ... anno 1510 die XXVI Januarii (1511) par. 2 in 8 (pars 2ª ibidem).

Sermones residui, a secunda dominica post Pascha usque ad Adventum, per Martinum Morin ante Divi Laudi ecclesie valvas [Rotomagi] commorantem hac maii III... perfecti anno 1509. in 8. - Expensis Francisci Reginaldi Parisius per Joannem Barbier... decima die mensis maii... peracti an. 1510. in 8.

Sermones... de solemnitatibus christi, ac intemerate eius matris, omniumque sanctorum per totius anni circulum, cum sermonibus super euangelia de communi sanctorum, quibus premittuntur materie quedam communes de aduentu domini.... rothomagi... ab honesto viro magistro martino morin impressi anno domini 1507 die xxvij. mensis martij. ante pascha (1508) in 8 (Romæ in Alexandrina). - *Sermones sanctorum euangeliorumque communium.* Parisius per Johannem Barbier... pro Francisco Regnaut (sic), s. a. (verisimiliter a. 1510 vel 1511) in 8. - *Sermones de sanctis anni per speram occurrentes, ac super euangelia de eorumdem communi aliique quamplurimi.* Rothomagi per Martinum Morin a. 1510 die XIX mensis martii (1511) in 8. (Romæ in Vallicellana). Editio quoad sermones valde diversa a rotomagensi prædicta, continens sermones XII brevissimos de S. Francisco, quos puto numquam separatim excusos esse.

Sermones de tempore hyemales. In Aduentu per singulas Dominicas et ferias sermones duplices in Quadragesima pariformiter per singulas ferias. - Sermones Estivales de tempore. - Sermones de Sanctis Hyemales, Estivales (et de festivitatibus J. Christi, et B. V.) In oppido Hagenau expensis Joa. Rynman in officina Henrici Grau a. 1510 die 10 Januarii, die s. Dorothee virg. atque mart. [6 Febr.], die 19 m. martii; voll. 3 in 4 (cf. Stevenson Enr. Giuniore, Inventario dei libri stampati Palatino-Vaticani. Vol. I Par. II, Roma 1889. nn. 2118 b, 2117 a, 2119). - Iidem omnes. Expensis Antonii Koberger de Nurenberga in officina Joannis Gruninger Argentinæ a. 1510 in vigilia Joannis baptiste, in vigilia sancti Bartholomei apostoli, in profesto Nativitatis Marie; voll. 3 in fol. (Panzer, XI. 358. 178. 178b. 178 c.).

Opus super quattuor novissimis cui Speculum mortalium titulus prefertur. Rothomagi, Martinus Morin, 1506 XV februarii (1507) in 8. - .... *Sequuntur alique breves questiones sermocinantibus satis oportune ab eodem patre* [Nic. Deniise] *et diversis doctoribus excerpte, partim his quattuor novissimis partim diversis aliis materiis applicabiles.* Parisius pro Francisco Regnault a. 1507 die XV octobris in 8. - Parisiis pro Francisco Regnault a. 1509 die X Decembris in 8 (Romæ in Alexandrina). - Parisiis pro Joanne Parvo a. 1518 die 23 decembris (ibidem). - Expensis Constantini Fradin Lugduni in ædibus Jacobi Myt a. M.CCCCC.XIX. decimo quinto m. febr. die (1520) in 8 (ibidem).

Cf. Frère Éd., Manuel du bibliographe normand, I, Rouen 1858, pp. 338-339; Catalogue général des livres imprimés de la Bibliothèque Nationale. Auteurs. Tome XXXVIII, Paris 1909, coll. 636-641.

MMCMXCI. 1561.

NICOLAUS OCCAMUS = de quo Pitseus, Fr. Angelus a S. Francisco, et Joan. a S. Anton., uti Waddingus, habent. In Bibliotheca Florentina S. Crucis scam. 32. versus Ecclesiam n. 369. extat codex antiquus ms. in 4. incipiens: *Veteris, ac novæ legis* etc. *Quæritur de subjecto Theologiæ* etc.: in cujus fine legitur: *Explicit Lectura super primum Sententiarum ordinata a Fr. Nicholao de Anglia Ordinis Minorum*: estque brevis expositio; quam sequitur *Lectura super secundum Sententiarum ab eodem edita* incip. *Utrum mundus sit æternus. Et quod sic videtur per Aristotelem:* quas quidem hujus Nicolai esse puto.

Codicem ms. indicatum a Sbaralea inter codices bibliothecæ S. Crucis in Laurentianam translatos et ab Angelo M. Bandinio in Catalogi codicum latinorum biblioth. Mediceæ Laurentianæ tomo IV descriptos non inveni. Cantabrigiæ inter libros mss. Collegii Caio-Gonvilensis extat *Nicolai scriptum super 2 et 3 sententiarum* (Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ, Oxoniæ 1697, to. I par. III, n. 787; Montague Rhodes James. A descript. catalogue of the mss. in the Libr. of Gonville and Caius College, Cambridge 1907, p. 365 n. 319). Utrum Nicolao de Ocham sit adscribendum, nescio.

Eius *Quodlibeta*, quæ Jo. Lelandus in Commentariis de scriptoribus Britannicis non memorat, servantur Asisii in Bibliotheca civica, ms. 158, de quo videsis Leto Alessandri, Inventario dell'antica biblioteca del S. Convento di S. Francesco in Assisi compilato nel 1381 (Assisi 1906), pp. 110-11 et 202.

Apud Lelandum, op. cit., II, Oxonii 1709, p. 325 ita legitur: « Scripsit etiam libellum *De latitudine oppositionum*, ingeniosi judicium astrologi » (ubi forte *indicium* legendum est iudice ipso editore). Ex his verbis perperam Jo. Baleus, Scriptorum illustrium maioris Brytanniæ Catalogus (Basileæ 1557-59), par. I p. 395, duo opera distinxit, eumque secuti sunt Henr. Willot (Athenæ orthodoxorum Sodalitii Franciscani, Leodii 1598, p. 284), et Jo. Pitseus (Relationum historicarum de Rebus Anglicis t. I, Parisiis 1619, p. 410), a quo, ut videtur, exscripsit Waddingus.

In bibliotheca nationali parisiensi, ms. lat. 14565, fol. 173 verso extant *Fratris Nicholai minoris replicationes*; Vigorniæ in ms. Q. 74 bibliothecæ ecclesiæ cathedralis *Sermones Ocham*, incipientes *Veritas de terra orta est... Veritas ante lapsum primi hominis* (J. Kestell Floyer, Catalogue of mss. preserved in the Chapter Libr. of Worcester Cathedral, Oxford 1906, pp. 147-148), qui non sunt Gulielmi de Ockam. An hæc opera adscribi nostro Nicolao possint, viderint viri eruditi.

Claruit exeunte sæculo XIII, non anno 1320.

Conferantur Th. Tannerus, Bibliotheca Britannico-Hibernica, Londini 1748, p. 556; A. G. Little, The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, pp. 158, 229, et in Dictionary of national biography, XLI, London 1895, p. 350.

MMCMXCII.

NICOLAUS OLIVI BETTONENSIS Umber Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, Veneti Gymnasii Regens, et Asisiensis Cœnobii Custos, ut vocant, a Leone X. an. 1515. dicitur Episcopus Asisiensis renunciatus, ac anno 1526. vivendi finem fecisse; cum tamen Catalogus illius Ecclesiæ ab Ughello to. 1. Ital. sac. publicatus hunc inter Antistites non habeat, potius Coadjutorem, ac *Suffraganeum*, ut ajunt, quam Episcopum extitisse puto. Reliquit post se, cum esset verbi Dei concionator egregius,

Propositiones Theologicas super Evangeliis annuis, teste Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbris apud Coronel. Biblioth. univ. to. 5., cujus meminit et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1515., et autor Collis Paradisi. V. *Nicolaus Veronensis*, quem non alium exputo ab isto, vel *Ferragatto* superiori.

MMCMXCIII.

Digitized by Google

MMCMXCIII. 1562.

NICOLAUS ORANUS = Leodiensis Belga, et Strict. Observ. Reform., suique Conventus Leodiensis, et Luxemburgen. *Guardianus.*

Conciones de Adventu num. 23. *Exilium generis humani* etc. vulgavit Montibus apud Lucam Rivium.

Conciones num. 30. *de Judæ proditoris apostasia* prodierunt Antuerpiæ anno 1611. apud Gasparum Bellerum in 8. ex Indice Biblioth. S. Franc. Bononiæ, et ex Joan. a S. Anton. to. 2. Hujus Operis in fronte legitur *Anagramma* de eo: *Salvus in corona* etc. carmine hendecasyllabo expressum a *Fr. Francisco Orano* Minorita autoris fratre germano.

Conciones quadragesimales de conversione D. Pauli Apostoli tit. *Beniamin Evangelicus.* Coloniæ tomis 2. in 8. an. 1624. apud Joan. Kinckium ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 392.

Conciones de conversione Cornelii Centurionis. Montibus Hannoniæ an. 1632. in 8. ex eodem Joan. a S. Anton.

Concionem trium horarum Passionis Domini. Coloniæ 1634. ex Dupino sec. XVII.

Commentaria in Matthæum, Lucam et Joannem scripsisse tradit Crowæus pag. 275. sui Elenchi. De hoc Scriptore agit et Petrus de Alva col. 1107. Militiæ.

Aliud eius opus:

Oratio moralis et historia latine concepta et gallice pronunciata in honorem D. Alberti S. R. E. Cardinalis necnon Ecclesiæ Leodiensis episcopi et principis, ac tandem pro ecclesiastica libertate gloriosissimi martyris, in templo nobilium domicellarum collegii S. Aldegondis, Malbodii, dum solemniter eiusdem martyris reliquiæ a Rhemis in Belgium reducerentur.., postera die quam ab Avesnis adventassent 4 decembris a. 1612. Duaci apud B. Bellerum 1613. in 4 (pp. 22).

Obiit Namurci a. 1634. Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885). pp. 174-76.

MMCMXCIV. 1563.

NICOLAUS DE ORBELLIS = de quo Trithemius in Scriptor. Eccles. agit, aitque floruisse anno 1445., et Marianus apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 3. cap. 38., aliique post istos, quos inter Possevinus in Appar. sac. to. 2. imposuit Waddingo; non enim Thomas Bozius de Sign. Eccl. ea, quæ Waddingus refert, de hoc *Nicolao,* alioque *de Nyse,* ac *Stephano Brulifero* pronunciat; sed *de Alexandro Alensi, Alberto Magno,* et D. *Thoma Aquinate* dicit. Jacobus quidem Philippus Bergomas in Supplem. lib. 15. ad an. 1454. de eo ingenti cum laude scribit, *Turonensem,* et sac. Theologiæ *Magistrum* appellans; de quo etiam puto loqui Marcum Ulyssipon. cit. lib. 7. cap. 32.

Comment. in 4. *libros Sententiarum* prodierunt primum Parisiis an. 1498. in 4. per Felicem Balligaut opera Lodoici Honnonii Nervii; 1498. in fol. per Joan. Richard ait Joan. a S. Anton. to. 2., sed puto leg. *Jo: Picardum* Minoritam, qui eo tempore fecit *Resolutiones* in hoc opus; Lugduni in 8. per Lodoicum Honnovium, nec non Haggenoæ an. 1503. in 4. apud Henricum Gran, et iterum Lugduni eodem anno 1503. in 8. apud Franciscum Fadin; deinde Venetiis an. 1507. in 4. per Lazarum Soardum cum textu Magistri Senten., iterumque Parisiis anno non 1411., ut Waddingus, et Joan. a S. Anton., sed 1511. in 8. apud Joan. Parvum; et tandem iterum Parisiis 1517. in 8. per Franciscum Regnault. Hoc Opus *insignissimum, et prope divinum* dicit laudatus Bergomensis; scriptumque fuit sub *Paulo II.,* nam in 4. dist. 45. q. 3. adducit autor privilegium *Pauli PP.* anno Domini MCCCCLXV. datum; quem dicit *Papam modernum,* hoc est regnantem. In fine vero lib. Sentent. edit. Paris. 1498. habetur: *Explicit primus Sent. Magistri Nicolai de Orbellis Ordinis Minorum provinciæ Turoniæ, et Conventus Cholleti per eumdem compilatus anno Domini millesimo quadrigentesimo . . .* Tabulam Operi adjecit *Fr. Thomas Sylvestri* Ord. Min. in sac. Theologia Baccalaureus, et editionem curavit Fr. Joan. Alexander Ordinis Min. Observ. cum Elogio Lodoici Honnonii Nervii. Ad calcem tandem ejusdem Operis additus est

Tractatus declarationum quorumdam terminorum secundum doctrinam illuminati Doctoris, scilicet *Francisci Mayronis:* estque Declaratio *divinorum nominum, et attributorum* incip. *Ut noviter ad facultatem* etc.; idque tam editioni 1498., quam 1511., ut suspicari merito quis possit hujus autoris esse et hunc *tractatum.* Tandem in hujus Nicolai Opus 4. Senten. *Resolutiones aureas* effecit Fr. *Joannes Picardus* Minorita circa an. 1500.

Super Sententias compendium singulare elegantiora Doctoris subtilis dicta summatim comprehendens. Lugduni an. 1503. in 8. apud Franciscum Fadin; deinde Parisiis anno 1517. in 8. per Franciscum Regnault, teste cit. Joan. a S. Anton.

Super Summulas Petri Hispani ad mentem Scoti recognitum a Fr. *Petro Parmensi* Reg. Observ. impress. Parmæ an. 1482. in 4. impensis Damiani de Moyllis, et Joan. Antonii de Montalli, quæ editio habetur Bononiæ, et Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, citaturque ab Orlando de Orig., et progr. Typogr.; nec non Venetiis an. 1516. in 4. per Lazarum Soardi correcta, notulisque margineis aucta per *Fr. Hieronymum Cybellum* ejusdem Ordinis provinciæ S. Antonii, quæ habetur Florentiæ apud nostros.

Logicæ Summula cum Petri Hispani textu, aliisque quibusdam. Venetiis an. 1489. in 4. per Bernardinum de Choris Cremonensem ex cit. Orlando, et Simonem de Luere; extat Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaven.; 1487. ait Jo: a S. Anton. ** *Summula Logicae cum textu* etc. Venetiis per Albertinum Vercellen. anno 1500. in 4. **

De scientia mathematica, et physica. Bononiæ an. 1473. in fol. per Baldasarrem de Azzoguidis, et an. 1485. in 4. per Henricum de Harlem, et Matthæum Crescentinum; qui eodem anno excuderunt etiam

Expositionem ejus *in* 12. *libros Metaphysices secundum viam Scoti* ex cit. Peregrino Orlando par. 2. pag. 273., cum Elogio metrico Petri Almadiani Viterbiensis Philosophi. *Metaphysica* ejus cum Compendio *Mathematicæ* prodiit Parisiis 1605. in 8. in Gymnasio Speculativo Augustini Gothutii clas. 3.

Comment. in libros Arist. de anima legitur excusus Basileæ an. 1542.; quod tamen ait Waddingus prodiisse ibidem, nempe Basileæ an. 1542. ap. Gregorium de Gregoriis, error est, et legendum Venetiis an. 1492., quo loco, et tempore fratres de Gregoriis excudebant.

De scientia mathematica, physica, de anima, de cælo et mundo, metheoris, Metaphysica, ac *Ethica* prodiit Basileæ an. 1494. in 4. per Michaelem Furter; et iterum anno 1503. in 4. etiam cum *Logica* ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Ferrariæ.

Digitized by Google

riæ. Ejus *Physicam* adducit autor suppar Stephanus Brulefer q. 1. prol. lib. 1. Report. Theolog.

Tractatum hujus autoris *de successione* citat Thomas Elysius Ord. Prædic. in suo *Piorum Clypeo* art. 3. q. 50. *de donatione Constantini* Imper.; et

Librum de casibus conscientiæ ei attribuit Rodulphius lib. 3., et Possevinus in Appar. sac. to. 2. Agit quidem de hoc scriptore Oudinus to. 3. ad an. 1450. Comment., sed parum critice.

Commentarii in quatuor libros Sententiarum idem sunt atque *Compendium super Sententias*, quod incipit *Post brevem compilationem logicæ physicæ et ethicæ secundum opinionem doctoris subtilis*, prodiitque: 1. Parisii opera Felicis Balligault impensis Joannis Richardi Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimooctavo decimo Duodecimo [*sic*] Calendas Octobris, in 8 (Castan Aug., Catalogue des incunables de la bibliothèque publ. de Besançon, Besançon 1893, n. 731; Copinger W. A., Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum, I, London 1895, n. 12047; Proctor R., An Index to the early printed books in the British Museum, par. I, London 1898, n. 8261); — 2. Rothomagi opera Martini Morin expensis Joannis Alexandri *librarii*, sine anni nota (c. 1499), in 8 (Hain, Repert. Bibliogr., n. 12045; Romæ in Casanatensi); — 3. Hagenoæ opera Henrici Gran expensis Johannis Rynman anno MDIII in vigilia conversionis Pauli (24 ian.), in 4 (Panzer, Annales typographici, VII. 68. 15); — 4. Lugduni opera Francisci Fradin eodem anno, in 8 (Panzer, XI. 443. 35); — 5. cum Petri Lombardi textu Venetiis per Lazarum Soardum die 23 Martii 1507, in 4 (Romæ in Alexandrina); — 6. Parisiis pro Joanne Petit 1509, in 8 (Panzer, VII. 538. 329); — 7. Parisiis per Joannem Barbier expensis Joannis Petit, Joannis Frellon et Francisci Regnault 1511 XVI kalend. iuniarum, in 8 (in Alexandrina); — 8. Parisiis impensis Francisci Regnault 1515 die ultima Julii, in 8 (Romæ in Nationali); — 9. Parisiis impensis eiusdem a. 1520 (in fine: 1521 die octava m. Maii), in 8 (in Casanatensi). Ex præfatiuncula Lodoici Honnonii Nervii non apparet eius opera hoc *Compendium* editum esse. *Declarationes quorundam terminorum theologalium secundum doctrinam illuminati doctoris*, quæ probabiliter in omnibus *Compendii* editionibus accedunt, in subscriptione finali editionis Lazari Soardi anni 1507 nostro auctori tribuuntur.

Opus *super Summulas Petri Hispani* et *Logicæ Summula* unum idemque sunt. Incipit: *Quoniam teste sapiente proverbiorum 22° adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea, utile est volentibus studere doctrinam doctoris subtilis Scoti*. Præterquam Parmæ a. 1482 (Hain, 12043), Venetiis a. 1489 (Hain, 12051), quæ editio non est in 4 sed in fol., Venetiis a. 1500 (Hain, 12052) et a. 1516 (in Casanatensi), prodiit Basileæ per Michaelem Furter a. 1494 in 4 (Hain, 12044) et sine typographi nota a. 1503 in 4 (in Casanatensi).

De scientia mathematica et physica et *Expositio in 12 libros metaphysicæ* ad unum opus pertinent in tres partes divisum, quod inscribi potest *Compendium mathematicæ, physicæ et metaphysicæ*. Prodiit *primum* Bononiæ a. 1485 (Hain, 12050), neque ulla ex eius partibus antea excusa esse videtur. In hac editione pars secunda complectitur compendium librorum physicorum, de cœlo et mundo, de generatione et corruptione, de anima, non vero compendium librorum metheororum, quod tamen additum est, ut post metaphysicam ethica, in editionibus basileensibus anni 1494 (Hain Copinger, 5864), et 1503 (Panzer, VI. 177. 25). Editio anni 1542 basileensis vel veneta *Compendii librorum de anima* nescio an extet; non extat certo veneta anni 1492. Ceterum Sbaralea nimis facile pro anno 1542 censuit legendum esse 1492, quum Gregorium de Gregoriis libros excudisse constet saltem usque ad a. 1528 (cf. Panzer, VIII. 506. 1435). Ex superius dictis vix notandum est Waddingum haud recte loqui, cum tribuit Nicolao *Compendium tripartitum in mathematicam, ethicam, et theologiam*.

Sermones in epistolas quadragesimales impressi Lugduni a. 1491, quos vidi in Casanatensi, auctorem habent Petrum de Orbellis, non Nicolaum. Cf. Copinger, I, n. 13627.

MMCMXCV.

NICOLAUS OUDARTUS edidit

Facta sacra; quæ citat Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Octob. §. 15.

Nicolaus Oudaert Bruxellensis, auctor operis « Ephemerides ecclesiasticæ, seu *Fastorum* sacrorum Compendium » (Antuerpiæ, Ex officina Plantiniana, Apud Joannem Moretum, 1601, in 12), non fuit Ordinis Minorum, sed ex eodem libro ecclesiæ Metrop. Mechliniensis Canonicus et Officialis. Arturus a Monasterio l. c. eum nominat inter scriptores, quorum plerique franciscani non sunt, neque eum franciscanum dicit.

MMCMXCVI.

NICOLAUS PATAVINUS scripsit, certe ante annum 149..,

Tractatum de Immacul. Conceptione, ut ex Bernardino Busto, et Antonio Daza habet Petrus de Alva col. 1107. Militiæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Petrus de Alva l. c. ait: « scripsit de Immaculata Virginis Conceptione, ut refert Ant. Daza c. 6. fol. 53. ex Bust. serm. 7 de Concep. » At Bernardinus de Busti in Mariali (Mediolani 1493) serm. cit. hæc tantum habet (in fine primæ partis): *licet in eius vita* (Fantini episcopi patavini, defuncti ante d. 9 martii anni 1459) *hec eius visio* (pro immaculata Virginis conceptione) *non fuerit alijs publicata, tamen post mortem suam frater Nicolaus de padua nunc professus ordinis minorum tunc autem eius vicarius et doctor: omnia hec fidelissime exposuit, asserens se a prenominato domino episcopo hanc visionem non sine magna lacrimarum effusione propriis auribus audisse*. Cf. supra ad num. MMCMLXIV.

MMCMXCVI bis.

NICOLAUS PILIUS a S. Cassiano Tuscus edidit in fine seculi XV.

Declarationem circa conclusiones aliquot Hieronymi Savonarolæ, et experimentum ignis.

MMCMXCVII. 1564.

NICOLAUS A POCULIS =

MMCMXCVII bis.

NICOLAUS A PODIOBONITIO oppido ditionis Florentinæ scripsit italico culto sermone

Peregrinationem suam ad Loca sancta Palæstinæ, quam suscepit an. 1342. usque ad annum 1345. Habetur codex ms. membr. Perusii apud patritiam familiam Gratiani, et in Riccard. Florentiæ.

Libro d'oltramare di Fra Niccolò da Poggibonsi pubblicato da Alberto Bacchi della Lega. Bologna presso Gaetano Romagnoli (Tipi Fava e Garagnani) 1881 voll. 2 in 16 (Scelta di curiosità letterarie inedite o rare dal secolo XIII al XVII, Disp. CLXXXII-III). Editus est ex codice 1279 bibliothecæ Riccardianæ florentinæ omnium optimo, collatis tamen novem aliis florentinis codicibus. Hanc totius operis editionem (de qua videsis C. Desimoni in Giornale Ligustico di archeologia, storia e letteratura, X, Genova 1882, pp. 130-150) præiverant duæ nonnullarum partium cura Francisci Zambrini, altera capitulorum III-XI cum titulo *Viaggio da Venezia a Gerusalem* (Imola, Tipogr. d'Ignazio Galeati e Figlio, 1872; in 8), altera capitulorum CLII-CLVII cum titulo *Damasco e le sue adiacenze nel Secolo* XIV (Imola, Galeati, 1878, in 16). Nicolaus, ut ipse affirmat capit. III, profectus est Venetiis in Palæstinam die 6 aprilis a. 1346.

Cf. R. Röhricht, Bibliotheca geographica Palæstinæ, Berlin 1890, n. 1345.

* NICOLAUS QUARTUS = V. *Hieronymus Picenus*, al. *Asculanus*.

MMCMXCVIII.

NICOLAUS RADULPHI Gallus, qui an. 1415. a Patribus Concilii Constantiensis constitutus est *Vicarius Gener.* Fratrum Reformat. Regul. Observ. trium provinciarum Franciæ, Turoniæ, et Burgundiæ ex ejusdem Concilii Decreto pro dictis Fratribus edito, a Mariano Florentino apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. iis viris accensetur,

Digitized by Google

setur, qui scientia illustres plurimum suis *scriptis* Franciscanum Sodalitium illustrarunt, tametsi quid scripserit, non exposuit. Verisimile tamen est, eum edidisse *Tractatum* illum, cui titulus est:

Querimonia proposita in Concilio Constantiensi an. 1415. *a Fratribus Reform. Reg. Observ.* Gallicis trium provinciarum Franciæ contra Communitatem Ord. Min. incip. *Reverendissimis in Christo Patribus;* quæ legitur in Monumentis Ord. tract. 2. edit. Salmantic. 1511., et in Firmamento 3. Ordin. par. 3. edit. Venetæ an. 1514. impressa.

MMCMXCIX. 1565.

NICOLAUS RAMOS = natus anno 1531. Villasabæ diœcesis Palentinæ oppido, in Cœnobio Pinciano Ordinem S. Franc. Regul. Observ. professus est, ubi et Theologiam docuit, totique provinciæ præfuit ex An+. Daza Hist. Francisc. par. 4. lib. 1. cap. 12.; anno vero 1588. factus est Episcopus *Portus divitis* in insula Cuba Americæ a Sixto V. ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva, et Astorga in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1587. num. 25.; deinde ad Archiepiscopatum *S. Dominici* vulgo insulæ Hispaniolæ in eadem regione translatus invenitur an. 1596., quo titulo citatur ejus *Assertio vulgatæ* etc. ab eodem Anton. Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

Assertionis veteris vulgatæ editionis altera pars fertur prodiisse Pinciæ anno 1577. in 4. apud Didacum Fernandez ex autore Biblioth. Hispan. pag. 123., cum *Prima pars* prodierit Salmanticæ 1576. in 4. per Matthiam Gastium ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Contra eum an. 1579. scripta est *Admonitio Jodoci Tiletani,* tamquam in illum, et Gulielmum Lindanum calamum strinxisset Ramos lib. 2., ut habet Possevinus in Appar. sac. v. *Gulielmus Lindanus.* Obiit anno 1597., non 1576., ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2. De eo Cimarella par. 4. Chron. S. Franc. lib. 9. cap. 75., et Ægidius Gonzalez to. 2. Theatri Eccles. Indiarum pag. 265.

Ex Conr. Eubel (Hierarchia catholica medii ævi, III, Monasterii 1910, p. 201) translatus est ad archiepiscopatum S. Dominici a. 1592 die iulii 13.

MMM. 1566.

NICOLAUS ROCHAIM = Rodulphius lib. 3., et cum eo Willotus dicunt *Bocham;* Gonzaga vero *Rocham;* Possevinus in Appar. sac. modo *Bochan,* et modo *Rocham* appellat; sed nemo eorum ait, quo tempore scripserit, et cujus regionis fuerit; hinc Waddingus hunc inter ignotæ regionis scriptores collocavit. Errat Joan. a S. Anton. to. 2., dum ait, hunc laudari a Pisano.

* NICOLAUS DE ROMANIS Auximanus nobili familia satus, sac. Theol., ac U. J. peritus, rebusque magnis idoneus an. 1376. erat in pretio, et a Secretis Gregorii XI., qui eum præter conditionis suæ statum creavit Archidiaconum Vercellensem, et Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis Aquilejen.; Sacerdotiisque pinguibus donavit in Ecclesiis Concordien., Raven., Tarvis., et Nicosien., addita facultate testamento legandi ex perceptis fructibus, quæ placeret. Sub Martino V. legatione functus est in Syriam, unde post triennium regressus obiit Romæ sepultus apud suos Consodales in Templo Aracœlitano: inquit Waddingus ad an. 1376. n. 12. ex Rodulphio lib. 3. Hist., et mss. Monum. Auxim.; additque multa scripsisse, quorum Catalogum se intexturum, cum de Scriptoribus Ordinis Opusculum ordiretur, quod tamen omisit; Cœnobioque Auximano præter alia legasse xv. volumina sacrorum Bibliorum, et illius Ædis Præfectum sui testamenti scripsisse executorem; de quo forsan loquitur et ad an. 1292. num. 25., ubi de Conventu Auximano Minorum Conventual. disserens ait, ibi claruisse *Magistrum Nicolaum, qui quædam reliquit posteris sui ingenii monumenta.* Servatur Auximi in Arch. Minor. Convent. hujus *Nicolai* testamentum factum Avenione 26. Novembris an. 1373., in quo dicit se Archidiaconum de Andorra in Ecclesia *Urgellen.;* nihil tamen habet, quo erui possit fuisse Minoritam, quamvis illi Ordini addictissimus esset, cujus amoris plura signa dedit in suo testamento, Cœnobioque Auximano præter *quindecim volumina diversorum librorum bibliæ glossatorum* reliquit etiam pecuniam *pro porticibus, et Capitulo, aliisque ædificiis dicti loci.*

MMMI.

NICOLAUS SENENSIS juxta id, quod refert Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1266. n. 19., scripsit

Sermones super Epistolas, et Evangelia Quadragesimæ; quod et notavit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Min. par. 3. tit. 1. ser. 4., sed agnomen, et quo tempore claruerit, non expromunt. Duos ego ex monumentis Cœnobii Senensis Min. Conv. invenio hujus nominis vixisse sub initium seculi xv. patria Senenses *Nicolaum de Piccolhominibus,* et *Nicolaum Bertuldi,* utrumque sac. Theol. *Magistrum* an. 1402. cum aliis *Fr. Bernardinum* Senensem, qui postea SS. fastis adscriptus est, eidem Conventui aggregasse, et an. 1413. eumdem Fr. Bernardinum jam celebrem concionatorem in *Discretum Conventus* acceptasse: quo anno *Mag. Nicolaus Bertuldi* asseritur *Socius* Reverendissimi P. Generalis Ministri; idemque anno 1418. extitit *Theologus Pisanus;* et anno 1426. provinciæ Tusciæ *Minister;* ejusque memoria dicitur haberi usque in annum 1444. *Magister Nicolaus Bertoldi Senensis* an. 1409. interfuit Concilio Pisano ex Actis nuper Lucæ vulgatis in to. 3. Supplem. ad Conc. Labb. col. 1138. Quis autem horum dicendus sit autor *Sermonum* prædictorum, non meum est divinare. Joan. a S. Anton. to. 2. recenset hunc ex Terrinca.

** *Nicolai Bertuldi Sermones varii,* seu *Silva Sermonum* extat ms. in Biblioth. S. Francisci Senensi. **

Waddingus loco cit. hæc tantum habet: *In hoc Conventu* (Bettoniensi) *floruerunt frater Joannes de Laudibus..., et quidam Nicolaus, qui in Epistolas et Evangelia quadragesimalia scripsit sermones.* De Nicolao Senensi scriptore in Annalibus Minorum, teste Syllabo eorumdem universo, non agit. Cf. supra ad num. MMCMLXIX.

MMMII.

NICOLAUS DE SOKOLNIKI Polonus, et, ut conjicitur, Cracoviensis Regul. Observ. scripsit

Nonnulla ad Vitam B. Simonis a Lepnica pertinentia, (et forsan alia sui Ordinis) circa finem seculi xv., vel initio xvi. Citantur mss. ab Act. SS. Continuat. Bolland. ad d. 18. Julii in Comment. prævio §. iv., ubi dicitur obiisse anno 1522. Cracoviæ.

Libellus, quem in Actis Sanctorum, Julii tomo iv (Antuerpiae 1725), pp. 529-570 edidit Guilelmus Cuperus, quemque inscripsit

Digitized by Google

inscripsit *Miracula* (Simonis de Lipnica) *collectore Nicolao Sokolnikio Ord. Min.*, a Sokolnikio neque scriptus neque collectus est; tantummodo ms. originalem Cracoviensem, cuius apographo usus est Cuperus, Sokolnikius aliquando possedit, ut patet ex ipso ms. nunc Leopoli in conventu Patrum Bernardinorum extante, eique circa annum 1517 manu propria addidit tria brevia capitula (187-189). Cf. Analecta Bollandiana, XVIII (Bruxellis 1899), pp. 270-271.

MMMIII.

NICOLAUS SPECIALIS Netinus in Sicilia generosa familia genitus scripsit sub Joan. XXII., et Bened. XII.

Historiam Siciliæ suorum temporum libris octo ab an. 1282. *usque ad an.* 1337.; quæ ms. Parisiis extat in Biblioth. Colbert. cod. 678., vulgavitque eam Baluzius in addition. ad Marcam Hispan. an. 1688. Paris., et Grevius to. x. volum. 5. Thesauri Antiquit. Ital. edit. anno 1723. Lugduni Batav. per Petrum Vander, et Muratorius to. x. Rer. Italic. Script., qui et addit, hanc Historiam a *Fr. Michaele Platiano* Minorita continuatam fuisse usque ad an. 1352.; citat eam, pluraque fragmenta exhibet laudatus Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. col. 598., 704., 788., et 892.; ac ex eo Oudinus to. 3. Comment. ad annum 1340., et ante hos Odoricus Raynaldus ad an. 1322. §. 53., et ad an. 1328. ex ms. Biblioth. Vatic.; et ex hoc codice *Libellus* hujus autoris descriptus extat Romæ in Biblioth. Ottoboniana, teste Constantino Rugerio in Disquisit. de tribus Episc. Sabinen. S. R. E. Cardin. to. 20. Opuscul. scient. P. Angeli Calogerà. V. *Diarium Eruditorum Parisiense* an. 1714. pag. 219., ex quo et Joan. a S. Anton. to. 2.

Anonymi Chronica Siciliæ usque ad an. 1342. extat ms. in Biblioth. Vatic. n. 3974. ex Ind. Biblioth. Montfaucon to. 1. pag. 114.; sed forsan ad alium pertinet. Hujus forsan est

Historia gestorum in controversia de paupertate Christi, et Sociorum ejus inter Joannem XXII., et Michelinum, nonnullosque alios Minoritas, quæ manuscrip. in fol. habetur Florentiæ in Bibliotheca Sanctæ Crucis olim scam. 20. versus claustrum cod. 631., nunc scam. 2. versus Ecclesiam hoc titulo: *Incipit motivum p. quæstionis ortæ in Curia Avenionis tempore Domini Johanis PP. XXII. de paupertate Christi, et Apostolorum, et processus, et ordo ejusdem. Quoniam secundum Apostolum ignorans ignorabitur, secundum Augustinum, et jura ignorantia crassa, et supina, seu affectata non excusat potius, sed accusat; ideo ego Fr. N. Ordinis Minorum cupiens ea, quæ de quæstione orta tempore Domini Dñi Io: PP. XXII. de paupertate Christi, et Apostolorum ejus gesta, et facta sunt pro, et contra, et causas gestorum, et factorum, exponere . . . in uno volumine per modum Chronicæ, quantum Deus permiserit, dignum duxi redigere a fundamentis, ut sequitur, inchoando. Anno Dñi* MCCCXXI. etc.; et progreditur usque ad annum MCCCXXXIV. referens omnes Joan. PP. Bullas, appellationes, et responsiones aliorum ad eas; referturque haberi et Romæ ms. in Ottobon. Biblioth., et alibi, ex qua cuncta descripsit Waddingus in Annal. Minor. tom. 3. primæ edit. Lugdun., et to. 6. edit. Rom. Extat et in Vatic. Biblioth. num. 4008.

Fuit alius *Nicolaus Specialis* an. 1425. Siciliæ Prorex, qui jacet Neti in Ecclesia S. Francisci, confunditurque a Roccho Pirro cum superiori, seniorique *Nicolao*.

Ad Benedictum XII summum pontificem nuper electum (Avinione die 16 decembris a. 1334) legatione pro Federico II Aragonensi Siciliæ rege cum Ogerio de Versolo et Nicolao de Lauria functus est, ut ipse narrat in capite quinto postremi libri suæ *Historiæ Siculæ*. Hanc non scripsit sub Joanne XXII Rom. Pont. (1316-1334), quum in prologo nominet Petrum II regem Siciliæ (1337-1342).

Historia Sicula, quam Baluzius ediderat ex veteri codice ms. bibliothecæ regiæ, prodiit secundo apud Grævium-Burmannum, Thesaurus antiquitatum et historiarum Siciliæ, vol. V (Lugduni Batavorum, Petrus Vander Aa, 1725), quarto (non quinto, ut tradit Aug. Potthast in Bibliotheca historica medii ævi, II, Berlin 1896, p. 855) cura Rosarii Gregorio in Bibliotheca scriptorum qui res in Sicilia gestas sub Aragonum imperio retulere, I, Panormi 1791, pp. 285-508. In bibliothecæ Colbertinæ cod. 678 ea non continetur, sed Chronicon Nicolai Minoritæ de gestis tempore Joannis XXII in controversia de paupertate Christi et apostolorum (B. de Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova, II, Parisiis 1729, p. 928; Catalogus codd. mss. bibliothecæ regiæ, IV, Parisiis 1744, p. 46, n. VMCLIV), neque Historiæ Siculæ sed prædicti Chronici exhibent fragmenta Baluzius, Oudinus, Raynaldus locis a Sbaralea indicatis. Hoc Chronicon puto non posse adscribi Nicolao Speciali vel ex ipso stilo, qui valde diversus est a stilo cultiore Historiæ Siculæ.

Cf. Frenzel C., Zur Kritik mittelalterlicher Geschichtschreiber. II. Nicolaus Specialis, in Allgemeine Monatsschrift für Wissenschaft und Literatur, Halle 1854. Heft 8; Labate Val., Un precursore siciliano dell'umanesimo: Niccolò Speciale (Acireale 1898).

MMMIV.

NICOLAUS SPEDIENSIS prov. Genuensis Min. Capuccinor. vir doctus, ac concionator fervidus scripsit, jamque typis paratum habebat ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Opus Philosophicum compendiose elaboratum an. 1644., quod ms. habebatur Genuæ in Biblioth. sui Ordinis, teste autore Biblioth. Capuccin.

Ex Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia obiit Genuæ a. 1644.

MMMV.

NICOLAUS E SPINACIOLA Strict. Observ. Reformat. provinciæ Principatus Cœnobium S. Laurentii Salernitanum sui Ordinis, cui pluries præfuit, pene a fundamentis erexit; et Pœnitentiarius Lateranensis, suæ provinciæ Minister, a Secretis Ordinis, Generalisque Definitor anno 1639. constitutus est; annoque 1646. collegit

Omnes Ordinis Constitutiones ad Reformationum utilitatem, ac gubernium spectantes juxta tenorem Bullarum Gregorii XIII., et Clementis VIII., et pulchra metodo disposuit ab omnibus suis Reformatis accepta. Collegit etiam, et vulgavit

Constitutiones omnes Apostolicas a Religionis exordio usque ad an. 1648. *a diversis Summis Pontificibus emanatas.* Ejus etiam habentur mss. sequentia; nempe

Libercolus multarum rerum ad Generalium, Provincialiumque Ministrorum officium spectantium.

Origo, atque Annales suæ provinciæ ab exordio Religionis Seraphicæ usque ad annum 1648. lingua vulgari.

Tractatus casuum conscientiæ, et *alter de electione.*

Tractatus super Regulam S. Francisci; et *alter de rebus variis, quæ in dies in nostra Religione evenire solent.*

Judicialis practica ad justitiam administrandam erga sui Ordinis Religiosos.

Obiit an. 1652. in præfato Cœnobio Salernit. ex

Digitized by Google

ex Relatione illius provinciæ Matriti in Archivo Ordinis asservata, teste Joan. a S. Anton.

MMMVI.

NICOLAUS SPINELLUS Cremonensis *Tertii Ord. Claustr.* musica arte eruditus composuit

Opellas nonnullas musicis notis expressas; obiitque Papiæ an. 1630. tempore pestis ex Bordono, Vernon, et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 398.

Probabiliter idem est ac Joannes Nicolaus Spinelli, cui Rob. Eitner, Biographisch-bibliographisches Quellen-Lexikon der Musiker u. Musikgelehrten, IX, Leipzig 1903, p. 228, duodecim *cantiones* tribuit.

MMMVII.

NICOLAUS SPINELLUS alter, et antiquior, patritius Florentinus anno 1434. in patria Lector fuit sacræ Scripturæ, et Sententiarum Magistri, ubi et Magisterii lauream accepit an. 1439.; aggregatusque Theologorum Collegio illius Universitatis; cujus et Decanus fuit an. 1447., insequentique anno Hetruriæ provinciæ Minister declaratus, Vicarius Generalis, et concionator celeberrimus dicitur a Waddingo ad an. 1459. num. 28., quo anno refert, eum Patavii, mox Venetiis conciones habuisse: conscripsit

Varios tractatus in Philosophia, et Theologia; testantibus Mariano Florentino, Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4., Raphaele Badio in Catalogo Theolog. Florent., Julio Nigro in Script. Florent., ubi perperam Ord. *Min. Observ.* dicit, et Luca Joseph Cerrachino in Fastis Theolog. Univers. Florent. Anno 1459. 12. kal. Decembr. Pius II. literas emisit, ut *Fr. Nicolaus Spinellus* fruatur privilegiis sibi a Generali concessis ex Indiculo Bullarii Seraphici Petri de Alva, et Astorga num. 19. Joan. a S. Anton. to. 2. accepit ex Terrinca.

MMMVIII.

NICOLAUS SUCCI Asisias olim Capellanus Card. Matthæi Ursini Romani factus est an. 1339. Episcopus suæ patriæ, et Romæ Summi Pontificis Vicarius, decessitque an. 1349., de quo Waddingus in Annal. Min., et Ughellus to. 1. Italiæ sac.; cum jam scripsisset

Tabulam super secundam secundæ, et super 4. *Senten. D. Thomæ Aquinatis* alphabetice incipientem: *Abraham,* ut est in frontispicio. Servatur hæc adhuc ms. chart. in 4. sine principio, et lacera Asisii in Tabulario Convent. S. Francisci, cujus in fine legitur: *Explicit Tabula super* 4. *Sententiarum Sancti Thomæ edita de mandato Rer. in Xpo Patris Domini Dñi Fratris Matthæi de Ursis miseratione divina SS. Johannis, et Pauli Presbyteri Cardinalis a Fratre Nicolao Sucii de Ass. Ordinis Minorum Capellano dicti Domini anno Dñi* MCCC. XXXV. XVII. *die men. Martii.* Recensetur hoc Opus etiam in veteri Asisiensis S. Francisci Bibliothecæ, Sacrariique Inventario an. 1381. confecto in 3. solar. occid. sine nomine autoris hoc modo: *Tabula super* 2., *et* 4. *Senten. Sancti Thomæ de Aquino incipit; Abraham castitatem conjugalem habuit in actu: et finit: zelus.*

A Waddingo et Eubel dicitur Nicolaus *Zucii,* ab Ughello et aliis Nicolaus *Fucci;* cf. Bullarium Franciscanum, VI (Romae 1902), num. 75 et 108. Decessit non a. 1349, sed 1348 post diem 12 aprilis et ante 14 augusti. Videsis: Disamina degli scrittori, e dei monumenti riguardanti S. Rufino vescovo, e martire di Asisi (Asisi 1797), pp. 282-84.

* NICOLAUS TACITUS = V. *Nicolaus Zegerus.*

* NICOLAUS A TORGA = V. *Nicolaus Goroa:* de quo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Januar. §. 6., et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMIX.

NICOLAUS VALLA, seu a Valle, Agrigentinus Min. Conv. Theologus præstantissimus, et in divinis, humanisque literis versatissimus coram Alexan. VI. egregias sui animi dotes magna cum laude patefecit. Ejus doctrina, eruditio, et eloquentia pluribus in civitatibus Siciliæ, et Italiæ refulsit, ut ex ipsius epistola ad Christophorum Schobarum Canonicum Agrigentinum liquido constat, quæ in ejusdem Schobari Opusculis pag. 6. habetur: poetica etiam facultate inclaruit ex indice Poetarum Siculorum, quem suo *de Poetis libro* præfixit Joannes Vigintimillius. Edidit, typisque vulgavit

Seraphicam sylvam, idest *Vitam S. Francisci libris* 4. Florentiæ an. 1498. in 4. ex Anonymo autore cujusdam *Bibliothecæ,* quæ ms. asservatur Matriti in Regia Bibliotheca, teste Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. in Append., ubi eum dicit *Nic. Villa.*

Nicolai Vallæ Seraphicæ silvæ flosculi ad Franc. Sampsonem Gen. Min. 14LX . . . *lendas Julias* habentur Asisii apud nostros.

Gymnastica Literaria. Præludium octo partium Orationum. De nominum declinationibus. De generibus nominum. Venetiis an. 1516. in 4. per Lazarum de Soardis ex Mongitore.

Vocabolarium vulgare cum latino. Iisdem typis an. 1516. in 4. ex eodem; et postea anno 1535. ex Gesnero in Biblioth., et Petro Angelo Spera de Nobilit. Professor. Grammat. lib. 4., qui mendose eum *Florentinum* dicunt, cum ipsemet in epist. nuncupatoria dicto *Vocabolario* præmissa scribat: *Domino Martynello Apatellis Illustr. D. Comitis Cammaratæ, et Magistri Portulani totius regni Siciliæ Augusto filio M. Nicolaus Valla Agrigentinus.* In eodem autem *Vocabolario* pag. 49. alias lucubrationes se scripsisse ait; quæ sunt

Libri epigrammatum.

De redita Proserpinæ libri 9.

Seraph. sylvæ libri 6.

De unione hypostatica Verbi coram Alexandro VI. Paneggricus ab eo recitatus.

Oratio funebris habita Senis in obitu Sampsonis Generalis Ordinis an. 1499.

Multæ Orationes funebres Agrigenti habitæ.

De Vita D. N. Jesu Christi lib. 1.

De laudibus Deiparæ lib. 1.

De præceptis Decalogi lib. 1.

De VII. *capitalibus vitiis lib.* 1.

De Pœnitentia lib. 1.

De VI. *aliis Sacramentis lib.* 1.

De D. N. Jesu Christo, an ipse triumpharit optime de triplici mundo lib. 1.

De dæmonibus an sint; et quando [l. *quomodo*] *naturali ratione eos esse probari potest; si sint corporei, vel qua sint forma. Si possunt corpora hominum ingredi, et animalium, et quando* [l. *quomodo*]. *An cognoverint Christum esse Filium Dei ante passionem;* et multa id genus scitu dignissima, quæ in plerisque Siciliæ, atque Tusciæ civitatibus disputavit,

Digitized by Google

disputavit, et prædicavit cum laude, præsertim Romæ in Ecclesia S. Celsi anno 1502.

Anno 1525. die 11. Augusti assumptus est Episcopus Medaurensis in Africa, datusque Coadjutor Episcopo Melitensi ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. ad eum an. n. 30., Roccho Pirro in Not. Eccles. Agrigent., Cagliola in Hist. prov. Siciliæ Min. Conv. manif. 3. explor. 3., et manif. 13. explor. 6. Memoratur a Quintiano Stoa, qui Maturantii Simiam appellat; referturque a Dominico Caramella Panormitano in Musæo insignium Poetarum Latin. Probe autem advertit Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a. S. Anton. to. 2. pag. 398. hunc alium esse a *Nicolao Valla,* qui aliquot *Homeri, et Hesiodi libros* vertit, et qui *de Rebus dubiis,* et *in Jure* scripsit.

Seraphica Sylva. Florentiæ, sine typographi nota, anno MCCCCLXXXXVIII Decimoseptimo Kalendas Julias, 32 foll. in 4 (Hain, Repertorium bibliogr., n. 15832; Asisii in bibliotheca Civitatis, Venetiis in Marciana). Poema versu hexametro de vita S. Francisci et primorum eius discipulorum, desumptum (ut videtur ex hoc titulo præmisso libro primo: Seraphicæ Sylvæ *de flosculis D. Francisci* per F. Nicolaum Vallam Agrigentinum Mi. Or. editæ liber. P. Incipit) ex libello « Fioretti di S. Francesco », dicatum Francisco Sansoni Gen. Min. epistola versibus exarata. Cf. P. Bologna, in Miscellanea Francescana, IV (Foligno 1889), p. 98; G. M. Mira, Bibliografia Siciliana, II (Palermo 1884), p. 445. Sbaraleam ex uno opere duo fecisse patet.

Gymnastica Literaria Per M. N. Vallam. Quæ in hoc habentur Gymnasticæ Literariæ Libello. Præludium octo partium orationis. De nominum declinationibus. De generibus nominum. Appendix de Heteroclitis et heteroge. De Præteritis et Supinis. De uerborum constructione. Appendix de nominum constructione. De arte Metrica. Et hæc carmina concinnant cum suis dilucidis Commentariolis. Venetiis per Lazarum de Soardis M.D.XVI. Die. XII. Februarii; 50 foll. in 4, cum figg. (Romæ in biblioth. Angelica; cf. Prince d'Essling, Les Livres à figures vénitiens, par. II, pp. 324-28).

Vallilium. Florentiæ, sine typographi nota, a. MCCCCC decimo quarto calen. iunii, 56 foll. in 4 (Hain, n. 15833; Brunet, Manuel du libraire, V, Paris 1864, col. 1058; Mira, l. c.). Prima editio *Vocabularii vulgaris latini;* quod sub titulo *Vocabularium vulgare cum latino apposito nuper correptum per proprium autorem Nicolaum Vallam: Additis fere tercentum vocabulis reconditis* prodiit Venetiis impressum per Joannem Tacuinum a. MDXII die XXII Maii, foll. 52 in 4. cum epistola auctoris *Domino Raymundutio S. P. D. Hugonis de sancta pace: omnibusque trinacriis generosis: et studiosis Juuenibus,* in qua testatur se Lexicon suum ab hinc decennium Florentiæ edidisse, et cum *Normula componendi versus* (a. fol. 48 verso ad 52 rectum) incipiente: *Pedes Dactilus ex. lbb. ut Cynthia. Spondeus ex. ll. ut hærus. Trocheus ex. lb. ut Roma.* (Romæ in Casanatensi). Iterum ab auctore recognitum, absque *Normula componendi versus,* editum est Venetiis die 23 Februarii a. 1516 (24 foll.) cum opere *Gymnastica Literaria* (Romæ in Angelica); iuxta vero editionem anni 1512, Venetiis, impressum per Alexandrum de Bindonis, a. 1522 die 17 Iulii, 48 foll. in 8 (Romæ in Alexandrina).

Epigrammatum libellus. Foll. 14 in 4; sine ulla nota, sed Florentiæ, simul (ut videtur) cum *Vallilio,* hinc a. 1500. Cf. Panzer, Annales typographici, VII. 20. 87; Mira, l. c.

Oratio de unione ypostatica Christi. Coram Alexandro Sexto Pontifice Maximo:.... habita in Urbe Roma Dominica secunda Aduentus. 1502., dicata Joanni tituli S. Priscæ Cardinali Agrigentino, sine ulla nota, 8 foll. in 4 (Romæ, probabiliter a. 1502 vel 1503). Extat in Musæo Britannico.

Ars Metrica: Valle Siculi. Foll. 16 (35 ll.) in 4; absque ulla nota, sed Florentiæ, verisimiliter ineunte sæc. XVI; cum elegia in fine distichis 37 conclusa. Extat in bibliotheca Nationali florentina et in Musæo Britannico; et incipit: *De omnibus pedibus. Pedes omnes octo et viginti numero esse constat* (in op. *Gymnastica literaria* incipit: *Octo pedes numerant numerorum quippe vicenos*). Cf. Bologna, l. c., pp. 97-98; R. Proctor, An Index to the early printed books in the British Museum, n. 6441.

F. N. Vallæ Agrigentini ordinis minorum extemporaneum hexasticon. Senis, Henricus (de Harlem vel de Colonia), sine anno sed exeunte sæc. XV; in 4. Duo postrema folia huius opusculi extant Senis in bibliotheca civica. Cf. Bologna l. c., p. 98.

1567.

NICOLAUS VERONENSIS = *Umber* ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; quare vereor, an legendum sit *Vettonensis* pro *Veronensis:* sitque ille Nicolaus a *Vettona,* vulgo *Bettona* in Umbria diœcesis Asisien., vel unus e duobus Nicolais *Ferragatto,* et *Olivo* Bettonensibus, de quibus actum est. Joan. a S. Anton. accepit a Rodulphio, et Waddingo.

MMMX. 1568.

NICOLAUS VIGERIUS = Joan. a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum; additque solum cum errore, de eo agere *Pisanum,* qui longe ante scripsit.

De hoc viro vere apostolico, qui Ordinem ingressus est S. Francisci anno ætatis 48, confer, præter Vitam a fr. Jacobo Polio descriptam, B. Kleinschmidt in Wetzer u. Welte's Kirchenlexikon, XII (Freiburg im Breisgau 1901), coll. 1571-73, præsertim vero Historisch-politische Blätter für das katholischen Deutschland, 136 Band (München 1905), pp. 717-33, 802-15.

MMMXI.

NICOLAUS VINCENTIUS BONAVENTURA Barolitanus patritius provinciæ S. Nicolai in Apulia Min. Conv. alumnus edidisse fertur a Rodulphio apud Franchinum in Biblios. n. 281.

De Vitis Rom. Pontificum, additis carminibus ad Sixtum V., ideoque anno circiter 1588. Hujus *Catalogus Rom. Pontificum* extat ms. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 10415. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 915., ubi corrupte dicitur *de Bajolo* pro *de Barolo,* vulgo *Barletta* nobili oppido. Joan. a S. Anton. hunc habet ex Coronel. Biblioth. univ. to. 6. n. 4305.

MMMXII. 1569.

NICOLAUS URSUS = Vicarius provin. Siciliæ, Theologus, et concionator nobilis ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.; vivebat anno 1500., et obiit Catanæ 1504.

MMMXIII. 1570.

NICOLAUS ZEGERUS = *Nicolaus Tacitus Zigenus* dicitur ab autore coævo Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43., et Sixto Senen. lib. 4. Biblioth. sanctæ, uti et a Rodulphio autore suppari lib. 3., qui addunt ex *Diestensi* oppido Brabantiæ extitisse; *Nicolaum Tacitum* dicunt et Gonzaga, et Possevinus; *Tacitum Nicolaum* vero Aubert. Miræus in Auctar. Script. Eccles. sec. XVI. n. 74., qui tradit, eum

Testamentum novum ad fidem veterum mss. recensuisse, ac Lovanii edidisse; misisseque non ad *Julium II.,* ut ex Possevino habet Waddingus; sed ad *Julium III.,* ut cit. Marcus Ulyssiponen., et Rodulphius scribunt.

Inventarium, seu Concordantiæ in novum Testamentum prodierunt etiam ibidem 1566. in 8. ap. Jo: Bellerum ex Joan. a S. Anton. pag. 110. v. *Tacitus Nicolaus Zegerus.*

Adverbia latina, et teutonica evulgavit Antuerpiæ ex cit. Miræo.

Tac. Nic. Zegeri Comment. in Apocalypsim cusa sunt Coloniæ an. 1553. in 8. ex Indice Biblioth. Barber.

Catechismus

Digitized by Google

Catechismus germanica lingua cusus est Antuerpiæ an. 1558. in 16. ex cit. Joan. a S. Anton. De eo et Jacobus Le Long to. 2. Biblioth. sac.

Tacitus Nicolaus Zegerus et *Nicolaus Zegerus* dicitur in suorum operum editionibus. Post Franciscum Titelmanum Lovanii scripturam sacram docuit sodales, ab a. 1536 ad a. 1548.

Epanorthotes. Castigationes in Novum Testamentum, in quibus depravata restituuntur, adiecta resecantur, et sublata adijciuntur. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1555 in 8; cum epistola auctoris ad Julium III P. M. data a. 1553 m. Augusto, qua rogat eum ut Castigatorem hunc ac novam quamdam per ipsum emendatam Novi Instrumenti editionem eruditis viris examinanda seu etiam castiganda committat, deinde utrumque opus approbet, et Novi Instrumenti editionem pro germana atque authentica ubique terrarum legendam declaret. — Novi Instrumenti editioni (rarissimæ), de qua non loquitur Waddingus, hic est titulus:

Novum Jesu Christi Testamentum juxta veterem Ecclesiæ editionem ex probatissimis eisdemque vetustissimis tum scriptoribus tum exemplaribus priscæ suæ fidei atque integritati restitutum, brevibusque illustratum Adnotatiunculis. Lovanii, Steph. Valerius, 1559, tom. 2 in 16.

Scholion in omnes Novi Testamenti libros, quo loci difficiles, aut etiam ambigui iuxta originalem Scripturæ phrasim etc. *sunt explicati.* Coloniæ Agrippinæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1553. par. 3 in 8; cum Præfatione in secunda parte *de phrasibus quibusdam Paulino sermoni familiaribus.* Scholia hæc recusa inveniuntur in tomis VI et VII Criticorum sacrorum edit. Londini a. 1660, et in tomis VI, VII, VIII eorumdem edit. Amstelodami a. 1698.

Proverbia Teutonica Latinitate donata, collectore et interprete Tacito Nicolao Zegero Bruxellano. 1550. — Eadem... *accuratius iam tertium recognita auctaque.* Antuerpiæ, Henricus Loæus, 1571.

Speculum Vitæ Christianæ, auctore F. Thoma Herentalensi Minorita, e Belgico Latine redditum a T. N. Zegero prodiit primum Antuerpiæ a. 1549 in 16.

Via Vitæ... Auctore in Teutonico idiomate D. Florentio Harlemano,.... Interprete Latino Tac. Nic. Zegero Minorita. Antuerpiæ Joan. Loæus, 1551 in 12. Textum originalem a se castigatum edidit Zegerus a. 1552 impressum Antuerpiæ apud viduam Henrici Peetersen in 8.

Extat etiam

Dye Collegie der Wysheit ghefundeert in dye universiteit der deughden, door Broer Claes Zeghers, van de minnebroederen binnen Amsterdam. Thantwerpen bi mi Symon Cock. 1556.

Præterea vertisse vel saltem edidisse videtur

Den Beuckelere des Gheloofs, ghenomen uut die heylighe Schrifturre ende uut die heylighe Vaders, ende alderoudste Doctoren der Heylighen Kerken, overghestelt uten latyne ende Fransoysche in Duytsche, nu anderwerf ghecorrigeert met grooter neerstichevt, afgeteeckent met capittelen, ghemaect ende vergaert van eenen Regulier van Sinte Victoors, ghenoemt Claes Grenier. Tot Loven Bergaigne 1551. in 12. Recusum est Antuerpiæ per Petrum van Keerberghen a. 1566 in 8, et per Henricum Wouters a. 1581.

Vide Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 81-84.

MMMXIV.

NOE BLANCUS Venetus edidit an. 1566. Venetiis

Itinerarium Terræ Sanctæ, quo tractat *de rebus Ægypti, Arabiæ, ac Terræ Sanctæ* ex Giano to. 2. Annal. Servor. B. V. lib. 3., et Francisco Sansovino apud Possevinum in Appar. sac. to. 2., ubi Institutum Regulare tacet; sed *Minoritam* fuisse testatur Paulus Zamorensis in censura *Relationis Blasii de Buyza* Minoritæ an. 1622. editæ, et Petrus Anton. Venetus Strict. Observ. in epist. præmissa libro italico, cui titulum fecit: *Guida fedele alla santa città di Gerusalemme* etc.; qui librum typis excusum se vidisse scribit. Aliam editionem vidi Asisii in nostra S. Francisci Bibliotheca an. 1648. factam in 12. Venetiis. Memorat, carpitque eumdem etiam Abbas Joan. Bapt. de Burgo in suo *Quinquennali Itinere* italice edito; et in præfatione *Gallum* natione extitisse sentit; attamen Opus italico prodiit sermone. Dubitari posset, an sit ille *Joan. Blancus Hispanus,* de quo suo loco actum est; sed non habeo quid certi proferam. Joan. a S. Anton. to. 2. accepit a Paulo Zamorensi cit.

Cum ipso Paulo Zamorense loco a Sbaralea citato (cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, p. 73, n. 107) duo Itineraria Terræ Sanctæ, ambo italice conscripta, hic distinguenda sunt: alterum, quod composuit Noe Blancus venetus Ordinis Servorum B. Mariæ V., et primum edidit a. 1566 sine figuris dicans Julio Contarino D. Marci procuratori, alterum antiquius et omnino diversum, figuris illustratum, quod anonymum in sæculi XV et XVI editionibus, in recentioribus, saltem ab a. 1629, tribuitur cuidam fratri Noe Ordinis S. Francisci, omissis eius agnomine et patria. Prima eius editio prodiit Bononiæ per Justinianum de Rubiera a. 1500 die VI Martii sub hoc titulo (cf. Brunet, Manuel du libraire, V, Paris 1864, coll. 1166-1167):

Viazo da Venesia al sancto iherusalem. et al monte sinai sepulcro de sancta chaterina piu copiosamente et verissimamente descrito che nesuno deli altri. cum dessegni de paesi citade porti et chiesie et sancti luoghi et molte altre sanctimonie che qui se trouano designate et descrite chome sono ne li logi lor propri. Quam editionem innumeræ aliæ (omnes in 8) sunt secutæ, ut: sine loci nota (Venetiis), *per Nicolò ditto Zopino e Vincentio compagno nel anno... 1518 adi* XIX *de Setembrio,* et *1519 adi* VII *de Setembrio; — in Venetia per Joanne Tacuino da Trino 1520 adi* XV *de mazo* (maii), et *1523 sub Antonio Grimano* (Romae in biblioth. Corsiniana); — *in Venetia per Nicolo Zopino e Vicentio compagno 1524 adi* II *de aprile; — in Venetia per Nicolo d'Aristotile detto Zoppino nell'a. 1529 adi* XVIII *di Novembre.* et 1533, 1538 (Romæ in Nationali); — *in Venegia in casa de M. Giovanne Tacuino de Trino 1538; — in Vinegia per Venturino Roffinello nell'anno del* MDXLVI (Romæ in Nationali); — *in Venetia Appresso gli Heredi di Luigi Valuassori 1587* (ibidem); — *in Venetia* MDCXXXVII *appresso Ghirardo Imberti* (Romæ in Alexandrina, ubi extat etiam opus Noe Blanci), cum nomine auctoris, ut sequentes; — *in Lucca per Salvatore e Gian Domenico Marescandoli* s. a. (Romæ in Nationali); — *in Lucca per i Marescandoli 1706* (Romæ in Casanatensi); — *Bassano 1791. A spese Remondini di Venezia* (Romæ in Nationali).

Cf. Prince d'Essling, Les livres à figures vénitiens, par. II (1909), pp. 353-359; R. Röhricht, Bibliotheca geogr. Palæstinæ, Berlin 1890, pp. 158-160 (n. 556) et p. 180 (n. 644); Marcellino da Civezza, op. cit., p. 428, n. 451, ubi deducit ex textu auctorem ante annum 1470 suum iter confecisse, hinc ante medium sæculum XV natum esse.

MMMXV.

NONNIUS DE CONCEPTIONE Hispanus Lusitaniæ provinciæ Tertii Ord. S. Franc. elucubravit lingua vernacula

Naufragium navis bonæ expeditionis. Ulyssipone an. 1631. in 8. ex Biblioth. Hispan. pag. 123., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Natus est die 20 februarii a. 1590, et Tertium Ordinem S. Francisci amplexus a. 1607 die 9 decembris; obiit autem die 12 novembris a. 1635. Eius operis verus titulus est hic:

Relação da viagem e successo que teve a nau capitania Nossa Senhora do bom Despacho, de que era capitão Francisco de Mello, vindo da India no anno de 1630. Lisboa por Pedro Crasbeeck, 1631. in 4.

Cf. Did. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III (Lisboa 1752), p. 501, et Innoc. Franc. da Silva. Diccionario bibliographico portuguez, VI (Lisboa 1862), p. 312.

MMMXVI.

N. NEGRONI Goensis Indus Regul. Observ. vir multæ sanctitatis, ac doctrinæ edidit, composuitque

Historiam primorum Fratrum, qui Indorum regionem sub Lusitanis ad fidem Christi perduxerunt, volum. 7., quam Ulyssipone typis dari an. 1620. scribit Fr. *Michael Venetus* in Epist., quam

Digitized by Google

quam præmisit 4. parti Chronicorum S. Francisci a Bartholom. Cimarella editorum; qui et de eo nomine suppresso agit lib. 7. cap. 43.

O

MMMXVII.

OBICIUS BRIXIENSIS Italus ex Canonico Regul. S. Laurentii Justiniani ad S. Francisci Ordinem transiens in Brixien. provincia Min. Cappuccinorum præclarissimis probatæ vitæ exemplis enitens prælo tradidit

Vitas, et gesta Sanctorum Ecclesiæ Brixiensis figuris plurimis exornata. Brixiæ an. 1589. per Marchettum, teste autore Biblioth. Capuccin. Obiit anno 1599. ex Boverio to. 2. Annal. Capuccin., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 401.

Bernardus a Bononia (Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum, Venetiis 1747, p. 201) ei tribuit etiam

De nobilitate Brixiensi, ms.

MMMXVIII.

OCTAVIANUS CAMERANI Ravennas Minorum Conv. sac. Theol. Magister præstantissimus; Philosophus etiam, orator, poeta, historicus, omnigenæque eruditionis vir, ac rerum gerendarum peritus, Gymnasii Viennensis in Austria primum Rector, deinde in illius urbis Academia primarius Theologiæ Professor constitutus est anno 1625., moxque Ferdinando II. Imper. Theologus, et a Consiliis ad multos annos; quo in munere plura, magnique momenti operatus est pro catholica fide, pro Cæsare, et pro Academia. Reversus postmodum in patriam arcta cum *Bartholomæo Mastrio* Theologo, Philosophoque celeberrimo conjunctus fuit amicitia, eique in evulgandis suis *Operibus* plurimum adjumenti tulit, quemadmodum memoriæ prodidit Franchinus in Biblios. num. 282. pag. 509., ubi et refert, edidisse eum an. 1647.

Apologiam pro Mastrio adversus Ferchium, quantum quidem ad stylum, et methodum, cum literis Mastrii ad eum: quæ ms. extat Ravennæ apud nostros, et prodiit hoc titulo: *Scotus, et Scotistæ Bellutus, et Mastrius expurgati a querelis Ferchianis.* Ferrariæ apud Franciscum Succium 1650. in 4., vulgante Paulo Pinzarinio Medico Mediolanensi [*lege* Meldulensi]. Scripsit etiam

Dissertationem de tribus SS. Liberiis Ravennæ Archiepiscopis dicatam Card. Alderano Cybo Legato Raven., cujus hortatu laborem assumpsit, probatque corpus *S. Liberii*, quod in Ecclesia S. Francisci Ravennæ asservatur, et colitur, esse S. Liberii I.; quæ dissertatio ms. habetur in Archivo Conventus S. Francisci Ravennæ, ubi etiam typis data fuit an. 1650. in fol. typis Cameralibus.

Decessit Ravennæ an. 1658. ex cit. Franchino, et in Ecclesia sui Ordinis ad Aram majorem erectum est ei sequens epitaphium, quod refert et Hieronymus Fabri par. 1. Hist. Eccles. Raven.

D. O. M. Octaviani Camerani Rav. inter Min. Conv. Magistri, quem Vienna Regentem, publicum Theologum, et Decanum vidit; ad concilia [Fabri et Ginanni: *consilia*] *de rebus Ecclesiasticis Ferdinandus II. vocavit; Pannonia Ministr. Prov. obtinuit; plures Theologum habuere Cardinales; in Cong. de Prop. fide Urbanus VIII. adhibuit; cujus animam cœlum servat; hic lapis monum. Anno* 1662.

Teste Petro Paulo Ginanni (Memorie storico-critiche degli scrittori ravennati, I, Faenza 1769, pp. 110-111) ei debentur etiam

Elogia doctrinæ scoticæ, quæ sub titulo *Doctrina Scotica cœlitus et humanitus, approbata et commendata* extant post epistolam ad lectorem in tomo primo *Cursus Philosophiæ* Barth. Mastrii et Bonav. Belluti; insuper hæc opera, quæ mss. extare dicuntur Ravennæ in Archivo S. Francisci:

De Conventu Cæsaris Ferdinandi cum quibusdam Imperii Electoribus 1630: Epistola;

Acta Decanatus P. F. Octaviani Camerani Ravennatis Ord. Min. Conv. ad S. Crucem Studiorum Regentis, sacræ Theologiæ Doctoris, et eiusdem facultatis Professoris publici Academici a die 22. Octobris 1627. ad 29. Aprilis 1628.;

Oratio dum Laurea ornavit P. Carolum Antonium Barberium de Pasinis.

MMMXIX.

OCTAVIANUS PHAERNUS Cremonensis Min. Conv. sac. Theol. Magister egregius, et Orator illustris, patruus *Pauli Phaerni* ejusdem Instituti singularis doctrinæ viri conscripserat

Orationes, et conciones quadragesimales, quas mss. ex Biblioth. Franciscana Cremon. subtractas literis mandavit Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 2., additque commemorari hunc a Francisco Zava in Oration. et Epist., aliisque illius urbis monumentis.

MMMXX. 1571.

OCTAVIANUS PRÆCONIUS = Caroli V. fuit a consiliis, concionibus, sacrisque Confessionibus; a quo plura retulit dona, inter quæ suimet effigies ad vivum hucusque conspici in æde Monialium S. Claræ Castri Regalis scribitur a Philippo Cagliola in Hist. prov. Siculæ explor. 3. manif. 1. pag. 8.; ejus habetur et

Adhortatio consolatoria pariter, et devota ad Ill., et Excell. D. D. Joannem a Vega Siciliæ Pro-Regem pro obitu suæ conjugis incipiens: *Paulus Apostolus vas electionis* ms. autographum in 8. in Biblioth. Marchionum de Astorga ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Officium VII. *Angelorum*, teste Octavio Cajetano to. 2. SS. Siculorum pag. 268.

Historia sacræ Imaginis Dei Genitricis a Scalis Messanam insigni miraculo derectæ cum Officio de eadem. Panormi 1565. apud Joan. Matthæum Maydam. *Officium* vero recusum fuit Messanæ an. 1700. in 8. ex Joan. a S. Anton., ejusque meminit cit. Cagliola, et Joannes de Joanne Canonicus Panormitanus in *tractatu de divinis Siculorum Officiis* cap. 45.; citatque Bonfilius lib. 4. Hist. Messanen., et Samperius in Icon. Messan. lib. 3.

Decreta habita, et acceptata in Congregatione diœcesana in Cathedrali Ecclesia urbis Panormi. Ibidem 1565. in 8. per eumdem.

Præconium Sacramenti; hoc est: *Disputatio* [lege *Dispositio*], *et præparatio ad altissimum Eucharistiæ Sacramentum.* Iisdem typis an. 1566. in 8.; et Neapoli etiam latine, et italice in 8. ex Joan. a S. Anton.; cujus meminit et Cagliola explor. 6. manif. 4. sub tit. *Tractatus de SS. Eucharistiæ Sacramento.*

Expositio Responsorii 3. *Noct. Officii Defunctorum: Libera me, Domine, de morte æterna* italico idiomate: eodem anno, iisdemque typis in 8.

Sermones

Digitized by Google

Sermones de sancto Sacramento extremæ Unctionis eodem idiomate. Neapoli 1567. in 8. apud Joan. de Boy.

Meditationes de peccatore converso italico sermone in 8. iisdem typis.

Pluries orasse legitur in Tridentino Concilio, præsertim an. 1562. die 11. Januarii Domin. infra Octavam Epiphaniæ; et die 25. ejusdem mensis Domin. Septuagesimæ; die 11. Martii fer. 4. Domin. 4. Quadrag.; et die 4. Octob. in festo S. Francisci ex Indice *Orationum, concionum*que Trident. Concil. Brixiæ eo anno impresso; easque puto excusas fuisse cum aliis Lovanii an. 1567. in fol.

Epistolas ejus nonnullas legimus lib. 2. Epist. Petri Aretini pag. 419.; et de eo multa cum laude scribit Rodulphius lib. 3., Marraccius in Biblioth. Mariana par. 2., Mongitor in Biblioth. Sicula to. 2., Cagliola pag. 58. et 170., qui docet Cœnobii *Messanensis* alumnum fuisse, Ghilinus in Theatro Viror. Illustr. to. 2., nec non Ughellus to. 1. in Monopolit., et to. 8. in Arian. Episcopis, ubi tradit a *Paulo III.* an. 1546. ad Monopolitanam Ecclesiam evectum esse, refertque epitaphium, quod habet et cit. Rodulphius nonnihil diversum ab eo, quod legitur apud Waddingum; sive corrigendum, quod in fine ponitur ita:

Octavianus Præconius Prior Prioratus S. Andreæ civitatis Platiæ deflorescentis patriæ jactura mæstus florescentis nominis gloria lætus tantum virum tantillo marmoris et honestavit, et tumulavit.

Summa de sacramentis, iuxta Mira (Bibliografia Siciliana, II, Palermo 1881, p. 244) impressa est Panormi apud Jo. Bapt. Maydam a. 1565 in 8; *Expositio in orationem Domine Jesu Christe rex gloriæ*, teste Evola (Storia tipogr.-letter. del secolo XVI in Sicilia, Palermo 1878, p. 297), Neapoli a. 1570; qui addit *Officium septem Principum Angelorum ante thronum Dei assistentium* prodiisse Panormi sine typographi nota a. 1564 in 8.

Constitutiones Synodales Panormitanæ Ecclesiæ. Decreta habita et acceptata etc. Impressa in 4 dicit Evola (p. 211) et prima, quæ lucem viderint, Synodorum eiusdem Ecclesiæ.

Discorso del Santo Sacramento dell'Estrema Unzione. Ita Evola et Mira.

Adhortatio ad S. R. E. Collegium Cardinalium super psalmum 57 pro celeriore Pontificis creatione. Romæ, 1554, in 4. Extabat in Casanatensi, ut ex eius catalogo.

Nulla eius oratio excusa est in Concilii Tridentini editione Lovaniensi a. 1567: nulla, ut videtur, in posterioribus; neque aliqua extat in collectione Jodoci Le Plat. Conciones ad Patres Concilii Tridentini, quas indicat Sbaralea, in ipso Indice ab eo citato vulgari seu patrio sermone habitæ dicuntur.

MMMXXI. 1572.

OCTAVIANUS RAVENNAS = *Strambiati* cognomine perantiqua, illustrique familia natus anno 1524. circiter, Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor insignis; anno 1563. *Regens* studiorum Bononiæ sui Ordinis interfuit Concilio Tridentino; eodemque anno die 13. Junii Pius IV. Pont. Max. literas dedit ad cives Avenionenses hortans, ut *Magistrum Octavianum Ravennatem* recipiant ex Archivo Vatic. apud Continuatorem Annal. Min. Waddingi ad eum an. num. 33.; qui ad an. 1541. n. 41. to. 18. scripserat, eodem an. 1563. factum fuisse die 19. Augusti *Ministrum* provinciæ Angliæ ex Reg. Ord.; de quo Rodulphius autor æqualis lib. 2. fol. 268. in *Custodia*, ac loco Ravennæ scribit: *habet hæc nostra ætas Magistrum Octavianum virum summæ eruditionis; qui magna cum sui laude fuit in præclaris Gymnasiis Religionis Gymnasiarcha, quem nos Regentem appellamus; Taurini quoque plures annos professus est primam Philosophiam; demum Romam accitus est, profiteturque in tam inclyta Academia Theologiam juxta Scholam subtilissimi Doctoris;* sed et Hieremias Bucchius synchronus Bartholomæi Pisani editor, et continuator Conform. VIII. par. 2. de Doctoribus, et Scriptor. Ord. Min. an. 1590. edit. vocat Theologum præstantissimum, Patavii, Bononiæ, et Romæ ad multos annos tam privatim, quam publice Theologiam docuisse, ejusque *Scripta* potissime *in Scotum* maxime desiderari; et Gravina in *Voce turturis* cap. 24.: *P. Fr. Octavianus Ravennas Patavii* xxxx. [!] *annis Cathedram Magistralem rexit, sed animam suam Theologiam mysticam edocebat, opere implens quod ore docebat: cujus fama bonitatis, et disciplinæ permotus Clemens VIII. ad civitatem Bononiensem transmisit, ut suis literis quoque civitatem illam studiis celebrem illustraret; sed senio confectus brevi viris concessit, et luctu maximo tam perfecti viri exitus apud Dominum preciosus ab illa civitate deploratus est.* De eo agit etiam Franchinus in Biblios. n. 282., qui addit eum *maximi* titulum tulisse ad distinctionem superioris *Octaviani Camerani* pariter Ravennatis, qui *magni* titulum habuit. Scripsit autem *Commentarios*

In Logicam Aristotelis.

In Metaphysicam ejusdem.

In libros ejusdem de anima.

Tractatum de prædestinatione.

Alterum de libero arbitrio: et

Alterum de Symbolo fidei juxta ms. Catalogum Script. Aug. Superbi autoris supparis apud Franchinum in Biblioso. num. 282., qui et docet ex Actis *Capituli Gen.* an. 1617. Romæ celebrati statutum ibi fuisse, ut hujus Scriptoris *Opera* typis ederentur; quod tamen quibusdam de causis successu caruit. Ego vero legi in Actis Capituli provinciæ Bonon. an. 1620. Parmæ coacti a Jacobo Montanario Balneocabal. Ministro Gen. §. *Commissiones*, injunctum fuisse potissimum P. M. Octaviano Ravennati, de quo infra, ut prælo committi curaret

Opera Scotelli Magistri Octaviani Ravennatis; igitur Octavianus iste senior operam dederat, ac elaboraverat in dilucidandis Operibus *Petri Aquilani* dicti *Scotelli.*

In 4. libros Sententiar., seu in Scriptum Oxonien. Jo: Duns Scoti Doctoris Subtilis Commentarii extant mss. Patavii in Biblioth. S. Jo: in Herbara Canonic. Regular. ex Thomasino Biblioth. Patav. mss. pag. 39. plut. 31.

Lectiones super primo Sententiarum libro; et

Super quæstionibus quolibetalibus Scoti per Magist. Octavianum Rav. Regentem 1562. *Bononiæ* ms. in 4. imperfectum extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

In Physicam expositio habetur in quodam Indice Biblioth. S. Francisci Ravennæ an. 1712. exarato, ut et

Lectura super prologum habita Romæ an. 1584.

Ravennæ in primo claustro Cœnobii sui Ordinis habet sequens *epitaphium* a cit. Superbo, Fabro, et Franchino relatum:

« Octaviano Strambiato Ravennati Franciscano
« Theologo eximio, Scoti subtilitatum maximo, et
« clarissimo interpreti, qui cum præcipuorum sui
« Ordinis

Digitized by Google

« Ordinis Gymnasiorum summus Doctor fuisset, et « Avenionem ad confutandos hæreticos ab Alex. « Farnesio Card. Leg. missus ingentem undique « laudem retulisset, Augustæ Taurinorum Metaphy- « sicam Emanuelis Philiberti Ducis, cui carissimus « fuit, accersitu cum summa auditorum admiratione « professus est. Postquam autem Collegii Seraphici « ad SS. Apostolos Romæ Sixto V. Pontifice Max. « instituente, ac jubente primus, et summus Magi- « ster præfectus fuisset; atque inde tandem in pa- « triam rediisset, ubi per XII. annos Canonicos « Portuenses magno auditorum numero, fructuque « docuerat; Bononiam valetudinis causa se contulit; « ibique annos natus LXXII. ex hac vita migravit « an. sal. M.DLXXXXVI.

« Octavianus Strambiatus ejusdem Ordinis Theolo- « gus illius ex fratris filio nepos patruo magno « bene merenti p. c.

Altera ejus memoria extat Romæ in claustro inferiori contra januam Sacrarii SS. XII. Apostolorum.

MMMXXII. 1573.

OCTAVIANUS SPATARIUS = Reg. Observ. provinciæ Tusciæ Definitor Gen., ac Minister, Romæ vero Cardinalis Columnæ Theologus, et sacror. Canonum Lector, ubi anno 1625. ex hac vita migravit apud Aramcæli. Fuit ecclesiastes percelebris, cujus

Centuriæ concionum quadripartitæ partes tres sunt *quadragesimales*, et alia *adventualis*, edita in 4. teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 402. In ea *Centuria* etc. edidit etiam

Conciones de Conceptione Virginis Mariæ, quas citat Marraccius to. 2. in Biblioth. Mariana, et Terrinca.

Aurea methodus de modo corrigendi Regulares prohibita est, donec corrigatur, ex decr. sac. Congr. Ind. libror. Agit de hoc viro Antonius a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 1. tit. 3. ser. 7., et par. 3. tit. 1. ser. 4. n. 125., nec non Julius Niger in Scriptor. Florentinis, sed tantum ex Marraccio.

Sacra Concionum Centuria quadripartita, tres in Quadragesimas, et unicum in Adventum, Serenissimæ Christinæ Lothoringiæ, Magnæ Etruriæ Ducis matris ad imperium diversis in Aulis, et Ecclesiis centum distinctis diebus lingua vernacula proclamata publice a . . . F. Octaviano Spathario Incisa Min. Observant., Serenissimorum Etruriæ Theologo, Confessario, et Ecclesiaste. Nunc primum ab eodem latinitate donata, et in lucem edita. Venetiis, Apud Baretium Baretium, MDCXI. in 4. In hoc opere, ex quo tria facit Waddingus, *de immaculata conceptione V. Mariæ* una concio continetur, quæ est concio XCIV, in festo eiusdem; de una autem loquitur Marraccius. In epistola ad lectorem auctor ait: *Hanc igitur præmisi concionum Centuriam, ut ex ea, veluti e norma, et exemplari quodam, exempla eruam, quibus ditem, et illustrem quinque Rhetoricorum libros huic sacræ accomodatos functioni: quos post hæc statim in lucem (Deo annuente) proferam.* Nescio utrum hi Rhetoricorum libri umquam in lucem prodierint.

MMMXXIII.

OCTAVIANUS STRAMBIATUS junior Ravennas superioris Octaviani ex filio fratris nepos, de quo Rodulphius an. 1586. scribens fol. 268. lib. 2. de Custodia, locoque Ravennæ Min. Conv. inquit post verba de superiori Octaviano Ravenn. facta: *Ac est quoque alter Octavianus ejus nepos Romæ Baccalaureus Conventus non longe illi virtutibus dissimilis:* est autem *Baccalaureus Conventus* in nostro Min. Conv. Ordine Lector Philosophiæ, præsertimque primæ, seu Metaphysices: postea rexit Arimini, Cæsenæ, et Asisii Religionis Gymnasia; deinde Patavium missus, ea in Universitate ad 20. annos primam Philosophiam magna cum existimatione doctrinæ professus est. Tandem ætate confectus, obiit in patria an. 1629. ex Aug. Superbo proxime cit. pag. 105., vel 1631. ex Franchino in Bibliosoph. n. 282. §. 2., qui §. 3. tradit, e tribus Octavianis hunc titulum *majoris* retulisse: additque memoratus Superbus, qui suum an. 1632. elaborabat Catalogum Script. Ord. Min., multa eum scripsisse, ac multa *commentariis* illustrasse, sed ea latere, quippe quem dicit virum eruditissimum, ingenio clarum, et in humanis literis peritissimum. De eo et Theulus in Triumpho Seraphico.

Tractatus aurei de Theologia morali Magistri Octaviani Ravennatis extant mss. in 4. in Biblioth. S. Vitalis Ravennæ.

Ex Petro Paulo Ginanni (Memorie storico-critiche degli scrittori ravennati, II, Faenza 1769, p. 399) obiit ætate 70 annorum a. 1630 die 19 aprilis.

* OCTAVIUS SPATARIUS ita appellatus a Joan. a S. Anton. est *Octavianus Spatarius*, de quo supra.

MMMXXIV.

ODO N. SCOTUS natione initio seculi XIII. dum studiorum gratia peregrinaretur in Italia sub ipsa tempora, quibus *Franciscus Asisias* Ordinem suum inchoaverat, sancti Viri præsentia, et sanctimonia, cælestique impulsus spiritu altiora meditari cœpit, nec destitit, donec sanctum illud Institutum amplexus ipsum in Scotiam inferret, ubi et floruit vitæ sanctitate, et Galvejæ in exiguo ab se constructo Cœnobio non absque miraculorum gloria decessit anno 1241. die 25. Martii, quo die coli fertur, cum etiam scripsisset, quantum quidem retulit Chronicon Scoticum apud Dempsterum Hist. Eccles. Scot. lib. 14. n. 974.,

De miraculis a se visis lib. 1., et

Ad Fratres suos lib. 1.

Waddingus ad an. 1230. n. 16. ex Chron. Saxon. ms. refert, Fr. *Ottonem Lombartum jurisperitun* eo anno factum fuisse Ministrum provinciæ Rheni; sed non dicit Scotum fuisse; deinde cum hujus non meminerit Thomas Ecclestonus provin. Angliæ, ad quam Custodia Scotiæ pertinebat, vereor, ne falsa sit relata narratio.

MMMXXV. 1574.

ODO = *Rigaldus* Gallus illustri, ac pervetusta familia ortus circa an. 1236. Ordinem S. Francisci ingressus brevi virtutibus, ac doctrina ita profecit, ut jam anno 1241. et sac. Theologiæ Magister, et egregius concionator celebraretur; annoque 1247. ab Innocentio IV. ad Archiepiscopatum Rothomagensem promoveretur; et cum prudentiæ vir esset, ac existimationis, an. 1270. a Philippo Francorum Rege una cum nonnullis insignioribus viris Gallicanis rebus tractandis, et administrandis præficitur; a Gregorio vero X. an. 1274. datus est una cum *Paulo Tripolitano Episcopo* itidem Minorita socius, et Assessor S. Bonaventuræ, ut Concilii Lugdunensis præcipua negotia conficeret; insequentique anno plenus virtutibus, ac meritis ad cœlos evolavit die 6. nonas Julii. Vetera Ordin. Min. Chronica apud Marcum Ulyssipon. parte 2. Chron. S. Francisci lib.

Digitized by Google

lib. 5. cap. 3. referunt, *Odonem* postea *Rothomagensem Archiepiscopum,* cum Aureliani sermonem de Pœnitentiæ Sacramento haberet, fœminam a dæmone liberasse; et Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. inquit: *Frater Rigaldus, qui fuit Archiepiscopus Remensis* (reponendum *Rothomagensis*) *Magister magnus fuit in Theologia; et scripsit luculenter; et tam vita, quam scientia fuit orbi clarus:* et S. Antoninus in Summa par. 1. tit. 8. cap. 2. *de Conceptione B. V. Mariæ* hunc *Rigald.* inter *solemnes Doctores Ord. Min.* recenset; et in Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 1. ab eodem dicitur *Odo Rigaldi filius clarus genere, et moribus coactus ad Archiepiscopatum assumendum magnus prædicator, et sac. Theologiæ Magister* sub Helia Ministro Gener. Ordinem ingressus, quod Waddingus in Annal. Minor. tradit contigisse an. 1236. ad eum annum num. 9.; qui de eo agit et ad an. 1276. num. 4. Antiquus autor Firmamenti trium Ordinum edit. Paris. an. 1512. par. 1. perhibet, *Rigaldum Archiepiscopum Rothomagensem* scripsisse *in* 4. *Senten. libros; Sermones de Tempore, et de Sanctis totius anni:* et Rodulphius lib. 2. fol. 177. de *Fr. Helia Generali* ait: *floruit suo tempore Odo Rigaldus Episcopus Rothomagensis VIVENDI REGULA dictus.* Meminit ejus et Matthæus Paris. ad an. 1249., et Fratres Sanmarthani to. 1. Galliæ Christ. in Archiepisc. Rhothomagen. omnium fusius, et accuratius; et ex istis Oudinus. Demum Fr. Salimbene Parmen. autor æqualis in suo Chron. ms. pag. 391. scribit *Magistrum Cathedraticum fuisse Parisiis, et multis annis legisse Theologiam in domo Fratrum; optimus disputator fuit, et gratiosus sermocinator: Opus fecit super Sententias. Amicus fuit Regis Franciæ Sancti Lodoici, qui etiam laborarit pro eo, ut Archiepiscopatum Rothomagensen haberet . . Sanctus homo fuit, et Deo devotus . . . Fratrem germanum habuit in Ordine, qui dicebatur frater Adam Lirigarde.*

Expositionem Regulæ S. Francisci cum aliis tribus Magistris *Alexandro de Hales, Joanne de Rupella,* et *Roberto de Bastia* fecit, misitque anno 1242. ad Haymonem Ministrum Gen., ceterosque Fratres eo anno Bononiæ in Comitiis Gen. congregatos; et dicitur *Expositio quatuor Magistrorum,* quæ cusa pluries legitur in Monumentis Ordinis, Firmamento trium Ordinum, et alibi, vocaturque *Rigaldus* a cit. Pisano in *Roberto de Bastia; Rigaudus* vero ab Alvaro Pelagio lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 67., et perperam a multis *Riccardus,* et *Reginaldus.*

Comment. in 4. *libros Sententiarum* mss. extant Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti cod. 149. ex Joan. a S. Anton.; eorumque *primus,* 2., et 3. olim mss. extabant Bononiæ in Biblioth. S. Franc. sub nomine *Rigaldi* juxta veterem illius Bibliothecæ Indicem an. 1421. descriptum; nisi tamen extiterint *Raymundi Rigaldi,* de quo infra. Parisiis in Bibliotheca PP. Dominicanorum extat ms. in fol. magno seculi XIII. continens *Commentarios in* 4. *libros Sententiarum:* incipit 1. liber: *Cupientes aliquid de penuria scientiæ. Per pœnam, quæ attenditur in rebus exterioribus, et acquisitis, intelligitur defectus scientiæ:* finitque: *et tamen Deus pati illum volebat; ita in passione Christi factum.* Secundus liber incipit: *Quæ ad mysterium.* Proœmium in 2. librum Senten. *Creationem* etc. *dicit Augustinus super Genesim* etc.: et finit: *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Tertius incipit: *Jam nunc iis intelligendis.* Incipit prologus in librum tertium: *Conditoris rerum* etc. Quartus liber incipit: *His tractatis, quæ ad rerum. Samaritanus enim Luc.* x. etc. Et in fine extat: *Thomas de Hibernia scripsit:* forsan ille, qui Parisiis degebat an. 1300., et *Manipulum Florum* composuit, vel complevit: manu vero a scripto Operis aliena, etsi antiqua legitur: *Rigaudus Ordinis Prædicatorum in libros Sententiarum.* Hinc Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 475. censet suis hunc adnumerandum; sed cum nemo alius nec Bernardus Guidonis, qui paulo post scripsit, quique sui Ordinis Scriptores accurate recenset, hunc habeat; quis non intelligit, hoc loco factum, quod ipsemet pag. 488. fatetur de cod. 607. Bibliothecæ Victor. Paris., ubi legitur: *Hic sunt scripta super* XII. *Prophetas secundum Fratrem G. de Mi.,* cui alius addidit: *Guillelmi Militonensis sectæ Dominicanæ prædicatoris in* XII. *Prophetas?* Censeo igitur hoc Opus spectare ad Odonem Rigaldum, seu Rigaudum, qui eo seculo floruit, et nomine tantum *Fr. Rigaldi* audiebat, ut lucet potissimum ex *Expositione* Regulæ S. Francisci per 4. Magistros, de qua supra. Ejus *Comment. in* 3. *Senten. librum* citat Joan. a Turrecremata *De Verit. Concept. B. V.* par. 3. cap. 30., sed corrupte *Reginaldum* appellat; uti et Michael Barletta in *Serm. de Concept. B. V.,* nec non Vincentius Bandellus tract. *de singulari Conceptione Salvatoris nostri J. C.* cap. 24. n. 60. his verbis: *idem tenet Dominus Reginaldus Archiepiscopus Rothomagensis Doctor Parisiensis Ordinis Minorum in* 3. *Sententiar. dist.* 3. *sic dicens* etc.

Concionès quadragesimales incip. *Pœnitentiam agite:* mss. in fol. asservantur in Toletana Biblioth. S. Joannis Regum sub GG. n. 13., teste Joan. a S. Anton. to. 3. in append.

Sermones Archiepiscopi Rothomagensis mss. extant Cantabrigiæ in Biblioth. S. Petri vol. 109. ex to. 1. codd. mss. Angliæ p. 3. num. 1171., et Oxoniæ in Collegio Jesu ex to. 1. par. 2. num. 2023.; etsi sint, qui putant, hos esse *Petri Rogerii,* qui fuit *Benedictus XII. Richardi Rothomagensis Sermones* mss. habentur Romæ in Biblioth. Vatic. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 138., ubi reponendum censeo: *Rigaldi Rothomagensis* nempe *Archiepiscopi;* nam hoc nomen sæpe a scriptoribus corrupte versum est in illud *Richardi.* Hujus etiam *Rigaudi* puto esse *Sermones,* qui cum illis diversorum autorum habentur in ms. codice seculi XIII. in Biblioth. Eremit. Augustin. ad Pontem novum Parisiis, teste Echard to. 1. Script. Ord. Præd. pag. 475., etsi ille secus dijudicet.

Sermones de Tempore ex cit. Rodulphio, et Waddingo, aliisque in *Richardo Rhemensi,* qui idem est, corrupte ita vocatus a nonnullis, habentur mss. in Biblioth. Domus S. Petri Cantabrigiæ cod. 109.

Postillas super Psalterium scripsit, teste Joan. a S. Anton. ex Waddingo in *Oddo N.,* quæ mss. extant in Biblioth. Balliolensi Oxonii cod. 36.

Postillæ in Evangelia mss. habentur ibidem Oxonii cod. 37.

Commentaria in 4. *libros Moysis* mss. habentur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti cod. 149. ex Oudino to. 3. Comment. ad an. 1250. in *Odone Rigaldo;* nisi sit legendum *in quinque libros,* subde *Pentateuchum,*

Digitized by Google

Pentateuchum, nam *super Sacram Scripturam* quædam edidisse testatur et Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 13. ad an. 1276., aut leg. *in* 4. *libros Mag. Sentent.*

Tractatum de visitatione Parœciarum ei adscribit Jo: Morerus in Diction. Hist. v. *Rigaud Odon*, præter *Comment. in* 4. *libros Sentent.*, et *Sermones;* aitque *Lugdunensem* patria ex nobili, vetustissimaque ortum familia, quæ postea temporis in Delphinatum emigrans hodie etiam Viennæ subsistit, ex qua etiam fuisse *Joannem Rigaldi* Minoritam Episcopum Trecoriensem sub Jo: XXII., de quo actum est supra, et forsan *Odonis* nepotem existimari potest.

Consecratus est archiepiscopus rotomagensis mense martio anni 1247 stylo veteri, hinc a. 1248. Anno 1270 (die Jovis post festum S. Remigii, i. e. secunda octobris) Philippus III Francorum rex declarans Petrum fratrem regni tutorem, si ipse obiisset antequam aliquis ex suis liberis decimumquartum annum complesset, eius consiliarium pro regni administratione Odonem cum aliis constituit; cf. Gallia Christiana, XI (Parisiis 1759), Instrumenta, coll. 37-38.

Commentarii in quatuor libros Sententiarum ex « Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ » (Oxoniæ 1697, t. I par. III n. 1426) in Collegii Cantabrigiensis S. Benedicti cod. 149 non continentur, sed *Odo super quatuor libros Moysis.*

Sermones, quos indicat Sbaralea extare Oxoniæ in Collegio Jesu, ex ipso Catalogo a Sbaralea citato et ex Henr. O. Coxe (Catalogus codicum mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxonii 1852, par. II, Collegii Jesu n. XXXVI) sunt certe Petri Rogerii (qui postea fuit Clemens VI, non Benedictus XII). In bibliothecæ nationalis parisiensis ms. lat. 16502 (sæc. XIII) extant *Sermones* variorum auctorum, inter quos *Rigaudus*. De Fratre *Rigaudo*, cui nonnulli sermones inscribuntur in codice Eremitarum Augustinianorum, de quo Sbaralea, vere nihil indicat Echard.

Sermones de tempore Odonis Rigaldi non continentur in cod. 109 Domus Cantabrigiensis S. Petri, nisi sint iidem ac *Sermones Archiepiscopi Rothomagensis* supra indicati, ut videtur putasse Oudinus (Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis, III, Lipsiæ 1722, col. 449).

Postillæ in Psalterium a Waddingo tribuuntur Odoni N., qui in Indice inter scriptores ignotæ nationis ponitur. Juxta Coxe, op. cit. (par. I), Oxoniæ in Collegii Balliolensis cod. 36 continentur *Gilberti Porretani episcopi pictaviensis glossæ super Psalterium*, non *Odonis Rigaldi*, in codice vero 37 extat *Odonis* [*Cantuariensis*] *super Psalterium expositio in libros quatuor secundum virtutes totidem cardinales* incipiens *Beatus vir . . . Sciendum quod intencio psalmorum est facere homines virtuosos.* In opere « Catalogi etc. » t. I par. II cod. 393 (seu Coll. Baliol. L. 8) indicatur *Odo super Psalterium*, sed hic *Odo*, qui Jacobo Le Long (Bibliotheca sacra, II, Parisiis 1723, p. 929) est *Odo Rigaldus*, in Indice auctorum dicitur *Astensis.*

Postillæ in Evangelia, quæ a Sbaralea ex Oudino (l. c.) dicuntur extare Oxoniæ in Collegii Balliolensis cod. 37 et tribuuntur Odoni Rigaldo, indicantur in « Catalogi etc., to. I par. II ad num. 364 (Coll. Baliol. K. 4) cum titulo *Odo super Evangelia*, hic autem *Odo*, quem Jacobus Le Long (l. c.) eumdem putat ac auctorem nostrum, in Indice dicitur *Cantuariensis.* Apud Coxe (l. c.) indicantur ad num. XXXVIII hoc modo: 1. *Odonis Cantuariensis sermones 79 in Evangelia Dominicalia . . .* 4. *Eiusdem Odonis sermones 27 super Evangelia Sanctorum;* incipiunt illi: *In die illa erit fons patens . . . Ardorem desiderii patrum antiquorum*, hi vero: *Assumpsit Jhesus Petrum . . . In transfiguratione Domini sex erant personæ præsentes.*

Odo super quatuor libros Moysis. Ita in « Catalogi etc. » l. c. Oudino hic *Odo* est *Odo Rigaldus* ex auctoritate, ut puto, Jacobi Le Long. Sed et *Odoni Cantuariensi* tribuitur *in libros Moysis commentarius* (Catalogi etc., to. I par. I, n. 5105).

Opus magni momenti pro moribus et institutis sæculi XIII præsertim Normannorum dignoscendis Odo Rigaldus reliquit. Relationem scilicet suarum visitationum pastoralium ab a. 1248 ad a. 1269, quæ autographa servatur in codice bibliothecæ nationalis parisiensis lat. 1245 (olim 131 Rog. de Gaignieres). Extat eius hæc accuratissima editio (incepta a. 1847): *Regestrum visitationum archiepiscopi rothomagensis. Journal des visites pastorales d'Eude Rigaud, archevêque de Rouen*, M.CC.XLVII.-M.CC.LXIX. *publié pour la première fois d'après le manuscrit de la Bibliothèque nationale par Théodose Bonnin.* Rouen, Aug. Le Brument éditeur (Imprimerie de C.-F. à Evreux), 1852, in 4, pp. VII et 860. Prodierant iam: *Visites pastorales d'Odon Rigault, archevêque de Rouen, dans les diocèses de la Basse-Normandie, en 1250, 1256, 1266, publiées pour la 1re fois d'après le ms. de la Bibliothèque Royale par M. de Caumont.* Caen, Hardel, 1837, in 8. (60 pp.). Paucissima selecta fragmenta non tam ecclesiasticam disciplinam quam historiam spectantia, præsertim vitam S. Ludovici Francorum regis, ex ipso codice recognita curantibus Guigniaut et De Vailly edita sunt in Recueil des historiens des Gaules et de la France, t. XXI (Paris 1855), pp. 571-93.

Cf. Victor Le Clerc, in Histoire littéraire de la France, t. XXI (Paris 1847), pp. 616-28; Frère Ed., Manuel du bibliographe normand, I (Rouen 1860), p. 472; P. Feret, La faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres. Moyen-Age. II (Paris 1895), pp. 303-12.

MMMXXVI.

ODO DE ROINI memoratur in Vita *B. Isabellæ*, seu Elisabeth S. Ludovici Regis Galliarum sororis apud Act. SS. Collect. Bolland. die 31. Augusti sub nomine *Fr. Odonis de Roni sac. Theolog. Mag.*, utpote qui a *sacris Confessionibus* ejus fuisse in eadem Vita dicitur. *Fr. Odo de Renoniaco Ord. Min.* memoratur in epist. 94. Reg. Vatic. an. 1254. 31. Julii Innocentii IV. pro confirmatione Sybillæ Abbatissæ S. Petri ad Moniales Remen., qua ei committit, ut cum duobus Canonicis Remensib. audiret testes in ea causa productos. An. 1272. et 1273. Paris. nonnullos habuit *Sermones*, qui mss. servantur ibi in Biblioth. Sorbonica cod. antiquo, de quo supra in *Joanne de Montibus*, in eoque ejus sunt 6., et 47. In Biblioth. Victorina, teste Echardo in Script. Ord. Præd. to. 1. pag. 269. in Fr. *Egidio Aurelianen.*, et pag. 386. in *Concionatoribus variis*, extat ms. cod. num. 762. *Sermonum* variorum, quorum 15., et 71. anno 1282. habuit *Fr. Odo de Bueriis*, qui tamen forsan alius est ab Odone de Roini. In eodem codice habentur *Sermones* diversorum etiam Franciscanorum, nempe *Fr. Egidii Bonicleriei* 7. et 61., *Fr. Droconis, Fr. Guiberti* 56., *Fr. Jo: Gallensis*, de quibus dictum est suis locis; *Fr. Richardi* 47. 69. et 98., *Fr. Terrici de Saulis* 66., et plurium *Anonymorum* 40. [vere 39] *Sermones.*

Odonis de Roini seu *Renoniaco* (Rosny) *Sermones* extantes in codice Sorbonæ supra nominato, nunc ms. lat. 16481 bibliothecæ nationalis parisiensis, habiti sunt ambo anno 1272, primus in festo omnium sanctorum, alter in festo sanctorum innocentium. In eiusdem bibliothecæ ms. lat. 15702 (sæc. XIII) servantur *scripta scholastica* diversorum auctorum, inter quos est *Odo de Rooni de Minoribus.* Duorum sermonum, qui in codice Victorino 762 (nunc forte ms. lat. 14596 biblioth. nationalis parisiensis) inscribuntur F. Odoni de Bueriis, alter, ut ex ipso Echard (pp. 385-86) deducitur, habitus est a. 1283, non vero a. 1282.

Cf. Barth. Hauréau in Histoire littéraire de la France, t. XXVI (Paris 1873), pp. 403-405.

MMMXXVII. 1575.

B. ODORICUS DE PORTUNAONO = *Matteussi* a *Villanova* prope Portumnaonum dicitur a nonnullis, cujus

Itinerarium, seu *Historia peregrinationis suæ* 16. *annorum* eadem est cum *Libro de mirabilibus mundi* variis titulis evulgato, ut etiam *Descriptio terrarum Fr. Oderici: de diversis ritibus, et conditionibus mundi* etc.; ita apud Bollandum, qui illam edidit to. 1. Januar. ad diem 14. ex pervetusto cod. ms. Pragæ an. 1340. a *Fr. Henrico de Glatz* scriptam cum *Appendice Fr. Marchesini de Badajon* al. Bajadon [corr. *de Bassano*], quam tamen exscripserat omnium primus *Gulielmus de Solagna*, ut supra dictum est, habeturque ms. pergam. in 4.

Asisii.

Digitized by Google

Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci cum *Vita* et *Miraculis* post mortem: V. *Gulielmus de Solagna;* et scripta an. 1331. perg. in 4. extabat penes Jo: Bapt. Buccolinum Fulginat. Habetur. et in Biblioth. Vatic. ms. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Bibliothecæ mss. pag. 17., quæ dicitur *Descriptio de partibus infidelium:* extat et inter libros mss. Reginæ Sveciæ n. 348. in Biblioth. eadem tit: *De mirabilibus urbium* ex eodem pag. 96. *Liber S. Odorici O. M. de ritibus variarum gentium* ms. extat in Biblioth. Monasterii Murbacen. diœces. Basileæ ex Catalogo ejusdem pag. 1178. to. 2. *Descriptio itineris an.* 1318. *e Patavio (Polim, inde Trapezuntiam,* aliasque partes Orientis arrepti italico antiquo sermone exarata habetur Florentiæ in Biblioth. Riccardiana sub M. IV. cod. chart. in 4. n. 3. ex Indice dictæ Bibliothecæ pag. 203.; quem codicem Illustrator Historiæ B. Odorici in præfat. p. 39. et 40. putat esse scriptum B. Odorici a Gulielmo de Solagna latine factum: sed codex Gulielmi diversimode incipit, et error est de anno 1318., cum iter inceperit an. 1314. ex aliis. *Odorici Utinensis* liber *de mirabilibus mundi* in gallicum idioma translatus a *Jo: Vignay* habetur ms. in Bibliotheca Regis Angliæ ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 633., et in Parisiensi Regis Galliarum n. 4264. ex eodem pag. 749. to. 2. *Tractatus de mirabilibus Orientis* ejusdem in gallicum sermonem translatus fuit circa annum 1350. [anno 1351] a *Joanne Longo* S. Bertini in Belgio Abbate, teste Labbeo in nova Biblioth. mss., extatque ms. in Cottoniana Biblioth. [sub effigie Othonis] lit. D. cod. 2. ex Oudino to. 3. Comment. ad an. 1360. in *Joanne Longo:* hanc autem Ponticus Virunius typis vulgavit Pisauri an. 1513. lingua vernacula, ut etiam apud Rhamnusium reperitur to. 2. Navigat. 4. edit., opinatus tali idiomate ab autore conditam, Bellunensem insuper, et de familia Pontemaonis scripsit: qua de re legendi sunt autores Operis Diarii Literat. Ital. Ven. to. 24., qui adnotant hujus B. Viri *Processus Vitæ, et Miraculorum* mss. asservari penes Abbatem Fontaninum.

Relationem 4. *Martyrum Thanæ Ord. Min.* Itinerario suo inseruit, quam seorsum exhibent Act. SS. Collectores Bollandii die kal. Aprilis.

Chronicon compend. a mundi exordio usque ad an. 1331. Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. to. 1. cum nonnullis aliis contendit non esse hujus *Odorici,* eo quod aliqua contineat post obitum B. Odorici patrata, et in eo nominatur *B. Odoricus:* sed id probat dumtaxat, aliquid additamenti *Chronico* factum esse, quod sæpe contingit, præsertim Historicis: attamen ex aliis elicitur non esse B. Odorici, ut supra ostendi in *Joanne a Mortiliano,* cui adscribendum esse reor.

Agit de hoc B. Viro autor æqualis in *Catalogo SS. et BB. Ord. Min.* scripto anno 1336., Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de loco *Utini,* a quo plura multi exscripserunt, ejusque *Opus brere de mirabilibus infidelium* appellat; at in Quadragesimali *de contemptu Mundi* serm. 7. dicit *de mirabilibus Tartarorum:* sed Petrus Berchorius autor suppar in Morali Reductorio lib. 14. vocat, et rectius *tract. de mirabilibus Orientis* cap. 27. 44., et 49. n. 8., nec non in Morali Repertorio, seu Dictionario v. *Delectatio.* De eo etiam ex Chronicis antiquis Ord. Min. tractat Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Francisci par. 2. lib. 8. cap. 18., et seqq., ubi *Sermones,* et *Epistolas* ei adscriptas legitur præter *librum de mirabilibus mundi* cap. 21., Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 404. ex Trithemio, aliisque; sed legendus est nuperus Illustrator Elogii, et Historiæ, seu Itinerarii hujus Beati Venetiis editi an. 1761. in 4. m. typis Anton. Zattæ. B. Odorici cultus immemorabilis approbatus est a Sede Apostolica an. 1755. die 2. Julii.

Itinerarii nonnulli codices mss. — *B. Odorici Itinerarium* continent *latine* multi codices mss.: plerique, etsi ob varias lectiones valde sint inter se diversi, prout est conscriptum a Gulielmo de Solagna (vico non quidem, ut affirmat Sbaralea ad n. MDCCVII, diœcesis mutinensis, ubi nullus locus huius nominis extat, sed diœcesis patavinæ, prope Bassanum); nonnulli, prout ab Henrico de Glatz retractatum est atque interpolatum. Huius posterioris generis sunt Berolinensis biblioth. Regiæ theol. qu. 141, iudice Henrico Cordier sæc. XIV, et Monacensis biblioth. Regiæ lat. 903 anni 1422; prioris generis hi, omnes sæc. XIV, indicandi inter præcipuos videntur: a). Asisiensis biblioth. Civitatis 343, idem ac a Sbaralea hic memoratus et ad n. MDCCVII descriptus; b). Basileensis biblioth. Universitatis D. IV. 8, iam E. III. 20, cui falsus titulus *Descripcio terræ sanctæ fratris Odirici de foro julij:* c). Bremensis biblioth. Civitatis Ms. b. 2; d). Cantabrigiensis Collegii Corporis Christi CCCCVII, antiquior anno 1350; e). Londinenses Musei Britannici Arundelianus 13 et Collectionis Regiæ 14. C.XIII. uterque eiusdem fere ætatis ac Cantabrigiensis; f). Monacensis biblioth. Regiæ lat. 21259; g). Oxonienses Bodleianæ Digbeiani 11 et 166; h). Parisiensis biblioth. Nationalis lat. 2584, in quo Odoricus dicitur *Boemus* de Foro Julii; i). Romani biblioth. Casanatensis 276 et Vaticanæ Vatic. lat. 5256; k). Vindobonensis biblioth. Palatinæ lat. 545. — Idem *Itinerarium* extat ms. *italice,* præterquam in biblioth. Riccardiana (cod. nunc 383; sæc. XV): in Nationali florentina codd. Magliabech. Cl. XIII, 68, et Palat. E. 5, 9, 6, 7, utroque sæc. XIV; in Vaticana, Vatic. lat. 5256 sæc. XIV iam memorato, et Urb. lat. 1013 sæc. XV; in biblioth. veneta Marciana, It. Cl. VI. Cod. CII; etc.; *gallice* iuxta versionem Jo. de Vignay invenitur in Museo Britannico Regiæ Collectionis cod. 19. D. I sæc. XV, iuxta versionem autem Jo. le Long: Bernæ in biblioth. Civitatis cod. 125 (sæc. XIV), Bisuntii in biblioth. publica cod. 667 (a. 1368), Parisiis in Nationali *Franç.* 1380 (sæc. XV), 2810 (sæc. XV ineuntis), 12202 (sæc. XIV). — Apud B. de Montfaucon, op. cit. t. II, p. 749 n. 4264, nulla versio gallica indicatur, quum hæc sola verba ibi legantur *Peregrinatio Fratris Odorici de Foro Livio* (sic). Ex mss. italicis Odoricus suum iter incepit a. 1318; ex nullo documento constat eum illud incepisse a. 1314, seu, quod idem est, sexdecim annos peregrinatum esse.

Itinerarii editiones præcipuæ. — 1. *Incipit Itinerarium fratris Odorici fratrum minorum de mirabilibus Orientalium Tartarorum.* Extat in « The second Volume of the Principal Navigations, Voyages, Traffiques and Discoueries of the English Nation . . . By Richard Hackluyt . . . Imprinted at London by George Bishop, Ralph Newberry, and Robert Barker. Anno 1599 », pp. 39-53. Textus desumptus est, ut videtur, ex codice Musei Britannici Regio 14. C.XIII. Sequitur (pp. 53-67) eiusdem textus versio anglica, omissis tamen capitibus *De martyrio fratrum* et *De miraculis quatuor fratrum occisorum.* — 2. *Elogio storico alle gesta del Beato Odorico dell' Ordine de' Minori Conventuali con la storia da lui dettata de' suoi Viaggi Asiatici illustrata da un religioso dell' Ordine stesso* (Giuseppe Venni). In Venezia MDCCLXI. Presso Antonio Zatta. in 4 maiori (pp. VIII-152). Textus (Gulielmi de Solagna) exceptus est ex quodam codice anni 1401, tunc Joannis Josephi Liruti, nunc 2408 Musei veneti Correr, additis præcipuis lectionibus variis codicis utinensis Montaniani exscripti a. 1542 ex altero codice anni 1448. — 3. *Cathay and the Way thither; being a Collection of Medieval Notices of China, translated and edited by colonel Henry Yule,* . . . London: Printed for the Hakluyt Society. M.DCCC.LXVI. voll. 2 in 8. In vol. I pp. 1-162: The Travels of Friar Odoric of Pordenone (pp. 1-41: Biographical and historical notices); in vol. II Appendix I (pp. i-xlii): Latin text of Odoric, from a MS. in the Imperial Library at Paris (*Fonds latin,* No. 2584), with various readings; Appendix II (pp. xlii-lxiii): Old Italiam text of Odoric, from a MS. in the Palatine Library at Florence (E, 5, 9, 6, 7), with various readings. Editio valde rara eademque optima. — 4. *Sopra la vita e i viaggi del beato Odorico da Pordenone dell' ordine de' minori Studi con documenti rari ed inediti del chierico francescano Fr. Teofilo Domenichelli sotto la direzione del P. Marcellino da Cirezza M. O.* In Prato per Ranieri Guasti editore

Digitized by Google

editore-libraio. 1881; pp. 410 in 8. Continet (pp. 153-200) *B. Odorici Itinerarium* latine ex codice Monacensi lat. 903 (iam editum a Marcellino de Civetia in suo opere « Storia universale delle Missioni francescane » t. III, Roma 1859, pp. 739-81), et (pp. 201-255) italice ex optimo codice CII Cl. VI biblioth. Marcianæ. — *Les Voyages en Asie au* XIVe *siècle du bienheureux Frère Odoric de Pordenone Religieux de Saint-François publiés avec une introduction et des notes par Henry Cordier.* Paris, Ernest Leroux Éditeur (Angers, Imp. A. Burdin et Cie) M.D.CCC.XCI. in 8 maiori, pp. CLVIII-602. Editio magni facienda, de qua conferri potest L. Delisle in Bibliothèque de l'École des chartes, t. CII (Paris 1891), pp. 452-53, exhibens versionem gallicam Joannis le Long ex mss. Franç. 1380 et 2810 biblioth. Nationalis parisiensis, quorum iuxta primum prodierat iam, sed absque ullis adnotationibus in « L'Hystore merveilleuse . . . du grand Empereur de Tartarie . . . Imprimee nouvellement a Paris En Lan mil cinq cens vingt et ix. le quinziesme iour du moys Dapuril pour Jehan sainct Denys libraire » in fol. parvo, iuxta alterum edita erat, sed parum accurate, a. 1877 Parisiis opera Ludovici de Backer in libro, cui titulum dedit « L'Extrême Orient au moyen âge, d'après les manuscrits d'un Flamande de Belgique, moine de Saint-Bertin à Saint-Omer . . . » (Paris, E. Leroux; in 8). — *Itinerarium* non editum est integre a Jo. Bollando, qui præcipua solum, ut ipse fatetur, decerpsit, quæ B. Odorici zelum demonstrarent in christianæ religionis propagatione indefessum; apud Jo. Baptistam autem Ramusium, Secondo Volume delle Navigationi et Viaggi, Venetia M.D.LXXIIII (ed. 2), MDLXXXIII (ed. 3), MDCVI (ed. secundum Sbaraleam 4, quæ tamen exceptis nonnullis foliis recusis eadem est ac tertia), duæ eiusdem versiones italicæ extant, prima diffusior iuxta textum Gulielmi de Solagna, quæ videtur deducta ex codice utinensi Montaniano supra memorato, altera contractior affinis versioni typis editæ Pisauri a. 1513, et similis textui codicum florentinorum Riccardiani et Palatini.

Chronicon compendiosum etc., quod Sbaralea absque ulla ratione Joanni a Mortiliano adscribendum esse putat, ex codicibus eiusdem Chronici Asisiati bibliothecæ Civitatis 341 et Parisiensi biblioth. Nationalis lat. 5006 quemdam fratrem *Elemosinam* auctorem habere videtur. Cf. Golubovich Gir., Biblioteca bio-bibliogr. della Terra Santa e dell'Oriente Francescano, II, Quaracchi 1913, pp. 103-106, 116-119.

Sermones et *epistolas* (quasdam) tribuit B. Odorico etiam Joannes Trithemius in Libro scriptorum ecclesiasticorum; attamen Joannes Jos. Liruti, qui de nostro auctore agit in « Notizie de' letterati del Friuli, » t. I (Venezia 1760), pp. 274-90, testatur: *Niuno di questi Sermoni, o Lettere io non ho mai avuta la fortuna di vederne, qualunque diligenza abbia usata nel farne ricerca.*

Ab J. C. M. Laurent in volumine, quod inscripsit « Peregrinatores medii ævi quatuor » (Lipsiæ, 1864 et iterum 1873), pp. 146-158, ex codice berolinensi biblioth. regiæ mss. theol. qu. 141 editus est *Odorici de Foro Julii Liber de Terra Sancta;* qui tamen a B. Odorico abiudicandus est.

Confer præcipue Yule et Cordier in editionibus supra indicatis; videsis etiam: Nuova raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, t. XXV (Venezia 1773), n. IX pp. 127-145; F. Kunstmann in G. Phillips' und G. Görres Historisch-politische Blätter für das katholische Deutschland, XXXVIII (München 1856, II Bd.), pp. 507-537 (Der Missions-bericht des Odoricus von Pordenone); F. Zambrini, Opere volgari a stampa dei secoli XIII e XIV, Bologna 1878, coll. 714-718; R. Röhricht, Bibliotheca geographica Palæstinæ, Berlin 1890, pp. 69-71; M. Gnauck, Odorich von Pordenone, ein Orient-reisender des 14. Jahrhunderts [Leipzig 1895]; Bibliotheca hagiographica latina antiquæ et mediæ ætatis, II, Bruxellis 1900-1901, pp. 911-913.

MMMXXVIII. 1576.

OLIVERIUS CONRADUS =

Speculum peccatorum prodiisse Parisiis scribit Possevinus in Appar. sac. to. 2., an. 1546. in 16. apud Vincentium Gautheret, teste Joan. a S. Anton. to. 2., et Anton. Teisserio in Catalogo pag. 249.

La Vie, faicts et louanges de sainct Paul Apostre . . . Paris, *Vivant Gaultherot*, 1546. in 16.

Le Mirouer des pecheurs. On les vend a Paris en la rue saint Jaques a lenseigne de lelephant, pres les Mathurins [i. e. apud Franciscum Regnault]; s. a., sed cum auctoris epistola data « Ex Cœnobio Magdunio ad Ligerim. Idibus decembris, anno a natali Christiano Millesimo Quingentesimo vigesimo sexto »; in 8. Opus in octo partes dividitur, et pene totum versibus (tum gallicis tum latinis) scriptum est.

Oliverii Conrardi meldunensis (*minoritæ*) *Epigrammata, orationes ad superos et epicedia.* - Impressa fuere Parrhisiis opera et sedulitate Nicolai Bonæspei Trecensis, ... pro ... Dionisio Roce ... per diligentem Calcographum Antonium Bonnemere Anno 1510, idibus Maii. in 4 (20 ff.).

Xenia. Parisiis per Antonium Bonnemere pro Dionysio Roce, 16 maii 1510. in 4 (16 ff.).

Penthalogus: Saphicum carmen de conceptione Virginis Christiferæ. Parisiis per Antonium Bonnemere pro Dionysio Roce, 18 maii 1510. in 4 (14 ff.).

Oliverii Conradi odæ aliquot de Præfiguratione, conceptione, nativitate, assumptione V. Mariæ, una filii Jesu vitam complectentes, miraculum ejusdem virginis in defendendo ab hostibus oppidulo quod nunc pars est Aureliæ urbis: historia D. Sebastiani libri II, *cum aliis nonnullis.* Aureliæ, Fr. Gueiardus (Parisiis, ex typographia Christiani Wechelii), 1530. in 8.

La vie et louenge du benoist sainct Joseph espoulx de la tres sacree Vierge Marie mere de nostre saulueur Jesus (cum duobus carminibus latinis in fine). On les vend a Lyon . . . chez Oliuier Arnoullet; s. a., sed non ante diem 18 iulii 1535; in 8.

Cf. Brunet J. Ch., Manuel du libraire, II (Paris 1861), coll. 230-31, et Supplément, I (1878), col. 290.

MMMXXIX. 1577.

OLIVERIUS MAILLARDUS = Armoricus a concionibus Regis Galliarum, et Ducis Burgundiæ; nec non Legatus Apostolicus a Summo Pontifice in Galliam directus, prophetiæ dono, religione, ac vitæ sanctitate floruit.

Contemplatio, seu expositio super Salutatione Angelica ad Matrem Misericordiæ dirigenda cum materia de eadem Virgine prædicabili prodiit Parisiis an. 1516. in 8. apud Joan. Petit.

Quadragesimale Opus declamatum Parisiorum urbe Ecclesia sancti Joannis in Gravia an. 1498., et tunc *recollectum* prodiit Parisiis eodem anno in 4.; et ibid. opera Michaelis Lesclencher impensis Joannis Petit in 8. an. 1515. vel 1516. De eo Maittaire Annal. Typograph. to. 1. pag. 669.

Quadragesimale alterum ibidem an. 1518. ex Joan. a S. Antonio.

Sermones de Adventu. Parisiis an. 1497. in 4. per Anton. Caillaut, et Ludovicum Martineau ex Maittaire to. 1. pag. 647.; et ibidem an. 1498. ex eodem pag. 669.

Sermones dominicales post Pentecosten. Ibidem an. 1515. in 8. apud Joan. Petit; apud quem iterum prodierunt an. 1521. in 8. *Sermones dominicales* (nescio an alii a superioribus) *una cum concionibus de Tempore.*

Sermones de Adventu; quadragesimales; dominicales; et de peccati stipendio, et gratiæ præmio una cum pulcherrimis juris quæstionibus quolibet in Sermone insertis, et spiritualiter applicatis Parhisiis declamati, noviter impressi, et accuratissime emendati. Argentinæ impensis Jo: Knoblouchi Chalchographi ann. 1506. 5. kal. Septem. in 4. ex to. 1. Amœnit. Hist. Eccles. et Litterar. Schelhornii apud Freytag pag. 559. Analect. Litter.; eaque videtur editio, quam memorat Maittaire to. 1. pag. 701. his verbis: *Opera varia in unum collecta una cum pulcherrimis juris quæstionibus ad quemlibet sermonem, et tractatum additis ipsomet curante:* vel potius hæc ea est, quam ex Willoto adducit Possevinus to. 2. Appar. sac. pag. 510. facta an. 1499., et repetita anno 1506., et 1512. Argentinæ apud eumdem Knoblouchium, et Parisiis an. 1516. apud Jo: Parvum ex cit. Possevino, et Simleri Bibliotheca pag. 531.

Sermones de Sanctis. Lugduni an. 1507., Parisiis an. 1513., et Argentinæ 1514.

Sermones

Digitized by Google

Sermones de Defunctis una cum supradictis Parisiis 1513. in 8. typis Joan. Parvi.

Historia Passionis dominicæ gallice. Ibidem an. 1497. in 4. apud Jo: Lambert.

Sermones omni tempore prædicabiles una cum 12. *signis mortis naturalis, ac spiritualis; et* XVI. *conciones de stipendiis peccati.* Ibid., et Lugduni an. 1499.

Novum diversorum Sermonum Opus, quod supplementum nuncupatur. Parisiis an. 1513. in 8. apud Joan. Parvum.

Instructio, et consolatio de vita contemplativa gallice prodiit Parisiis in 4. sine anno, teste Orlando de Orig. et progr. Typogr., et Labbeo in nova Bibliotheca librorum mss. Scripsit etiam

Dialogum inter veritatem, et mendacium, quem citat autor Addit., et Adnot. ad quæst. 237. Magistral. Joannis Coloniensis an. 1510. excusam pro Immacul. *V. M. Concept.*

Ejus *Sermonem* 47. Dominicæ Passionis citat Nicolaus Boerius Burdegalen. in Addit. ad Comment. proœmii Dini in Regulas Juris Pontif.; et nonnulla ex ejus Adventuali, et Quadragesimali excerpta leguntur apud Ludov. Bail par. 3. Biblioth. Concionat. cap. 82. Defuncti corpus ex decreto Capituli Gener. an. 1508. Barcinone celebrati translatum fuit ad Sacellum novum in ejus honorem constructum; agitque de eo Arturus ad diem 21. Julii Martyrol. Francisc., ubi binas Innocentii VIII. ad eum *epistolas* exscripsit, ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

Ortu britannus, non armoricus seu aquitanus, testibus eius antiquo Epitaphio (Bulletin du bibliophile, x, Paris 1852, p. 907) et Nicolao Bertrandi (Opus de Tholosanorum gestis, Tholose 1515, f. LXVI r°).

Opus quadragesimale egregium quod quidem in civitate Nannetensi fuit declamatum: ac nuper Parisiis impressum. Impensis Johannis Petit kal. Februarii a. 1506 [1507] in 8 (Panzer, Annales typographici, t. VII p. 519 n. 166; Catalogue des ouvrages de la Réserve . . . de la biblioth. de l' Université de Paris, in Revue des bibliothèques An. 19, Paris 1909, p. 291); — Impensis Johannis petit . . . Non. Nouembris, 1513. in 8; — Impensa Jo. Petit [Parisiis] a. 1518 in 8 (in Museo Britannico).

Sermones (41) de adventu declamati Parisiis in ecclesia S. Johannis in Gravia; quadragesimales (70) ibidem declamati; dominicales (47, a 1ª ad 24am dominicam post Pentecosten), cum *sermonibus (16) de stipendio peccati et gratiæ præmio.* 1. Parisiis per Antonium Caillaut, 1497 XXV octobris, 1498 XVIII ianuarii, 1498 ultima aprilis, voll. 3 in 4 (Claudin A., Histoire de l'imprimerie en France, I, Paris 1900, p. 330; Hain, Repertorium Bibliographicum, n. 10512; Reichling D., Appendices ad Hainii-Copingeri Repert. Bibliogr., fasc. V, n. 1563); — 2. Lugduni per Johannem de Vingle, 1498 XXII maii, XII iulii, XI et XXII augusti, voll. 3 in 4 (Copinger, Supplement to Hain's Repert. Bibliogr., II, n. 3768; — 3. Lugduni per Johannem de Vingle, 1498 V novembris, VIII decembris, X decembris, voll. 3 in 4 (Hain, n. 10515); — 4. Parisiis per Philippum Pigouchet, 1500 VII maii, XXVI iunii, XIIII augusti, voll. 3 in 8 (Hain, n. 10516); — 5. Lugduni pro Stephano Gueynard, 1503, in 4; — 6. Argentinæ impensa Joannis Knoblouchi calchographi, 1506 V kal. septembris, in fol. (Panzer, IX. 355. 72 b; apud Graesse, Trésor de livres rares, IV p. 342: in 4); — 7. Parisiis per Joannem Barbier impensis Jo. Petit, 1511-12, voll. 3 in 8 (in Museo Britannico); — 8. Argentinæ impensa Joannis Knoblouchi calchographi, 1512 pridie cal. Decembris, in 4 (Panzer, IX. 359. 246 b). — Extant aliæ editiones, sed dubia videtur editio anni 1499. *Sermones quadragesimales* prodierunt opera Michaelis Lesclencher impensa Jo. Petit *anno 1516* die XXV maii (Panzer, VIII. 31. 861).

Quadragesimale, conscriptum post factum sermonem ex ore ipsius reverendi patris Oliverii Maillardi . . . declamatum coram illustrissimo archiduce in oppido Brugensi, anno domini 1501. Parisiis, absque anni et typographi notis, in 8.

Sermones de Sanctis nescio utrum excusi sint Lugduni a. 1507; sed prodierunt etiam: sine loci nota (Parisiis) cura Andreæ Bocard impensis Joh. Petit a. 1507 XVII kal. iuniarum, in 8 (Panzer, VII. 523. 195); — Coloniæ per Cornelium de Zyryckzee a. 1507 die 30 Octobris, in 4 (in Museo Britannico); — Parisiis sumptibus Durandi Gerlier a. M.D.VII die XIV Januarii [1508], in 8 (Panzer, VII. 522. 193); — sine loci nota (Parisiis), sumptibus Francisci Regnault a. MDIX die XVI Martii [1510], in 8 (Panzer, VII. 540. 342); etc.

Novum diversorum sermonum opus hactenus non impressum, quod merito supplementum priorum sermonum iam dudum impressorum poterit nuncupari. Uenundatur parisii in vico sancti Jacobi ad intersignium Lilii. In domo Joannis parui (in fine: industria Joh. Barbier impressoris), sine anno sed ineunte sæc. XVI, in 8. Continet ex Hain (n. 10517) *Adventuale* non quidem, ut quondam, sub auctore prædicante recollectum sed per eum conscriptum, *quatuor sermones communes per adventum,* et *sermones dominicales* nondum impressos. — Extat in Casanatensi exemplar, magna sui parte in fine mutilum, editionis similis in 8, quæ et ipsa dicitur venundari *parisii in vico sancti Jacobi ad intersignium lilii. In domo Joannis parui;* in qua continentur (ex folio 1° verso, ubi Ordo contentorum): Adventuale, ut supra, constans ex sermonibus XXXII, incipiens *Preparate domino corda vestra . . Eorum qui nisu toto gratiam spiritus sancti cupiunt;* Quadragesimale declamatum Brugis a. 1501; Sermones quatuor communes per adventum prædicabiles; Sermones dominicales ab octava nativitatis domini ad dominicam quinquagesimæ; Sermones quatuor de pœnitentia tempore quadragesimæ prædicabiles; Sermones dominicales ab octava paschæ ad festum ss. sacramenti inclusive, cum sermonibus de diebus rogationum et de festo ascensionis; Sermones decem de epiphania et per octavam prædicati; Sermones quinque de sanctis inter pascha et pentecosten occurrentibus; Sermones quatuor de templi dedicatione; Sermones octo de octo miseriis animæ.

Passio domini nostri Jesu christi a reuerendo p. Oliverio Maillard parisius declamata. Absque ulla nota, char. goth., 16 foll. in 8 sign. A-B. Altera saltem editio (pro Joanne Petit Parisiis impressa) extat in Museo Britannico.

Listoire de la passion douloureuse de nostre doulx sauueur et redempteur ihesus rememoiree es sacres et saintz misteres de la messe. A Paris par Jehan Lambert le dernier iour de decembre 1493, in 4. Non extat editio anni 1497. — Aliæ editiones: *La recolation de la tres piteuse passion de nostre seigneur J. C., representee par les saincts et sacres mysteres de la messe, et prechee deuant le Grand Maistre de France, en sa ville de Laval.* Paris, veuve Trepperel et Jehan Jehannot (circa a. 1520), in 4; — *La recolation* etc. Paris pour Pierre Sergent, sine anno (non ante 1531), in 8; — *Le mystere de la messe conforme et correspondant à la douloureuse passion de nostre benoist Saulueur.* Paris pour Jean Bonfons, sine anno (forte c. 1550), in 4 (Du Verdier A., La Bibliotheque, Lyon 1585, p. 932; Niceron, Memoires pour servir a l'histoire des hommes illustres dans la republique des lettres, XXIII, Paris 1733, p. 57); — *La conformite et correspondance tres deuote des sacres et sainctz misteres de la messe a la passion de nostre doulx saulueur et redempteur Jesuchrist: necessaire a tous ceulx et celles qui deuotement veullent ouyr la dicte messe.* Paris par Joland Bonhomme, 1552, in 8 (in Museo Britannico); — *Histoire de la passion de Jésus-Christ, composée en* MCCCCXC *par le R. P. Olivier Maillard; publiée en 1828 comme monument de la Langue française au* XV*e siècle. Avec une notice sur l'auteur, des notes, et une table des matières: par Gabriel Peignot.* A Paris, de l' Imprimerie de Crapelet, MDCCCXXVIII. in 8. Hæc editio, fideliter ibidem recusa a. 1835, textum integrum non exhibet, quum partes, quæ dogmata vel cæremonias respiciant, omissæ sint.

Linstruction et consolacion de la vie contemplative. In fine: *acheue . . . pour Anthoine verard libraire demourant sur le pont nostre dame* (ergo ante diem 15 octobris a. 1499); 46 ff. in 4, cum figuris ligno incisis. Liber hic, plura opuscula continet, pleraque secundum A. Piaget in opere infra notato (p. 331) alius auctoris; eorum quinque indicantur a J. C. Brunet (Manuel du libraire, III, Paris 1862, col. 1315), et sunt: 1. *Ung beau traictie* dont lauteur *a fait envoye a plusieurs religieuses pour les instruire et enhorter a eulx bien gouverner* (seorsim etiam excusus: Paris pour Symon Vostre, in 8); 2. *Ung sermon pour le jour de lascension Nostre seigneur;* 3. *Ung petit sermon pour le jour de Panthecouste;* 4. *Du Sentier du Paradis,* carmen; 5. *Une petite et briefue contemplation faite sur les sept heures du iour, sur la passion de Nostre seigneur Jesuchrist . . .*

Sermon fait lan mil cinq cens le cinquiesme dimence de Quaresme en la ville de Bruges. Absque ulla nota, 12 foll. in 4; — Anvers 1503 in 4; — ibidem ineunte sæculo XVI, in

Œuvre

Digitized by Google

Œuvre nouvelle contenant plusieurs materes, de quo libro confer J. C. Brunet, op. cit., IV, coll. 163-64; — *Sermon de F. Olivier Maillard, prescké à Bruges en 1500, et aultres pièces du même auteur, avec une Notice par M. Jehan Labouderie.* Paris, imprimerie de C. Farcy, 1826, in 8.

La confession de frere oliuier maillard. In fine: *Imprimees apis* (à Paris) *on colliege de narboune. Eu lan mil quatrecens quatre vignts vng* (1481). *Le vigntiesme iour de Nouembre* (probabiliter per Simonem Doliatoris seu Bötticher), in 8 min., foll. 32 (Claudin, op. cit., I p. 285 sqq.). Prima editio eaque rarissima huius opusculi, quod incipit: *Toute personne qui desire estre sauluee de necessite convient quelle soit en la grace de dieu.* — Nonnullæ : liæ editiones: *A Geneve,* sine nomine typographi et anno (sed per Ludovicum Cruse alias Garbin, cuius symbolum exhibet), fortasse circa a. 1490, 10 foll. in 4: — absque ulla nota, 16 foll., 36 ll., in 4, cum symbolo adhibito a Philippo Pigouchet a. 1489 in libro « Manipulus curatorum » Guidonis de Monte Rocherii, et ab Antonio Caillaut in multis suis editionibus ab anno saltem 1492 (Claudin, op. cit., II pp. 14-15, I p. 302): — absque ulla nota, 50 foll. sign. A-D, 25 ll., in 4 (verisimiliter Parisiis circa a. 1500).

La confession generale, incipiens: *Qui bien se veult confesser il doibt premierement penser aux peches quil a faits.* Nonnullæ editiones: Sine ulla nota in 4, duplicis characteris formis, quibus utebatur circa a. 1485 Guillelmus Le Roy typographus lugdunensis (Proctor R., An Index to the early printed books in the British Museum, n. 8511 A; Copinger, II, n. 3769?): — sine ulla nota, 6 foll., 36 ll., in 4 (Reichling, IV, n. 1256); — sine ulla nota, foll. 8, in 4, exhibens in fronte figuram ligno incisam: — a Paris par Alain Lotrian, sine anno, foll. 12 in 8; — a Lyon sus le Rosne par Claude Nourry dit le Prince, lan 1526, foll. 12 in 8 min.; etc. — *La Confession generala de fraire Olivier Mailhart en lenguatge de Tholosa.* Sine loco et anno, cum symbolo in fronte Joannis de Guerlins typographi tolosani ineuntis sæc. XVI, foll. 12 in 8, et iterum 16 foll. in 8 additis « *Cinq orations compresas sus la* (sic) *cinq letras de Ave Maria* » (relatis in Bulletin du bibliophile, X, pp. 909-11), quæ tamen probabiliter non sunt Oliverii Maillardi.

Chanson piteuse composee par frere oliuier maillard, en pleine predication, au son de la chanson nommee: Bergeronette sauoisienne. et chantee a Toulouse, environ la penthecouste par le dit maillard, luy estant en chairre de predication. Lan mil cinq cens et deux. Et bien tost apres trespassa. Sine nota in 8 min., foll. 3 cum figura ligno incisa. Extat altera antiqua editio constans ex eodem numero foliorum item in 8, tertia cum opere *Le Routier de la mer jusques au fleuve du Jourdain. Nouvellement imprimé a Rouen* [per Jac. le Forestier], ff. 30-32; quartam dedit a. 1826 Joannes Labouderie in libro supra indicato, alias deinde alii. Sed tum hoc carmen tum cetera, quæ nostro auctori tribuuntur, iudice A. Piaget op. infra not. ei abiudicari debent.

Œuvres francaises d' Olivier Maillard . . . Sermons et Poésies: . . . Publiées d' après les manuscrits et les éditions originales avec introduction . . . et notices par Arthur de la Borderie. Nantes, Societé des Bibliophiles Bretons, 1877, in 8. (Paginis 135-83: Bibliographie maillardine).

De Oliverio Maillardo non pauci agunt, quos indicat U. Chevalier in Répertoire des sources historiques du moyen age. Bio-Bibliographie, II, Paris 1907, coll. 2959-60. Confer præcipue: A. de la Borderie in editione supra indicata; — Brunet J. Ch., Manuel du libraire, III, Paris 1862, coll. 1314-18, et Supplément (par P. Deschamps et G. Brunet), I, Paris 1878, coll. 922-23; — Samouillan J. P. Alex., Étude sur la chaire et la société françaises au quinzième siècle. Olivier Maillard. Sa prédication et son temps. Toulouse 1891 in 8, pp. 353; — Piaget Arth., La Chanson piteuse et les autres poésies françaises attribuées à Olivier Maillard, in Annales du Midi, V (Toulouse 1893), pp. 315-32. Michael Bihl, qui de Maillardo notitiam exhibet in The Catholic Encyclopedia, IX, New York 1910, pp. 534-40, diem 22 iulii, nescio quo documento, eius emortualem dicit.

* OLMERIUS MICHAELIS = V. *Hieronymus Michaelis.*

MMMXXX. 1578.

ONESIMUS DE KIEN = Iprensis Belga suæ provinciæ Definitor, et ecclesiastes nobilis transtulit ex hispanica in latinam linguam

Homilias Hieronymi Baptistæ Lanuzæ Ord. Prædicat. Episcopi Barbastrensis Opus insigne tomis 4. editum an. 1649., inquit Miræus in Auctar. Script. Eccles. sec. XVII., Antuerpiæ, et 1653. in 4., postea Coloniæ 1655., et 1660. ex Joan. a S. Anton. to. 2. Transtulit etiam in latinum

Paradisum Virginalem, seu *Conciones de Festis B. V. Mariæ P. Joannis de Matha Ord. Prædic.* impres. Antuerpiæ an. 1652. tomis 2. in 4.; et

Triumphum Jesu Christi Dei, et Salvatoris nostri, sive *Sermones prædicabiles in ejus Festis ejusdem autoris.* Ibidem an. 1653. to. 1. in fol. ex Joan. a S. Anton. to. 2., Petro de Alva, Marraccio, Lipenio, et autore Biblioth. Capuccin. Addit Miræus

Alia Opera præ manibus eum habuisse.

Homiliæ quadragesimales reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ de Lanuza . . . Ex Hispanico idiomate in latinum perfecte fideliterque iuxta posteriorem omnium, nouamque editionem translatæ, et ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ. In quatuor diuisæ Tomos, cum triplici Indice S. Scripturæ, Materiarum, Dominicarum, et Festorum totius anni ac Quadragesimæ, cui adiectus est quartus Adagiorum Hispanicorum, seu loquendi formularum. His superaddita sunt, quæ in Auctore desiderabantur, copiosa marginalia pro maiori Lectoris commoditate. Operâ et labore admodum Venerabilis Patris F. Onesimi de Kien Iprensis Ordinis FF. Minorum Cupucinorum Concionatoris Prouinciæ Flandro-Belgicæ. Antverpiæ, Apud Gvilielmvm Lesteenivm . . . Anno M.DC.XLIX. voll. 4 in fol. Ex facultate ministri generalis Ord. Cap. pro opere imprimendo, data die 22 septembris a. 1648, videtur editio prima. Teste Jac. Echard (Scriptores Ord. Prædicatorum, II, p. 439) prodierunt etiam Lugduni a. 1659 et alibi. Editiones antuerpiensis anni 1653 et colonienses a. 1655 et 1660 non ad hoc opus sunt referendæ, sed ad aliud eiusdem Onesimi cura editum hoc titulo *Medulla cedri Libani sive conceptus prædicabiles super Dominicas et festa totius anni ex Homiliis quadragesimalibus F. Hieronymi Baptistæ de Lanuza . . . in duos tomos distributi* (cf. Echard, op. cit., II, 440): quod tamen fortasse idem est ac *Index concionatorius dominicalis et festorum* Homiliis quadragesimalibus præmissus in editione anni 1649. In exemplari huius editionis casanatensi extant simul compactæ

Homiliæ . . . D. Fr. Hieronymi Baptistæ de Lanuza . . . super evangelium quod legitur in solemnitate SS. Sacramenti Altaris. His accessit expositio Missæ in vltima Homilia: . . . In latinum translatæ per R. P. F. Onesimvm de Kien . . . Antverpiæ, Apud Gvilielmvm Lesteenivm, . . . Anno M.DC.L. in fol.

Paradisvs virginalis. sive Conciones in festis semper virginis Dei genitricis Mariæ. Auctore R. P. F. Joanne de Mata . . . Interprete ex hispanico . . . F. Onesimo de Kien, . . . Antverpiæ: Apud Gvilielmvm Lesteenivm . . . Anno 1652. to. 1 in 4. Versio hæc, ut legitur in fine, absoluta est die Immac. Conceptionis V. Mariæ a. 1648.

MMMXXXI. 1579.

ONUPHRIUS A TOLVE = de quo et Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., et Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

MMMXXXII. 1580.

ORONTIUS JULIOBONENSIS =

L' Esclavage de la Vierge videtur prohibitum.

Kalendarium Festorum SS., ac BB. trium Ordinum S. Francisci cum Rubricis propriis Francisci Bordoni auxit, vulgavitque Parisiis an. 1653., teste ipsomet Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 38.

De eo et Marraccius in Appendice, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Opus « *L' Esclavage de la Vierge* » in Indice librorum prohibitorum Leonis XIII iussu et auctoritate recognito et edito (Romæ a. 1900) non extat, neque illud inveni in Indicibus editis iussu Alexandri VII (a. 1664) et Benedicti XIV (a. 1758).

Secundum

Digitized by Google

Secundum Ed. Frère, Manuel du bibliographe normand, II (Rouen 1860), p. 355, natus est circa a. 1595, obiitque Parisiis die 27 aprilis a. 1657.

MMMXXXIII.

ORPHEUS CANCELLARIUS, ita enim vocabatur, non autem *Franciscus de Orpheis*, ut supra retulit Waddingus, et Joan. a S. Anton., Bononiensis Ord. Min. Observ. concionator celeber edidit

Tractatum de ornatu mulierum impressum Bononiæ an. 1528. in 8., et Asisii apud nostros extantem. De hoc Bononienses scriptores silent.

Tractatus utilissimus de Ornatu mulierum: Sanctissime ac purissime Uirginum Uirgini dicatus. In fine: *Impressum in vetustissima ac toto orbe famosissima studiorum matre Bononia. Anno Dñi. 1526. Mense Julio Clemente Septimo Pont. Max. moderante.* in 4. Vidi in Casanatensi. Cf. Giov. Fantuzzi, Notizie degli scrittori bolognesi, III (Bologna 1783), pp. 73-74.

MMMXXXIV. 1581.

OSVALDUS A LASCO = videtur fuisse Polonus, nam *Jo: a Lasko*, seu Lasco circa an. 1510. factus est Archiepiscopus Gnesnensis, obiitque an. 1531. ex Simone Starovolscio in Scriptor. Polon., et alius *Joan. a Lasco Præpositus Gnesnensis* fuit, Regul. Observ., ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum.

Supplementum in quartam partem Rosarii Pelbarti Themesvar. editum est primo Hagenovæ an. 1508. in fol. per Henricum Gran; et in fine legitur Opus ab *Osvaldo a Lasco* suppletum fuisse, non confectum: deinde Venetiis an. 1586. in 4. per Franciscum Zilettum typis Joan. Griphii. Waddingus infra in *Osvaldo del Asco*, qui idem est, ait scripsisse

In 4. libros Senten. Budæ 1505. in fol.; nimirum *libros in quatuor Senten. Pelbarti Temesvar.* cum ejus Supplemento in quartum prodiisse Budæ an. 1505. in fol.

Rosarii Pelbarti Temesvariensis neque libri tres priores neque quartus, consummatus quidem (cf. Panzer, Annales typographici, VII. 73. 70) per Oswaldum de Lasko in civitate Budensi, Budæ umquam impressi esse videntur.

MMMXXXV. 1582.

OTHO COMENDEUS = provinciæ Turonensis, Episcopus Vesprimen. in Hungaria obiit an. 1560. ex Simleri Biblioth.

Elucidatorium Franciscanum prodiit Parisiis non an. 1459. ut et Waddingus habet; sed forsan 1495., numeris inversis, vel 1499., quo tempore Joannes Parvus excudebat Parisiis; et quidem an. 1499. Parisiis prodiit *Minorica elucidativa* etc. *FF. Minor.* sine nomine autoris; sed incertum, an hujus Othonis sit Opus. Joannes a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum.

De Othone Comendeo nullam notitiam inveni in Simleri Bibliotheca seu in Bibliotheca Conradi Gesneri aucta a Josia Simlero. neque ille inter episcopos vesprimenses recensetur a P. B. Gams et a C. Eubel. Ex præcipuis bibliographis, quos consului, nec sæculo XV nec initio sæculi XVI aliquod opus excusum est titulo *Elucidatorium Franciscanum*, quod proinde idem esse puto ac *Minoricam elucidativam rationabilis separationis fratrum minorum de observantia ab aliis fratribus.* Hæc pluries typis expressa prodiit: 1. Parisiis pro Joanne Petit (per Joannem Poitevin) die 22 martii a. 1499 (1500), in 8 (Pellechet, Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publ. de France, I, n. 1171); 2. absque ulla nota, sed Daventriæ per Jacobum de Breda c. 1500, in 4 (Hain, Repertorium bibliogr., n. 11172; Copinger, Supplement to Hain's Repert. bibliogr., I n. 11172, et II n. 4043; Pellechet n. 1170; Proctor, An Index to the early printed books in the British Museum, n. 9112); 3. Venetiis per Simonem de Luere 29 Maii 1505, in 8 (Romæ in biblioth. Angelica); 4. in « Monumenta Ord. Minorum » Salmanticæ opere Joannis de Porras a. 1506 mense Julii in 4, tract. III; 5. in « Speculum Minorum », Rothomagi impensis Martini Morin a. 1509 in 4, tract. III; 6. in « Monumenta Ord. Minorum », Salmanticæ impensis Joannis de Porras 1511 in 4, tract. III; 7. in « Speculum Minorum seu Firmamentum trium Ordinum etc. », Venetiis per Lazarum de Soardis die XV Septembris a. MDXIII in 4, par. III. Incipit: *Quidam nimium scrupulosus frater*; explicit: *sit rationabile etc. Ista quæstio habetur post decretum sacri concilii constanciensis:* tribuitur a Petro de Cruce in sua *Antiminorica* cuidam fratri minori gallico, et scripta est non post initium anni 1497 (cf. Hain Copinger, n. 11172) contra tractatum (in editionibus citatis præmissum) cuiusdam fratris minoris, qui, ut dicitur in prologo, pridem aliquot annos coniunxit se fratribus de observantia sed rediens ad suos fratres de communitate suffraganeus [episcopus] ordinatus vitam fratrum de observantia nisus est impugnare. Incipit hic tractatus: *Placet magnopere in observantibus vita regularis et monastica:* explicit: *narrationem pro vicariis impetrandis omnino vanam insufficientem atque suspectam esse. ergo etc.* — Hac nota corrigantur quæ dixi sub v. *Alexander Ariostus.*

MMMXXXVI.

OTHO HOCHBERGENSIS, et Ratelensis Marchio Helveticus, Episcopus Constantiensis, quo tempore ibi celebratum est Generale Concilium anno 1418., Episcopatus dignitate abdicata anno 23., postquam Sedem illam acceperat, Franciscanæ militiæ adscribi voluit in eadem urbe, expletoque biennio obiit in Ecclesia Cathedrali humatus, cum scripsisset ex Gallia Christiana to. 2. pag. 546. apud Joan. a S. Anton. to. 2., et Marraccium in Append.

Psalterium B. M. Virginis, seu *Librum Psalmorum a se collectum, quem sub Mariæ Virginis nomine nuncupari voluit*, et ms. extat in Biblioth. Augiæ, et forsan est illud, quod tribui solet S. Bonaventuræ.

Ex Conrado Eubel, Hierarchia catholica medii ævi (t. I p. 212, t. II pp. 150 et 126), electus est episcopus constantiensis a. 1410 Dec. 10, et hac sede a. 1434 resignata ad ecclesiam Cæsariensem in Palæstina die 6 septembris eiusdem anni translatus est. In Galliæ Christianæ prima editione (a. 1656) a Sbaralea citata dicitur tantum *Ordinis S. Francisci cultor* fuisse, in altera (t. V, Parisiis 1731, col. 923) hoc solum additur eum post episcopatus constantiensis resignationem reliquum vitæ tempus in constantiensi Fratrum Minorum cœnobio transegisse. Defunctus esse videtur a. 1437 vel 1439.

MMMXXXVII.

OTHO VAN-PASSOWE Flander Minor. Conv. sac. Theol. Mag. prov. Colonien. in fine seculi XV. scripsit, ediditque suppresso nomine, ut habet Joan. a S. Anton.,

Opus in laudem Deiparæ Virginis hoc titulo: *Aureus thronus* impres. Coloniæ an. 1492. in fol., teste Petro de Alva col. 1124. Militiæ univ.

Huius auctoris notitiam ex eius opere haurimus, quum alia documenta, quæ fidem mereantur, desint.

Otho von Passau seu Passaviensis, verisimiliter sic dictus a loco quo natus est, hinc bavarus non flander, lector conventus fratrum minorum *Barfüssen* basileensis, scripsit lingua patria anno 1386, ut ipse in præfatione testatur, opus cui titulum dedit *Die vierundzwanzig Alten oder der goldne Thron*, in quo 24 seniores (Apoc. IV, 4) ex 104 magistris et scriptoribus colligentes pulchriora dicta de vita pia et semita ad gloriam, ea 24 capitulis ordine systematico proponunt. Huius operis, quod fuse quidem sed solo capitulo 12° de B. Virgine agit, extant præter multos codices mss. haud paucæ editiones tum lingua germanica tum hollandica, pene omnes cum auctoris nomine, nulla autem lingua latina. — *Editiones germanicæ:* 1. Sine ulla nota et sine signaturis,

Digitized by Google

38-39 ll., 162 ff. non num., in fol. (Hain L., Repertorium bibliogr., n. 12127; Graesse J. G. Th., Trésor de livres rares, v, Dresde 1864, p. 63); 2. Zu Augspurg von Anthoni Sorgen an dem freytag vor Gregorii. Anno etc. lxxx. jare [die 10 martii a. 1480]. in fol. (Hain, 12128); 3. Sine anno, atque, ut videtur, sine loco et typographo, Augustæ Vindelicorum per Antonium Sorg circa a. 1481, in fol. (Proctor R., An Index to the early printed books in the British Museum: etc., n. 1680); 4. In . . . Augspurg von Anthoni Sorgen an sant Calixten tag [14 octobris] . . . M.cccc. vnd in dem LXXXIII. Jare. in fol. (Hain, 12129); 5. Durch Martin Schotten an donstag nechst vor sant Martin tag Anno Domini etc. M.cccc.lxxxiij. iare [6 novembris 1483], sine loci nota sed Argentinæ, in fol. (Copinger, Supplement to Hain's Repertorium bibliogr., II n. 4541; Catalogue of books printed in the XVth century now in the British Museum, Par. I, London 1908, p. 93); 6. Durch Johannē scot zu Strassburg Am samstag vor halbfasten. Anno etc. M.ccccc.jar. [28 martii 1500]. in fol. (Hain, 12130); 7. Strassburg, Johann Knoblouch, 1508 Febr. 18, in fol. (Panzer, Annalen der ältern deutschen Literatur, Nürnberg 1788-1802, n. 601. c.; Proctor, op. cit., n. 10060); 8. Dilingæ a. 1568 cura Patrum Societatis Jesu; 9-10. Ingolstadii a. 1587, et 1597; 11. Dilingæ a. 1607; 12. Landshuti a. 1836, sed infeliciter retractatum et ad recentiorem linguam expressum. — *Editiones hollandicæ:* 1. In die stat van vtrecht Int iaer ons heren M.cccc. eñ. LXXX op den vitten donredach dē XXXSTē dach in die meert [30 martii], sine typographi nomine, sed cum symbolo in quo insunt litteræ G. L., in fol. (Campbell, Annales de la typographie neérlandaise au XVe siècle, La Haye 1874, n. 1342); 2. In die stat van herlem Int iaer ons heren MCCCC. eñ LXXXIIIJ Op sinte crijspijn eñ crispiaens dach [25 octobris], cum symbolo Jacobi Bellaert, in fol. (Campbell, n. 1343); 3. Delft, sine typographi nota, 1488, in fol. (Brunet, Manuel du libraire, IV, Paris 1863, col. 259); 4. By my Johan Koelhoff . . . tzo Collen In dem jair . . . M.CCCC. vnd xcij. des saterdages voir vns heren hemelvartz dach [26 maii], in fol. (Voulliéme E., Der Buchdruck Kölns bis zum Ende des XVn Jahrhunderts, Bonn 1903, n. 875; Catalogue of books printed etc., Par. I p. 230).

Cf. Wachernagel W. apud Herzog J. J., Realencyklopädie für protestantische Theologie, (ed. 2), XI, p. 146 ss.; Strauch Phil. in Allgemeine deutsche Biographie, XXIV, Leipzig 1887, pp. 741-44; Kneller in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, IX, Freiburg im Breisgau 1895, coll. 1185-87; Deutsch S. M., apud Herzog-Hauck, Realencyklopädie für protestantische Theologie, XIV, Leipzig 1904, pp. 537-39; Hurter H., Nomenclator liter. theologiæ catholicæ, II, (Eniponte 1906, coll. 725-26; Mershman Fr. in The Catholic Encyclopedia, XI, New York 1911, pp. 359-60.

P

MMMXXXVIII.

PACIFICUS A GERA Cremonensis composuit *Quæstionem de Immaculata Conceptione Virginis* impres. Mediolani an. 1645. in fol., teste Petro de Alva col. 1124. Militiæ apud Joan. a S. Anton.

Petrus de Alva l. c. tribuens Pacifico Porri a Gera *Quæstionem utrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato*, addit eam F. Hieronymum Gallum emendasse, atque typis mandari fecisse Mediolani a. 1645 in fol. At Hieronymus Gallus, teste Waddingo ei familiari et amico, decessit a. 1644; anno vero 1645 prodiit Mediolani in fol. curante ipso Pacifico Porri a Gera prior tomus Commentariorum Hieronymi Galli in tertium librum Scripti Oxoniensis Scoti (De ineffabile Incarnationis mysterio), in quo agitur de immunitate B. V. Mariæ a peccati originalis contractione (cf. Waddingum et Petrum de Alva sub v. *Hieronymus Gallus*). Inest igitur dubium utrum revera Pacificus a Gera composuerit huiusmodi *Quæstionem*, vel saltem ubinam et quando eam typis edi curaverit. De eo Franciscus Arisius (Cremona literata, III, Cremonæ 1741, p. 244) hæc habet: « Pacificus Porra Minor. Observ. Provinciæ Mediolanensis ex Oppido Glareæ, vulgo Gierra Piceleonis, Agri Cremonensis, et Diœcesis, cuius nomen relatum inter meos Literatos habebam, cum vidissem in Bibliotheca PP. Min. Observ. S. Angeli Cremonæ librum, ab eo compositum Theologiæ Moralis (ni fallor) typis excusum in fol.; verum ob incendium meum notissimum, concrematis multis a me collectis eruditorum Codicibus, inutiles postmodum omnes diligentiæ ad illum exquirendum fuere ».

MMMXXXIX. 1583.

B. PACIFICUS NOVARIENSIS = quem tradunt natum *Ceredani* in agro Novariensi, ibique cum opinione sanctitatis obiit anno 1482. postridie nonas Junii, nec parva incolarum veneratione colitur, *Beati* titulum adeptus a Benedicto XIV. an. 1745. confirmatum: de eo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40., Possevinus in Bibliotheca selecta lib. 3. cap. 21., Arturus in Martyrol. Francisc., et Bollandii to. 1. Junii sub die 4. et 6., et alii plures.

Summa casuum conscientiæ vulgo *Pacifica* facta est *materna lingua*, inquit autor in prologo, multorum, ac in primis *Vinceguerræ* Sacerdotis Parochi rogatu anno Domini 1473., anno secundo Pontificatus Sixti IV. in *Corsica*, atque ita disposita, ut primæ prologi, et 33. capitum Operis literæ, seu elementa dent has dictiones, PACIFICUS NOVARIENSIS ORDINIS MINORUM, ut ipse autor in fine Summæ scribit, prodiit Venetiis 1501. per Bonetum Locatellum; et ibidem an. 1513. in 8. per Joan. Tacuinum.; quam Franciscus Tarvisinus ab idiotismis, verbisque latinis, quibus abundat, forsan expurgatam edi curavit. De eo agit et Gonzaga par. 2. in Cœnobio Vigevani.

Summa confessionis intitulata Pacifica conscientia, ab auctore materna seu italica lingua conscripta (non autem, ut videtur, in Corsica), numquam latine impressa est. Prodiit 1. Mediolani per Philippum de Lauagnia 9° Kalendas Apriles Anno 1479, in 8 maiori (Romæ in Corsiniana et aliis bibliothecis; Hain, Repertorium Bibliogr., n. 12229); — 2. Ne la cita de Bressa [Brixiæ] per . . . Baptista fartengo uel anno M.cccc.lxxxxvij. adi xij. de septembre, in 4 (in Corsiniana; Hain, 15183); — 3. Absque ulla nota, char. goth., 34 ll., 198 ff. non num., in 8 (Copinger, Supplement to Hain's Repert. Bibliogr., III, 4575); — 4. Venetiis per Bonetum Locatellum x Kalendas Januarias anno 1501, in 8 (Romæ in Casanatensi); — 5. Per Joannem Pentium de Leuco, sine loci nota sed Venetiis, 1506, in 8 (in Museo Britannico); — 6. Venetiis, sine typographi nota, M.ccccc.ix. die xxvi Marcij, in 8 (Florentiæ in biblioth. Nationali); — 7. In Venetia per Zoanne Tacuino da Trino Anno Domini M.ccccc.xiii die. xxv. Augusti, in 8 (in Casanatensi); — 8. Venetiis per Cæsarem Arrivabenum a. 1518 die ultima Januarii, in 8, emendata a Luca Olchinensi (in Corsiniana); — 9. In Venetia per Zoanne Tacuino da Ttrino [sic] nel Anno del Signore M.D.XXXV. a li. XIII de Nouembrio, in 8 (in Casanatensi); — 10. Ex Officina Hieronymi Cavalca Lupus, sine loci nota (Venetiis), 1563, in 8 (ibidem); — 11 et 12. ... *Nuouamente con sommo studio, et diligentia ridotta in miglior lingua, riformata, et illustrata, con le determinationi del Santissimo Concilio di Trento, d' intorno alla materia del Matrimonio, con le figure de' parentadi, et d' altre cose necessarie, et facili per instituttione, et commodità de' Confessori. Per il Rev. P. Francesco da Treuigi Carmelitano.* In Venetia, appresso Gio. Battista Somasco MDLXXIX. in 8 (Romæ in Alexandrina), et In Venetia, appresso Domenico et Gio. Battista Guerra, fratelli. MDLXXXI. in 8 (Romæ in Angelica), cum epistola, in utraque editione, eiusdem Francisci data die XVI Martii a. 1574, ex quo confirmatur existentia editionis huius anni a Waddingo indicatæ.

Natus Ceredani a. 1420 ex familia, ut fertur, Ramota seu Ramati, amplexus est Novariæ regulam S. Francisci apud Minores Observantes a. 1445. Prædicationi verbi Dei incubuit, claruitque in indictione seu Cruciata promulgata contra Turcas a Sixto IV. In comitiis generalibus Observantium Cismontanorum, Ferrariæ habitis a. 1481 mense maio, institutus est Sardiniæ commissarius, in eaque insula obiit a. 1482, ante diem XIV Junii (ut constat ex Waddingo, Annales Minorum, XIV, Romæ 1735. p. 326). Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum (Venetiis 1625) et Arturus a Monasterio in secunda editione Martyrologii Franciscani (Parisiis 1653) eum inscribunt ad diem IV Junii.

MMMXL.

Digitized by Google

MMMXL. 1584.

B. PACIFICUS PICENUS = patria videtur fuisse Sanseverinas, memoraturque summa cum laude a S. Bonaventura in Vita S. Francisci cap. 4. Hic interpretatus est *visionem B. Francisci* de Domina habente caput aureum, pectus, et brachia argentea, ventrem crystallinum, cetera ferrea ex Legenda 2. Thomæ Celani. Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 10. Julii tradit sepultum in Lensensi Cœnobio cum hoc epitaphio: *Sub hoc lapide recondita servantur ossa sacra B. Pacifici Ordinis Minorum, qui ipse primus fuit provinciæ Franciæ Minister.* Obiisse hunc trans montes extra Italiam, et in *Belgio*, quod ad provinciam Franciæ, cujus hic primus *Minister* fuit ex S. Bonav. loco cit., pertinebat, conjici posset eo, quod Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. ejus mentionem faciens in provincia Marchiæ fatetur, se invenire non potuisse, ubinam decesserit; quod si in Italia occubuisset, non difficulter reperisset is, qui fere totam lustraverat. ** In codice ms. pervetusto Conformit. Bartholomæi Pisani, de quo par. I. p. 115, Conformit. XI. par. 2. in prov. S. Antonii, et loco Venetiar., ubi de *B. Charissimo*, habetur in margine hæc nota antiqua manu: *Hic beatus Karissimus anno Domini 1435. die Sancti Spiritus, me præsente, turba populi assistente gloriosa, ymnis, et laudibus reconditus fuit in excelso tabernaculo lapideo deaurato super portam sacrestiæ venerabilis Conventus Venetiarum, quod ædificaverat vere clarissimus Dominus Scipio Bon, cuius corpus in terra, ut apparet, requiescit. Nec obviet, si litteræ dicti tabernaculi indicant continere corpus beati Pacifici, quia id evenit ignorantia pictoris.* **

Fr. Pacificus Ord. Min. an. 1229. die 10. Septembris possessionem recepit *Monasterii* extra urbem *Tridenti* nomine Palmeriæ Abbatissæ Ord. S. Claræ a Rodulpho Archidiacono pro Gerardo illius urbis Episcopo ex Ughel. edit. 2. to. 3. in descriptione urbis Tridentinæ. Jacet in Ecclesia FF. Minor. Oppidi Ripæ Tridentinæ, aliusque est a superiori. Mirum est hunc non recordari a Barthol. Pisano.

De B. Pacifico Piceno recenter critice egit Umbertus Cosmo sub tit. *Frate Pacifico rex versuum* in Giornale storico della letteratura italiana, XXXVIII, Torino 1901, pp. 1-32. Cf. etiam Liv. Oliger in The Catholic Encyclopedia, XI, New York 1911, p. 382.

MMMXLI. 1585.

PACIFICUS A PROVINS = provinciæ Parisiensis Missionarius apud Persas, Ægyptios, Thraces, et alios infideles, a Rege Persarum humanissime exceptus, et ab ipso ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem legatus fuit; postea ad terras Americæ australes se contulit, ubi meritis dives ex hac vita pie decessit an. 1653.. cujus

Relatio historica suæ peregrinationis, seu Missionis ad Terram Sanctam, Ægyptum, et Persiam facta jussu Regis Christianissimi, et Congregationis Cardinalium de Propag. fide prodiit Paris. an. 1648. in 8. apud Dionysium Thierry.

Relatio vera, seu descriptio Insularum S. Christophori in America, et Guadalupi. Iisdem typis eodem anno in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2., ubi addit scripsisse etiam

Apologeticum pro B. Raymundo Lullo Martyre ex *Compendio Vitæ ejusdem Beati;* sed ex eo non evincitur, esse opus diversum a Relatione Historica memorata. Hujus Scriptoris meminerunt Arturus in Adnotat. ad Martyrol. Francisc., Marcus de Guadalaxara Hist. Pontif. lib. 18. cap. 11., Le Long lib. 4. Biblioth. Gall., autor Biblioth. Capuccin., et cit. Joan. a S. Antonio.

Hic forsan est ille, de quo Nicolaus Anton. Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 355. in Append. refert extare *Relacion verdadera del Padre Fr. Pacifico de Paris a los Reynos de Oriente.* Granatæ an. 1629. in fol. apud Bartholomæum ...

Relation dv Voyage de Perse, faict par le R. P. Pacifique de Prouins Predicateur Capucin. Où vous verrez les remarques particvlieres de la Terre Saincte, et des lieux où se sont operez plusieurs Miracles depuis la Creation du monde, iusques à la mort et Passion de nostre Seigneur Jesus-Christ. Aussi le Commandement dv Grand Seigneur Sultan Murat, pour establir des Conuents de Capucins par tous les lieux de son Empire. Ensemble le bon Traitement qve le Roy de Perse fit au R. P. Pacifique, luy donnant vn sien Palais pour sa demeure, auec permission aussi de bastir des Monasteres par tout son Royame; Et finalement la lettre et present qu'il luy donna pour apporter au Roy Tres-Chrestien de France et de Nauarre Louys XIII. Avec le Testament de Mahomet qve les Turcs appellent sa main et signature qu'il fit auant que de mourir. A Paris, Chez Nicolas et Jean de la Coste, freres . . . M.DC.XXXI. in 4. (Romæ in biblioth. Nationali); — A Lille, de l'imprimerie de Pierre de Rache, 1632, in 8 (Brunet, Manuel du libraire. Supplément, II, Paris 1880, col. 126; et alii); — Paris 1642, in 4 (Ternaux-Compans, Bibliothèque Asiatique, Paris 1841, n. 1629); — *Le Voyage de Perse. Fait par le P. Pacifique de Prouins, Predicateur Capucin, Missionaire Apostolique, Superieur Prefect des Missions de son Ordre en l'Amerique. Contenant les remarques particulieres de la Terre sainte,* etc. *Seconde Edition. Reueuë corrigée, et augmentée par l'Autheur.* A Paris, Chez Nicolas et Jean de la Coste . . . M.DC.XXXXV. in 8. (Romæ in Angelica); — sub titulo *Relation historique de son Pelerinage ou de sa Mission en Terre Sainte, en Egypte et en Perse.* Paris, D. Thierry, 1648, in 8 (Röhricht R., Bibliotheca geogr. Palæstinæ, Berlin 1890, p. 242); — Paris 1663 (idem). Hæc *Relatio*, non iussu Regis Christianissimi scripta et Congregationis Cardinalium de propaganda fide, sed pro amicis absque intentione eam imprimendi, prodiit primum inscio auctore; qui quasdam mutationes in eam inductas reprobavit, deinde decreto parens dictæ Congregationis dato die 31 Maii 1632 atque editioni anni 1645 præmisso eam correxit. — Opus *Relacion verdadera de la jornada que hizo . . . fray Pacifico de Paris, Predicador Capuchino, a los Reynos de Oriente para predicar la fee, y licencia que le dio el gran Turco para edificar conventos y hospitales,* Granada 1629 in fol., diversum puto a præcedenti sed ad idem iter referri; utrum vero debeatur fratri Pacifico Parisiensi nostri auctoris in missione socio (usque ad mensem iunium a. 1628) vel alteri, nescio. Extat in Musæo Britannico.

Brieve Relation dv Voyage des Isles de l'Amerique. Par le P. Pacifique de Provins, Capucin, Predicateur, et Missionaire Apostolique, et Superieur Prefect des Missions de son Ordre en ces quartiers, et en la nouvelle France. A Paris, Chez Nicolas et Jean de la Coste. M.DC.XXXXVI. in 8; cum auctoris epistola ad Comitem de Brion Americæ proregem data ex insula Guadalupa die secunda Septembris a. 1645. Editio rarissima, quam vidi Romæ in Bibliotheca Corsiniana, quæque indicatur apud Ch. Leclerc, Bibliotheca Americana. Supplément N. 2 (Paris, Maissoneuve, 1887), n. 3417. In hoc opusculo, præter S. Christophori et Guadalupam, quinque aliæ ex Antillis insulæ speciatim describuntur. De editione a Sbaralea relata nulla mentio extat apud recentiores bibliographos.

Apologia B. Raymundi Lulli absque dubio nihil aliud est quam pars operis *Relation du Voyage de Perse.*

Lettre dv Pere Pacifique de Provin, Predicatevr Capucin, estant de present à Constantinople, envoyee au R. P. Joseph le Clerc, Predicateur du mesme Ordre, et Deffiniteur de leur Prouince de Tours. Sur l'estrange mort du grand Turc, Empereur de Constantinople. A Paris, De l'Imprimerie de François Hvby. M.DC.XXII. in 8. Data est *De Pera les Constantinople ce. 30. May 1622*, et extat in Corsiniana. Iterum recusa est ab H. Ternaux-Compans in « Archives des voyages », I (Paris 1840).

Oraison fvnebre svr le trespas de tres haute, tres illustre, tres vertueuse et Religieuse Princesse Madame Janne de Bourbon, abbesse de Jeurre. Preschée audit Jeurre par le R. P. Pacifiqve

Digitized by Google

cifique de Provins, predicateur capucin. Paris, 1624, in 8. Opusculum rarissimum, quod extat Parisiis in Bibliotheca Nationali.

Epistola ad P. Guardianum conventus Liburnensis Ord. Capucinorum data ex Alepo die 21 Maii 1627. In germanicam linguam versa a P. Ignatio de Rheinfelden impressa est cum eius opere « Newe Jerosolomytanische Pilger-Fahrt » Constanz am Bodensee, Joh. Geng, 1664; Würtzburg, Hertz, 1667; etc.

Lettre escrite av Pere Gardien des Capvcins de Messine par le Pere Pacifique de l' Escalle, president de la mission des Capucins, enuoyez de leur Pere General pour establir la Religion Catholique, Apostolique et Romaine au Royaume du Turc et autres Royaumes. Enuoyez en France par le Grand Maistre de Malte: Et traduit d' Italien en François. A Paris, Chez Noel Charles. M.DC.XXVIII. in 8. Scripta est ex Alepo a. 1627 die 19 Julii, et germanice versa extat cum Ignatii de Rheinfelden opere supra citato.

Espitre (sic) *à Monsievr Monsievr de Vassy conseiller du Roy ès Baillages et Preuostez d' Auallon en Bourgongne, de present à Paris.* Præmissa est editioni *Le grand et dernier art de M. Raymond Lvlle . . . traduict de mot à autre par le sieur de Vassy. A Paris, chez Lovis Bovlanger, . . .* XXXIIII (sic pro M.DC.XXXIV), in 8. Agit de B. Raymundo Lullo, eadem pene repetens, quæ iam in « Relation du Voyage de Perse » dicta erant. — Hæc epistola et aliæ duæ ad Josephum le Clerc et ad Guardianum Capuccinorum Messinensium editæ sunt denuo sub titulo: *Trois Lettres du P. Pacifique de Provins Capucin, Initiateur des Missions des Capucins Français en Orient et aux Antilles suivies d' une Lettre du P. Archange des Fossés . . . Reimprimées par les soins du P. Apollinaire de Valence Religieux du même Ordre, et précedées d' un Essai biographique et bibliographique sur le P. Pacifique de Provins et ses compagnons.* Rome, Archives générales de l' Ordre des Capucins . . . (Paris, Imprimerie A. Quelquejeu) 1890. in 12.

Obiit ab anthropofagis occisus ante diem 27 septembris anni 1649, dum erat præfectus missionum in insula Guadalupa.

Confer, præter Apollinarem a Valentia in editione supra indicata: René de Nantes O. M. C., La date de la mort du P. Pacifique de Provins, in « Études Franciscaines, » XXI (1909), pp. 180-85; et etiam Jacques de Dampierre, Sources de l' histoire des Antilles Françaises, in « Mémoires et documents publiés par la Societé de l' École des chartes » 1904.

MMMXLII.

PACIFICUS SCALIGERUS Gallus natione provinciæ Aquitaniæ Min. Capuccin., Præfectus Missionum Capuccinorum Persiæ, et Armeniæ edidit

Litteras annuas, sive *Epistolas de progressu Missionum in imperio Othomano, et aliis regnis ultramarinis.* Parisiis, Mediolani, et Papiæ an. 1638., teste Dionysio Genuen., et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 413.

Idem est ac Pacificus a Provins, cui agnomen fuit *de l' Escale.* Conferatur P. Apollinaris a Valentia Segalaunorum, Bibliotheca Fratrum Minorum Capuccinorum provinciarum. Occitaniæ et Aquitaniæ (1894), p. 99.

MMMXLIII. 1586.

PADUANUS GRASSUS =

De Ecclesiastica Republica liber editus est primum Mutinæ an. 1542. in 8. per Joan. de Nicolis; postea Venetiis an. 1543. in 8. apud Augustinum Bendonum Rodulpho Pio S. R. E. Cardinali Carpensi nuncupatus.

Enchiridion scholasticum ad Cornelium Musum Episcopum Britinorien. impressum fuit Venetiis an. 1544. in 8. per Cominum de Tridino; et in sua ad eumdem Cornelium epistola scribit, se *viginti et octo quadragenas Apostolorum egisse Venetiis, Paduæ, Neapoli, Genuæ, Mediolani* etc.

Concilium Pauli vulgatum est Venetiis an. 1545. in 4. ad Signum spei Andreæ Cornelio Brixiensi Electo dicatum. Scripsit et *Conciones* vulgari idiomate, sed edidisse non constat.

Liber de ecclesiastica republica, fortasse autographus, extat Venetiis in bibliotheca S. Marci Lat. Cl. VI cod. 56. Cf. Jos. Valentinelli, Bibliotheca ms. ad S. Marci Venetiarum. Codices mss. latini. II, Venetiis 1869, pp. 104-105.

Enchiridii editio a F. Constantino Sarnano recognita marginalibusque appostillis ornata est veneta anni 1583, in qua adsunt quidem reliqua Paduani de Grassis opera, non autem, ut dicere videtur Sbaralea ad num. MXVII (par. I pag. 216), cum notis eiusdem Sarnani.

Concilium Pauli. Auctore Fratre Paduano Barlecta In Gimnasio Domus magnæ Venetiarum, Theologiam publice profitente, Dydimo et Philothæo collequentibus. Apud signum S. Bernardini, sine loci nota et anni, sed Venetiis post 1 diem iunii anni 1542. in 8. (Romæ in biblioth. Alexandrina); — Venetiis Ad Signum Crucis. M.D.XLV. in 8. (Romæ in Nationali); — Venetiis sine typographi nota, M.D.L. in 8. (Romæ in Angelica); — Venetiis Ad Signum Spei MDLII. in 8. (Ibidem). In his quatuor editionibus inest eadem epistola nuncupatoria, sed in priore ad P. Morone Cardinalem Mutinensem directa, in posterioribus inscripta Andreæ Cornelio Electo Brixiensi.

MMMXLIV.

PALÆMON QUINTAPOLITANUS, seu a *S. Quintino,* ut puto, natione Gallus provinciæ Parisien. Min. Capuccin. vir pius, et doctus scripsit gallice Opusculum hoc tit:

Instructiones ad bene vivendum pro diversis statibus, absque autoris nomine impressum Parisiis an. 1625. in 12., quo anno obiit Bononiæ in Picardia, dum summa charitate peste laborantibus inserviret ex to. 3. Annal. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

A Marcellino de Pise dicitur *Quintionopolitanus,* a Dionysio Genuensi *Quintinopolitanus,* a Bernardo vero a Bononia *Quintopolitanus.*

* PANCUS VISDOMINE ex Joan. a S. Anton. to. 2. Mathematicis disciplinis insignis, et Artium Magister composuit

Librum de Rhetorica; ejusque effigies extare dicitur in Biblioth. Conventus Salicetani prov. Castellæ Regul. Observ.; sed cum neque autorem ullum adducat, neque librum, an extet, ostendat: reor, mendum esse scribarum, ut *Frañcum* nota exaratum excriberent *Pancum;* eumque esse *Franciscum Visdomini,* seu *Vicedominum* clarissimum tempore Concilii Tridentini, de quo dictum est suo loco, *concionatorem,* ut inscriptio sub ejus effigie indicat. Quis enim unquam vel secularis *Pancus* vocatus est? Deinde cum in ea Bibliotheca extent effigies Virorum illustrium, quomodo deerit illa *Francisci Visdomini* viri clarissimi, et notissimi, et inerit illa *Panci* ignoti omnibus?

MMMXLV.

PANTALEO DE AVEYRO Lusitanus prov. Algarbiorum Regul. Observ. elucubravit

Itinerarium Terræ Sanctæ, quo se contulerat, idiomate lusitano impress. Ulyssipone an. 1593. in 4. apud Simonem Lopez, et an. 1600. in 4., teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hisp.; deque eo fit mentio a Joan. de Acuña in Hispan. Historia S. Veronicæ fol. 204., et a Paulo Zamoren. in Censura *Itinerario* Fr. Blasii de Buiza præfixa apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Itinerario da Terra Sancta e suas particularidades. Hæ aliæ editiones extant (omnes in 4): Lisboa por Antonio Alvares, 1596, cum additionibus; Lisboa, na officina de João Galrão, 1685; Lisboa, por Antonio Pedroso Galrão, 1721, et rursum 1732. — A Did. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 510) alterum opus eidem adscribitur, nempe *Louvores de S. João,* in 4; ms.

Confer

Digitized by Google

Confer praeter Barbosa Machado: Inn. Franc. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, pp. 336-37; Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia . . . . Sanfrancescana, Prato 1879, n. 48; R. Röhricht, Bibliotheca geographica Palaestinae, Berlin 1890, p. 192.

MMMXLVI. 1587.

S. PASCHALIS BAYLON = anno 1690. die 18. Octobris ab Alexandro VIII. in *Sanctorum* album adscriptus est, cujus nonnulla *fragmenta*, et *Orationes* habentur in 4. parte Chronicor. S. Franc. a Baretio collecta, editaque Venet. an. 1608. lib. 9., ubi et ejus *Vita* a Joanne Ximenio socio, ejusdemque Instituti conscripta, et in 66. capita distributa legitur italice, quam perpaucis omissis latine factam exhibent Act. SS. Collect. Bollandii to. 4. Maji sub die 17. Antonius quoque *Panez* ejusdem Instituti, ac provinciae concionator hujus Sancti Viri *Vitam* scripsit, uti et Christophorus *d'Arta* ipsius Canonizationis in Curia Romana Procurator; quam praefati Bollandii pro Supplemento ejusdem Vitae fere integram ibi dederunt. De ejus autem *Opusculis* agit memoratus Joan. Ximenes cap. 17. 25., et seqq., ubi habentur et ejus

Exercitia spiritualia pulcherrima. Scripsit quoque ex Joan. a S. Anton.

Kalendarium totius anni: de Vita Christi: et *Poemata varia de SS. Trinitate; de Christi Nativitate; de S. Stephano;* et *de S. P. Francisco.*

Curante Jacobo Sala O. F. M. prodierunt a. 1911 (Toledo, Imprenta de Rodriguez y hermano; in 16)

Opusculos de San Pascual Bailon, Patrón de todas las Asociaciones Eucarísticas, sacados del cartapacio autógrafo ordenados, anotados y precedidos de una introducción bibliográfica; de qua editione confer Archivum Franciscanum Historicum, VII (Ad Claras Aquas, 1914), pp. 154-155.

MMMXLVII.

PASCHALIS CODRETTUS Cespitellensis Subalpinas ditionis Taurinensis Regul. Observ. Theologus, et concionator facundus edidit italico sermone

Compendium Vitae, et miraculorum S. Antonii Patavini. Taurini anno 1645., et Carmaniolae an. 1651.

Orationem in laudem S. Clarae. Taurini anno 1646. in 4. per Joan. Ambrosium Miellam.

Compendium Vitae, et miraculorum SS. Clarae, et Agnetis Sororum. ibid. an. 1647.

Orationes paneggyricas in laudem B. Paulae Gambaranae Comitissae Bennensis. ibidem an. 1649.

Vitam B. Joannae de Cruce. Cunei anno 1650. in 12. typis Stradellae.

Sermonem de S. Bernardino cum fragmentis Vitae, et miraculorum ejus. Monteregali an. 1651.

Vitam, et miracula S. Ludovici Episcopi Tolosani. ibidem eodem anno.

Compendium Vitae, et miraculorum S. Didaci. ibidem.

Regulam, atque Institutum Tertii Ordinis S. Francisci una cum Vitis nonnullorum SS. ejusdem Ordinis. ibidem an. 1652.

Sertum BB. Umberti, Margaritae, Amadei et Ludovicae Sabaudiae cum brevi serie nonnullorum virorum, ac mulierum pietate illustrium e regia Domo Sabaudiae. ibidem an. 1654.

Sermonem de regali corona. Taurini.

Scholam salutis; sive confitendi, et communicandi sacramentaliter modum. ibidem an. 1654. in 12. ex Rossotto; sive Monteregali per Jo. Gislandum ex Raphaele Soprano.

Observationes in Vita, et morte Isabellae Sabaudiae Ducissae Mutinensis. ibidem Monteregali eodem anno in 4. per Jo. Gislandum, et Joan. Franciscum de Rubeis.

Mundi contemptum in Vita, et morte Catharinae Infantis Sabaudiae. ibidem anno 1655.

Sertum mysticarum Rosarum pro pretiosissimo capite B. Virginis. Carmaniolae anno 1661. in 4. per Bernardum Columnam in 12., de quo Marraccius in Appendice, et ex eo Joan. a S. Anton. hoc Opus tantummodo referens, eumdemque cum errore patria *Perusinum* appellantes.

Tractant de hoc scriptore Andreas Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., Raphael Sopranus in Script. Liguriae, et Oldoinus in Athenaeo Ligustico.

La Serafica amante Panegirico di S. Chiara chiariss.mo pianeta nel ser.mo Cielo della Chiesa di Dio e sacra Heroezza (sic) *del sesso feminile.* In Torino, per Gio. Ambrogio Niella, 1646. in 4. (Manno Ant., Bibliografia storica degli Stati della Monarchia di Savoia, IV, Torino 1892, n. 17409.)

L'eroessa del terz'ordine serafico: Discorso sacro nelle brievi ramenbranze della Beata Paola Gambara Costa, contessa di Bene, Trinità e Carruto, il cui Corpo intiero si riuerisce nella Chiesa di S. Francesco dei PP. Minori Osservanti di Bene . . . In Torino, per gl'Heredi di Gio. Ambrogio Niella, 1649. in 4. (Manno, op. cit., III, n. 11989.)

Breve discorso del glorioso San Bernardino da Siena fatto nella solennità del suo giorno et Oratorio della città di Carmagnola del 1651. In Mondovì per Giouanni Gislandi e Gio. Francesco Rossi, 1651. in 4. (Manno, op. cit., IV, n. 15009.)

Ghirlanda di alcuni Prencipi Beati di Real Casa Savoia, tessuta dall'ossequio del R. P. F. Pasquale Codreto . . . in 4. Sub hoc titulo generali haec tria opuscula comprehenduntur: 1. *Succinte Dimostranze della vita del B. Vmberto di Savoia consecrate all'Altezza Reale del Secondo Carlo Emanuel Duca di Sauia* (sic), *Prencipe di Piemonte, Rè di Cipro, etc. Dal R. P. F. Pasquale Codreto da Sospello Lettore, Predicatore Generale, e Padre di Prouincia de Minori Osseruanti.* In Torino, M.DC.LV. Per gli HH. di G. Ambrogio Niella., cum epistola nuncupatoria data die 28 Julii a. 1650. — 2. *La Margarita della Città beata. Vita, e miracolosi portenti della B. Margarita di Sauoia, il cui Corpo incorrotto si riuerisce nella Chiesa di S. Maria Maddalena delle Monache Dominicane nella Città d'Alba. Dal R. P. Pasquale Codreto* etc. In Torino, MDCLIII. Per Gli Fratelli Niella. — 3. *Il Politico Celeste, Vita e maravigliosi Successi del B. Amadeo di Savoia. Dal R. P. Pasquale Codreto* etc. In Torino M.DC.LIII. Per gli Fratelli Niella. (Romae in bibliotheca Nationali, absque tamen titulo generali; Parisiis in Nationali, ut ex eius Catalogo.)

L'Arco Baleno, che risplende nel Serafico Cielo; Panegirico sacro della Beata Lodovica di Savoia, Indrizzato per ossequiar li pregi di M. Reale Christiana Borbona, Duchessa di Sauoia, e Regina di Cipro, etc. Dal R. P.re F. Pasquale Codreto . . . In Torino. M.DC.XLVI. Per Gio. Ambrogio Niella. in 4. (Romae in eadem bibliotheca.)

Abbreviata Serie d'alcuni Heroi della Real Casa di Savoia segnalati nelle degne attioni temporali, e spirituali. Raccolta dal R. P. Pasquale Codreto . . . In Mondouì, Per Giouanni Gislandi. 1655. in 4. Dicatur ab auctore Principi Philiberto de Sabaudia epistola data die 12 Aprilis a. 1655. Textus quinquaginta paginis concluditur numeratis 25-74, ex quo patet hoc opusculum unum volumen efformare cum *Spreggio del mondo* etc. infra indicato. (Ibidem.)

Annotationi della Vita, e Morte della Serenissima Infanta Donna Isabella Duchessa di Modana e Reggio, etc. Figlia dell'Inuittissimo Gran Carlo Emanuelle Duca di Sauoia. Descritte dal R. P. Pasquale Codretto . . . Sotto il patrocinio del Sereniss. Prencipe Mauritio di Sauoia. In Mondovì, Per Giouanni Gislandi, e Gio. Francesco Rossi, M.DC.LIV. in 4. (Ibidem.)

Spreggio del mondo, Vita, e Morte della Serenissima Infanta D. Francesca Caterina Figlia del Gran Carlo Emanuelle Duca di Sauoia. Descritta dal R. P. Pasquale Codretto . . . Indirizzato alla tutella del Serenissimo Prencipe Tomaso di Sauoia. In Mondovì, Per Giouanni Gislandi, e Gio. Francesco Rossi. 1654. in 4; pp. 24 num. (Ibidem.)

Addenda:

Succinto racconto dell'honorevole cittadinanza di Cherasco Nell'ingresso delle Monache di Santa Chiara. Dal R. P. Pasquale Codreto

Digitized by Google

Codreto da Sospello, Lettore già diffinitore, . . . In Mondovì, Per Giovanni Gislandi e Gio. Francesco Rossi, 1647. in 8; pp. 88. (Manno, op. cit., IV n. 17410.)

Schermo de popoli Sermone fatto li 23. Settembre 1647. nell'ingresso delle Religiose di Santa Chiara, nel nuovo Monastero della Città di Cherasco. Dal R. P. Pasquale Codreto da Sospello Lettore, Predicatore, Padre di Prouincia, e Guardiano de' Min. oss. In Torino MDCL. Per Gli Heredi di Gio. Ambrogio Niella. in 4. (Manno, op. cit., IV n. 17411.)

Giardino genealogico della R. Casa di Savoia, cominciando dal neo pedale di Sigueardo re di Sassonia, che regnava nel 690 . . . In Torino 1650. (Manno, op. cit., I n. 20.)

Memoria d'alcune Opere pie fatte da Madama Reale Christina di Francia Duchessa di Sauoia, Regina di Cipro. etc. Opusculum sex paginis inclusum absque ulla nota typographica cum subscriptione *Fra Pasquale Codreto da Sospello de Min. Oss.* in 4. (Romæ in Nationali.)

Parallelo angelico del beato da Chivasso, angelo terreno, minor osservante di S. Francesco, coll'angelo celeste; segue la vita e miracoli, raccolta per il P. Pasquale Codreto, . . . Cuneo, B. Strabella [sic], 1672. in 4. (Ex Catalogo biblioth. Nationalis Parisiensis.)

MMMXLVIII.

PASCHALIS DE TORRELLAS Hispanus concionator in prov. S. Gregorii Strict. Observ. Discalc. in Philippinis Insulis descripsit accurate

Historiam Ven. Martyrum Moluccensium Fr. Sebastiani a S. Joseph, et Fr. Antonii a S. Anna provinciæ S. Pauli ejusdem Instituti ex Fr. Anton. de Llave in Chron. prædictæ provinciæ trien. 10. cap. 13. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Eorumdem Martyrum miracula una cum Iconibus. Romæ 1620. in fol. expanso succincte ex eodem Joan. a S. Anton. to. 3. in append.

Obiit in Hispania initio anni 1622 (Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia sanfrancescana, Prato 1879, n. 728).

MMMXLIX.

PASCHALIS VICTORIENSIS Hispanus una cum Fr. Gonsalvo Transtorna missus in Tartariam circa an. 1336. post multos labores, et discrimina tandem pervenit ad urbem *Almalech* metropolim tunc *Turquestani,* al. *Zacatai* ultra mare Hircanum; unde scripsit

Brevem relationem sui itineris, rerumque a se gestarum per modum epistolæ ad Fratres Conventus, et Custodiæ Victoriensis, quam ex antiquis Chronicis Ordinis publicarunt Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 8. cap. 46., Marianus, Rodulphius lib. 2. fol. 242., et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1342. n. 10. *datæ in Armalech in festo S. Laurentii anno Domini* 1338. *in imperio Medorum,* juxta Waddingum; sed Marcus, et Rodulphius dicunt *Amalech;* Bartolomæus tamen Pisanus in Conformitatibus et ipse *Armalech* appellat; nihilominus legendum est *Almalech,* quæ vox nobis sonat *magnam Regiam;* eratque juxta Geographos Persas ad orientem Maris Caspii, Hircanique prope fluvium Oxum, ejusque ostium, ubi veteres Bactriani, et Sacæ. Anno 1340. ex cit. Pisano Confor. VIII., non 1342., ut Waddingus ex Chronicis Ordinis, et Mariano elici, haberique putavit, hic martyrium in eadem civitate cum 6. aliis Franciscanis fecit pro Christi fide ex cit. autoribus.

Epistola Paschalis Victoriensis de suo in Tartariam itinere extat etiam in Chronicis XXIV Generalium Ord. Min. (Analecta Franciscana, III, Ad Claras Aquas 1897, pp. 532-535). De urbe *Armalech* seu *Almalech* videsis G. Golubovich, Biblioteca bio-bibliogr. della Terra Santa e dell'Oriente Francescano, II, Quaracchi 1913, pp. 543-544.

MMML. 1588.

PASCHASIUS AURANTIUS = Belga florebat Lovanii anno 1598., teste Willoto, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Sophronii Patriar. Pratum spirituale prodiit Lovanii an. 1598. ex Possevino in Appar. sac. to. 3.

MMML bis.

PASCHASIUS BURGENSIS humaniorum literarum seculo XV. præceptor Florentiæ, cuius

Carmina leguntur initio operis inscripti, *Giochi matematici,* scripti ab ejus discipulo Petro a Folicas, et Juliano Mediceo dicati, ex P. Zaccar. Excurs. litterar. pag. 229.

Opus « Giuochi mattematici » supra memoratum extat in codice Magliabechiano 13 Classis XI, eiusque auctor dicitur « Piero di Nicolao d'Antonio da Filicaia ». *Fratris Paschasii Burgensis Ord. Minorum* eiusdem Petri auctoris in pueritia præceptoris *Carmina,* quæ operi præmittuntur, sunt duo tantum et quidem brevia: alterum « *Ad Librum epigramma* » ex duobus distichis, alterum « *Epigramma ad Magnificentissimum Julianum Medicen* » ex 18 versibus constans.

MMMLI. 1589.

PASTOR DE SERRA-SCUDERIO = de Gallia Narbonensi, ac provincia Provinciæ vulgo *Provenza,* teste autore suppari Bartholomæo Pisano Conf. VIII. par. 2. inter Script. Ord. Min., ubi tradit eum scripsisse plura; et inter Cardinales Ordinis Min. dicit tulisse titulum *SS. Sergii, et Bacchi,* in quo memoria lapsus est, cum ille sit titulus *Diaconatus,* non Presbyteratus, ad quem certo constat assumptum Pastorem; Rodulphius vero lib. 2. fol. 221. ante Ciacconium ei tribuit titulum *S. Martini in Montibus.* De eo Eysengrenius, Possevinus, ac Vossius agunt; Sammarthani insuper in Gallia Christiana in Ebredun., et Ughellus in Italia sac. to. 1. de Asisiat. Episc.; de eoque loqui puto Franciscum Petrarcham Rer. senil. lib. 6. epist. ultima Philippo Patriarchæ Hierosolimitano data, qua *Archiepiscopum Ebredunensem* vocat *doctrinæ uberrimæ, altissimique judicii virum.*

Ex Eubel (Hierarchia catholica medii ævi, I) fuit cardinalis titulo SS. Marcellini et Petri, ut tradit Waddingus, obiitque die 11 octobris a. 1356. Eum non laudat Franciscus Petrarca in epistola a Sbaralea citata, quum ibi loquatur de archiepiscopo Ebredunensi vivente a. 1366. Confer ipsam epistolam, et annotationes Jos. Fracassetti ad eam ac ad V libri VI in Lettere senili di F. Petrarca, I, Firenze 1869, pp. 377, 339, sed præsertim ad XIV variarum in Lettere di F. Petrarca delle cose familiari . . . V, Firenze 1867, pp. 244-249. De Pastore de Serra-Scuderio (Sarras) agunt etiam Steph. Baluzius, Vitæ paparum avenionensium, I, Parisiis 1693, coll. 892-894, et Alb. Mazon, Essai historique sur le Vivarais pendant la guerre de Cent Ans (1337-1453), Tournon 1889, pp. 86-96.

MMMLII. 1590.

PATRITIUS CONORUS = Strict. Observ. alumnus, de quo Petrus de Alva col. 1125. Militiæ univ., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.; scripsit paulo post annum 16 ...

MMMLIII. 1591.

PATRITIUS FLEMINGUS = laudatur a Leone Allatio de Viris illustr. fol. 200.; Joan. a S. Anton. to. 2. accepit a Waddingo.

Collectanea sacra S. Columbani adducit V. cl. Anton. Pagius in Crit. Baron. to. 2. ad an. 615. n. 14., et Mabillonius de Studiis Monast. ad calcem

Digitized by Google

cem in elencho difficultatum sec. VII., et in catalogo selectiorum Operum num. VII., quibus in locis impressa dicit Lovanii an. 1667. in fol., et lib. XI. Annal. Benedict. n. 49. ad annum 625., quorum tamen in præfatione, uti et in cit. catalogo mendose dicitur *Prosper*.

R. P. F. Patricii Flemingi Hiberni . . . Collectanea sacra seu S. Columbani Hiberni Abbatis . . . necnon aliorum aliquot e Veteri itidem Scotiâ seu Hibernia antiquorum Sanctorum Acta et Opuscula, nusquam antehac edita, partem ab ipso brevioribus Notis, partem fusioribus Commentariis, ac speciali de Monastica S. Columbani institutione Tractatu illustrata . . . Per F. Thomam Sirinum . . . castigata et aucta. Lovanii, Typis Viduæ Andreæ Bouveti, 1667. in fol., cum Collectoris vita. Editio admodum rara, quam vidi Romæ in bibliotheca Angelica.

Eius extant etiam:

Chronicon Consecrati Petri Ratisbonæ in compendium contractum;

Vita P. Hugonis Cavelli, quam velut discipulus et intimus sociorum probe conspectam habebat, composita anno 1626.

Epistolæ ad F. Hugonem Wardæum de actis sanctorum Hiberniæ, recenter editæ in « The Irish Ecclesiastical Record » VII.

Natus est in Ultonia a. 1599 die 17 Aprilis nobili genere in pago vernacule dicto Bel-atha-Lagain; in Lovaniensi collegio S. Antonii de Padua Fratrum Minorum Hibernorum seraphicæ religionis habitum probandus accepit die 17 martii a. 1617, eodemque anni sequentis die vota religiosa emisit. Obiit die 7 novembris a. 1631, non autem 1632.

Cf. ex recentioribus Thompson Cooper in Dictionary of National Biography, XIX (London 1889), pp. 281-282; E. A. D'Alton in The Catholic Encyclopedia, VI (New York 1909), pp. 100-101.

MMMLIV.

PATROCLUS BOECKMANNUS Susatensis provinciæ Colonien. Min. Conv. sac. Theologiæ Magister scripsit an. 1532.

De valore, et merito bonorum operum contra Bernardum Rothmannum hæreticum, et

De novæ legis incruento Sacrificio contra eumdem, cujus erat acerrimus hostis Monasterii ex Hist. prov. Colonien. Min. Conv. fol. 142.

Dissertatio de iustificatione, bonis operibus, et sacrificio Missæ contra Bern. Rothmannum extabat ms. in bibliotheca Conventus Fratrum Minorum Conventualium Susatensis. Cf. Jos. Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis, Coloniæ Aug. Agripp. 1747, p. 263.

MMMLV.

PAULINUS BELLOVACENSIS, vulgo *de Beauvais*, Gallus Min. Capuccin., quem Waddingus vocat *Paulum Bellovacensem*, scripsit gallico idiomate

Apologiam pro humilitate Seraphica in 8. ex Bibliotheca Telleriana fol. 207.; et

Alteram pro jure vocis activæ, et passivæ, quam habent Laici Capuccini in omnibus electionibus sui Instituti, in 12. Parisiis an. 1642.

Orationem funebrem etc.; quam refert Waddingus infra in *Paulo Bellovacensi.*

Vitam S. Bovonis, et S. Dodi fundatorum Abbatiæ S. Petri de Remis. Remis an. 1655. in 8., teste Le Long lib. 2. Biblioth. Gall.

De Visitatione SS. Eucharistiæ Sacramenti lib. in 8., teste autore Bibliothecæ Capuccinorum, et ex eo Joan. a S. Antonio tomo 2., qui putat Paulinum *Bellovacensem* alium esse a Paulino *de Beauvais.*

Apologia pro humilitate Seraphica et *Apologia pro iure vocis activæ et passivæ* etc. unum idemque opus sunt, cuius ecce titulus ex exemplari bibliothecæ Casanatensis: *Defense de l'Humilité Seraphique. Ov Apologie povr le droit de voix active et passive qu'ont les Religieus Laics Freres Mineurs Capucins en toutes les élections de leur Ordre. Par le R. P. Pavlin de Beauvais Predicateur Capucin de la prouince de Paris.* Imprimé à Paris, povr ordre de sa Majesté tres-Chrétienne M.DC.XXXXII. in 8.

Vie de sainte Bove et de sainte Dode, Fondatrices de l'Abbaye de Saint-Pierre de Reims; par F. P. D. R. P. C. Reims, 1655. in 8. Ita J. Le Long, Bibliothèque historique de la France, ad n. 6285* primæ editionis, 14938 alterius, qui *Orationem funebrem de Ludovico* XIII non indicat.

La Visite du saint Sacrement de l'autel, représentée sous l'emblème du vol de l'aigle. Par le P. Paulin. Paris, Estienne, 1642. in 8. (Franc. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, II, Paris 1867, col. 757).

MMMLVI.

PAULINUS VENETUS a pœnitentiis Joanni XXII. vir doctus, et gravis, rerumque gerendarum peritissimus, cui proinde ponderosissima, et multa potissimum apud Venetos negotia commisit idem Pontifex, annoque 1324. ad Puteolanam evexit Ecclesiam, quam usque ad annum 1344. administravit, ut habet Ughellus Ital. sac. to. 6.

Paulini Puteolani Historia ab origine mundi usque ad annum Christi . . . incompleta ms. extat Cæsenæ in Biblioth. S. Franc., uti habet ejusdem Biblioth. Catalogus a Possevino vulgatus in fine *Apparatus sacri,* quam citant autor suppar Andr. Dandulus in *Chronico* lib. 8. cap. 2. par. 5., et Fl. Blondus lib. 2. dec. 2. de translatione corporis S. *Marci* Alexandria Venetias, de qua Paulinus agit cap. 181. par. 3., al. 5. ex Petro Damiani, et Sigeberto agens de *Leone I. Imp. Speculum gestorum mundi* sine autoris nomine extat in Biblioth. Vatic. cod. 1985. ex Montfaucon in Biblioth. mss. to. 1. pag. 105. Extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 18. versus claustrum n. 608. cod. antiquo ms. in 8. magno in capita 244. divisum, et quodlibet caput in plures partes hoc titulo: *Incipit nobilium Historiarum epithoma tam in testamento veteri, quam in novo, cujus primum caput proœmiale de materia, forma, et fine Operis.* Proœmium igitur incipit: *Progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol* etc. *Sermone* XI. *super Cantica ait B. In anima tria intueor* etc. Opus vero: *In principio secundum Dion. XII. de divinis laudare nos convenit eum* etc.; et finit: *Rege Franciæ irrequisito.* Codex iste mancus in medio est, et a principio mundi excurrit usque ad initium Pontificatus *Bonifacii VIII.;* ubi tamen memorat canonizationem *S. Cælestini V. Papæ* a Clemente V. *anno* 1313. *Avenione* factam. Cap. 229. par. 21., et 23. usque ad partem 27. agit fuse de *S. Francisco* ex Historia S. Bonaventuræ; par. vero 26. addit plura de sociis ejus, virisque illustribus nonnullis ipsius Ordinis, nec non Ministris Generalibus usque ad *Geraldum Odonis* an. 1329. assumptum. Cap. 231. par. 1. habet *S. Claræ* conversionem; et par. 7. usque ad 15. refert gesta *S. Elisabeth* Hungariæ Regis filiæ; et par. 36. usque ad 41. de *S. Antonii Patavini* vita disserit; par. vero 47. commemorat *Alexandrum de Ales* floruisse in Ordine Minorum, ac *Summam in Theologia valde copiosam* edidisse; tandem cap. 233. par. 2. usque ad 8. recitat reliqua *S. Claræ* gesta, atque Canonizationem: quibus perspicue autorem se *Minoritam* prodit, nam codex sine autoris nomine cernitur; tamen in nonnullis alio charactere etiam antiquo legitur: *Speculum Paulini de gestis Mundi:* habetur enim ibi et scam.

Digitized by Google

20. n. 623. in fol. ms. Opus non integrum in medio, et num. 620. ms. in fol. magno sine principio, et fine cum figuris depictis, ad cujus calcem hæc habentur: *Speculum Paulini, sive Satirica rerum gestarum mundi: est ad usum Fr. Thedaldi de Mugello Ordinis Minorum;* nec non n. 620. ms. in 4. usque ad finem, sed sine principio, et mancus in medio, qui codex, ut et alter n. 620. et 623. non habent socios B. Francisci, viros illustres, ac Ministros Generales illius Ordinis, uti codex memoratus primo num. 608., sed locus ibi vacuus relictus est pro eisdem describendis, et alter per alterum suppleri potest.

Fr. Paulini de recto regimine ad Marinum Baduarium Ducem Cretensem italico sermone conscriptum, excepta *epistola nuncupatoria* latine, cod. 550. in fol. membran. Venetiis in Biblioth. S. Marci Bess. ex illius Indice. *Magnifico, et prudenti viro D. Marino Baduario honorabili Duci Cretensi Frater Paulinus munus optatum. Ecce librum de recto regimine juxta votum vulgariter traditum vobis mitto, quem rector sequendo æterni Regis bravium optinere valebit:* ut habet N. V. Flaminius Cornelius to. 2. Cretæ sacræ par. 4. pag. 307., ubi tradit *Marinum Baduarium* fuisse Cretæ *Ducem* an. 1313., et Fr. Paulinum Venetum postea fuisse Episcopum Puteolanum. Alter *Marinus Baduarius* anno 1236. erat Potestas Paduæ ex Rolandino Chron. Patav. lib. 3. cap. 16.

Pauli Veneti Minoritæ liber de Terra Sancta, seu Palæstina ms. extat in publica Biblioth. Lugduni Batav., teste Oudino Comment. to. 3. col. 599., qui tamen eum censet esse *Fr. Francisci Georgii* Veneti; sed id nullo monumento pronunciat. Ego hujus *Paulini* esse puto, et forsan idem est cum altero ms. cod. 779. Anglici Collegii Baliolen. tit. *M. Paulus de Venetiis de conditionibus, et consuetudinibus orientalium regionum* ex Montfaucon to. 1. Biblioth. Bibliothecar. pag. 661.; sed forsan hic posterior est *Marcus Polus Venetus* secularis.

Librum secretorum fidelium crucis huic nonnulli adscribunt; sed perperam, cum tantum approbator Operis fuerit jussu Joannis XXII. Circumfertur liber in fine magni Operis inscripti: *Gesta Dei per Francos Marini Sanuti Torselli,* cujus plures sunt ad eumdem Paulinum jam Episcopum epistolæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1322. n. 69., et ex eo Lequile to. 2. Hierar. Francisc. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Anno 1322. Joannes XXII. ei commisit, ut *Venetias* se conferret, et scriberet a se *gesta,* ut ex Reg. Vatic. apud Indic. Bullarii Seraph. Petri de Alva sub anno 1321. n. 80., et seqq., et an. 1325. adhuc Venetiis jam Episcopus degebat, scripsitque Pontifex, ne teneretur *ad residentiam,* ut ibi sub an. 1324. n. 37., et seqq.

Duo *Chronica* Paulinum auctorem habent, quæ tamen unius operis diversas recensiones quidam dicunt, alterum titulo *Satyrica gestarum rerum, regum atque regnorum et summorum pontificum historia,* alterum communiter vocatum *Chronologia magna.* Ex codicibus a Sbaralea indicatis Cæsenas iuxta Jos. M. Mucciolum (Catalogus codicum mss. Malatestianæ Cæsenatis bibliothecæ, II, Cæsenæ 1784, p. 59) videtur continere primum opus, non alterum, contra atque affirmat Hier. Golubovich (Biblioteca bio-bibliogr. della Terra Santa e dell'Oriente Francescano, II, Quaracchi 1913, p. 99), codici Vatic. lat. 1985 inest opus diversum a Paulini operibus historicis (cf. Nogara B., Codices Vaticani latini, III, Romæ 1912, p. 391), codicem 608 bibliothecæ S. Crucis in translatione huius bibliothecæ in Laurentianam a. 1766 facta compertum est deesse teste A. M. Bandinio (Catalogus codd. lat. biblioth. Mediceæ Laurentianæ, IV, Florentiæ 1777, coll. 731-32; cf. Rivista delle Biblioteche e degli Archivi, VIII, Firenze 1897, p. 135), ceteri *omnes* extant nunc in Laurentiana, etsi contrarium dicit Golubovich ibidem p. 100. — *Satyrica historia* ex codice Vatic. lat. 1960 sæc. XIV a cap. CCXVIII ad finem, omissis tamen iis quæ ad res extra Italiam gestas pertinent et vitis sanctorum, edita est a Lud. Muratori in « Antiquitates italicæ medii ævi » IV (Mediolani 1741), coll. 951-1034 cum titulo falso « Excerpta ex Chronico Jordani »; pauciora fragmenta iuxta cod. lat. 4940 bibliothecæ Imperialis (Nationalis Parisiensis) ex capitibus 231-33, 235-36, 238 extant in « Recueil des Historiens des Gaules et de la France », XXII, Paris 1865, pp. 12-15; vita denique S. Francisci ex dicto codice Vaticano vulgata est a Michaele Faloci Pulignani in « Miscellanea Francescana » VIII, Foligno 1901, pp. 52-75. *Chronologiæ magnæ* minima pars prodiit hac editione fototypica: De passagiis in Terram Sanctam. Excerpta ex « Chronologia magna » codicis latini 399 bibliothecæ ad D. Marci Venetiarum, auspice Societate illustrandis Orientis latini monumentis, edit G. Mart. Thomas Onolinus, Venetiis ex typ. Æmiliana 1879, in fol.

Præter dicta opera historica tribuitur fratri Paulino *Provinciale Ordinis Fratrum Minorum* seu Catalogus provinciarum, custodiarum et cœnobiorum Ordinis Minorum ante medium sæc. XIV, extans in codice Vatic. lat. 1960 inter *Chronologiam magnam et Satyricam historiam,* et etiam in codice E. III. 11 bibliothecæ regiæ Bambergensis, qui continet iuxta Golubovich (ibidem, p. 78) *Satyricam historiam. Provinciale* hoc ad illustrandum similem catalogum, datum a Bartholomæo Pisano in libro « De Conformitate vitæ B. Francisci ad vitam Domini Jesu » fructu seu conformitate XI par. 2, edidit primum Waddingus in Annalibus Minorum ad a. 1399 et 1400, ex codice Vaticano, sed satis imperfecte et non integre, servato præterea diverso provinciarum, custodiarum singulorumque locorum ordine, eo nempe quem sequitur Bartholomæus Pisanus. Editio melior, etsi ab erroribus non immunis, prodiit sæculo XVIII cum hoc titulo: *Provinciale Ordinis Fratrum Minorum seu Polychronicon Jordanis Ex Codice Manuscripto Bibliothecæ Vaticanæ Num. 1960. fol. 23. et seq. descriptum nunc primo editum, ac brevibus notis illustratum a F. Francisco Antonio Righini de Arimino Ord. Min. S. Francisci Conventualium.* Romæ MDCCLXV. Ex Typographia Joannis Zempel. in fol. (recusum a. 1771). Sed accuratius magisque illustratum editum est a Fr. Conrado Eubel Ord. Min. Conv. ad Claras Aquas (Quaracchi) ex typographia Collegii S. Bonaventuræ a. 1892 in 8, et iterum in Bullarii Franciscani tomo V (Romæ 1898), Appendice I (pp. 579-601).

Opus *De regimine rectoris* in tres partes divisum, quarum prima agit de regimine sui, altera de regimine familiæ, tertia de regimine reipublicæ, prodiit primum ex parte, denique integrum sequentibus editionibus: *Del governo della famiglia, seconda parte dell'opera inedita de recto regimine scritta in volgare Veneziano da fra Paolino Minorita nell'anno 1314* (cura Cæsaris Foucard). Venezia, Naratovich, 1856, in 8; — *Del reggimento della casa. seconda parte dell'opera intitolata Liber Thesaureti de regimine rectoris scritta in dialetto Veneziano da fra Paolino minorita nell'anno 1314 ridotta a volgare comune sopra una membrana manoscritta della Comunale di Perugia da Adamo Rossi.* Perugia 1860 in 8; — *Trattato de Regimine Rectoris di fra Paolino Minorita pubblicato da Adolfo Mussafia.* Vienna (Stamperia di Adolfo Holzhausen)-Firenze MDCCCLXVIII, in 8; editio optima. (Romæ in Casanatensi.) — Cf. Franc. Zambrini, Le opere volgari a stampa dei secoli XIII e XIV, Bologna 1884, coll. 745-47; Ferd. Cavalli, Di due scrittori politici del secolo XIII, in Atti del Reale Istituto Veneto di scienze lettere ed arti. Serie VI tomo IV (a. 1885 86), Disp. VII, pp. 921-25.

Pauli Veneti Minoritæ liber de Terra Sancta contentus in codice (Scaligeriano 62) ab Oudino memorato nihil aliud est nisi tertius liber operis Marini Sanuti tit. « Liber secretorum fidelium crucis », teste Jac. Bongarsio in epistola ad lectorem præmissa eidem operi a se edito Hanoviae a. 1611.

Conferantur præcipue: Gio. degli Agostini, Notizie istorico-critiche intorno la Vita e le Opere degli Scrittori Viniziani, II, Venezia 1754, pp. 294-302; Simonsfeld H., Handschriftliches zur Chronik des sogenannten Jordanus, in Forschungen zur deutschen Geschichte, XV, Göttingen 1875, pp. 145-56; Idem, Bemerkungen zu der Weltchronik des Frater Paulinus von Venedig, Bischofs von Pozzuoli, in Deutsche Zeitschrift für Geschichte Wissenschaft, X, München 1893, pp. 120-27; Eubel K., Handschriftliches zur Chronik des sogen. Jordanus, in Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft, XIV, München 1893, pp. 603-608; Golubovich G., op. cit., II pp. 74-102.

MMMLVII.

Digitized by Google

MMMLVII. 1592.

PAULUS AMALTHÆUS = a Portunaono diœcesis Concordiensis provinciæ S. Antonii, Venetæque Min. Conv. alumnus florebat in fine seculi xv. bonarum literarum, ac in primis poesis cultor eximius: anno 1486. constitutus fuit *Magister Studii Paduæ* ex Regesto Ordinis; annoque 1506. interfuit Romæ Comitiis Generalibus ex lib. expensarum in Archivo Ord. apud SS. Apostolos, ubi dicitur sac. Theol. *Magister*. Ejus *epigramma* doctum legimus in fine *Metaphysices* Scoti a Mauritio Hibernico anno 1497., et 1499. Venetiis editæ, quod citat etiam Waddingus in Annal. Min. ad an. 1304. n. 18.; et aliud *epigramma* ad calcem tractatus Antonii Trombettæ *de pluralitate animarum* contra Averroistas ibidem excusi anno 1498. Ad hunc scripsit Jacobus Comes Purliliarum Epist. latin. lib. 2., vocatque virum eruditum, obsecrans, ut quidquid ab eo lectu dignum emanaret, ad se mittat. Ex ea familia illustri paulo post extiterunt et *Hieronymus*, et *Cornelius* nobiles poetæ, et satis Operibus noti. Petrus Rodulphius lib. 3. ait hunc scripsisse *illustre poema de bello germanico:* sed Willotus, et ex eo Possevinus addiderunt *adversus hæreticos:* nescio unde id hauserint, et de quibus hæreticis sit intelligendum, cum Opus non viderim: reor tamen Paullum descripsisse *bellum,* quod in Germania suo tempore gestum est inter Svevos, Austriacos, et Helvetios annis 1498., et 1499, quodque autor synchronus Anonymus Chronici Matthæi Palmerii continuator ab anno 1482. usque ad 1512. commemorat, inquiens sub anno 1499., *quo commoto universo Imperio bellum suscitavit atrocissimum, in quo diversis locis viginti millia pugnatorum occubuisse feruntur vincentibus semper Helvetiis:* de quo bello extat Historia etiam to. 3. Rer. German. edit. Freher. Willotus forsan quod cerneret suo tempore majori ex parte hæresibus implexos Helvetios, dixit bellum cum *hæreticis* gestum. Joan. a S. Anton. hunc memorat, sed ex Waddingo solum.

C. (Cornelii vel Caii) *Pauli Amalthei Ordinis Minorum S. Francisci poetæ laureati Carmina et Epistolæ, quæ reperiri potuerunt* extant in « Miscellanea di varie operette » to. v (In Venezia. MDCCXLI. Appresso Gio: Maria Lazzaroni. in 12), pp. 505-532, edita ex duobus codicibus tunc Ernesti Motensis. postea bibliothecæ Monasterii S. Michaelis Venetiarum (cf. Joh. Ben. Mittarelli, Bibliotheca codicum mss. Monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum, Venetiis 1779, coll. 34 et 39), in Marcianam denique translatis. Sunt: *Ad Ampliss. P. Raymundum Peraudi Honoratiss. Antistitem Gurcensem S. R. E. C.* (creatum die 20 septembris a. 1493) *Carmen gratulatorium*, ex 219 hexametris constans; *Ad M. Antonium Fratrem Tetrastichon* (*Tot nova iam nostro venere columina seclo*, etc.): *Tres epistolæ* latinæ ad eumdem, in quarum prima data ex Portu Naonis v Idus Februarii MVD dicit se Motæ aliquot menses publice docuisse et iam in Portu Naonis ludum litterarium aperuisse. — Eius *duo epigrammata* latina distichorum quinum, alterum *in Austriaden Riccardi Bartholini*, alterum *ad Riccardum poetam elegantissimum* leguntur post Poema « Riccardi Bartholini de bello Norico Austriados ll. XII » editum Argentorati ex Ædibus Matthiæ Schurerii mense Februario a. 1516 in 4. *Duo epigrammata*, primum titulo *C. Pauli Amalthei ad Cimbriacum Poetam et Comitem Palatinum Tetrastichon*, alterum (octastichon) inscriptum *C. Paulus Amaltheus in laudem Æmiliani Cimbriaci Poetæ, ad Petrum Hædum* edita sunt a Joa. Jos. Liruti in « Notizie delle vite ed opere scritte da' letterati del Friuli » to. I (Venezia 1760), pp. 389, 390; *duo alia* breviora, quippe uno disticho singula comprehensa, referuntur ab eodem Liruti in eiusdem operis to. II, pp. 8, 10; *aliud* anni 1507, *Ad consumatissimum Jurisconsultum Miliareum* se reperisse testatur Horatius Amaltheus (Ang. Calogerà, Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici, to. II, Venezia 1729, p. 238). — *Eclogam* quamdam scripsit, et *Panegyricum ad Antonium Picemanum Episcopum Feltrensem*, teste M. Antonio Pauli fratre in epistola ad Franciscum alterum fratrem data die 30 iulii a. 1517; item *Epicedium in obitu Friderici Rom. Imperatoris, ad Maximilianum Regem invictissimum, Imperatorem designatum*, cuius tres versus priores referuntur a Joanne Cuspiniano in suo opere « De Cæsaribus atque Imperatoribus Romanis » (edit. a. 1540 in fol. pag. DCXXIII).

Bellum germanicum, de quo *Poema* Paulus scripsit, ex eo quod Waddingus et ante ipsum alii *adversus hæreticos* gestum dicunt, verisimiliter idem est, ut Liruti opinatur, atque bellum a Maximiliano I feliciter gestum adversus Bohemos hæreticos, qui in Germaniam superiorem circa an. 1504 irruperant, magnas clades catholicis inferentes (cf. Raynaldus Od., Annales ecclesiastici, x, Romæ 1663, ad a. 1504, n. 27). Idem *Poema* probabiliter memoratur in hoc ultimo disticho Epitaphii Pauli a M. Antonio fratre concinnati « Cæsaris Austriaci dum carmine gesta repono; Heu! procul a patria mors violenta rapit. » (cf. Miscellanea cit., to. v p. 510); hinc illud Paulus non complevisse videtur.

Doctus est bonas litteras a Jo. Stephano Æmiliano seu Ælio Quinto Æmiliano Cimbriaco, ut hic testatur in suo poemate Catalecton. In primis fuit, qui in Germaniam earum cultum attulerunt, easdemque Vindobonæ aliquot annos est professus, dignusque a Maximiliano imperatore habitus est, quem poetica corona donaret. Præterquam Vindobonæ, Motæ et in Portu Naonis docuit Belluni etiam et Tridenti, discipulosque habuit Joannem Cuspinianum et Hieronymum Alcandrum seniorem, postea S. R. E. cardinalem. E vivis nece sublatus est (secundum Jo. degli Agostini, teste Jo. M. Mazzuchellio, in Germania, ab hæreticis occisus), ante diem vero 28 martii anni 1517 ex decreto ea die dato Nicolai Zanotti Prætoris Portus Naonis, quo intellecta Pauli cæde iubet ut perquirantur et recuperentur eius opera.

Cf. Miscellanea cit., to. v pp. 506-510; Mazzuchelli, Gli Scrittori d'Italia, vol. I par. I (Brescia 1753), pp. 573-574; præsertim Liruti, op. cit., II, pp. 2-10.

MMMLVIII.

PAULUS ARGOLI a Tagliacotio in Aprutio provinciæ S. Bernardini Min. Conv. sac. Theolog. Magister, et *Andreæ Argoli* celeberrimi astronomi, mathematicique frater, natus an. 1570., et a parentibus, ut eum adhuc puerum a prava valetudine liberarent, Deo, Divoque Francisco Asisiati dicatus; cujus in Ordine brevi adeo profecit; erat enim singulari memoria, præcoci, excellentissimoque ingenio; ut nondum sacris ornatus Ordinibus, et Doctoris lauream, et concionandi munus acceperit; et ea ingenii subtilitate præstabat, ut in congressibus vix parem haberet, *solitus non prius, cum disputaret, acquiescere, quam adversarium vel erroris admonuerit, vel pene oppresserit:* inquit de eo Paulus Freherus in Theatro Viror. eruditione claror. to. 1. par. 1. sect. 3. Sed juvenem egregium, et ad majora enixius contendentem valetudo destituit, vivendique finem fecit Rosiliani prope Barium, dum eo in oppido conciones quadragesimales haberet annos XXI. dumtaxat natus, anno Domini 1591. Reliquit autem post se ineditas

Conciones quadragesimales lingua vernacula; latine vero Opus ingens hoc tit.

Propositiones paralellæ S. Thomæ Aquin., et Scoti comparatæ, examinatæ, cribratæ etc.

Agunt de eo Philippus Tomasinus Episcopus Æmonien., Bonaventura Theulus in Triumpho Seraphico, et cit. Freherus apud Franchinum in *Bibliosophiæ appendice* pag. 592., ubi plura de eodem.

MMMLIX.

PAULUS ASISIAS Min. Conv. sac. Theol. Magister, crebrescente S. Bernardini fama, factus est ejus socius, et discipulus eumque cum vitæ sanctitate, et concionandi studio, ac fervore imitari conaretur,

Digitized by Google

naretur, tota Italia Evangelicus Orator celebratus est; et ea, quæ scripsit, de vitæ ejus sanctimonia testimonium perhibent, inquit Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43. ex Speculo Minorum, et Mariano; quid tamen scripserit, minime nos docuit, sed facile conjicimus, eum composuisse

Conciones quadragesimales, variique temporis, quibus mundo innotuit; et

Vitam, gestaque S. Bernardini Senensis, quæ citantur a prædicto Marco Ulyssipon. cap. 34., a quo accepit Joan. a S. Anton.

1593.

PAULUS BELLOVACENSIS = V. *Paulinus Bellovacensis.*

* PAULUS BERTUS Lucensis, quem hic interserit Joan a S. Anton. ex Auberto Miræo de Scriptor. sec. XVII. cap. 188., erat *Ord. Eremit. S. Augu.*, ut ex *Operibus Scoti,* quæ vulgavit, præ ceteris apparet, et ex Gandolfo de Scriptor. Eremit. S. August., vocabaturque *Paulinus,* ut et ipse Joan. a S. Anton. supra pag. 301. in *Ludovico Miranda* habet.

1594.

PAULUS BIGUNTINUS = hic idem est, ac *Antonius Bituntinus,* de quo supra actum est, corrupte dictus hoc loco *Biguntinus; Paulus* vero, quod esset verbi Dei insignis prædicator; quo munere qui egregie funguntur, vulgo *Pauli* titulum referre solent, præsertim eo, quo iste vixit, seculo. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMMLX. 1595.

PAULUS BONCAGNUS = ut habet Rodulphius lib. 3., non *Boncagnanus,* ut Waddingus habet ex Possevino, et iste forsan ex Willoto, et Gonzaga.

Fr. Pauli Boncagni de Perusio Ord. Min. Sermones quadragesimales incip. *Cogis me, reverende Pater, et Domine:* et finientes: *amici veri cujuscumque. Amen. Deo gratias,* extabant olim Asisii in secreta Biblioth. S. Franc. IV. solario occid. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. ineunte confecto. Extat nunc cod. chart. in 4. in Tabulario, seu Archivo dicti Conventus; præmissoque prologo, incipit Opus: *Cum jejunatis* etc. *Hic primo præcludit jejunii actum velut necessarium: cum jejunatis;* 2. *excludit jejunii indebitum i: nolite fieri* etc.; 3. *concludit in talibus* etc. Unde apparet esse magis expositionem Evangelii quadragesimalis temporis, quam sermones; Codex est charactéris non multum antiqui, unde perperam dicitur *Fr. Paulus Boncambi,* unde ansam arripuit Orlandus in Scriptoribus Bonon. asserendi *Jacobi Boncambi* Bononien. Ordin. Prædic. *Opera* Philosophica, et Theologica extare mss. Asisii in Conventu S. Franc.; et ab eo deceptus est Jac. Echard in Script. Ord. Præd. to. 2. Append. initio pag. 817.; ego, qui Bibliothecam illam lustravi, evolvique, nihil hujuscemodi deprehendi. In fine autem dicti codicis charactere antiquiori legitur: *istud Quadragesimale fecit fr. Paulus Lūg de Peru.*

Fr. Pauli Boncagni de Perusio Ord. Min. Sermones festivi per totum annum incip. *In illa die stillabunt montes dulcedinem:* et finientes: *quam nobis præstare dignetur etc. Amen,* extabant ibidem in V. solario occid. ex cit. Inventario; quo lucet, hunc autorem floruisse ante annum 1381., et fuisse de *Boncagnis,* neque potuisse decedere in patria anno 1510., dum ad populum conciones haberet. Joan. a S. Anton. to. 2. accepit a Willoto, et Oldoino, qui habent, ut Waddingus; sed primus, vel omnes errant, dum ajunt, edidisse, ac publicæ luci commisisse, quod adhuc ms. extat.

Jo. Bapt. Vermiglioli, qui de hoc scriptore agit in « Biografia degli scrittori perugini » t. I (Perugia 1828), pp. 220-221, vocat eum Paulum *Boncambi. Sermonum quadragesimalium* codex alter a Sbaralea memoratus, non primus ut opinari videtur L. Alessandri in « Inventario dell'antica biblioteca del S. Convento di S. Francesco in Assisi compilato nel 1381 » (Assisi 1906) p. 124 n. cdlxviii et p. 212, extat nunc Asisii in bibliotheca civica ad n. 450. Ct. Mazzatinti G., Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, IV (Forlì 1894), p. 94. — *Sermones festivi* iuxta Inventarium anni 1381 a L. Alessandri editum finiunt: *Altare nostrum et hostia.* — Ex Mazzuchellio, Gli Scrittori d'Italia, vol. II par. III (Brescia 1762) p. 1567, *Sermones* huius auctoris videntur extare etiam Romæ in bibliotheca Chisiana. — Ceterum nullo iure a Sbaralea erroris arguuntur Waddingus et alii ex eo quod hunc auctorem sermones *edidisse* dicunt, quum verbum *edere* (extra dare, emittere) sæpe accipiatur pro *in lucem proferre,* quicumque autem liber tum typis tum solo scripto in lucem proferri possit.

MMMLXI. 1596.

PAULUS BRITIUS = Braydensis patria Strict. Observ., de quo Ughellus agit to. 4. Ital. sac. in Alben. Episc. num. 56., ubi dicitur Theologus, et a sacris Confessionibus Christinæ Borboneæ Ducissæ Sabaudiæ, ad eam Ecclesiam promotus an. 1642., ubi et decessit anno 1665.

De progressibus Ecclesiæ Occidentalis in XVI *seculis* Opus prodiit Carmaniolæ anno 1648. in fol. apud Columnam, teste Rossotto in Syllabo Script. Pedemont., *anno* 1650. habet Index Biblioth. Barber., et to. 1. Biblioth. Tellerianæ pag. 189. apud Joan. a S. Anton. to. 2. p. 418.; forsan est 2. editio.

Sabaudiam redivivam, seu *Vitam Caroli Emanuelis I. Sabaudiæ Ducis* scripsisse, preloque paratam habuisse tradit cit. Rossottus.

Progressi della Chiesa Occidentale In Sedeci Secoli distinti, e due libri proemiali consacrati all'Altezza di Madama Reale Christiana di Francia Duchessa di Sauoia, Reina di Cipro, etc. da Monsignor F. Paolo Britio Vescovo d'Alba, e Conte. Tomo Primo. M.DC.XXXXVIII. In Carmagnola Per Bernardino Colonna. in fol. — *Progressi della Chiesa Occidentale ... consacrati alla Sant.ta di Nostro Signore Papa Innocenzo Decimo da Monsignor F. Paolo Britio ... Tomo Primo* 1650. In Carmagnola Per Bernardino Colonna. in fol. (Florentiæ in bibliotheca Marucelliana, et in Nationali.) — *Progressi della Chiesa Occidentale ... consacrati all'Alt.za di Madama Reale Christiana di Francia ... da Monsignor F. Paolo Britio ...* M.DC.LII. In Torino, Per Alessandro Federico Caualerij, Libraro di S. A. R. in fol. (Romæ in Casanatensi.) Volumina anni notam 1650 vel 1652 præseferentia *eamdem textus editionem* (paginis 684 male numeratis usque ad 714) continent, quod idem dicendum esse puto de volumine edito a. 1648. Textus hic (sæcula I-VII, præter duos libros proœmiales, complectens) extat ms., sed aliquantum diversus, Augustæ Taurinorum in bibliotheca Regis sub titulo *Historia ecclesiastica del Piemonte et paesi circonvicini* (1642). Opus simile Pauli Britii (dubito an idem sit ac opus ms. in dicta bibliotheca servatum) Jos. Vernazza se vidisse ms. testatur cum hoc titulo typis expresso: *Annali Ecclesiastici del Piemonte, del Delfinato, della Provenza, etc. cavati dagli Archivi di S. A. R. e dalle memorie del Canonico Baldesano; ritrovati nella libraria ducale di Torino; illustrati, corretti, ordinati ed ampliati. In Torino, per Gio. Giacomo Rustis:* M.DC.XXXXII. Operis *Progressi* etc. tomus secundus sæcula VIII, IX et X complectens extat ms. in eadem bibliotheca. Conferatur Ant. Manno, Bibliografia storica degli Stati della Monarchia di Savoia, I (Torino 1884), nn. 859, 858.

Alia eius opera:

Domenica undecima doppo la Pentecoste: Predica fatta nella venerabile chiesa di S. Maria de gl'Angioli di Cuneo, sopra il

Digitized by Google

il Vangelo corrente, in lode del glorioso Beato Angelo da Chivasso, min. osservante, il cui corpo, con grandissima diuotione e concorso di popolo intiero, si conserva nella suddetta chiesa ... alli 28 di luglio dell'anno 1625. Stampata ad instanza di molti particolari cittadini di Cuneo ... In Cuneo, per Christoforo Strabella, M.DC.XXVI. in 4. (Manno, op. cit., V, n. 19167.)

Albæ Pompeiæ Succinta descriptio. Augustæ Taurinorum, M.DC.LXI. Typis H. H. Caroli Janelli. in fol. (Manno, op. cit., II, n. 7401.)

De situ, origine, incrementij ac statu Cuneensis vrbis, totiusque circumiecti agri frequentia, vbertatque compendiarja ad tretinam historicam enarratio. Cvnej. CIↃ.I.Ↄ.LXI typis Bartolomæi Strabellæ. in 4. Opusculum anonymum, Paulo Britio tributum, recusum ab eodem Strabella a. 1670, insertum iisdem fere verbis operi « Theatrum Statuum Regiæ Celsitudinis Sabaudiæ Ducis » (Amstelodami, apud Hæredes Joannis Blaeu MDCLXXXII. voll. 2 in fol.), atque ex eo, cum titulo priorum editionum, Cunei denuo editum a. 1691. (Manno, op. cit., V, n. 19278.)

Quatuor Synodos Albæ celebravit, annis 1645, 1649, 1652, 1658, quarum Constitutiones extant typis expressæ. Primæ Synodi prodierunt Taurini a. 1646 ex typographia Francisci Ferrurini in 4, ceterarum Carmagnoliæ apud Bernardinum Columnam a. 1649, sine anni nota, a. 1658, in fol. (Manno, op. cit., II, nn. 7273-7276.)

MMMLXII.

PAULUS CÆSENAS provinciæ Flaminiæ Min. Capuccin. vir eruditus, suique Ordinis Generalis Vicarius composuit, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.,

Conciones Romæ habitas tempore Jubilæi an. 1600., quæ mss. asservantur in Biblioth. Portus Mauritii prov. Genuensis.

Ex patritia familia Angelini, utriusque iuris lauream in sæculo obtinuit. Pluries a sua Piceni provincia in moderatorem assumptus, bis a toto Ordine in Definitorem generalem, tandem Generalis Minister electus est Romæ a. 1613. Episcopatum Callii ipsi oblatum ab Urbano VIII humiliter recusavit. Obiit Traianæ die 13 decembris a. 1638, ætatis 82, religionis 57. Plura ab eo scripta esse tum ad conciones tum ad theologiam spectantia tradit Bernardus a Bononia, qui præter *Conciones quadragesimales Romæ habitas a. 1600 in ecclesia S. Laurentii in Damaso* memorat

Poema in 21 Cantus distributum, ubi laudes Mariæ Virginis dulcissime celebrantur.

MMMLXIII.

PAULUS CALANNA Italus prov. Romanæ, seu potius S. Francisci Min. Capuccinorum concionator confecit italico sermone, ediditque tomis 2. italice

Compendium Manualis Martini Azpilcuetæ Doctoris Navarri. Venetiis anno 1610. in 8., teste autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2. Prodierat antea ibidem to. 1. in 12. typis Matthiæ Quatti an. 1606.; sed neque hæc editio est prima.

Compendio del Manuale del Navarro Composto dal Reuer. P. F. Paolo di Calanna de' Capuccini. Nuouamente ampliato dall' istesso Authore ... In Venetia M.D.XCIX. Appresso Bernardo Basa. in 32. (Romæ in biblioth. Angelica.) Nescio utrum Calanna, pagus diœcesis Reginensis in Calabria, huius scriptoris sit patria.

MMMLXIV.

PAULUS CALDERONUS Hispanus Collegii Complutensis SS. Petri, et Pauli Major Collegiatus Regul. Observ. prov. Castellæ composuit hispano idiomate ms.

Tractatum de domo, et genealogia de Manriquez de Lara, quemadmodum prodit Joseph Pellicerus Chronographus Regius in *Libello supplici Marchionis de Eibas* [corr. *Ribas*] apud Nicol. Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 126., et Coron. Biblioth. univ. to. 7., et Philippus de Gandara, et Ferdinandus Saà [corr. *Saavedra*] apud Bibliothecam Genealog. Gerardi Ernesti pag. 326. Nescio, an sit ille *Paez Calderon* Hispanus, quem Paulinus Berti Lucensis Eremit. S. Aug. in *Vita Jo: Duns Scoti,* quam an. 1617. præmisit Commentariis ejusdem Scoti in 4. libros Senten., et Damianus Giner an. 1593. in Vita Scoti, quam præfixit Comment. in 4. libros Senten., ut et Gregorius Pomaureus an. 1609. ante lib. 1. Comment. in Scotum tradunt edidisse

Commentarios in Scotum, nempe *in libros Senten.,* ut puto, et inter recentiores Scriptores numerant, ideoque circa an. 1570. florebat; cujus tamen non meminit autor Biblioth. Hispan.

Ex hac familia extitit haud multis annis ante Ven. *Soror Maria Calderon,* quæ anno 1520. florebat; obiitque in provincia Castellæ in Monasterio Conceptionis V. Mariæ Castri Plebis Montis albani Abbatissa Ord. S. Claræ non sine opinione sanctitatis in sepulchro alabastrino condita ex Gonzaga par. 2.

Vita Joannis Duns Scoti præmissa a Damiano Giner Scripto Oxoniensi a se in facillimam methodum redacto, typis expresso Valentiæ a. 1598, et Vita eiusdem Scoti præfixa a Gregorio Pomoaureo primo Scripti Oxoniensis libro a se illustrato, excuso Venetiis a. 1612, unum idemque sunt; neque diversa, si excipiantur nonnulla verba addita, est Vita Scoti a Paulino Berti præfixa suæ Scripti Oxoniensis editioni a. 1617. In ea, prout est edita a D. Giner et a P. Berti, verba *Paez Chalderon* ad duos auctores indicandos virgula dividuntur; in editione Greg. Pomiaurei legitur *Baex Chalderon* absque virgula, sed editio hæc mendis typographicis scatet.

MMMLXV.

PAULUS CALLARIUS, al. Calderarius Veliternus prov. Rom. Min. Conv. sac. Theol. Magister, et ecclesiastes nobilis seculo XV., Ægidii Amerini postea Generalis Ministri præceptor extitit, reliquitque post se mss.

Comment. in 4. Senten. libros; cujus in obitu Orationem habuit Antonius Mancinellus vir doctissimus, aitque: *disputantem cuncti admirabantur; prædicantem omnes adibant; carnibus, et vino semper abstinuerat; ideoque impollutus fuit, virginitatisque perpetuus cultor:* quo loco et multum celebrat alterum Veliternensem *Leonardum Conum* ejusdem Instituti a doctrina, memoria, vita, sapientia, linguæ lepore, et gratia; quem et notum dicit non Italiæ tantum, sed et toti Galliæ, Hispaniæ, et Britanniæ, forsan unus ex Assistentibus Ministri Generalis, ut est apud Bonavent. Theulum in Theatro Hist. Velitern. lib. 2.

Sermo Antonii Mancinelli in funere Pauli Callarii unus est ex Mancinelli sermonibus editis primum quidem, ut videtur, Romæ per Eucharium Silber alias Frank anno 1503, sed iam ab auctore collectis, ut patet ex præfatione adolescentulis eidem editioni præmissa, ante nonas sextiles anni 1495; ergo Paulus Callarius obiisse dicendus est ante diem 5 augusti anni 1495.

MMMLXVI. 1597.

PAULUS DE CRUCE = Ulyssiponensis obiit Segobiæ an. 1619.

Versos à o divino. Ulyssipone in 8., ut autor Biblioth. Hispan. pag. 127. ex Georgio Cardoso habet, putatque diversum ab eo, de quo Waddingus, sed non satis fundate, quem secutus est Jo: a S. Anton., ut et Marraccium.

Mariale 13. *tractatibus divisum* prodiit Pinciæ ex eod. autore Biblioth. Hisp.

Centiloquium

Digitized by Google

Centiloquium etc. typis Didaci Francisci de Corduba in 4.

Conciones Vespertinæ etc. apud Georgium Rodericum in 4.

Centiloqvio de encomios de los Santos, sacados de los evangelios, qve se cantan en sus festividades. Dedicado à la Virgen Madre de Dios. Compuesto por Fray Pablo de La Cruz Letor de Theologia jubilado de la Orden de los Menores, Prouincia de la Concepcion, natural de Lisboa. En Valladolid: Por Diego *Fernandez* de Cordoua, Impressor de libros. Año de M.DC.XII. in 4. Volumen hoc, quod vidi Romæ in bibliotheca Alexandrina, est primus tomus primæ operis partis, in qua agitur de sanctis qui fuerunt ante Christi passionem, continens quinque tractatus, primum de S. Michaele et ceteris angelis, secundum de S. Anna, tertium de S. Joseph, quartum de nativitate S. Joannis Baptistæ, quintum de eius decollatione. Præcedit « Ad Virginem Deiparam autoris Epistola nuncupatoria » (ex 70 hexametris constans), eiusdemque Paulo item auctore paraphrasis versu hispano (40 tetrastichis). *Mariale* iuxta *Orden y razon de la obra* est primæ partis tomus alter. Ceteræ partes (secunda de Christi mysteriis, tertia de apostolis et de martyribus, quarta de confessoribus et de virginibus) 82 tractatus simul complectentes nescio utrum prodierint, et utrum *Conciones de Sanctis* a Waddingo indicatæ sint *Centiloquii* pars.

Ex Did. Barbosæ Machado et Inn. Franc. da Silva operibus infra notatis carmina hæc ei debentur:

Encomio de S. Vicente e de suas translações (5 cantibus). Lisboa por Jorge Rodrigues 1614. in 8; et in « Vida e martyrio de S. Vicente por Diogo Pires Cinza » Lisboa por Pedro Crasbeek, 1620. in 8.

Louvores a S. Joaõ Evangelista, tristichis.

Juizo Astronomico do Amor.

Da vida solitaria do Campo.

Elegia a huma Despedida.

Elegia á morte de Diego de Paiva.

Elegia consolatoria á Rainha D. Catherina em a morte da Princeza D. Joanna Mãy del Rey D. Sebastiaõ.

Obiit non a. 1619 sed 1631, ætatis suæ, ut videtur, circiter septuagesimo, Methymnæ Campi vel Olisipone. — Cf. D. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 520. et I. F. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, pp. 362-363, et XVII (X do supplemento por Brito Aranha; Lisboa 1894) pp. 153-154.

MMMLXVI bis.

PAULUS DE GALEOTTIS Florentinus sac. Theol. Magister, Socius Assistens Fr. Antonii Saxolini Ministri prov. Tusciæ, scripsit

Conciones Quadragesimales, ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Collis.

MMMLXVII. 1598.

PAULUS GLEMONENSIS = in Forojulio diœces. Utinensis, seu Aquilejensis oppido, citatur a *Diana* inter autores, quibus in *Summa* sua Morali consarcinanda usus est. Prodiit Opus Tarvisii anno 1624. typis Angeli Righettini in 4.

Auctore Jo. Jos. Liruti, qui de eo agit in « Notizie delle vite ed opere de' letterati del Friuli » t. III (Udine 1780), pp. 333-35, decessit Venetiis die 30 octobris a. 1626.

MMMLXVIII.

PAULUS N. a Gualdo diœcesis Nucerinæ oppido in Umbria provinciæ S. Francisci Min. Conv. sac. Theol. Magister scripsit

Vitas Sanctorum Umbriæ, et præsertim diœcesis Nucerinæ; nec non

Chronica Gualdensis oppidi; quæ omnia mss. habentur in Bibliotheca S. Francisci ejusdem oppidi testimonio ipsius Waddingi supra in *Anonymo Umbro Gualdensi;* sed Thaddæus Donnola Hyspellensis in Apologia Fulginei an. 1643. impressa par. 1. cap. 17., et 18. hujus *Anonymi* nomen indicavit, traditque, eum scripsisse

Chronicon Umbriæ ex S. Gregorii Papæ, et Orosii libris, quod ms. in pergameno Gualdi apud Franciscanos asservatur.

A Thaddæo Donnola in op. cit. par. I cap. XVII (in XVIII nulla de Paulo a Gualdo vel de eius operibus mentio) indicatur antiquus *codex Chronicorum Gualdi* existens apud ecclesiam parochialem S. Facundini eiusdem oppidi, sed eorum auctor non proditur; item alter *Chronicorum codex* (opus a priore diversum) extans ibidem in cœnobio S. Francisci a Paulo de Gualdo ex D. Gregorii Papæ et Pauli Orosii libris (veluti in eo legitur) concinnatus. Puto hoc *Chronicon* tantum, non utrumque, eidem Paulo tribuendum esse.

MMMLXIX. 1599.

PAULUS A LAUDA = de quo et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMMLXX. 1600.

PAULUS DE LUCA = *Joria* cognomento, quem Waddingus in Annal. Min. ad an. 1472., et 1480. dicit jam inter Min. Conv. sac. Theolog. Magistrum. Francisci a Ruvere, qui postea *Sixtus IV.* fuit, discipulum; an. 1451. die 2. Januarii Florentiæ Doctoris lauream assecutus Parisiis Theologiam docuisse fertur: deinde ad Reg. Observ. Congregationem traductus literis, et sanctimonia claruit ex eodem Waddingo; an. 1454. Cœnobium Lucense reformavit, ac novennium provinciæ Tusciæ Vicarius extitit; legatione etiam ad Florentinos pro Pio II. anno 1463. functus. Dicitur obiisse in patria die 3. Junii 1499. Quod porro certo sciatur, scripsit ipse

Sermones; cum Bernardinus Busti autor supper in *Mariali* par. 1. serm. 6. p. 2. dicat: *Magister quoque Paulus de Luca in quodam excellentissimo sermone probat immaculatam Virginis Conceptionem decem mediis* etc. De eo Marraccius, Alvarol. 1131. Militiæ, Terrinca Theatro 1. Tusciæ tit. 4., et ex his Joan. a S. Anton.

MMMLXXI.

PAULUS LUNATUS Italus Aquensis patria prov. Genuensis Ord. Capuccin. concionator, Definitor, ac Minister piissimis moribus ornatus edidit

Exercitium orationis mentalis, et vocalis. Alexandriæ an. 1601. in 12. apud Herculem Quintianum.

Septem Exercitia magnæ devotionis distincta per dies totius hebdomadæ. Iisdem typis an. 1602.

Obiit in patria an. 1608. ex autore Bibliotheca Capuccin.

Franc. Zav. Molfino (Cappuccini Liguri, Genova 1900, p. 54) dictorum opusculorum titulos italice refert, ita ut innuere videatur eadem non latine, ut ex Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia putari potest, sed italice esse conscripta.

MMMLXXII. 1601.

PAULUS MANASSEI = Umber provinciæ S. Francisci a Paulo V. in Rhetiam Apostolicus Missionarius destinatus fuit, vitæque austeritate, et jugi rerum cœlestium meditatione floruit. Obiit felicissime an. 1620., ejusque Vita legitur to. 3. Annal. Capuccin. Marcellini de Pise pag. 356.; ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Paradisus interior etc. italico sermone scriptus, et cusus primum Brixiæ anno 1610., deinde alibi Venetiis, Mediolani in 16., recusus Maceratæ an. 1667. prohibetur ex decreto sac. Congr. Indicis libror. sub die 29. Novembr. 1689.; de quo legatur

Digitized by Google

tur Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.

Paradiso Interiore, overo Corona Spirituale, Nella quale con trentatre Essercitij si pratticano tutte le virtù per arriuare alla perfettione. Opera del Padre F. Paolo Manassei da Terni Predicatore dell'Ordine de' Frati Minori Cappuccini della Prouincia di S. Francesco ... In Bologna per Giacomo Monti. 1637. in 16. (Romæ in biblioth. Casanatensi.) Editio brixiensis auctoris nomen non præsefert.

MMMLXXIII.

PAULUS MARIA ASTENSIS prov. Genuen. Min. Capuccin. doctrina, et vitæ probitate illustris edidit lingua vulgari

Stimulum peccatoris pro præparatione ad 40. horarum celebrationem; et

Septem frena ori peccatoris posita pro præparatione ad sanctam Communionem. Brixiæ an. 1618. in 16. apud Franciscum Marchettum ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 421.

Titulos ita dat Dionysius Genuensis (Bibliotheca etc., Genuæ 1691):

Sette pungenti stimoli posti a' fianchi de' peccatori per spingerli a far penitenza de' loro peccati, e molto utili per fare un buon apparecchio per l'Oratione delle 40. Hore;

Sette gagliardi freni posti alla bocca dell'anima convertita a Dio, acciò non ricada in peccato: aggiuntivi nove sospiri molto divoti, et affettuosi per più degnamente accostarsi alla Sacra Comunione. — Prius opusculum iuxta Bernardum a Bononia prodiit a. 1618 etiam Ravennæ apud Petrum de Paulis; utrumque Mazzuchellius (Gli Scrittori d'Italia, vol. I par. II, Brescia 1753, p. 1190) prodiisse dicit « In Brescia per Francesco Marchetti 1619. in 12 » non indicans editiones anni 1618.

MMMLXXIV.

PAULUS MATRITENSIS Strict. Observ. Discalc. prov. S. Joseph professione Laicus in Romana Curia Procuratorem agens causæ Canonizationis B. Petri Alcantar. edidit

Vitam ejusdem B. Petri compendiosa, sed grata methodo, teste F. Petro Especial Rosel, et Gubernatis to. 2. Orbis Seraphici lib. 7. cap. 2. n. 50., et alibi apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMLXXV. 1602.

PAULUS E MERCATELLO = Urbinatis agri, diœcesisque Urbaniæ ac S. Angeli in Vado nobili oppido Massæ Trabariæ provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, ac anno 1488. suæ provinciæ Minister, anno 1500. interfuit Comitiis Gen. sui Ordinis Interamnæ celebratis, et unus ex illis fuit, qui *Constitutiones Alexandrinas* nuncupatas in eo Capitulo receptas condiderunt, ut in fine dictarum Constitutionum habetur. Quare error est apud Waddingum, et Possevinum, hunc an. 1484. natum ex Rodulphio lib. 3., ubi non sentit *Paulum* eo natum anno, sed *Commentaria in* 1. *et* 2. *Scoti* Venetiis eo anno edidisse, et subjungit: *qui ad petitionem illustrissimi Dominii creatus est Pater Conventus Venetiarum:* idemque memoria lapsus lib. 2. fol. 258. in Custodia Feretrana vocat *M. Ludovicum.*

Commentaria in primum et secundum Sententiarum Scoti nunquam typis expressa esse videntur. *Duæ* eius *epistolæ* datæ fratri Francisco de Cingulo, altera die 17 maii 1489, altera die 1 madii 1491, extant mss. Ravennæ in bibliotheca Classensi cod. 45 sæc. XV (cf. Mazzatinti G., Inventari dei mss. delle biblioteche d'Italia, IV, Forlì 1894, p. 154).

MMMLXXVI. 1603.

PAULUS DE MESSA = al. de *Mesa* ex autore Biblioth. Hispan. pag. 129., et Petro de Alva col. 1132. Militiæ. Edidit etiam

Panegyrim de SS. Patriarchis Dominico, et Francisco. Compluti an. 1642. in 4. apud Anton. Rodriguez.

Aliam in translatione SS. Martyrum Justi, et Pastoris. Ibidem an. 1643. in 4. per Viduam Anton. Rodriguez.

Aliam de admirabili Ascensione Domini Jesu. Ibidem an. 1646. in 4. typis Mariæ Fernandez, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMLXXVII. 1604.

PAULUS MONDELLUS = de quo Petrus de Alva tab. 2., Joan. a S. Anton. to. 2.; et dicitur provinciæ Principatus, de quo et Anton. Pactensis in sermone ad Fratres Minores præmisso Expositioni Regulæ FF. Min., et considerat. 1. num. 50., et cap. 4. præc. 1. n. 14.

MMMLXXVIII.

PAULUS NOLANUS provinciæ Neapol. Min. Conv. sac. Theol. Magister seculo XV. exeunte vivebat, quo scripsisse fertur

Dialogum in defensionem Fr. Hieronymi Savonarolæ Ferrar. Ord. Prædic. Florentiæ traducti, si vera nobis tradit Bzovius in Annal. Eccles. ad an. 1498. n. 23. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. n. 24.

Non videtur Bzovius tribuere huic auctori Dialogum *in defensionem* Fr. Hieronymi Savonarolæ; recensitis enim (num. 26, non 23, ubi Pauli Nolani nulla est mentio) iis qui pro Savonarola scripserunt, subiungit: « Multi ... in suis operibus cum honore Hieronymi meminerunt, ... Paulus Nolanus Minorita in dialog. ».

Dominicus Benivieni in « Dialogo della uerita della doctrina predicata da frate Hieronymo da Ferrara nella cipta di Firenze » edito absque ulla nota (cf. Hain, Repertorium Bibliographicum, n. 2786) sed Florentiæ per Bartholomæum de Libris verisimiliter anno 1497, ita (fol. 5° r.) ait: « Io ho ueduto molte cose in questi tempi scripte da diuerse persone con simile alla doctrina et prophetie di questo padre [Hieronymi Savonarolæ]: Et infra laltre uno grande tractato composto da uno, secondo che io intendo, molto uenerabile padre dello ordine de frati minori della obseruantia chiamato frate Paulo nolano: el quale (come io credo) al presente si truoua a Roma: Nel quale tractato si contengono molte epistole destinate da lui a diuersi potentati et signori del mondo: Nelle quali benche non nomini expressamente el padre frate Hieronymo nientedimeno scriue cose molto conforme alla sua doctrina et prophetie: minacciando al mondo di proximo tribulationi grandissime, et inuitando anchora lui ad penitentia tutti gli stati: Et ho uista et lecta una sua epistola, la quale lui manda al padre frate hieronymo, pregandolo strectamente che legha et examini questa sua opera: la quale lui pero dice essere uno principio di maggiore cosa ».

MMMLXXIX.

PAULUS ORIANUS Brixianus sac. Theol. Magister, et ecclesiastes eximius a Leandro Alberto in sua Italia celebratur, referturque inter eos, qui *doctrina, scriptis*que Brixiensem civitatem illustrarunt; et cum *Gratiano,* ac *Francisco Samsone* Minoritis urbis ejusdem scriptoribus præclaris conjungitur; sed quid scripserit, quove tempore floruerit, nequaquam exponitur. Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 4. cap. 28. memorat quemdam *Paulum Brixianum* circa an. 1460. viventem, qui concionator ingentis fervoris, zelique asseritur; ac signis, virtutibusque clarus extitisse scribitur: legi potest Cozzandus in Biblioth. Brixiana. Waddingus in Annal. Min. ad an. 1477. n. 11. dicit, eo anno die 21. Januarii

Digitized by Google

Januarii apud Varesium in agro Mediolanen. obiisse cum opinione sanctitatis in æde SS. Claræ, et M. Magdalenæ *Min. Observ. Reg.* sepultum, nisi tamen sit alius.

Leonardus Cozzandus de Paulo Oriano agens (Libraria Bresciana. Brescia 1694, p. 184) dicit eum iuris peritum iurisque in præcipuis Italiæ academiis professorem, non autem virum religiosum vel ecclesiasticum fuisse. Leander Albertus ita inter alios eum indicat (Descrittione di tutta Italia, Bologna 1550, fol. 359 verso). ut dubitem ne Minoritis accenseat. En eius verba: Hà partorito quella [i. e. *Brescia*] molti illustri huomini, delli quali è stato Alberto Mandugasino, ... et Giacomo de Petri ..., amendue dell' ordine de i predicatori, Laurentio Calcagno, eccellente dottore di leggi, con Pauolo Oriano, Gratiano et Francesco Sansouo dell' ordine de i Menori, delli quali l' ultimo fù lor' Generale Ministro Calfurnio ..., Pietro Lazarino con Giouanni Brethanico comentatore di Perosio et di Giuenale, Giacomo Armano, ... ».

MMMLXXIX bis.

PAULUS PERI de Ficeclo Hetruscus sac. Theolog. Doctor, suæque provinciæ bis Minister edidit

Confutationes conclusionum Fr. Leonardi Augustiniani contra Hieronymum Saronarolam. Florentiæ an. 1498.; quas italice reddidit Philippus Cioni.

Constitutiones dictas *Alexandrinas* in Capitulo Gener. Ordinis Interamnæ celebrato anno 1500 receptas, cum aliis compilavit, quæ prodierunt a. 1501.

Confutationes etc., editæ verisimiliter ante annum 1498 (cf. P. Villari, La storia di Girolamo Savonarola, I, Firenze 1910, p. 447), iuxta italicam versionem Philippi Cioni excusæ sunt sæculo XV absque ulla nota in 4 typis Laurentii de Morgianis et Johannis Petri, et extant Romæ in bibliotheca Casanatensi, Florentiæ in Nationali et Marucelliana. Videsis Hain, Repertorium bibliographicum, n. 5361; Pellechet, Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publiques de France, n. 3793. Editio ab Hain indicata ad n. 5362 non est a præcedenti diversa (cf. Panzer, Annales typographici, t. IV p. 313 n. 216. c., et Jo. Bapt. Audiffredi, Specimen editionum italicarum sæculi XV, p. 366); sed recusæ sunt curante Jac. Quetif Ord. Præd. post Vitam Hieronymi Savonarolæ authore Jon. Fran. Pico Mirandulæ Concordiæque Principe, to. II, Parisiis 1674, pp. 53-69.

MMMLXXX. 1605.

PAULUS PERUSINUS = cum *Mons pietatis* erectus fuerit opera Fr. Barnabæ Interamnensis, et Fortunati Perusini circa an. 1460., liquet eum non claruisse circa an. 1400., ut habet Joan. a S. Anton. ex Ludov. Jacobillo, et Oldoino in Athenæo Perusino.

MMMLXXXI. 1606.

PAULUS PISOTUS = ad ejus tumulum extat sequens epitaphium a Gonzaga par. 2. relatum:

Paulo Pissoto Parmensi Lodovici Piss. F. universi Ordinis Minorum Minist. General. sapientiss. Theologo, vita, ac scientia rariss. Nep. IIII. *e Gente Zandemaria avunculo B. M. P. Obiit anno sal.* MD.XXX.IV. *Ætatis suæ* LIV. *m.* 9. *d.* 11. 7. *id. Nov.*

Teste Irenæo Affò, qui de nostro auctore agit in « Memorie degli scrittori e letterati Parmigiani » III (Parma 1791), pp. 235-38, *Variarum rerum reconditarum liber* ms. membr. in fol., cui titulus *Fr. Pauli de Parma Magistri Generalis Ordinis Minorum Tractatus de sermonibus Mysticis*, extabat in bibliotheca Farnesiana, Neapolim deinde translata.

MMMLXXXII.

PAULUS A PORTIUNCULA Lusitanus Regular. Observ. vulgavit a se habitam

Concionem de S. Joanne Evangelista. Conimbricæ an. 1632. in 4. apud Didacum Gomez, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 423.

Ex Did. Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III (Lisboa 1752), p. 530, ei debetur etiam:

Tractatus de Trinitate, Incarnatione Divini Verbi, et de Peccatis; qui servabatur ms. in cœnobio S. Francisci Ulissiponensi.

MMMLXXXIII.

PAULUS DE PORTO Lusitanus Reformatæ S. Antonii provinciæ scripsit sermone vernaculo

Institutionem, progressum, et privilegia Tertii Ordinis S. Francisci; et

De cæremoniis sacris librum mss., teste autore Biblioth. Hispan. pag. 129.

1607.

PAULUS RESINGET = infra dicitur *Petrus Reschingerus*, et recte; ita enim vocabatur. Joan. a S. Anton. cum Sannig exscripsit Waddingum.

Apud Panzer, Annales typographici, VI. 175.7, hic auctor Petrus *Keschinger* vocatur, eiusque opus inscribitur « Clavis theologiæ seu Repertorium in *Summam* Alexandri de hales ».

MMMLXXXIV.

PAULUS A SALAZAR Hispanus Regul. Observ. provinciæ S. Jacobi edidit

Interpretationem cujusdam brevis Gregorii XV. Pont. Max. pro Gen. Ministro Ord. Min. impressam Salmanticæ an. 1623. in 4., quam citat Petrus de Alva in *Apparatu* ad Indiculum Bullarii Seraphici pag. 10. v. *Interpretatio:* sed mihi videtur idem, ac *Petrus a Salazar* infra.

MMMLXXXV.

PAULUS SALVATOR a S. Juliano provinciæ Neapolitanæ Min. Conv. alumnus scripsit

Totius Grammaticæ latinæ compendium; vulgavitque Trani an. 1650. in 8. apud Laurentium Valesium ex Franchino in Bibliosophia num. 284., Toppio in Biblioth. Neapolit., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMLXXXVI.

PAULUS SAMSON Mediolanen. Min. Conv. sac. Theol. Doctor, suæ provinciæ Minister electus anno 1604., cum esset Tarvisii contra hæreticam pravitatem Inquisitor anno 1597., et postmodum Patavii; cujus urbis Collegio Theologorum aggregatus fuit, ibique vitæ finem posuit anno 1627., cum scripsisset

Commentaria in Aristotelem: et

Commentaria in totam Theologiam; teste autore coævo Jac. Philippo Tomasino Episcopo Æmoniensi apud Freherum to. 1. par. 1., et Franchinum in append. ad Bibliosoph. pag. 599. et seqq.

** *De trium animæ graduum perfectione.* Patavii apud Paulum Majetum anno 1581. **

Est hic alius ab illo *Sampsone* Mediolanensi Franciscano, qui anno 1519. Tiguri inter Helvetios Indulgentiarum sac. præco Apostolicus cum esset, Zuinglium oppositorem habuit, teste Sleidano lib. 3. apud Adam Rechemberg Dissert. hist. polit. to. 1. dissert. 15. §. 20., et Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 94.; quem dicit *verbi virtute, et vitæ sanctitate in subsidium belli sacri* CXX. *millia aureorum* collegisse.

Confer Phil. Argelati, Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium,

Digitized by Google

nensium, II (Mediolani 1745) coll. 1285-86, apud quem legitur eum vitam cum morte commutasse anno MDCXXII.

MMMLXXXVII. 1608.

PAULUS SCRIPTOR = *Wilensis Svevus* juxta Rodulphium lib. 3., et Miræum in Scriptor. Eccles. sec. 16. num. 10.; provinciæ, et Conventus *Bononiensis* minime alumnus fuit, ut putavit Waddingus, sed Argentinæ provinciæ: deceperunt Waddingum, eumque secutum Joan. a S. Anton. verba epistolæ Joan. Montesdoccæ Operi autoris præfixæ, et ad FF. Min. Observ. provinciæ Bononien. suos in Carpensi Cœnobio discipulos scriptæ in hunc modum: *Incidimus nuper in acutissimum Joan. Scoti interpretem Paulum cognomento Scriptorem vestri loci, atque Ordinis hominem, quem, quoniam in tota Italia rarissimus* [*inventu*] *foret* etc.: at notum est, quam multifarie *locus* accipiatur, ut hic non aliud significet, quam vestræ sortis, conditionis, et status, fratrem nempe *Minoritam*. Prima hujus Operis editio facta est Tubingæ per Jo: Ottmar; in cujus fine habetur: *Explicit ordinaria Lectura ordinarie facta in Conventu Fratrum Minorum in alma Universitate Tuiringñ. anno salutis* MCCCCXCVIII. *die* XXIIII. *Martii:* eamque affert et Freytag in Analectis literar. de libris rarior. pag. 839., sed sine nomine impressoris, ex Gerdesio in Fiorileg. pag. 257., viditque Hispali Jo: a S. Anton. in Biblioth. Ecclesiæ. Est autem Tubinga in Svevia tribus a Willa, vulgo *Weil* autoris patria milliariis distans.

Discipulus fuit *Stephani Bruliferi*, de quo infra, et in suspicionem adductus pravæ doctrinæ Viennam Austriæ exulatum abiit; postea Romam se contulit, reversusque post triennium in Germaniam obiit Keiserspergæ Alsatiæ oppido, ex Jo: Fabricio Montano in Orat. funebri pro *Conrado Pellicano* Tubingæ an. 1496. ejus discipulo, de quo supra. Cetera hujus scriptoris leguntur infra in *Paulo Svevo*, qui idem est.

Tanto ingenio polluit, ut suo marte didicerit artes liberales omnes easque doctioribus quoque viris exposuerit. Fuit non solum acutus Scoti interpres, sed et insignis mathematicus. Cosmographiam Ptolomæi prælegit, omnes fere universitatis tubinganæ doctores et ceteros magistros habens auditores et fratres doctos multos. Docuit quoque monachos Bebenhusii compositionem atque usum astrolabii, et anno 1497 exposuit familiariter libros Euclidis. Decessit die 21 Octobris a. 1505.

Cf. Reusch in Allgemeine Deutsche Biographie, XXXIII (Leipzig 1891), pp. 488-489; N. Paulus, Paul Scriptoris, ein angeblicher Reformator vor der Reformation (Theol. Quartalschrift, LXXV, Tübingen 1893, pp. 289-311), ubi ex eius Lectura eius orthodoxiam tuetur contra plures protestantes qui eum præcursoribus reformationis accensent; N. Paulus in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, X (Freiburg im Breisgau 1897), col. 2141; H. Hurter, Nomenclator theologiæ catholicæ, II (Œniponte 1906), coll. 1101-1103.

MMMLXXXVIII.

PAULUS A STONO Tridentinus origine, sed prov. Bononien. Regul. Observantiæ alumnus scripsit

Librum de mysteriis Sacrificii Missæ; quem vulgavit Bononiæ an. 1618. in 8.

Librum de divino Officio sermone vernaculo, ut habet Fernandus Bononiensis in Memoriis Histor. provinciæ Bonon. Minor. Observ. par. 3. cap. 8.

1609.

PAULUS SVEVUS = idem est cum superiori *Paulo Scriptore* Wilensi Svevo; ut etiam vidit Frid. Freytag in Analectis literariis pag. 840., qui Waddingum duos existimantem carpit ex J. A. Fabricio Biblioth. mediæ et infimæ Latin. L.XV. pag. 646. et seqq. Joan. a S. Anton. sequitur Waddingi lapsum. Opus ejus *in* 1. *Senten. Scoti* est quidem expletum Tubingæ an. 1498., ut dictum est proxime, et ibi etiam impressum eodem anno in fol., quam editionem vidi Romæ apud nostros una cum superiori facta Carpi.

Ex editionis tubingensis subscriptione, quæ haud integra a Sbaralea refertur, non apparet *Lecturam in primum Sententiarum Scoti* expletam esse ab auctore anno 1498; sic enim se habet: *Explicit ... Ordinaria lectura ordinarie facta in conventu fratrum minorum in alma vniversitate Turingñ. vbi et impressa est per huius artis gnarum Magistrum Johannem Ottmar. Anno salutis M.cccc.xcviij.xxiiij. die Martii.* Cf. Hain, Repertorium bibliographicum, n. 12193.

MMMLXXXIX.

PAULUS A TRECATE diœcesis Novarien. provinciæ Mediolanen. Min. Observ. Definitor, ac Lector Generalis edidit Opus hoc tit., ut etiam habet Joan. a S. Anton, to. 2.:

Lector instructus ad catholicas veritates ex Scripturis sacris educendas, et per varios sensus concordatas fidelibus populis enunciandas. Venetiis 1639. in 4. apud Jacobum Sarzinam.

MMMXC.

PAULUS DE TRINITATE Lusitanus scripsit vulgari sermone

Conquista spiritual do Oriento pe los Frades Menores ex autore Biblioth. Hispan. pag. 130.

Chronica da provincia de S. Thome ms. ex Georgio Cardoso in Agiologio Lusitano die 5. et 20 Junii L., quod idem Opus cum superiori reputat cit. autor Biblioth. Hispan.

Conquista spiritual do Oriente et *Chronica da provincia de S. Thomé* idem esse videntur etiam ex Did. Barbosa Machado, qui in opere « Bibliotheca Lusitana » (III, Lisboa 1752, p. 535) indicat tantum: *Conquista espiritual do Oriente, em que se dá relaçaõ de algumas cousas mais notaveis, que fizeraõ os Frades Menores da Santa Provincia de S. Thomé da India Oriental ema propagaçaõ, e conversaõ dos infieis em mais de trinta Reines do Cabo da boa Esperança até as remotissimas Ilhas do Japaõ repartida em tres livros.* in fol. ms. — Idem Barbosa Machado ei adscribit:

Theologia Moral ms. in fol., quam dicit servari in provincia S. Thomæ;

Juramento del Rey D. Alfonso Henriques. Embaixada que el Rey D. Manuel mandou a Roma; inventario do prezente, que o Embaxador levava a Sua Santitade, e outras noticias curiosas; quem librum ms. ex Barbosa obtulit fr. Alfonsus a Matre Dei Academiæ Regiæ ulissiponensi;

Recopilacaõ do poder, e authoridade que tem os Confessores Mendicantes assim Prelados, come Subditos por virtude dos seus privilegios para absolver, e dispensar particularmente nas partes da India Oriental, e Occidental. Extabat Barbosæ tempore, ut ipse testatur, Ulissipone in cœnobio S. Francisci.

Obiit octoginta annos natus Goæ die 25 ianuarii a. 1651.

MMMXCI.

PAULUS VITELLESCUS patritius Fulginas Ordinis Capuccin. insignis verbi Dei prædicator, et Theologus scripsit

Annalium FF. Min. Capuccinorum tomum unum ab anno 1525. usque ad 1626.; reliqua morte præventus an. 1636. m. Febr. in patria perficere non potuit, testante Ludovico Jacobillo to. 2. de SS. Umbriæ ad diem 18. Augusti, ubi de tribus Capuccinorum Fulgin. Conventibus, eorumque viris illustribus agit; qui et crebro eum alibi citat, cum

Digitized by Google

cum de Capuccinis BB. sermonem habere contingit, de quo agit et in libro de Scriptor. Umbriæ P. Legi quoque potest P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin., qui tradit ex ejus Annalibus plurima Zachariam Boverium collegisse; eumque in patria an. 1629. obiisse; ex quo et Joan. a S. Anton. to. 2.

A Lud. Jacobillo in « Vite de' Santi e Beati dell'Umbria » to. II (Foligno 1656) p. 144, obiisse dicitur a. 1638, in « Bibliotheca Umbriæ » (Fulginiæ 1658), a. 1639. Bernardus a Bononia sequitur Dionysium Genuensem.

MMMXCII.

PAULUS XIMENO Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Joan. Baptistæ Valentinæ publicavit

Ceremoniale Missale. Valentiæ an. 1650. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Vincentius Ximeno, Escritores del Reyno de Valencia, II (Valencia 1749) p. 303, eum Castellanum fuisse dicit, eiusque opus editum esse a. 1650 *en Valencia por la Viuda de Jusepe Gasch*, deinde a. 1747 *en Valencia por la Viuda de Geronimo Conejos* in 4 multum auctum a Fr. Josepho Hernandez et cum hoc titulo: *Ceremonial de la Missa, Oficio Divino, y de otros Actos solemnes, conforme al Missal, Breviario, y Ritual Romanos. Ajustado al uso, y loables costumbres de la Santa Provincia de San Juan Bautista.*

MMMXCIII. 1610.

PELBARTUS TEMESVARIENSIS = non *Osraldus*, ut Waddingus, et Possevinus habet; *Osraldus* enim, de quo paulo ante dictum est, fuit ille, qui *quartam Rosarii* Pelbarti partem supplevit. *Temesvar* porro detinetur nunc a Christianis, domoque Austriaca jam Turcis erepta an. 1718. De hoc agit Arturus ad diem 27. Maji §. 3., et Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concionat. cap. 76. cum laude viri *scientia, et pietate pleni;* ejusque Opera sunt ita ab ipso distributa in *Stellarium; Pomarium;* et *Rosarium.*

Stellarium coronæ B. Virginis ab autore compositum est sub Sixto IV. anno 1483., ut versus in fine Operis ostendunt, et in 12. libros partitum juxta 12. mysteria B. V. Mariæ, vulgatumque Hagenoæ non an. 1405., ut habet Possevinus, neque anno 1475., ut Waddingus reposuit, sed 1504. per Henricum Gran; 1511., et 1515. apud Joannem Rynman de Oringau, an. 1518. in fol.; et apud Bertanum, non *Bertonium.*

Pomarium, al. *Pomerium Sermonum* dividitur trifarie in *Sermones de Sanctis* totius anni; *Sermones de Tempore,* seu de Dominicis totius anni, festisque occurrentibus; et *Sermones quadragesimales;* qui etiam tripliciter partiuntur in tria Quadragesimalia *de pœnitentia; de vitiis;* et *de præceptis Decalogi;* prodieruntque Hagenoæ an. 1504. in 4. per Henricum Gran, et 1511.; et iterum ibi an. 1509., et Lugduni in 4. per Jo: Cleyn an. 1513., et 1514. in 4.; nec non Norimbergæ an. 1519. in fol. per Jo: Stuchs sumptibus Antonii Koberger; una cum supradicto *Stellario B. V.* an. 1518., et iterum Hagenoæ an. 1520., et 1521. in fol. per Joan. Rynman.

Rosarium sacræ Theologiæ composuit autor an. 1500. ordine alphabetico; cujus prima pars cusa est Hagenoæ an. 1503.; secunda an. 1504.; tertia an. 1507.; et quarta an. 1508. per Henricum Gran in fol., quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci; postea recusum est Venetiis an. 1586. per Joan. Gryphium sumptibus Thomæ Bozolæ tomis 4. in 4. Sixto V. dicatum; quod extat Ferrariæ apud nostros. ** *Rosarium* etc. Venetiis an. 1589. per Floravantem a Prato, et socios; et Brixiæ anno 1590. apud Thomam Bozzola. ** Tria hæc Opera commemorata refert etiam Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 40. sub an. 1483. Possevinus habet edidisse et

Commentaria in Psalmos Hagenoæ an. 1504. evulgata, quæ non vidi; ab eo alii acceperunt Waddingus, Le Long, et Joan. a S. Anton. to. 2. Angelus Elli Mediolanensis ejusdem Instituti elaboravit 4. *copiosissimos Indices* super totidem hujus autoris volumina, ut habet ipse Waddingus supra in *Angelo Elli.*

Stellarium coronæ B. Virginis, Pomerium sermonum de tempore (partes hyemalis, paschalis, æstivalis), *Sermones quadragesimales, Sermones de Sanctis* sæpissime prodierunt, toties autem per Henricum Gran, ut dubitare liceat plures eius editiones non omni ex parte esse inter se diversas.

Stellarii etc. editiones: Sine ulla nota, 49-50 ll., 228 ff., in 4 (Basileæ per Joannem de Amerbach, fortasse circa a. 1490); cf. Hain, Repertorium Bibliographicum, n. 12562, et Proctor, An Index to the early printed books in the British Museum, n. 7640. — Hagenoæ impensis Johannis Rynman per Henricum Gran: a. 1498 altera die Maii in fol. (Hain, 12563); a. 1501 die XXVIII Januarii in 4 (Panzer, Annales typographici, VII. 66. 1); a. 1501 VIII Kal. Aprilis in fol. (Panzer, VII.66. 2); a. 1504 XII die Martii in 4 (Panzer, VII. 69. 20; Romæ in Vallicellana); a. 1505 VIII Kal. Maii in fol. (Panzer, XI. 417. 27. b.; Proctor, 11627); a. 1508 prima die Martii in fol. (Panzer, XI. 419. 45. c.); a. 1509 III die Septembris in 4 (Stevenson Enr., Inventario dei libri stampati Palatino-Vaticani, vol. I par. II, Roma 1889, n. 2392 a.); a. 1511 in vigilia SS. Simonis et Judæ apostolorum in fol. (Panzer, XI. 420. 73. b.; Proctor, 11649); a. 1515 pridie Kal. Septembris in fol. (Panzer, VII. 79. 102); a. 1520 die 5 Julii in fol. (Proctor, 11682). — Lugduni: per Joannem Cleyn, sine anno. forte circa a. 1500, in 4 (Hain, 12564; in Museo Britannico) et a. 1509 in 4 (Panzer, VII. 292. 134); per Bernardum Lescuyer impensis Joannis Koberger a. 1514 in fol. (Panzer, VII. 307. 259). — Augustæ (Vindelicorum) impensis Joh. Schoensperger iunioris per Joh. Otmar a. 1502 in fol. (Panzer, VI. 132. 12; Proctor, 10658). — Argentinæ per Joannem Knoblouch a. 1506 in fol. (Stevenson, 1889 a.). — Parisiis per Johannem Bienayse impensis Joannis Parvi, Francisci Regnault et Ponceti le Preux a. 1517 in 8 (in Museo Britannico). — Norimbergæ per Joannem Stuchs sumptibus Antonii Koberger a. 1518 die 25 Decembris in fol. (Romæ in biblioth. Alexandrina). — Venetiis, Apud Io. Antonium Bertanum M.D.LXXXVI. in 4, Indice et Adnotationibus in margine aucta ab Angelo Rocca a Camerino Augustiniano (Romæ in biblioth. Angelica et Alexandrina); cum qua editione forte convenit ea, quam Waddingus dicit impressam Venetiis a. 1587.

Pomerium sermonum de tempore (quorum pars hyemalis incipit: *Scitote quoniam prope*) prodiit: Hagenoæ per Henricum Gran expensis Joh. Rynman: a. 1498 VI kal. Augusti in 4 (Hain, 12551); a. 1500 VIII kal. Martii in fol. (Hain, 12552); a. 1501 VIII kal. Martii in 4 (Stevenson, 2391); a. 1501 III Nonas Augusti in fol. (Panzer, VII. 66. 4); a. 1502 III Nonas Augusti in fol. (Panzer, VII. 67. 8; Proctor, 11617); a. 1504 die 3 octobris in fol. (Proctor, 11622); a. 1507 III nonas Octobris in fol. (Panzer, XI. 418. 41); a. 1511 die augusti ultimo in fol. (Panzer, IX. 467. 73. b.; Romæ in Vallicellana); a. 1516 XI Kal. Martii in fol. (Panzer, VII. 80. 110). — Lugduni: per Johannem Cleyn sine anno, fortasse circa a. 1500, in 4 (Copinger, Supplement to Hain's Repertorium Bibliogr., III, n. 4665) et a. 1509 in 4 (Panzer, VII. 291. 131); per Bernardum Lescuyer impensis Joannis Koberger anno, ut videtur, 1514, in fol. (Panzer, VII. 307. 259). — Augustæ Vindelicorum per Joannem Otmar expensis Joannis Schoensperger iunioris a. 1502 in fol. (Panzer, VI. 132. 9). — Argentinæ per Joannem Knoblouch a. 1505 Martis post Andreæ (die 2 Decembris) in fol. (Panzer, XI. 357. 65. c.). — Norimbergæ sumptibus Antonii Koberger per Joannem Stuchs a. 1519 die Augusti primo in fol. (Romæ in Alexandrina).

Sermones quadragesimales prodierunt Hagenoæ per Henricum Gran expensis Joannis Rynman: a. 1499 X die Novembris in 4 (Hain, 12559); a. 1500 X die Julii in fol. (Hain, 12560);

Digitized by Google

12560); a. 1501 ultima die Aprilis in 4 (Panzer, IX. 465. 2. b.); a. 1501 x die Junii in fol. (Panzer, VII. 66. 3); a. 1502 die x Junii in fol. (Panzer, VII. 67. 10; Proctor, 11615); a. 1504 Kal. XVI Martiis in 4 (Panzer, XI. 417. 22. b.); a. 1505 die 23 Aprilis in fol. (Proctor, 11626); a. 1507 in vigilia S. Thomæ apostoli in fol. (Panzer, XI. 418. 42); a. 1509 octavo idus Maii in 4 (Stevenson, 2393 b.); a. 1511 in vigilia conversionis s. Pauli in fol. (Panzer, IX. 467. 73. c.; Romæ in Vallicellana); a. 1515 mense Octobri in fol. (Panzer, XI. 422. 108. b.); a. 1520 mense Maii in fol. (Panzer XI. 424. 172). — Augustæ Vindelicorum expensis Joh. Schoensperger iunioris per Joannem Otmar a. 1502 in vigilia omnium sanctorum in fol. (Panzer, VI. 132. 10). — Argentinæ per Joannem Knoblouch a. 1506 XX die Martii in fol. (Stevenson, 1890 b.) — Lugduni: per Jacobum Sacon impensis Antonii Koberger a. 1509 octava die Augusti in fol. (Panzer, XI. 446. 129. d.); per Joh. Cleyn a. 1509 in 4 (Panzer, VII. 292. 133). — Parisiis per Johannem Bienaise a. 1517 in 8 (Panzer, VIII. 43. 972). — Expensis Antonii Koberger in officina Joannis Stuchs, sine loco sed Norimbergæ, a. 1519 Marcii die tertio, in fol. (Romæ in Alexandrina).

Sermones de Sanctis (221) compositi ex Hain 12554-57 anno 1489, ante vero *Sermones* de tempore ubi citantur, prodierunt Hagenoæ per Henricum Gran expensis Joannis Rynman: a. 1499 vigesima die Februarii, voll. 2 in 4 (Hain, 12555); a. 1500 octava die Junii in fol. (Hain, 12556 et 12557); a. 1501 ultimo die Septembris in fol. (Panzer, XI. 416. 5); a. 1504 pridie Kal. Februarii voll. 2 in 4 (Panzer, XI. 416. 22; Romæ in Angelica); a. 1505 XXIII Januarii in fol. (Panzer, XI. 417. 29); a. 1507 III die Decembris in fol. (Panzer, VII. 72. 40; Proctor, 11636); a. 1508 in fol. (Panzer, VII. 74. 58); a. 1511 in vigilia Visitationis Mariæ in fol. (Panzer, VII. 76. 73; Romæ in Casanatensi et Vallicellana); a. 1515 mense Decembri in fol. (Panzer, XI. 422. 108). — Lugduni per Joannem Cleyn forte circa a. 1500, absque tamen ulla nota typographica, in 4 (Hain, 12554). Ibidem: per Joannem Cleyn a. 1509 in 4 (Panzer, VII. 291. 132); per Jacobum Sacon impensis Antonii Koberger a. 1509 octava die Augusti in fol. (Panzer, XI. 446. 129. e.); per Bernardum Lescuyer impensis Joa. Koberger a. 1514 in fol. (Panzer, VII. 307. 260). — Absque loci, typographi et anni notis (309 vel potius 310 ff., 64 ll., in fol.: Hain, 12553). — Argentinæ per Joannem Knoblouch a. 1505 IIII die Februarii in fol. (Panzer, XI. 356. 56. b.). — Sine loci nota, cura Joannis Kobergii Norimbergensis incolæ a. 1519 m. Augusto in fol. (Norimbergæ typis Joa. Stuchs; Romæ in Alexandrina).

Arcevm sacræ theologiæ Rosarivm:... ab innumeris nunc expurgatum mendis ... S. D. N. Sixto V. Pont. Opt. Max. Dicatum. Venetiis, Ex Officina Francisci Ziletti. MDLXXXVI. (in fine tomi secundi: MDLXXXV); tom. 4 in 4 (Romæ in Alexandrina, Angelica et Vallicellana). — ... *Nunc denuò summa cura, ac diligentia ab innumeris mendis ... expurgatum, ac illustratum per R. R. P. P. Ciprianum Guidi Lucensem ... ac Gabrielem Rubeum Venetum, Almi Ord. S. Dominici ... D. Antonio Caraphæ Cardinali Ampliss. dicatum. Post primam editionem S. D. N. S. V. Pont. Opt. Max. consecratam.* Venetijs, Apud Florauantem à Prato, et Socios. 1589; tom 4 in 4, quorum duo priores extant in Casanatensi. — ... Brixiæ, Apud Petrum Mariam Marchettum. M.D.XC. to. 4 in 4. Extant item in Casanatensi, ubi invenitur etiam alterum exemplar tomorum tertii et quarti cum frontibus tamen diversis, in quibus pro « *Apud Petrum Mariam Marchettum* » legitur « *Apud Thomam Bozzolam* ». — Huius operis liber primus consummatus dicitur a. 1500 die XXIV Decembris, secundus a. 1503 circa festum Annunciationis V. Mariæ.

Expositio libri Psalmorum et Canticorum V. et N. Testamenti, addita *Expositione Symboli Athanasii et Hymni universalis creaturæ* edita est *Impensis Joannis Rynman de Oringen in Officina Henrici Gran Civis Imperialis opidi Hagenau* tum pridie kal. Junii a. 1504, tum a. 1513 die IX Aprilis, in fol. (Panzer, VII. 69. 19 et 77. 80); omnia tamen ex Catalogo Seidel p. 82 n. 101 (cf. Maittaire, Annales typographici, I, Amstelodami 1733. p. 488) iam antea prodiisse videntur Argentinæ a. 1487, in fol.

Cf. Szilády Áron, Temesvári Pelbárt élete és munkái, Budapest 1880: Horváth Cyrill, Temesvári Pelbárt és beszédei. Budapest 1889.

MMMXCIV. 1611.

PEREGRINUS BONONIENSIS = *homo spiritualis, et litteratus, qui nunquam bibit, nisi aquam, et vinum abhorret, et bis fuit Minister in Ordine Fratrum Minorum, scilicet in Græcia, et in provincia Januensi;* inquit in Chron. ms. pag. 44. Salimbene Parmen. autor coævus: fuit etiam socius Haymonis Angli Ministri Gen. an. 1239. assumpti ex Waddingo ad eum annum n. 9., et an. 1269. pacis sequester inter Bononienses, et Venetos ex eodem Salimb. pag. 410.

Chronicon breve per modum epistolæ ad Gondisalvum Gen. scriptum an. 1305. ms. membr. in fol. extat Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub FF. n. 43., et Pinciæ in Biblioth. Comitis de Gondomar in fol. titulo: *Chronica abbreviata:* incipit, *Quoniam præteritorum narratio:* teste Joan. a S. Anton. to. 2. Illud citant antiqua Ordinis Chronica, S. Antonin. Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 5., et Rodulphius lib. 1. pag. 7. Henricus Willot in Athen. Francisc. fol. 291. putat hujus scriptoris esse *Sermones,* qui sub nomine *Peregrini* sunt vulgati.

De mss. a Sbaralea indicatis vide Henr. Denifle in Archiv für Litteratur-und Kirchengeschichte des Mittelalters, I, Berlin 1885, pp. 147-148.

In « Bullettino critico di cose francescane » An. I (Firenze 1905), pp. 45-47 extat *Fratris Peregrini de Bononia Chronicon de successione Generalium Ministrorum Ordinis Minorum abbreviatum.* Editum est ab A. G. Little ex ms. Phillips 3119, Thirlestaine House, Chelthenam; recusum ab eodem in « Tractatus Fr. Thomæ vulgo dicti de Eccleston de adventu fratrum minorum in Angliam », Parisiis 1909, p. 144 sqq.

Cf. Fantuzzi G., Notizie degli scrittori bolognesi, VI, Bologna 1788, pp. 334-335.

MMMXCV.

PEREGRINUS CINTARUS Vicentinus Tertii Ordinis S. Franc. Regul. Observ. provinciæ Venetæ, Patavinique Collegii Doctor Theologus, et Orator non ignobilis scripsit, evulgavitque

Orationem luculentissimam de laudibus S. Hieronymi Ecclesiæ Doct., quam ipse habuit ad D. Jacobi ædem, recurrente illius Sancti festo. Patavii anno 1624. typis Joan. Baptistæ de Martinis ex Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 28., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMXCVI.

PETRINA DE LA ROCHE Burgunda Fr. Henrici de Balma, de quo supra actum est, neptis, et Monialis Coletana Monasterii Hesdiniensis scripsit gallico idiomate circa an. 1450.

Summarium virtutum, et miraculorum B. Coletæ, cui in ms. exemplari Gandavensi titulus est: *Le Cahier de Sœur Perine:* hanc autem latine factam ab *Anselmo de Beyl* Ord. Recollect. dederunt Bollandii to. 1. Martii ad diem 6. capitibus 8. distinctam, notisque illustratam post B. Coletæ Vitam.

Les vies de sainte Colette Boylet de Corbie, réformatrice des Frères-Mineurs et des Clarisses (1381-1447) écrites par ses contemporains le P. Pierre de Reims dit de Vaux et Sœur Perrine de la Roche et de Baume et publiées par le P. Ubald d'Alençon. Paris, Picard, et Maison St-Roch, Couvin. 1911 in 8, pp. LIV-306; de qua editione cf. Études Franciscaines, XXVI (1911), pp. 435-436.

MMMXCVII. 1612.

PETRUS DE ABREU = Reg. Observ. 23. annos sac. Theologiam professus est.

Expositio verborum B. V. Mariæ, quæ Evangelistæ recensent, prodiit Gadibus apud Ferdinandum Rey. Ejus etiam est

Oratio funebris in obitu Ducissæ de Medina cœli. Hispali an. 1606. in 4. per Clementem Hidalgo, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 426.

Descriptionem

Digitized by Google

Descriptionem antiquæ Insulæ Cadicis hispanice paratam typis habuisse tradit autor Biblioth. Hispan. pag. 130.

Ex Nicolao Antonio *Expositio verborum B. V. Mariæ* et *Expositio Cantici Magnificat* lingua hispana prodierunt, et forte hæc superioris est pars. Idem Antonius operis *Super canticum trium puerorum* titulum ita dat, ut dubium extet utrum hispane vel latine scriptum sit.

MMMXCVIII.

PETRUS ACCIAJOLUS patritius Florentinus sac. Theol. Magister seculo XIV., et anno 1328. ex Hetruriæ provincia maxime inter alios doctrina florebat; ejusque

Docta monumenta extare scribit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 22., et ex eo Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., Joan. a S. Anton. ex Terrinca, et Julius Niger in Script. Florent. pag. 456.; sed quæ *Monumenta* sint, et ubinam gentium inveniantur, nemo significavit. Christophorus Landinus et ipse Florentinus in suis Disputat. Camaldulen. an. 1482. publicatis de *Petro Acciajolo* ait: *qui vehementi, ac diuturno studio maximos in Philosophia progressus fecit;* ejusque extare tradunt *Epistolas latinas,* et *versus* mss., sed juniorem, aliumque a superiori, seniorique fecisse videtur. Falsus est autem cit. Niger, cum illum Ord. *Minorum Observ.* fuisse dicit; nam Reformatio ea longe post an. 1328. incepit. Multa Scripta habentur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis anonyma; sed cujusnam sint, divinare est. V. *Petrus Florentinus* infra; et *Petrus N.*

MMMXCIX.

PETRUS DE AGUADO Valdemaurensis in agro Toletano, novi regni Granatensis in America præfectus, Reg. Observ. prov. Jucathani Minister composuit, seu ad complementum perduxit *Historiam provinciæ S. Marthæ,* novique regni Granatensis a *Francisco de Medrano* ejusdem Instituti ob mortem imperfectam relictam, ut supra dictum est, hoc titulo hispano:

Descubrimiento, pacificacion, y poblacion de la provincia de Santa Marta, y nuevo reyno ex Antonio Leonio in Biblioth. Indica Occident.: aut *Primera parte de la recopilacion Historial resolutoria de Santa Marta, e nuevo reyno de Granada; en que se trata lo sucedido hasta el año de* XVIII. (idest 1518.) *libris* XIX. in fol. mss., quos adhuc ita asservari testatur Fr. Petrus Simon in prologo Operis tit. *Noticias Historiales de Tierra Firme* apud Joan. a S. Anton. Inscriptionem Operis notavit Thomas Tamajus in Biblioth. D. Joan. de Saldierna, teste autore Biblioth. Hispan. pag. 131., qui docet etiam hac de re legendum Garsiæ Lassi de la Vega ad Historiam Floridæ regionis proœmium.

Primera parte de la recopilacion historial resolutoria de Sancta Marta y nuebo reyno de Granada de las Indias del mar Oceano, con la qual se trata del primer descubrimiento de Sancta Marta y nuebo reyno y lo en el sucedido hasta el año de sesenta y ocho (1568), *con las guerras y fundaciones de todas las cibdades y villas del. Hecho y acabado por el reverendo Padre Fr. Pedro de Aguado Frayle de la Orden de Sanct Francisco de la Regulor Observancia, Ministro Provincial de la Provincia de Sancta Fee del mismo nuebo reyno de Granada: el qual va repartido en dies y seis libros. Dirigido a la S. C. R. M. del Rey don Felippe nuestro Señor, segundo d' este nombre. — Segunda parte de la historia que compuso Fray Pedro de Aguado de la Orden de Sanct Francisco de la Observancia, Ministro Provincial de la Provincia de Sancta Fee en el nuevo reyno de Granada, Indias del mar Oceano. En el qual se trata el descubrimiento y fundacion de la gobernacion y provincia de Venezuela, con el descubrimento de la isla Trenidad y fundacion de la cibdad de Cartagena y su gubernacion en Tierra Firme, con el alçamiento y tirania de Lope Aguirre traitor hasta que fué muerto en la gobernacion de Venezuela por los del campo del rey. Cuentase todo el discurso del General Pedro de Ossua que fue muerto por este traidor Aguirre, yendo en busca de la tierra que llaman Dorado.* Extat Matriti ms. duobus voll. in fol. apud Regiam Academiam Historicam, et apographum ex hoc ms., 4 voll. in fol., in bibliotheca Regia. Scripsit hoc opus Petrus de Aguado circa a. 1582.

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 8.

MMMC. 1613.

PETRUS DE ALAVA = al. *Alva,* et *Alaba* Regul. Observ. prov. Castellæ Theologus Complutensis.

Doctrinale satisfactorium apologiam pro Regul. Observantia complectens, teste Joan. a S. Anton. to. 2., lingua vernacula prodiit typis Ludovici Sanchez. Scripsit etiam hispanice

Tractatus de humilitate, et fundamento vitæ christianæ ex Petro de Salazar, et Biblioth. Hispan. pag. 131.

Custos cœnobii SS. Petri et Pauli complutensis et cœnobii Guadalaxarensis; definitor, deinde suæ provinciæ minister, electus a. 1585. Cf. Pedro de Salazar, Coronica y historia de la fundacion y progresso de la provincia de Castilla, de la Orden de bienaventurado padre san Francisco, Madrid 1612. p. 90; qui p. 227 Guadalaxaræ eum sepultum esse dicit.

Secundum Nicolaum Antonium liber *Doctrinal satisfactorio de los Frayles Menores de la Observancia de San Francisco* prodiit Madriti a. 1601 in 8, non in fol. Idem Antonius primam eius editionem anni 1598 latinam fuisse existimat ex eo, quod Petrus de Salazar in opere cit. (p. 130) eiusdem libri titulum latine dat (*Satisfactorium pro Observantia*); sed Petrus de Salazar ibidem etiam opus Francisci Ortiz apud Nicolaum Antonium inscriptum *Los Mysterios de la sacrosanta Pasion de Christo* vocat *De passione Domini.*

MMMCI. 1614.

PETRUS DE ALBA, ET ASTORGA = natus in oppido *los Cararajales* al. *Carbajales* diœcesis Compostellanæ in agro Zamorensi, in Peruano regno, provinciaque XII. Apostolorum Franciscanis nomen dedit, ubi et Lector emeritus fuit: inde ad Hispanos suos reversus, in Romana Curia Gen. sui Ordinis Procurator, et supremæ Inquisitionis Qualificator duo sibi præstanda proposuit, et *Ordinis, Patriarchæque* sui privilegia, atque encomia, et B. Virginis *Immaculatam Conceptionem* palam facere; quæ cum incredibili animi ardore, et ingentibus expensis, atque laboribus suscepisset, ultra scopum excessisse judicatus est: ejus cum laude meminit Thomas Strozza S. J. de Immacul. Concept. B. V., et *doctissimus, ac devotissimus, et satis laudatus, licet nunquam satis laudatus* dicitur a P. Leandro a SS. Sacramento to. 7. disp. 34. Ejus Opera sunt:

Alphabetum celebrium Ordinis Minor. autorum omni in facultate nova, vel inaudita rerum inventione primo quidem motorum ab ipsomet non semel citatum impressum sine loco, et anno: incipit: *Primi principium A. Alphabeticum Dictionarium.*

Bibliotheca Virginalis Mariæ cusa Matriti an. 1648. tomis 3. in fol. ex Indice Biblioth. Barberinæ, et sac. Conventus S. Franc. Asisii: ubi to. 2. nota ad *Coronam* 12. *Coronarum B. V. M.* citat *Asser.*

Digitized by Google

Asser. suas *Prin.* 16.

Opusculum, quod titulus Immaculata quomodocumque Mariæ adscribatur, semper appellat, et supponit pro physico conceptionis instanti. Matriti 1648. in charta expansa; al. an. 1658.

Armamentarium Seraphicum pro titulo Immaculatæ Conceptionis B. V. una cum *Gaspare de Fonte.* Ibidem an. 1649. in fol. ex Typographia Regia; de quo Thomas Strozza lib. 10. cap. 1. de Concept., et forsan cap. 25., et Marraccius in append.

Opusculum pro conficiendo Armamentario majori pro Immaculata Conceptione ad regnum, et Procuratores regni Hispaniarum. Ibidem eodem anno in fol.; extat ms. in Matritensi Biblioth. S. Franc. sub A. n. 22. ex append. Joan. a S. Anton.

S. Franciscus naturæ prodigium, et gratiæ portentum. Ibidem an. 1651. in fol. apud Julianum de Paredes: prohibetur ex decr. sac. Congr. Indicis librorum anno 1681.

Delineatio Bullarii Seraphici extracta ab Indiculo universali. Romæ anno 1654. in 4.

Indiculus Bullarii Seraphici. Ibidem an. 1655. in 4. typis Cameræ Apostol.

Nova literalis Cantici Magnificat pro mysterio Immaculatæ V. M. Conceptionis expositio. Ruremundæ ex typograph. Immacul. Concept., ac Matriti anno 1656. in 4. apud Franciscum Nieto de Salcedo; et postea Lovanii an. 1666. in 8. correctius dicata P. Mag. Gavino de Aquena Ord. Min. Conv. ex Ministro provinciæ Sardiniæ, Leodien., et Colonien. provinciarum Visitatori, Commissarioque Generali, atque D. de Castel Rodrigo Belgii Gubernatoris Theologo, et a sacris Confessionibus.

Magnes cordis humani, seu *Vita dulcissimi Jesu in purissimo utero Immaculatæ Virginis* hispanice. Matriti 1660. in 16. apud Paulum de Val.

Sol Veritatis cum Ventilabro Seraphico pro candida Aurora Maria in suo Conceptionis ortu Sancta etc. Matriti 1660. in fol.; proscriptus ex decreto sac. Congregat. Indicis, ut supra, an. 1681.

Soplos en defensa de la pura Concepcion de nuestra Señora contra algunos atomos, que se an levantado, y opuesto al SOL DE LA VERDAD: sub nomine *Petri a Conceptione.* Vaylonæ 1661. in 8., et Cæsaraugustæ 1662. apud Bernardum Nogues.

Funiculus nodi indissolubilis de conceptu mentis, et conceptu ventris. Bruxellis 1661. in 8., et auctior anno 1663. in 4. apud Philippum Uleugaert: in quem scripserunt et *Franciscus Janssens,* et *Martinus Harnejus* Ord. Præd.: prohibetur ex decr. s. Congr. Indicis libror. an. 1681. una cum duobus supra recensitis.

Juicio de Salomon, seu *de Catena aurea super* 4. *Evangelia* Pontio Carbonello Ord. Min. adjudicanda, et S. Thomæ abjudicanda. Lovanii 1662. in 8.

Respuesta sin respuesta al papel intitulado, Su oro al Cesar sub nomine *Joannis de Sies noes.* Cæsaraugustæ an. 1663. in 8. pro defensione Opusculi superioris *Juicio de Salomon.*

Radii solis veritatis cœli, et zeli illustrantes Fratrum Minorum sententiam communem, et PP. Ord. Prædicat. sententiam singularem pro B. V. Mariæ electione, productione etc. Lovanii 1663. in fol.

Risa del Alva sub nomine *Joannis Garcia de Loaysa in defensionem SOLIS VERITATIS.* Lovanii 1663. in 8.

Respuesta limpia a los papeles manchados, que se an esparzido estos dias contra la Constitucion de Alexandro VII. etc. *defendiendo la costumbre santa, que se observa en los reynos de España* etc. Lovanii 1663. in 4.

La Rosa Seraphica, contra libellum supplicem Mag. Fr. Joannis Martinez de Prado Castellæ Prioris Prov. sub nomine *Garciæ de Loaysa.* Ibid. 1663. in fol.

Militia universalis pro Immaculata Conceptione V. M. contra malitiam originalis infectionis peccati. Lovanii an. 1663. in fol.

Armamentarium Angelorum, cujus ipse meminit in *Militia* v. *Landulphus de Saxonia* col. 906.

Septem allegationes Joannis de Segovia Canonici Toletani pro informatione Patrum Concilii Basileensis circa Immaculatam Conceptionem B. V. Bruxellis 1664. in fol. typis Balthasaris Vivien.

Sermon de Peor esta que estaba sub *Loaysiæ* nomine. Matriti 1664. in 4.

Apologia pro veris autoribus tit: *Pleyto de los Libros* sub nomine *Roderici Rodriguez.* Dertusæ 1664. in 8.

Quæstiones peripateticæ. Lovanii 1664. in 8.

Monumenta antiqua pro Immaculata Conceptione. Ibidem an. 1664. in 4.

Monumenta Italo-gallica pro eodem mysterio ex xx. tractatibus, et sermonibus antiquis. Ibidem in 4.

Monumenta [antiqua] Seraphica pro eadem. Ibidem 1665. in fol.

Monumenta Dominicana pro eadem. Ibidem an. 1666. in 4.

Monumenta singularia pro eadem ex XXVIII. *libris excusis, sed jam pene extinctis.*

Bullarium Ordinis Seraphici in x. Tomos in fol. distributum ms.

Franciscus evangelizatus in illud: Confiteor tibi Pater; et in illud: Si quis vult venire post me etc. ms.

Memento homo, quia pulvis es etc. *pro Immaculatæ Conceptionis mysterio; ubi refertur quidquid contra illud actum est ab aliquibus Scriptoribus antiquis:* in 4. ms.; cujus *Opusculi* meminit ipse col. 1144. *Militiæ.*

Arcana elogia S. Francisci, et super duo Evangelia Festorum ejusdem ms., et forsan idem est cum altero Opusculo tit.

Gloriæ Seraphicæ vulgari lingua hispana.

Tomi XVIII. *imaginum Matris admirabilis* D. Gaspari de Bracamonte Comiti de Peñaranda dicati mss. ex Joan. a S. Anton., a quo etiam superiorum *Operum* mss. notitiam accepi. Promiserat etiam se editurum

Bibliothecæ Virginalis Mariæ, seu *Abecedarii Mariani* alia XVII. *volumina;* sed forsan hoc Opus idem est cum superiori.

Bibliothecam Conceptionis VI. *voluminibus,* et *Bullarium Conceptionis.*

Opuscula alia parva, et magna mss. et edita, et etiam anonyma pro mysterio Immaculatæ Conceptionis haberi subdit idem Joan. a S. Anton. Alia quoque recenset autor Biblioth. Hispan. pag. 134. addens eum obiisse Bruxellis in Belgio an. 1667. m. Aprilis. Memoratur a Dupino sec. 17., autore Chron. provinciæ Limens. lib. 6. cap. 7., Echardo in Biblioth. Ord. Prædic. to. 1. pag. 177. 489. [corr. 490.] 700. 702. [!] 907. [corr. 908.] 909., et to. 2. pag. 3., et a pluribus aliis.

Opusculum pro conficiendo Armamentario maiori etc. ne-

scio

Digitized by Google

scio utrum idem sit atque illud quod in Catalogo librorum impressorum Musei Britannici ita refertur:

« *Al magnifico Reyno de Castilla, y à sus Procuradores, . . . Patron singular del Soberano Misterio de la Immaculada Concepcion de N. S. la Virgen Maria, Propuesta* . . . [Madrid? 1655?] in fol. »

Opus « *Naturæ prodigium, gratiæ portentum. Hoc est. Seraphici P. N. Francisci vitæ acta ad Christi D. N. vitam et mortem regulata, et coaptata* » prohibitum est Decreto S. Congreg. Indicis 24 Novembris 1655, opera « *Sol veritatis...* » et « *Funiculi nodi indissolubilis De conceptu mentis, et conceptu ventris* » Decreto eiusdem Congreg. 22 Junii 1665. Conferatur « Index librorum prohibitorum Alexandri VII, P. M. iussu editus. Iuxta Exemplar excusum Romæ, Ex Typographia Rev. Cam. Apost. - MDCLXVII », pp. 263, 294. Opera duo posteriora a. 1900 ex Indice librorum prohibitorum expuncta sunt.

Delineatio Bullarii Seraphici edita est simul cum « Idea cosmographiæ seraphicæ concepta et concinnata a F. Pavlo King Hiberno ». Romæ, Typis Joannis Petri Collinij. M.DC.LIV. in 8.

Operi « *Sol Veritatis* » præfixum est, velut Prologus ad lectorem, *Memorial que se diò al Rey N. S. Philipo IV quando se le presentò este libro*, in quo dicit auctor se annorum 57 ætatem attigisse, typis iam dedisse libros octo varii generis, alios 42 tomos habere mss. et prelo paratos, ex quibus 18, non 17 ut habet Sbaralea, ad complementum operis « *Bibliotheca Virginalis* », distinguit librum « *Arcana Elogia S. Francisci* » a libro « *Super duo evangelia festorum eiusdem* », utrumque autem ab alio cui titulus » *Glorias Seraphicas* », fatetur libelli inscripti « *La Vida de Jesus en el vientre de Maria* » versionem tantum sibi deberi.

Opusculum *Juicio de Salomon* dicitur *sacado à luz y dispuesto por el P. Martin Perez de Guevara, del Orden de los Frayles Menores, y Guardian del Convento de Santa Gadea, en la Provincia de Burgos.* Juxta Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, I (Paris 1719) p. 327, iterum prelo subiectum est Lovanii anno 1663.

Teste ipso auctore in « Militia immaculatæ Conceptionis V. Mariæ » coll. 763 et 1144, libellus « *La Risa del Alva* » impressus est etiam absque anno in 4, « *El Sermon de peor* etc. » Matriti anno 1663, « *Allegationes* etc. » Bruxellis item anno 1663. Ex eodem (ibidem, col. 1144) videntur « *Monumenta Italo-gallica* etc. », quæ ipse non memorat, ut neque Nicolaus Antonius, nihil aliud esse nisi « *Monumenta antiqua* etc. ». Col. 1142 tomos *imaginum* octo esse dicit, non 18.

Apud Nicolaum Antonium in prima editione Bibliothecæ Hispanæ Novæ opusculum « *Respuesta limpia* etc. » refertur ut a Sbaralea, in altera autem sic: « *Exercito limpio Austral contra las manchas que del Prado en unos Memoriales y Pasquin an salido oponiendose al Breve de Alexandro VII.* etc. *defendiendo la costumbre santa que se observa en los reynos de España* etc. sub nomine fr. Francisci a Matre Dei, ordinis Minorum. Lovanii 1663. in 4. apud Joannem Martinez. ».

Edidit præterea

Certum Quid; opusculum argumento simile operi « Funiculi nodi indissolubilis », typis excusum absque auctoris nomine in Belgio a. 1663 vel 1664, in quod etiam scripserunt Martinus Harney et Franciscus Janssens Elinga. Cf. Echard, op. cit., II, pp. 765, 789.

Inter opera a Petro ad prelum parata recensendus est etiam liber titulo *Tramontana dissipans nubes ab aliquibus fabricatas sine fundamento, et veritate contra Solem Veritatis*, in 8, quem ipse memorat in epistola ad D. Ludovicum a Crespi et Borja præmissa alteri editioni operis « Funiculi nodi indissolubilis ».

Nulla Petri de Alva opera recenset Nicolaus Antonius a Sbaralea non indicata, præter *Armamentarii Seraphici volumen alterum*, quod tamen inter ea recenset, quæ Petrus se editurum olim promiserat.

Oxonii in bibliotheca Ædis Christi, codd. CXXVI et CXXVII, manu fratris Thomæ De Ouando exaratis, duo opera continentur, quæ nescio utrum nostro auctori sint adscribenda. En eorum titulus ex G. W. Kitchin, Catalogus codd. mss. qui in biblioth. Ædis Christi apud Oxonienses adservantur, Oxonii 1867, p. 48:

Commentarii in octo libros Physicorum Aristotelis juxta mentem Subtilissimi Doctoris Duns Scoti: per sapientem patrem Fratrem Petrum de Alva, S. T. P., Franciscani (sic), *A. D. 1632.*

Commentarii una cum quæstionibus in libros De anima secundum subtilissimum Doctorem Duns Scotum. Per sapientissimum patrem fratrem Petrum de Alva, etc., A. D. 1633.

MMMCII. 1615.

S. PETRUS DE ALCANTARA = *Garabitus* cognomine nobilibus parentibus anno 1499. ortus, fundator extitit provinciæ S. Joseph, et S. Joan. Baptistæ in regno Valentiæ suamque Reformationem usque ad Indias, et Japoniam extendit ex qua multi martyrio coronati sunt. In *Beatorum* numerum an. 1622. a Gregorio XV., et in *Sanctorum* an. 1669. a Clemente X. relatus est; eiusque *Vitam* descripsit Fr. Joannes a S. Maria Hispanus, et ejusdem Instituti, vulgavitque Matriti 1619. Aliam *Vitam* composuit Franciscus Marchesius Presbyter Oratorii S. Philippi vulgatam Romæ; et aliam Laurentius a S. Paulo tit.: *Portentum penitentiæ,* cusam ibidem in 4. an. 1669.; nec multo post Ven. P. Carolus Thomasii Cler. Regul. Theatin. publicavit: *Cento estasi di S. Pietro d'Alcantara, e S. Maria Maddalena de' Pazzi.*

Opusculum ejus *de Oratione,* quod prodiit et Pinciis 1620., et latine Coloniæ 1607., laudat S. Teresia in propria Vita cap. 30., Ludovicus Granatensis Ord. Prædic., Ludovicus a Ponte Soc. Jesu, S. Franciscus Salesius lib. 2. epist. 1., et lib. 3. epist. 4., aliique: in belgicum idioma transtulit Fr. Joannes Snellinck Mechliniensis an. 1609., et in anglicum Fr. Ægidius a S. Ambrosio una cum ejus *Vita* an. 1632.; in italicum vero Angelus Minicuccius cum notis Romæ an. 1637. cusum, et iterum anno 1657. ex Indice Biblioth. Barber.; translatum fuit etiam in sinicum, et japonicum idioma.

Documenta spirituum discernentia scripsit, quæ habentur passim apud autores, qui Vitam S. Viri exararunt, et in latinum conversa leguntur in Biblioth. Min. Discalceat. Joan. a S. Anton. fol. 211. et seqq.

Constitutiones sui Instituti habentur autographæ mss. Matriti in Cœnobio S. Ægidii, et in cit. Biblioth.; referuntur quoque a Joan. a S. Bernardo ejusdem Ord. in Vita hujus Sancti lib. 4. cap. 21. et 22., et lib. 2. cap. 6., et 10.

Epistolas plures spirituales dedit etiam ad S. Teresiam, et S. Franciscum Borgia, quas citat Paulus Oliva Soc. Jesu Gen. Præpos. serm. 80. par. 8.: eæ habentur in dicta Bibliotheca, et latine apud Laurentium a S. Paulo cit.

Tratado de la oracion y meditacion . . . Año 1623. En Alcala, En casa de Juan Gracian in 16, extat Romæ in bibliotheca Vallicellana. Ex Nicolao Antonio editio pinciana anni 1620 prodiit apud Hieronymum Murillo in 16, latina coloniensis anni 1607 apud Joa. Chrithium. Gallice dedit hoc opusculum a. 1622 Alexander Pocquelinus Bellovacensis (de quo Sbaralea ad num. LXVI), et etiam Theod. Cenat de l'Herm. cuius versio excusa est in « Œuvres très complètes de Sainte Thérèse », III, Paris Migne 1845, pp. 306-63; anglice recenter Georgius Seymour Holling (Oxford and London, Mowbray, 1906. in 8). Italice prodiit Florentiæ apud Georgium Marescotum a. 1583 in 12 Petro Buonfanti interprete, eamdemque versionem teste Nic. Antonio, quibusdam adiunctis et loco suo mutatis aliis, suo nomine edidit Angelus Minicuccius carmelita Romæ apud Gulielmum Facciottum a. 1600 in 12. Aliam versionem italicam confecit Michael Angelus Lapi, quam cum suo Compendio vitæ et miraculorum auctoris imprimendam curavit Romæ per Jacobum Fei a. 1651 in 24. Præter hanc editionem, quæ extat Romæ in bibliotheca Vallicellana, vidi sequentes italicas, ubi interpres non nominatur: In Venetia, MDLXXXVIII. Appresso gli Heredi di Jacomo Simbeni. in 16 (Romæ in Alexandrina); In Roma. Per il Dragondelli 1661 in 12 (in Vallicellana); In Macerata. Per Serafino Paradiso. M.DC.LXXVII. in 16 (ibidem).

MMMCIII.

PETRUS ALENCONIENSIS Gallus provinciæ Turoniæ

Digitized by Google

Turoniæ Min. Capuccin. Apostolicus Missionarius scripsit

Tractatum de mortificatione hominis interioris ad vitæ sanctitatem consequendam necessaria. Lugduni an. 1625. Scripsit etiam in carcerem trusus Marrochii die 5. Octobris an. 1628.

Epistolas de sua captivitate, ærumnis, et pressuris, postea cusas Lugduni; annoque sequenti peste laborantibus inserviens decessit Marrochii die 22. Martii ex to. 3. Annal. Capucc. Marcellini de Pise, Dionysio Genuen., et Joan. a S. Anton.

MMMCIV. 1616.

PETRUS ALEXANDER fertur scripsisse etiam

Commentaria in Isaiam, Jeremiam, et Job. mss.

Cursum Philosophicum absolutum; et

Tractatum de Incarnatione ms. ex Relatione suæ provin. Angelorum.

Topographiam, et Chronographiam provinciæ Angelorum jussu Francisci Gonzagæ Ministri Gener. anno 1583. in 4. ms. asservatam Hispali in Archivo Conventus S. Anton., teste Joan. a S. Anton. to. 2. Hujus meminerunt Nicolaus Anton., Jacobus Le Long pag. 670., et Guadalupe in Chron. ejusdem prov. fol. 491.

* PETRUS DE ALVA, ET ASTORGA = V. supra *Petrus de Alba.*

1617.

PETRUS ALVERNUS = ex Rodulphio libro 3. fol. 331., et 332., aliisque post eum: quorum Possevinus in Appar. sac. to. 3. scribit, se nescire, an *Quæstiones* etc. sint Petri de Alvernia Ord. Prædic., an alterius Petri Ord. Min.: quare hic primus *Petrum Alvernum* Ordini Prædicator. accensuit, deceptus et ex eo, quod videret multa S. Thomæ Opera ab hoc Petro suppleta, et ex verbis Ptolomæi Lucensis Hist. Eccles. lib. 23. cap. 11., ubi de quibusdam S. Doctoris libris ait: *sed hos libros complevit Magister Petrus de Alvernia fidelissimus discipulus ejus, Magister in Theologia, et magnus Philosophus, et demum Episcopus Claromontanus:* sed ait quidem S. Thomæ discipulum, non tamen Ordinis Prædicatorum; plures enim extiterunt sancti viri discipuli, qui non fuerunt illius Ordinis: hinc Nicolaus Trivet in Chronico ad an. 1274. de S. Thomæ scriptis disserens inquit: *Lecturam super Matthæum partim idem Frater* (Petrus de Andria), *partim secularis quidam recollegit ejus studio delectatus:* et sane dictus Ptolomæus non *Fratrem,* sed *Magistrum* Petrum appellat, quo titulo id temporis veniebant Doctores *Laici* non *Regulares,* cum enim de his ipse loquitur, semper *Fratris* nota insignit. Ad hæc accedit, S. Antoninum Chronic. par. 3. tit. 23. cap. 11. inter Episcopos, et scriptores sui Ordinis hunc *Petrum* nequaquam habere; sed nec antiquorum quisquam eum dixerunt Ordinis aut Prædicatorum, aut Minorum: unde Jo: Canonicus auditor Joan. Scoti lib. 1. Physic. quæst. 6. de *individuatione* scribit: *opinio igitur Thomistarum, quod per materiam, et Magistri Petri de Alvernia, qui dicit, quod per formam, est insufficiens:* merito itaque Quetif, et Echard in Biblioth. Ord. Prædic. hunc e suis exploserunt; et perperam Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 431. Terrincam præsertim secutus dicit Alvernum, seu de *Alvernicola* Hetruscum Minoritam. Fuit igitur *Petrus* Arvernus vulgo *de Alvernia* Canonicus Parisiensis, et anno 1275. Rector Universitatis ejusdem urbis; inde an. 1302. Episcopus Claromontanus, quinquennio post obiit ex Gallia Christ. Sammarth. to. 2., et ex Hist. Universit. Paris. sec. v.; ejusque

Quæstiones Quolibetales incip. *Quærebatur de potentia Dei* etc. habentur mss. in Biblioth. Colbert. cod. 963., quarum in fine legitur: *Expliciunt quæstiones de quodlibet disputatæ a Magistro Petro de Alvernia Canonico Parisiensi anno* MCCCprimo. Plura alia Opera refert Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1280., quem dicit Ord. Prædic., et alium ab autore *quæstionum Quolibet.* sub an. 1270., sed non ostendit.

MMMCV.

PETRUS DE ANNALIBUS Gallus a sacris Confessionibus B. Colettæ, et Ordinis Colettanorum scripsit gallice

Vitam B. Colettæ an. 1447. defunctæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 57.

Hunc scriptorem ab aliis ne memoratum quidem inveni; hinc eumdem puto ac Petrum de Vallibus (de Vaux), qui a confessionibus fuit B. Coletæ et scriptor eius vitæ, præsertim quum Waddingus loco a Sbaralea citato, ubi recenset scriptores vitæ eiusdem Beatæ, Petrum de Vallibus non indicet.

MMMCVI.

PETRUS A S. ANTONIO Ulyssipon. Strict. Observ. provinciæ S. Mariæ *a Rabida* vulgo dictæ edidit vernacula lingua

El Jardin espiritual tirado da doctrina dos Sanctos et varões spirituães. Ulyssipone 1632. in 4. per Matthæum Pinheiro ex Petro de Alva col. 1146. Militiæ, et Pluteau to. 1. Dictionarii Lusitani, et ex his Joan. a S. Antonio; in quo x. tractatibus Evangelicam perfectionem docet, et explanat ex autore Biblioth. Hisp. pag. 135.

Cbiit Olisipone septuagenarius anno 1641, septembris die 19 secundum Did. Barbosa Machado Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 559), die 18 secundum Innoc. Franciscum da Silva Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, p. 386), qui titulum eius operis ita refert: *Jardim spiritual tirado da doctrina dos Sanctos e varoens spirituaes. . . . Trata breve, facil, e distinctamente, dos mysterios da nossa Sancta Fé. E de tudo o mais quem hum christão é obrigado a saber e guardar pera se salvar, . . .* Lisboa, por Matheus Pinheiro 1632. in 4 (pp. 22 n. n., 798 n., 30 n. n.).

MMMCVII. 1618.

PETRUS ANTONIUS ROSINUS = Pinzolli Vallis Randanæ pago in agro Tridentino natus, et Cœnobio Ferrariensi aggregatus, an. 1602. ea in Universitate Theologiæ Lector primarius est constitutus ex Historia Ferrarien. Gymnasii a Ferrante Borsetto elaborata par. 2. lib. 3. Scripsit autem anno 1588., cum Veronæ esset studii Magister,

Compendium librorum de cœlo, et mundo; de anima; ac primorum sex Metaphysicor. Petri Tatareti; quod ms. extat Saxoli supra Mutinam in parva Cœnobii S. Francisci Bibliotheca.

Elogia Evangelistæ Pellei Forciani ex sui Ordinis Ministro Gen. S. Agathæ Episcopi an. 1588. mss. in prædicta Saxoli Bibliotheca, teste Franchino in Bibliosoph. n. 285.

Carmen italicum in laudem Hieronymi Card. de Rovere Ordinis Min. Conv. Protectoris. Romæ an. 1590. in 4. apud Paulum Diani.

Carmen sapphicum, et phaleucium in laudem Philippi Gesualdi Ordin. Min. Conv. Ministri Gener. Ferrariæ an. 1593. per Victorium Benaccium.

Orationem

Digitized by Google

Orationem auspicalem de Theologiæ præstantia dictam ab autore in Gymnasio Universitatis Ferrarien., cum electus esset Theol. publicus, die 3. Novembr. 1602. Ibidem eo anno in 4. per Victorem Baldinum; fertque titulum *Imaginis.*

Orationem in Nativitate Salvatoris nostri J. C. super initium Evangelii S. Joannis a Gulielmo ejus nepote, eiusdemque Instituti Novitio recitatam. Ibidem per eumdem an. 1610. in 4.

Opusculum de modo conscribendi Historiam eleganter, quod ms. una cum alio Opusculo

De modo conscribendi epistolas extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. in 8.

Vitam Job versu italico decantatam, teste Aug. Superbo autore coævo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 112., qui et de eodem agit in *Apparatu illustr.* Viror. Ferrar. par. 1., a quo Waddingus accepit, hausitque Franchinus laudatus. Specimen ejus *poesis italicæ* legitur in Collectione Poetar. Ferrarien. 1713. facta, cusaque Ferrariæ pag. 263. Joan. a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum.

MMMCVIII. 1619.

PETRUS AQUILANUS = non cognomento *Scotellus,* sed Opus, quod composuit, nuncupatum est *Scotellum;* inquit enim Bartholomæus Pisanus, qui eo tempore vivebat, Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Minorum: *Fr. Petrus de Aquila Doctor, ut præfatus Landulfus* (Neapolitanus) *in Theologia Opus, quod Scotellum dicitur, edidit: et aliam Lecturam super Sententias peregit multum pulchram*: Conform. vero XI. par. 2. in provincia Pennensi, ac Custodia, locoque Aquilæ: *de quo fuit Fr. Petrus Magister in Theologia: et fecit Opus super Sententias; abbreviavit Opus Scoti, quod dicitur Scotellum, satis pulchre, et sententiose.* Citat *Scotellum Petri de Aquila* Ludovicus Prutenus in Trilogio animæ an. 1493. edito par. 1. cap. 8. Primus, quod legerim, Bernardinus Busti in Mariali edito anno 1493. par. 1. serm. 4. p. 3. ait, *Petrum de Aquila dictum Scotellum* fuisse. Anno 1334. unus fuit e 5. Doctoribus Ordinis, qui jussu Ministri Gen. die 25. Maji Opus *Gulielmi Rubion* Minoritæ in 4. libros Senten. approbarunt, ut initio dicti Operis, ex quo habetur tunc temporis fuisse Ministrum Tusciæ, illudque munus adhuc exercebat an. 1336., ut notatum legi in fine cod. 295. f. Biblioth. S. Crucis Florentinæ scam. 26. libri 4. Senten. S. Bonaventuræ charactere illius ævi; et anno 1344. factus est *Capellanus,* et familiaris Joannæ Siciliæ, et Hierusalem, Neapolisque Reginæ ex Reges. Regio apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1343. n. 35. Florentiæ contra hæreticam pravitatem factus Inquisitor, exinde an. 1347. creatur Episcopus S. Angeli in Hirpinis, et insequenti ad Triventinam in Samnio Ecclesiam transfertur ex Reges. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min., et Ughellum to. 1. et 6. Italiæ sacræ; videturque obiisse circa an. 1370. De eo itidem Waddingus ad an. 1346. n. 4. et 5., et 1343. n. 35.

Comment. in 4. *libros Sententiarum* extant mss. Parisiis in Biblioth. S. Germani cod. 321. scripta *anno* 1337., ut initio, et fine illius cod. adnotatum legitur. *In tres libros Senten.* ms. extat Florentiæ in Biblioth. Lauren. Medicea plut. 20. cod. 28. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 288. *In* 4. *librum Sententiar.* pergam. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex cit. Catalogo pag. 521. *Comment. in* 2. *librum Sentent.* incip. *Creationem rerum* etc. *Circa prim. dist.* 2. *libri quæritur primo, utrum omnia alia a Deo sint ab aliquo sicut a causa effective. Comment. in* 3. *librum Sent.* incip. *Cum venerit plenitudo temporis* etc. *Circa* 3. *librum Senten. quæritur primo, utrum Incarnatio divina sit possibilis*: utrumque ms. pergam. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci. *Petrus de Aquila super* 1. 2. *et* 3. *Senten.* mss. habentur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Eccles. n. 349. in 4. incip. *Cupientes aliquid* etc. *Circa istum prologum lib.* 1. *Senten. quæritur primo, utrum Theologia sit de Deo ut de subjecto.* In fine hujus codicis alio charactere, sed antiquo habentur nonnullæ *Quæstiones in* 1. *lib. Senten.* cujusdam anonymi Scotistæ incip. *Adhuc circa prologum sunt quæstiones istæ quatuor:* 1. *utrum Theologia sit speculativa:* 2. *utrum sit practica;* 3. *utrum sit simul practica, et speculat.;* 4. *utrum sit una. Sed quia istæ quæstiones habentur etiam ex aliis, ideo primo quæro istas alias; q. prima est, utrum formalis ratio specul. sit forma positiva, vel privativa*; progrediturque codex usque ad 3. *dist. libri primi Senten.*; hujus ne autoris, vel alterius sit labor, non scio. Item ibid. scam. 6. cod. 54. in 4. parvo post tractatum Nicolai Lyrani contra Judæos habentur tres primi libri Sententiar. ejusdem incip. *Utrum de Deo possit communicari aliqua notitia viatori pro statu viæ* etc., qua quæstione exposita subditur prologus: *Cupientes aliquid* etc. *Circa istum prologum primi libri Senten. quæritur primo, utrum Theologia sit de Deo* etc. q. 2. *Utrum Theologia sit scientia:* q. 3. *Utrum Theologia sit scientia practica*: quibus præmissis incipit: *d.* 1. *q.* 1. *Circa distinctionem primam quær.* 1. *utrum frui sit actus voluntatis* etc., et in fine librorum habetur: *Explicit Lectura super* 3um *Sententiarum secundum frem Petrum de Aquila.* Postea sequuntur 4. *quæstiones* de creatione: *utrum creatio activa sit divinum velle,* quæ an ejusdem autoris sint ignoro. Prodiit Opus primo Spiræ anno 1480. in 4. apud Petrum Drach; deinde Venetiis an. 1501. in 4. per Simonem de Luere, quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Franc.; iterumque ibi 1584. in 4. typis Hieronymi Zenarii studio Constantii Sarnani Patavii tunc primæ Philosophiæ publici Professoris castigatum cum indice copioso *Guidonis Bartholucci* ejusdem Instituti; postea Parisiis recusum est an. 1585. in 8. m. per Nicolaum Nivellium studio Stephani Novelletii Theologi cum notis margineis, et novis indicibus; et tandem denuo Venetiis anno 1600. in 4. per Joannem Zenarium, estque hæc editio in cit. Ferrariensi Bibliotheca: et Opus incipit: *Quæritur, utrum præter Philosophicas disciplinas sit* etc.; quod addititium censeo, et huc aliunde luxatum, traductumque; ultra enim autoritatem relatorum codd. mss. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. pervetustum ms. in 4. titulum ferens: *Super primum Sentent. Petri de Aquila*: quod incipit: *Cupientes al.* etc. *Circa istum prologum Sent. primi quæritur primo* etc.; estque 2. quæstio in impressis *Scotellis*; at reipsa prologus Magistri Senten. incipit: *Cupientes aliquid*: et ita procul dubio incipere debet hoc ipsum Petri Aquilani Opus, cum ipse *primam* quæstionem dicat, quæ in editis fit secunda ob aliam, quam dixi additam, ac præmissam, quæ forsan ex alio hujus autoris Opere ducta est; nam etiam Pelbartus Temiswar. in Rosario Theolog.

Digitized by Google

Theolog. an. 1500. scripto sæpe citat Opus editum Petri Aquilani, omittitque eam primam quæstionem, quæ in impressis Operi præmittitur. Porro in 1. d. 13. q. 1. ait Petrus: *ego sum hic cum Deo, et Papa est Romæ cum Deo* etc. perinde ac si scripserit, postquam *Urbanus V.* Avenione Romam transmigravit an. 1367., ibique permansit usque ad an. 1370., neque enim certo mihi constat, an Opus, quod ms. dixi extare in Bibliotheca S. Germani scriptum anno 1337., sit idem cum illo, quod vulgatum est.

Compendium super Magistrum Senten. Rodulphius lib. 3. fol. 333. ait incipere: *In ista prima distinctione, quæ est quasi quæstio proœmialis*: quod est Opus sine *proœmio* Magistri Senten.; et fol. 332. dicit *aliam Lecturam pulchram, et diu desideratam.* An. 1620. in Capitulo provinciæ Bononien. Min. Conv. Parmæ congregato Præside Jacobo Montanario Generali §. *Commissiones* injunctum fuit P. M. Octaviano Ravennati juniori, ut prælo committi curaret *Opera Scotelli Magistri Octaviani Ravennatis* senioris, ut habent *Acta* ejusdem Capituli impressa Placentiæ an. 1621. in 4. typis Alex. Bazachi. Citat *Opus Petri Aquilani* diversum ab excuso Antonius Syrrectus in tract. Formalitatum Scoti parte, sive art. 4., Alexander Ariostus in Enchiridio par. 2., Antonius Bituntinus quæst. 1. super epist. 1. Pauli ad Corinthios cap. 9.

Ex his autem, quæ proxime dixi, mendacii, vel inscitiæ arguitur Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1320. in *Petro de Aquila,* dum tradit Card. Sarnanum primum huic Petro *Scotelli* titulum an. 1584. indidisse; quando Bernardinus Busti, Pelbartus Temeswar., et Veneta editio, quam dixi, an. 1501. facta longe antequam Sarnanus oriretur, et Daniel Meyerus in decis. ad q. 157., et 183. Magistral. Jo: Scoti a Jo: Colonien. edit. anno 1510., *Scotellum* hunc Petrum appellant. Simili modo exploduntur ea, quæ subdit, unum tantum in Senten. libros *Opus* edidisse Petrum, et Possevinum errasse, hunc autorem doctrinæ Scoticæ scriptoribus insignioribus accensendo, quæ nec attendi merentur, nedum confutari. Corrigendus Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 433., qui cum viderit Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum Ord. Min. sub GG. n. 42. *Comment. Petri de Aquila Parisiensis Baccalaurei super 4. libros Sentent.* incip. *Principium verborum tuorum veritas* etc. tomis 3. in fol. mss. membr., putavit ex verbis illis *Baccalaureus Parisiensis* hunc a Petro de Aquila Episcopo diversum esse.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum impressa sunt iterum Spiræ a Petro Drach sed absque anni nota (circa a. 1485) in 4 (Hain L., Repertorium Bibliographicum, n. 1324); recenter autem iuxta Constantii Sarnani, ut videtur, correctionem, edita a Fr. Cypriano Paolini Ord. Min. provinciæ Corsicæ tomis 4 in 16 (Tom. I-III: Recco, Tip. Nicolosio, 1907; Tom. IV: Levanto, Tip. l'Immacolata, 1909). Editio a M. Pellechet ex quodam mutilo exemplari descripta in Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publiques de France, I (Paris 1897) n. 928. eadem probabiliter est atque editio veneta anni 1501.

Ex Conr. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, I (Monasterii 1898), p. 522, obiisse videtur ante diem 8 novembris a. 1361.

Vide Mazzuchelli Giamm., Gli Scrittori d'Italia, vol. I par. II (Brescia 1753), pp. 902-903; Dragonetti A., Le vite degli illustri Aquilani, Aquila 1847, pp. 60-66.

MMMCIX.

PETRUS ARAGONIUS filius Jacobi II. Aragonum Regis, et Reginæ Constantiæ S. Ludovici Episcopi sororis uterinæ, ipso S. Ludovico invitante Institutum S. Francisci Barcinone suscepit an. 1358; et ultra 20. annos nobilitatem generis vitæ sanctimonia superavit. Theologiæ, et Historiæ peritus, poesisque non ignarus scripsit

Poemata varii generis a Fr. Josepho Anton. Hebrera lib. 1. Chron. Regul. Seraph. cap. 31. n. 291. et seqq. enumerata.

Epistolas graves, quæ in Tabulario Vaticano asservari dicuntur, inter quas habetur una *de vero Pontificatu Urbani VI.*; altera, quæ *ad Carolum V. Galliæ Regem* data est, latine refertur a Waddingo ad an. 1380. num. 27., et hispanice a cit. Hebrera ibidem cap. 38.

Decessit anno 1380., sepultus Valentiæ in Ecclesia S. Franc. in arca lignea. De eo Rodulphius lib. 2., Arturus ad diem 5. Junii, Waddingus in Annal. Min., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Natus est a. 1304 ex Jacobo II Aragonum rege et Blancha filia Caroli II regis neapolitani, hinc sorore consanguinea S. Ludovici episcopi Tolosani.

Nulla eius *carmina* prodierunt sæc. XV, quum editiones a L. Hain indicatæ in suo Repertorio Bibliographico ad nn. 12543-44 non contineant, quemadmodum putavit Ul. Chevalier (Répertoire des sources histor. du moyen age. Bio-bibliographie. II. Paris 1907, col. 3687), poemata huius auctoris, sed Petri Infantis Portugallensis. Cf. Haebler C., Bibliografía Iberica del siglo XV (La Haya, 1903), nn. 527-28.

Epistola eius pro Urbano VI data a. 1379 ad cardinalem Bertrandum Atgerii Ord. Fr. Min. ex codice lat. 5067 bibliothecæ Palatinæ Vindobonensis edita est a Fr. Bliemetzrieder in « Archivum Franciscanum Historicum » II (Ad Claras Aquas 1909) pp. 441-46. Quatuor aliæ *epistolæ* habentur apud Odoricum Raynaldum, Annales ecclesiastici, ad a. 1379, nn. VI, VII, XLVII, XLVIII, quarum penultima ad Petrum Aragonum regem non integra, ultima eadem est ac epistola a Waddingo in Annalibus Minorum relata ad a. 1380 n. 27.

Tractatus de Vita, et moribus, et regimine Principum, sive commentarius in primum Librum Regum. Auctore Petro Infante Aragoniæ, Comite Rippacurciæ, et Montanearum de Prades, Dianii, et Gandiæ, qui Ordinem Fratrum Minorum ingressus obiit anno M.CCC.LXXX. *Ad Dom. Petrum Regem Aragoniæ ex Patre Nepotem.* In 35 capita dividitur, et incipit: *Fuit vir unus de Ramathaim Sophim . . . In exordio libri huius non immerito a Spiritu Sancto* etc. Apographum ex codice ms. originali, qui existebat a. 1752 et nunc ubi sit nescitur, servatur Matriti in bibliotheca regia.

Conferantur Steph. Baluzius, Vitæ Paparum Avenionensium, I, Parisiis 1693, coll. 967-69, 1435-36; F. de Latassa y Ortin. Bibliotheca antigua de los Escritores Aragoneses, II, Zaragoza 1796, pp. 7-13

MMMCX.

PETRUS DE ARCHAGNANO Mediolanensis, *Notarius* ex monum. Archivi S. Firmi majoris Veronen. Min. Conv. anni circiter 1235., in quibus dicitur *de Archaniago, Civis Mediolanen. in Ord. FF. Minorum professus*; cum contra hæret. pravit. Inquisitoris munere fungeretur, et quosdam hæresis labe conspersos de hæreticorum libro nollet delere, ab ipsis cæsus est in loco *Umbradicæ Cercii,* quemadmodum tradit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de prov. Mediolani, ac Confor. XI. par. 2. de eadem provincia verba texens; sed legendum *Braida Cuergii,* qui locus videtur fuisse prope Portam novam Mediolani ex to. 1. Bullarii Ord. Præd. pag. 195. Est autem *Braida,* vulgo *Braja,* et *Breda* Italis campus, vel ager suburbanus, vel etiam pars agri. Coronatus est an. 1248., non 1284., ut numeris transpositis habet Waddingus in Annal. ad eum annum num. 3.; quem cum dicat passum cum *Fr. Catalano,* eum confundit cum *Fr. Petro Paschalis* anno 1321. cum *Fr. Catalano* Fabri

Digitized by Google

bri in Gallia martyrio coronato. Hujus necis mentio fit in literis Innocentii IV. an. 1254. 5. April. to. 1. Bullar. Ord. Præd. num. 325. Reliquit post se

Varios tractatus, quippe qui non minus pius, quam doctus erat, teste Paulo Morigia de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 3., et Abb. Picinello in Athenæo Mediolan., nec non August. Superbo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 110.

MMMCXI.

PETRUS DE ARISTIZAVAL Hispanus prov. Castellæ Reg. Observ. concionator, et S. Officii Qualificator scripsit

Sermones morales, et politicos in canticum Habacuc. Matriti 1649. in fol. typis Regiis per Thomam de Alfay.

Commentaria latina super Josue tom. primum. Ibidem 1652. in fol. ex Biblioth. Hisp. pag. 137., et Joan. a S. Anton to. 2.

Commentaria in Josue tomis 3. in fol. a superioribus distincta mss. asservantur Matriti in Biblioth. Minor. Regul. Observ., teste eodem Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 434.

Discursos morales y politicos sobre el cantico de Habacuc compuestos por el Padre Fr. Pedro Aristizaval . . . En Madrid, En la Imprenta Real. Año de 1648. A costa de Tomas de Alfay Mercader de Libros. in fol. Extat Romæ in biblioth. Angelica.

Apud Nicolaum Antonium, Bibliotheca Hispana Nova, tum in prima tum in altera editione, *Super Josue* tomus primus prodiisse dicitur Matriti anno 1655.

MMMCXII.

PETRUS ARRIVABENIUS Mantuanus sacræ Theologiæ Doctor operam dedit, ut

Margarita Doctorum, seu *de regimine vitæ humanæ* Opus *Joannis Guallensis* Angli Minoritæ typis ederetur Venetiis anno 1498. in 8. per Georgium Arrivabenium, et Lugduni 1511. in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 226.; cui Operi copiosissimam *tabulam* alphabetice dispositam adjecit, ut indicat Gulielmi Astensis epistola Operi memorato præfixa, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

MMMCXIII. 1620.

PETRUS AUREOLUS = non de *Verberia*, seu *Vermeria*, ut omnium primus eum dixit Trithemius in Scriptor. Eccles., (quod oppidum diœcesis Suessionen. ad fluvium Ælium, vel Isaram est in *Picardia*); sed provinciæ *Aquitaniæ* alumnus fuit ex autore suppari Bartholomæo Pisano Conform. XI. par. 2. de ea provincia verba faciente; est autem Aquitania Picardiæ opposita; illa Pyrenæos montes, et Hispanos; ista vero Belgas attingit; et ad *provinciam Franciæ, Custodiam*que *Rhemensem* Vermeria vulgo *Verberia*, ac Suessio pertinet: in errorem traxit Trithemium, vel si quis alius fuit ante eum, *Petrus de Verberia* Ordinis Vallis Scholarum, qui eodem tempore florebat et ipse Doctor Parisiensis; alterque cum alio confusus plures errare fecit. Ejus

Breviarium Bibliorum ms. habetur Lovanii in Biblioth. Canon. Regul. S. Aug. in Valle S. Martini, teste Sandero; Toleti in Biblioth. Conv. S. Joan. Regum sub FF. n. 11.; Hispali in fol. membran. in Biblioth. Ecclesiæ; et Salmanticæ in Biblioth. Collegii majoris S. Bartholomæi in fol. n. 254., teste Joan. a S. Anton. *Compendium Bibliorum* extat ms. Patavii in Biblioth. S. Antonii Min. Conven., teste Tomasino in Catalogo Biblioth. mss. Patav.; extatque et ms. in Bibliotheca Jacobæa Angliæ cod. 511.; denique habetur ms. et Florentiæ apud nostros cod. 362. et 363. in 4. scam. 31. versus Ecclesiam; et compositum fuit *anno* 1319., ut ipsemet indicat versus finem visionem v. Apocalypsis exponens: codex vero Bibliothecæ Tolosanæ descriptus fuit an. 1345., et non Opus eo anno compositum, ut putavit Oudinus. ** *Compendium Dom. Petri Aureoli super sacramenta Scripturarum* olim ms. in Biblioth. S. Franc. Senen. armar. 4. fac. 2. dext. ex Indice anno 1481. confecto. ** *Compendium literalis sensus Bibliorum* prodiit typis in fol. sine loco, et anno edit., teste Orlando in lib. de Orig., et progr. Typogr. par. 2. pag. 285., quam editionem vidi Florentiæ apud nostros; prodiit et Venetiis an. 1507. in 4. typis Lazari Soardi, ubi Petrus dicitur S. R. E. *Cardinalis*; et ibidem an. 1508. in 4.; Parisiis eodem anno in 8.; Argentorati an. 1514. in 4. per Jo: Schottum Argentinensem studio Jacobi Wimpfelingii Selestani Licentiati, qui illud ad Joan. Eckium misit, quæ editio habetur in Ferrar. Bibliotheca S. Francisci; Parisiis 1565. in 4.; et Venetiis 1571. in 4.: auctum vero tabulis analyticis studio Stephani Novellenici [*corr.* Novelletii] sac. Theol. Doctoris Parisiis 1585. in 8.; Rothomagi 1596., et 1649.; Parisiis 1610. et 1613.; et Lovanii 1647. Hunc librum scribit Michael de Maittaire in Vitis Typographorum fol. 220. [*corr.* Joannes de la Caille in Histoire de l'Imprimerie et de la Librairie, Paris 1689, pag. 220.] magni æstimari.

Postilla super Job, quam quidam attribuit et S. Thomæ, ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus Ecclesiam n. 359. in fol. Incipit prologus: *Sicut in rebus, quæ naturaliter generantur, paulatim* etc.; Opus vero: *Vir erat in terra Hus* etc.: *Quia, sicut dictum est, intentio hujus libri* etc.

Postilla super Isaiam Prophetam ms. ibidem n. 360. in fol. incipit: *Doctrinam, quasi pluviam effundens, et relinquens* etc.

Compendium Theologiæ ms. Patavii in Biblioth. S. Antonii, et S. Francisci ex cit. Tomasino hoc titulo: *Compendium sacræ Theologiæ Magistri Petri Aurelii Ordinis Franciscanorum*; et citatur a Pelbarto Temisvar. in Rosario Theolog. to. 2. v. *Conscientia* §. 13., et v. *Abel.*

Commentarii in 4. *libros Sententiarum* ab autore Joanni XXII. dicati, quod est post annum 1316., crebro citantur a Mayrone, Joan. Baccone, Joan. Canonico, aliisque; habentur mss. Salmanticæ in Bibliotheca Collegii majoris S. Bartholomæi n. 254. in fol. una cum *Breviario Bibliorum* ex Joan. a S. Anton.; Patavii in Antoniana Bibliotheca ex cit. Tomasino, et in Jacobæa Angliæ; extant quoque Florentiæ in cit. Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus Ecclesiam, quorum primus num. 354. in fol. magno incipit: *Sanctissimo, et vere beatissimo in Xpo patri, ac Dño, Dño Johañi divina providentia Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici vestræ universitatis servus inutilis, filiusque indignus Fr. Petrus Aureoli Ordinis Frūm Minorum et ipse minimus pedum oscula beatorum* etc.; finitque: *Explicit Scriptum super primum Sententiarum editum a Fratre Petro Aureoli Ordinis Fratrum Minorum. Deo gratias. Iste liber fuit finitus die jovis in vigilia Sancti Thomæ Apostoli*

Digitized by Google

Apostoli anno Domini M.CCC.XXX.. *et scripsit eum Robertus Bto Dño Remigio de Florentia de pecunia patris ipsius Dñi Remigii de Florentia.* Codex 355. in fol. habet in fine: *Explicit Lectura super 2. librum Sententiarum sub Magistro Petro Aureoli de Ordine Fratrum Minorum Doctore in sacra Theologia tempore, quo legebat Reportata Parisiis Sm̃as videlicet. Anno Domini* M.CCC.XVIII. Idem secundus liber Senten. extat ibidem cod. 356. in fol., et 357. in 4. magno. Liber vero 3., et 4. Senten. habetur cod. 361. in fol. cum *Quolibetis*; codex 358. in 4. magno continet ejus librum 4. Senten., sed imperfectum: in quibus omnibus dicitur *Fr. Petrus Aureoli Ordinis Fr. Minor. In primum Sententiar.* incip. *Expandit librum coram me, qui scriptus erat intus, et foris* etc., extat ms. incompletum pergam. in fol. in Bibliotheca S. Francisci S. P. M.; cujus initio legitur: *Tabula Petri Aureoli Ordinis Fratr. Minorum super primo Sententiarum*; adjungiturque ms. chart. *Quodlibetum* incipit, *Proposui in animo meo quærere* etc.: et in fine: *Explicit Quodlibet Magistri Petri Aureoli Ordinis Fratrum Minorum.*

In tertium Sententiar. incip. *Ad evidentiam totius distinctionis primæ, et præcipuæ, possibilitas Incarnationis* etc.; et in fine: *Explicit tertius Senten. Magistri Petri Aureoli Archiepiscopi.* Ms. membran. ibidem.

Quolibeta n. 16. incip.: *Proposui in animo meo quærere, et investigare sapientiam* etc.: ita prologus; Opus vero incipit: *Primo igitur quærebatur, utrum in aliqua re formalitas, et realitas distinguantur* etc., habentur mss. pergam. in fol. Asisii post *Quolibeta* Scoti, et ante illa Jacobi Asculani. Horum fit mentio in Inventario Bibliothecæ dicti loci an. 1381. facto banco 1. occiden. Extant quoque mss. Florentiæ in dicta Biblioth. S. Crucis scam. 31. n. 361., Venetiis in Biblioth. SS. Joannis, et Pauli ex Tomasino in Catalogo Biblioth. Ven. mss., et Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum Ord. Min. sub FF. n. 10. ex Jo: a S. Anton. to. 2.; eaque citat Joannes Bacconus in 1. d. 2. quæst. 2. art. 2., et in quæst. 1. prologi Sent. art. 3. Prodierunt Romæ an. 1595. in fine 2. *libri Senten.*

Tractatus de x. *præceptis* habetur ms. Oxonii in Bibliotheca Bodlejana fol. 116. cod. 10. n. 1., al. cod. 2231. n. 10.

Fratris Petri Aureoli Ordinis Minorum in Tholosa tractatus de Conceptione B. Virginis Mariæ ms. extat in Biblioth. Augustæ Vindel. ex Indice illius Bibliothecæ pag. 52. n. 13. a Reisero an. 1675. edito; ex quo etiam elici videtur autoris patria nimirum *Tolosa*, quæ ad *Aquitaniam* pertinet. Adducitur hic *tractatus* incipiens: *Nondum erant abyssi* etc., a Jo: Turrecremata de Veritate Concept. V. M. par. 13. cap. 3., et a Capreolo in 3. Sent. d. 3.

Alterum tractatum de Conceptione Virginis contra Gulielmum de Gannato composuit titulo *Repercussorii* incip. *Justificationem meam.* Prodiit cum superiori Lipsiæ anno 1489. in 4., teste Petro de Alva in Rad. Sol. verit. rad. 263., et col. 1301. Militiæ univ.; ipseque eos iterum vulgavit in *Bibliotheca Virginea* Matriti anno 1648., et in *Monumentis Seraphicis* Immacul. Conceptionis. Duos de hoc mysterio tractatus meminit cit. Bartholomæus Pisanus Confor. VIII., dum dixit: *Fr. Petrus Aureoli facundus in Theologia Magister in theologica facultate scripsit plura, et bene; Compendium sacræ Scripturæ edidit, et Postillas, ac tractatus, et specialiter de Virginis Conceptione duos edidit*: et S. Bernardinus in suo *tractatu de Conceptione* de horum alterutro scribit: *Quintus Doctor Dominus Petrus Aureoli elucidavit hanc Conceptionem componendo unum pulchrum tractatum magnum, quem vidi in civitate Arimini, de Conceptione Virginis concludendo semper ipsam fore præservatam ab omni peccato.* Ceterum Opusculum, seu *tractatum* hoc titulo, *Repercussorium editum contra adversarium innocentiæ Matris Dei*, quod Petrus de Alva in Rad. Sol. veritatis rad. 309. scribit esse *Petri Aureoli* anno 1314. Tolosæ scriptum *contra Gulielmum de Gannato Dominicanum* Gallum, Jac. Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 695. contendit esse quidem contra Gulielmum Gannaten., sed non Petri Aureoli an. 1314. scribentis, cum constet Gulielmum vixisse an. 1388., verum Anonymi Franciscani, et forsan *Jo: Vitalis* Hispani, vel *Jo: Alani* Galli.

Explanationem epistolæ S. Bernardi ad Canonicos Lugdunen. incip. *B. Bernardus*, edidit Petrus de Alva in *Monumentis Seraphicis.*

Sermones de Immaculata Conceptione B. Virginis Tolosæ an. 1514. impressos ait Dupinus sec. XIV.; forsan qui alias 2. *tractatus* dicuntur.

Rosæ distinctiones = *Rosa distinctionum Petri Cardinalis* extabat olim Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 28. versus claustrum cod. 719. ex veteri Indice illius Bibliothecæ circa an. 1480. facto; sed nunc desideratur.

Sermones mss. servari in uno cod. una cum Sermonibus *S. Bonaventuræ, et aliorum*, testatur Angelus Rocca in epist. *Sermonibus S. Bonav.* editionis Vaticanæ præfixa an. 1596. Extant quoque Asisii mss. chart. in 4. in Tabulario Conventus S. Francisci hujus *Sermones* a Dominica Sexag. incip.: *Cum turba plurima convenirent, et de civitatibus properarent ad Jesum. Lucæ 8. cap. Dictum est supra Dominica 5. post Epiphaniam in prima declaratione* etc. In eodem codice post festum Commemorationis mortuorum habetur ejus

Tractatus de Baptismo incipiens: *Ad regenerationis Xpi mysterium contemplandum fuit facta quæstio: utrum Baptismus, quo Xpus fuit baptizatus, fuerit ejusdem rationis cum Baptismo, quo nos baptizamur.*

Tractatus de paupertate, seu *de paupere usu* habetur in Firmamento trium Ordinum par. 3. edit. Ven. anno 1513., nec non in Firmamentis 3. Ord. par. 4. fol. 116. edit. Parisien.

Parvas quæstiones scripsit, quas citat autor suppar Jo: Bacconus in 3. Sent. d. 2. quæst. 2. artic. 1., earumque *tertiam* præ ceteris *exquisite* tractatam dicit. Bartholomæus vero Pisanus Confor. XXXII. par. 1. adducit *Magistri Petri Aureoli Repertionem suam* 3. *d.* 13. *quæst.* 2., forsan leg. *Reportationem*, vel *Repetitionem.*

Tractatum ejus *de principiis naturæ* citat autor illius seculi Joannes Canonicus Physic. lib. 1. q. 9. §. 4*um dubium*, et Franciscus Samson 1. Physic. q. 16.

Extat Asisii in Tabulario, vel Archivo sac. Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. post *Correctorium Gulielmi* de Mara, et Tractatum *de Sphera Joannis de Pekan* hoc titulo: *Computus fratris P. ad Episcopum Claromontensem* incip: *Verbum abbreviatum, quod feci super Computum vobis pater, et Domine, Domine A. Dei gratia Episcopo*

Digitized by Google

scopo Claromonten. Porro *Ademarius,* vel Aimarus fuit Episcopus Claromonten. ab anno 1286. ad 1297.; et *Aubertus,* al. Arbertus ab anno 1307. ad 1328.; *Arnaldus* vero ab anno 1328. ad 1336.: quis horum fuerit, nondum comperi.

Anno 1318. a Joanne XXII. ei potestas facta est legendi Theologiam in Universitate Parisiensi; et anno 1321. m. Febr. ad Archiepiscopatum *Aquensem* assumitur per translationem, promotionemque *Petri de Prato* ad S. R. E. Cardin. dignitatem ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1318. n. 29. et 30., ac ad annum 1321. n. 40.; obiitque insequenti anno, vel certe dignitate abiit, cum ei successor *Jacobus* in ea Metropoli sit datus m. Julio an. 1322. Natalis certe Alexander in Selectis Hist. Eccles. to. 20. cap. 5. art. 2. scribit, obiisse die 27. Aprilis an. 1322., qui quum et dixisset ad *Narbonensem Archiepiscopatum* an. 1321. promotum, de *Aquensi* in Narbonensi Gallia Archiepiscopatu explicandus est. Quibus exploduntur garrulitates, et dicteria blateronis Oudini to. 3. Comment. ad an. 1330., ubi negat Petrum Aureolum fuisse *Minoritam,* fuisse Archiepiscopum *Aquensem;* negat *diploma* Joannis XXII. Cancellario Parisiensi pro eo verum esse, sed confictum affirmat; inficiatur istud haberi apud Waddingum in Annal. Min., uti et ipsius ad Aquensem Ecclesiam promotionem; scribit primum fuisse Card. Sarnanum, qui in edit. Vatic. an. 1595. *confidenter* et *Archiepiscopum Aquensem,* et *S. R. E. Cardinalem* appellavit; quando multo ante et Bartholom. Pisanus Confor. XI. par 2. de *provincia Aquitaniæ* scripserat: *habuit illum Magistrum facundum Fratrem Petrum Aureoli, qui luculenter scripsit super Sententias: fecit Compendium Bibliæ, et plura alia: tandem fuit Archiepiscopus Aquensis*: et Sixtus Senensis Ord. Præd. in Biblioth. san. lib. 4., Raphael Volaterranus Anthropol. lib. 21., ac Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3. cum auctore Firmam. 3. Ord. Petrum Aureolum *Cardinalem* pronunciaverant; ut omittam Ant. Saxolinum in *Illuminata Conscientia* cap. 14. tract. 3., et alios, ut Marianum, et antiqua Ordinis Chronica apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 7. cap. 32., Jo: Capreolum, et Jo: Turrecrematam Card. ante S. [*an* Saxolinum?] Antonium hunc vel *Cardinalem,* vel *Ordinis Minorum* asserentes. Quæ quoniam plena sunt inscitiæ, oscitantiæ, atque mendacii, non est, cur in homine tam enormiter errante confutando tempus teram, lectoremque morer. Quod sciam, *Cardinalem* omnium prima dixit Academia Lovaniensis an. 1470. in judicio causæ Petri de Rivo apud Carolum du Plessis to. 1. *Collectionis Judiciorum de novis erroribus* par 2. pag. 271. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 435., et seq., ut contra Waddingum probet hunc extitisse S. R. E. Cardinalem, plurimos adducit autores, sed nemo antiquior Gonzaga anno 1587. scribente; ego tamen licet antiquiores retulerim, sentio tamen, hanc dignitatem non fuisse assecutum.

Petrus *Aureoli,* ut in plerisque codicibus mss., vel *Aurioli,* ut in Regestis Vaticanis; fortasse natus Tolosæ, et circa a. 1280. Eo ipso teste in opere « Repercussorium » prope finem, aderat dum Parisiis aliqui docebant errorem de paucitate, quod iuxta primum Continuatorem Chronici Guillelmi de Nangiaco accidit anno 1304 (Chronique de Guillaume de Nangis et des ses continuateurs; nouv. édit. par H. Geraud. I, Paris 1843, p. 317). In codice 1405 bibliothecæ Nationalis romanæ (Mss. Sessor. 100) sæc. XIV. fol. 44r° dicitur lector in civitate Bononiæ a. 1312. Secundum notam quamdam ex quodam antiquo codice a Petro de Alva et Astorga relatam in « Monumenta antiqua seraphica pro Immaculata Conceptione Virg. Mariæ », Lovanii 1665, p. 79, anno 1314 erat lector in conventu fratrum Minorum Tolosæ. In comitiis generalibus Neapoli sub Michaele de Cæsena ministro generali a. 1316 celebratis « fuit electus ad lecturam Sententiarum Parisius . . . , dicto Generali volente, quamvis aliqui adulatores dicentes Generali, quod sibi in electione se opposuerat, niterentur ipsum pro viribus impedire », ut refert auctor Chronicorum XXIV Generalium Ord. Minorum (Analecta Franciscana, III, Ad Claras Aquas 1897. pp. 470-471). qui eum *magnæ sufficientiæ* fratrem appellat. An. 1318 die Julii 14 Johannes XXII magno cum Petri encomio Cancellario parisiensi iniungit ut ei licentiam in theologia tribuat (Denifle Henr., Chartularium Universitatis Parisiensis, II, Parisiis 1891, n. 772, p. 225), eodemque anno Novembris die 13 Petrus ut theologiæ magister cum tribus aliis iurat se Universitatis privilegia atque statuta observaturum et secreta celaturum (Denifle, ibidem, n. 776, pp. 227-228). Anno 1319 electus et confirmatus est minister provinciæ Aquitaniæ (Chronica XXIV Generalium, in « Analecta Franciscana » III, p. 473). Electus anno 1321 die Februarii 27 archiepiscopus Aquensis, ab ipso summo pontifice consecratur, qui epistola data Avenione eodem anno die 14 Junii ei mandat, ut ad prædictam ecclesiam se conferre procuret (Albanès J. H., Gallia Christiana novissima, I, Montbéliard 1899: Instrumenta, coll. 56-57). Obiit Avenione ante diem 9 Julii anni 1322, ut liquet ex epistola Johannis XXII data eadem die, qua Jacobum episcopum Lodovensem transfert ad archiepiscopatum Aquensem (Albanès, ibidem, col. 58), imo ante diem 23 Januarii dicti anni, quum in « Introitus et Exitus » Archivi Vaticani, n. 41, fol. 178, sub ea die Raymundus Aurioli frater *quondam* archiepiscopi dicatur, verisimiliter autem die 10 eiusdem mensis, ut legitur in quodam antiquo martyrologio franciscano citato a Jo. Schol. Pitton, Annales de la sainte Église d'Aix, Lyon 1668, p. 174, qui etiam lectorem remittit ad « Table des anniversaires des Cordeliers d'Aix ».

Breviarium Bibliorum seu *Compendium sensus litteralis totius Sacræ Scripturæ* extat etiam ms., et quidem sæc. XIV, in codice bibliothecæ Laurentianæ XXXIV Plutei XVI, in Vaticanis lat. 945 et 9388, in Nationalis Parisiensis lat. 15255, Mazarinæ 318, bibliothecæ publ. Burdigalensis 16, Laudunensis 3, Rotomagensis 648, Trecensis 1344, Turonensis 40, in Collegii Mertonensis Oxoniensis XII (sæc. XIV in.) et CCXLIII. Prodiit primum in fol. absque ulla nota, sed Argentorati per Jeorium seu Georgium Husner et (probabiliter) Johannem Beckenhub, non post annum 1475 (Mich. Denis, Annalium typographicorum M. Maittaire Supplementum. Pars II, Viennæ 1789, p. 502). Ex editione veneta anni 1507 collata cum editione prima et tribus codicibus mss. novissime in lucem editum est a Fr. Philiberto Seeboeck Ord. Minorum ad Claras Aquas (Quaracchi) ex typ. Collegii S. Bonaventuræ a. 1896 in 16.

Postilla super Job, quæ S. Thomæ adscripta prodiit Romæ a. 1562 apud Paulum Manutium, deinde in omnibus editionibus operum S. Doctoris, est absque dubio S. Thomæ adiudicanda. Cf. Quetif-Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, I, Lutetiæ Paris. 1719, p 323; Casim. Oudin. Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis, III, Lipsiæ 1722, coll. 310-311; Jo. Franc. Bern. M. de Rubeis, De gestis et scriptis ac doctrina S. Thomæ Aq. Dissertationes criticæ et apologeticæ. Dissert. 2, cap. 2, Venetiis 1750, p. 32; Pierre Mandonnet, Des écrits authentiques de saint Thomas d'Aquin, in Revue Thomiste, 17 Année (Toulouse 1909), pp. 170-171, 682.

Postillæ super Isaiam prophetam codex a Sbaralea citatus iuxta Ang. M. Bandinium (Catalogus codicum latinorum biblioth. Mediceæ Laurentianæ, IV, Florentiæ 1777, col. 707) est sæculi XIV, fine mutilus, incipitque *Doctrinam quasi prophetiam effundam, et relinquam illam quærentibus sapientiam. Eccles* XXIV. *Quia eximii Prophetæ Isaiæ vaticinium.*

In bibliotheca patavina S. Antonii non extat secundum Ant. M. Josa (I codici mss. della bibliot. Antoniana di Padova, Padova 1886) *Compendium theologiæ Petri Aureoli,* nec extabat tempore Jac. Phil. Tomasini, qui in opere a Sbaralea citato dictum *Compendium* recenset tantum inter codices bibliothecæ patavinæ S. Francisci; hoc autem *Compendium* Casimirus Oudinus (op. cit., III, col. 857) idem opus dicit ac *Compendium Bibliorum* extans in bibliotheca S. Antonii. — *Compendium Theologiæ in octo libros partitum,* quod Waddingus post Henricum Willot Petro Aureoli tribuit, idem non potest esse atque *Compendium theologicæ veritatis* incipiens *Veritatis theologicæ sublimitas,* quum hoc in septem libros dividatur et a Waddingo putetur S. Bonaventuræ opus vel Ægidii Romani.

Digitized by Google

Romani. — *Compendium theologicæ veritatis* a Pelbarto de Temesvar Petro Aureoli adscriptum, tribuitur præterquam S. Bonaventuræ et Ægidio Romano, etiam Alberto Magno, S. Thomæ Aquinati, Thomæ de Sutton Ord. Præd., Petro de Tarentasia et ab ipso Sbaralea Petro Thomæ Ord. Min., invenitur in nonnullis codicibus sæculi XIII, hinc Petro Aureoli scriptore est antiquius, et videtur opus Hugonis Ripelin Argentinensis Ord. Præd. Cf. Quetif-Echard, op. cit., I pp. 470-471; Fél. Lajard in Histoire littér. de la France, XXI, Paris 1847, pp. 157-163; Luz. Pfleger, Der Dominikaner Hugo von Strassburg und das Compendium theologicæ veritatis, in Zeitschrift für katholische Theologie, XXVIII, Innsbruck 1904, pp. 429-440; Mart. Grabmann, Studien über Ulrich von Strassburg, ibidem, XXIX (1905), pp. 321-330.

Primum et *secundum librum Sententiarum* et *tertium* pæne totum, nempe usque ad articulum secundum (inclusive) quæstionis quartæ distinctionis XXII, Petrus Aureoli bis commentatus est. Primi commenti pars, quæ primum et secundum librum respicit, ad nos non pervenisse videtur, et extat tantum, in cod. ms. Tolosano 243, tabula quæstionum; pars, quæ respicit librum tertium, invenitur in eodem codice Tolosano, finito die martis post festum S. Matthiæ 1323 (i. e., novo stilo, a. 1324; die 28 februarii), in ms. Nationalis Parisiensis lat. 17484 sæc. XIV, in florentino Laurentiano Bibliothecæ S. Crucis 561 seu Plut. XXXII Dext. Cod. XII item sæc. XIV, incipitque: *Quasi sit rota in medio rotæ. Ezech.* I. *Tertii libri Sententiarum materia triplici rotæ comparari posse videtur.* Alterum commentum in primum librum, incip. *Expandit librum coram me . . . Liber scripturæ canonicæ, qui per Prophetam dictus est involutus ratione suæ difficultatis*, extat ms. sæc. XIV Augustæ Ausciorum (Auch) in biblioth. publ. cod. 2, Parisiis in Nationalis lat. 15863, Romæ in Vat. lat. 940 et 941, Trecis in biblioth. publ. 1049, Vendocini in biblioth. publ. 72 (anni 1330). Alterum commentum in secundum librum, incip. *Quia doctores communiter in principio huius libri movere consueverunt quæstionem unam valde difficilem de productione rerum*, reperitur in Nationalis Parisiensis lat. 15867 sæc. XIV et in Vat. lat. 942; in tertium vero, quod incipit *Ad evidentiam totius Distinctionis primo et præcipue est possibilitas Incarnationis*, in ms. biblioth. Regiæ Bruxellensis 3624 sæc. XV ineuntis, ubi continentur et alterum commentum in primum ac secundum librum, et commentum in quartum. Hoc, incip. *Spiritus vitæ erat in rotis. Sacramentorum septenarius in curationem hominis semivivi*, extat etiam in codice Tolosano 243. — Patavii in bibliotheca Antoniana servantur Commentarii in primum et secundum librum, et commentarius in quartum, mss. sæc. XIV (cf. Josa, op. cit., p. 41). Codices bibliothecæ florentinæ S. Crucis 354-358, anno 1766 in Laurentianam translati, in pristinas sedes cum aliis anno 1772 regressi (Bandinius, op. cit., IV, coll. 719-720 et 728, Plutei XXXII Dext. Codd. IV-VIII), quorum multi a. 1808 in Laurentianam redierunt, nescio utrum nunc in hac bibliotheca serventur. Notandum quod Bandinius in subscriptione codicis 354 ita legit: . . . *scripsit eum Robertus a Beato Remigio de Florentia de petitione Prioris ipsius Divi Remigii de Florentia*, in subscriptione autem codicis 355 omittit verba *Reportata* et *Sñas*.

Quodlibeta sexdecim (1-2. Communia de Deo et creaturis; 3-5. Propria de Deo; 6-7. De anima intellectiva; 8-10. De anima intellectiva beata; 11-15. De habitibus animæ; 16. De formis miscibilium) extant mss. sæc. XIV: Parisiis in Nationalis lat. 14566, qui dicitur finitus mense martio 1349 (stylo novo 1350), 15867, 17485, ubi opus dicitur « editum et completum anno gratie M°CCC°XX° »; Tolosæ in biblioth. publ. codd. 180, 739 (anni 1335), 744; Augustæ Arvernorum (Clermont-Ferrand) in biblioth. publ. cod. 109. Romæ in bibliotheca Corsiniana servabatur (Mss.1361) eorumdem Quodlibetorum codex iam proprius S. Andreæ Corsini (defuncti a. 1373), qui verisimiliter servatur nunc Florentiæ in Archivo excellent.mae Domus Corsiniæ. — Codex Asisiensis a Sbaralea citatus extat nunc Asisii in bibliotheca civica ad num. 136. Cf. L. Alessandri, Inventario dell'antica biblioteca del S. Convento di S. Francesco in Assisi compilato nel 1381, Assisi 1906, p. 21 n. XCVI, et p. 41 n. 136.

Commentarii in quatuor libros Sententiarum (in tertium librum alteri) et *Quodlibeta* prodierunt simul duobus tomis in fol. Tomus primus in duas partes divisus, editus Romæ ex Typographia Vaticana a. M.D.XCVI, continet Commentarios in primum librum Sententiarum a F. Constantio Card. Sarnano ex multis codicibus mss. studiose recognitos et suæ integritati restitutos, nec non notis pretiosis in marginibus illustratos, quæ tamen non omnes sunt Sarnani, quum haud paucæ, præsertim eæ quæ auctores demonstrant a Petro Aureoli obscure citatos, in nonnullis codicibus reperiantur, ut in lat. 15368 bibliothecæ Nationalis Parisiensis. Tomus alter editus Romæ ex Typographia Aloysii Zannetti a. MDCV (ab obitu Card. Sarnani decimo; Paulo V summo pontifice) Sumptibus Societatis Bibliopolarum D. Thomæ Aquinatis de Urbe, in quatuor partes divisus, complectitur Commentarios in 2um, 3um, 4um librum Sententiarum et Quodlibeta, omnia tamen valde corrupta nullisque notis elucidata.

Tractatus de decem præceptis Petro de Aureolis adscribitur tantum in codice bibliothecæ Bodleianæ a Sbaralea citato (sæculi XV), qui est 10us Classis VI. D. 6 (Catalogi librorum mss. Angliæ et Hiberniæ to. I par. I, Oxoniæ 1697, p. 117, n. 2231. int. 1); invenitur nonnihil diversus Oxonii in cod. XIII Collegii B. Mariæ Magdalenæ et in aliis duobus codicibus omnibus sæculi XV, absque nomine auctoris; quare non absque dubio Petro Aureoli tribui potest. Incipit: *Non habebis deos alienos. Exod. 20. In hoc primo mandato, sicut liquet ex glosis, præcipitur unius solius veri Dei cultus*; desinit: *ausus est præsumere divinitatem ut, quia vidit ceteros inferiores, seipsum præferret ut Deum.*

Tractatus de conceptione B. Virginis Mariæ compositus ex auctoritate nonnullorum codicum anno 1314 (stilo veteri gallico), atque, ut deduci potest ex nota quadam a Petro de Alva et Astorga relata in « Monumenta antiqua seraphica pro Immac. Conceptione Virg. Mariæ » p. 79, non ante exeuntem decembrem, extat ms. sæc. XIV Romæ in biblioth. Nationalis cod. 1405 (Sessor. 100), qui dicitur « scriptus a iohanne eltato de frysia in monte albano. Anno domini. M°CCC°XV°. In uigilia sancti bartholomei apostoli consumatus », Asisii in biblioth. civicæ cod. 193, Carnoti in biblioth. publ. cod. 428, Cracoviæ in biblioth. Universitatis cod. 1600, Erfordiæ in bibliotheca civica collectionis Amplonianæ ms. in 4 n. 131, in S. Floriano (apud Lincium) in biblioth. Capitularis cod. 138. Prodiit typis expressus: 1. Absque ulla nota in 4 (40 ff. sign. a-e; 33-34 ll.; dupl. char. goth.) Mogontiaci per Petrum Schoeffer circa a. 1490, cuius editionis exemplaria alia ab aliis nonnihil differunt (cf. Catalogue of books printed in the XVth century now in the British Museum, Part I, London 1908, p. 38); 2. Lovanii a. 1665 inter « Monumenta antiqua seraphica » supra citata; 3. Coloniæ Agrippinæ a. 1671 in Appendice operis « Principatus incomparabilis primi Filii Hominis, Messiæ et primæ parentis Matris Virginis . . . Authore Theodoro Moreto Soc. Jesu »; 4. Ibidem a. 1695 in eiusdem operis editione novissima, cui titulus « Principatus Filii Hominis Jesu et Matris Virginis Mariæ in conceptione immaculata incomparabilis . . . » Append. pp. 1-26; 5. Ad Claras Aquas prope Florentiam ex Typographia Collegii S. Bonaventuræ a. 1904 in « Fr. Gulielmi Guarræ, Fr. Joannis Duns Scoti, Fr. Petri Aureoli Quæstiones disputatæ de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis » pp. 23-94, ex quatuor antiquis codicibus, præsertim romano, emendatus. Non est editus Lipsiæ a. 1489, neque a Petro de Alva et Astorga in « Bibliotheca virginalis » Matriti a. 1648.

Opus « *Repercussorium* » Petro Aureoli tributum inest codicibus (supra memoratis) 1405 biblioth. Nationalis Romanæ, scriptum eadem manu qua *Tractatus de conceptione*, Erfordiensi (eiusdem pæne antiquitatis cuius romanus) ac biblioth. S. Floriani, item Dusseldorpii Archivi regii codici IV, 97 sæc. XV, atque inerat cuidam codici extanti in bibliotheca pontificia Avenionensi c. an. 1375 (cf. Franc. Ehrle, Historia bibliothecæ Romanorum Pontificum tum Bonifatianæ tum Avenionensis, Romæ 1890, p. 476 n. 292); ipsum plane eumdem auctorem prodit quem *Tractatus de conceptione*; quare absque dubio est Petro Aureoli adscribendum. Verba, quæ leguntur in nonnullis codicibus, ut in romano, « *editum contra adversarium innocentiæ matris Dei* », et verba conclusionis octavæ « *Præterea in eodem libello adducuntur quadraginta auctoritates, quas ipse compositor invenit in dictis sanctorum* » moverunt Petrum de Alva et Astorga ut illud diceret scriptum contra Gulielmum de Gannato, qui adversus Immaculatam Conceptionem edidit tractatum « De vera innocentia matris Dei » in eoque recitavit pro sua sententia dicta multorum doctorum, ex quibus a Joanne Capreolo (Defensiones theologiæ D. Thomæ seu Quæstiones in quatuor libros Sententiarum: in III Sentent. dist. III, art. 1) duodequadraginta nominantur; sed in errorem lapsus est, ut Echard, Sbaralea et alii: verba enim « *Præterea in eodem libello* etc. non sunt auctoris sed eius contradictoris ignoti, qui dici potuit « *adversarius innocentiæ matris Dei* », ab auctore relata ut iisdem respondeat, et libellus, de quo ibi agitur, est *tractatus* ipsius Petri Aureoli *de conceptione*. *Repercussorium* non prodiit Lipsiæ a. 1489, quod non testatur Petrus de Alva et Astorga locis supra citatis, ubi illud ne nominat quidem, neque prodiit Matriti a. 1648 in « Bibliotheca virginalis »; excusum est primum a. 1665, deinde a. 1671, 1695, 1904 post *Tracta-*

tum

Digitized by Google

tum de conceptione in editionibus supra memoratis. Scriptum paulo post *Tractatum de conceptione*, ut initio operis et conclusionis octavæ declaratur, in codice erfordiensi dicitur compositum Tolosæ a. 1314, quem annum ei adscribit etiam Petrus de Alva et Astorga in sua editione anni 1665.

Explanatio epistolæ S. Bernardi ad canonicos Lugdunenses, impressa etiam cum *Tractatu de conceptione* in editione eiusdem maguntina, de qua supra, et a Theodoro Moreto a. 1671 et 1695 in editionibus iam indicatis, non est cur Petro Aureoli tribuatur, quum eam codices mss. eidem non adscribant et in editione maguntina dicatur compilasse « *fr. Petrus de Verberya anno* MCCCXXXVIII ». Petrus Aureoli ad obiectiones, quas ex dicta epistola aliqui deducebant contra Immaculatam Conceptionem, respondit, sed aliis verbis, in *Tractatu de conceptione*, cap. IV et VI.

Sermones de Immaculata Conceptione, quos Dupinus, loco a Sbaralea indicato, Petro Aureoli tribuit, aitque impressos Tolosæ a. 1514, puto nihil aliud esse quam *Tractatum de conceptione* (qui in codice Carnotensi 428 inscribitur « *Sermo* de conceptione Virginis ») atque *Repercussorium*, *edita* seu composita Tolosæ a. 1314.

Opus « *Rosæ distinctiones* » nimis confidenter a Sbaralea idem dicitur ac « *Rosa distinctionum Petri Cardinalis* ». Citari non videtur ab Angelo de Clavasio in sua Summa.

Sermonum codex Asisiensis a Sbaralea indicatus servatur nunc Asisii in bibliotheca civica ad num. 522, et est sæculi XV. Novem Petri Aureoli *sermones de tempore* impressi sunt Basileæ per Jacobum Pforzhemium a. 1502 in 4 in prima parte huius editionis: « Sermones aurei atque subtiles de tempore et de sanctis cum communi sanctorum S. Bonaventuræ », de qua editione fortasse (cf. S. Bonaventuræ opera omnia, IX, Ad Claras Aquas 1901, pp. XI, XIII), non vero de quadam collectione sermonum ms., loquitur Angelus Rocca in epistola a Sbaralea citata. Ex iis novem sermonibus postremi duo (de ascensione Domini iidem verisimiliter sunt ac qui extant in opere: « In Sermones Doctoris S. Bonaventuræ et in evangelia de tempore a Paschate usque ad Adventum Scripturales Introductiones F. Matthiæ Bellintani » (Venetiis Apud Petrum Dusinellum, 1588; coll. 188-206), quorum primus incipit *Cum sit splendor gloriæ . . . Quælibet enim res tendit ad locum suum*, alter vero *Introivit in ipsum cœlum . . . Triumphalis Christi subiectio. — Fratris Petri de ordine Minorum sermones* duo supra nonaginta in evangelia de tempore, ab adventu ad dominicam vigesimamquartam post pentecosten inveniuntur Venetiis in bibliotheca Marciana cod. lat. 36 classis VI sæc. XV. An Petri Aureoli, ut putavit Joseph Valentinelli (Bibliotheca mss. ad S. Marci Venetiarum. Codices mss. latini. Tom II, Venetiis 1864; p. 168)? Vide tamen infra ad num. MMMCCXXII.

Tractatus de baptismo valde dubius censeri debet In « G. Mazzatinti, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia » t. IV (Forlì 1894) p. 102, ubi codex Asisiensis describitur, nulla de hoc tractatu est mentio. Initium a Sbaralea relatum est potius unius quæstionis circa baptismum, quam tractatus integri de eo; quæstio autem similis est quæstioni motæ a Petro Aureoli in Commentariis in librum IV Sententiarum, dist. II, art. 3: *De baptismo Joannis, utrum fuerit verum sacramentum.*

Tractatus de paupertate ex ipso textu scriptus videtur ante Constitutionem Clementis V « Exivi de paradiso » (i. e. ante diem 6 maii a. 1312). Extabat Petro Aureoli tributus in duobus codicibus bibliothecæ pontificiæ avenionensis anno 1375 (cf. Ehrle, op. cit., p. 476 n. 292, et p. 496 n. 613).

Ad opus « *De parvis quæstionibus* » probabiliter pertinent tres breves quæstiones contentæ in Collegii Balliolensis Oxoniensis codice LXIII sæc. XIV (qui foll. 1-18 exhibet initium Commentariorum Petri Aureoli in secundum librum Sententiarum). Hæ sunt ex Henr. O. Coxe (Catalogus codicum mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxonii 1852, Par. I): 1. (fol. 19) *Eiusdem* [Petri Aureoli] *determinatio, Utrum virtus in quantum virtus sit ens per accidens, contra Thomam de Wylton* incip. *Quia sic, quod includitur*; 2. (fol. 20b) *Petri Aureoli Utrum actus differat a forma agentis* incip. *Quod, quia modus rei non est*; 3. (fol. 86) *Petri Aureoli quæstio Utrum videns Deum videat omnia quæ in eo repræsentantur* incip. *Quod sic, videns representans necessarium.* Eadem argumenta tractat Petrus Aureoli in quodlibetis XI, II, X, sed dissimili ratione et multo diffusius. — Bartholomæus Pisanus loco a Sbaralea citato adducit absque dubio *Commentarios in libros Sententiarum*, qui haud raro in codicibus *Lectura reportata* et *Reportationes* dicuntur.

Tractatus de principiis naturæ seu simpliciter *de principiis* extat manu scriptus sæc. XIV, Petro Aureoli tributus in codicibus biblioth. Nationalis Romanæ 1405 (Sessor. 100), foll. 44-128. et biblioth. Patavinæ S. Antonii XIII, 295, absque autem auctoris nomine in biblioth. publicæ Avenionensis codice 1802 et integer iuxta Catalogum L. H. Labande anni 1894, mutilus iuxta Valois (opere infra notato, p. 508) postremis libri III capitibus ac libro IV. Dividitur in quatuor libros; incipit: *Principiorum notitia quantum sit efficax et necessaria in perscrutatione veritatis*; explicit: *oppositiones propriæ et virtutes alterius speciei.*

Computus fratris P. ad Episcopum Claromontensem A. nulla pæne ratione adscribi Petro Aureoli videtur. Codex memoratus servatur nunc Asisii in bibliotheca civica ad n. 174, et est antiquior anno 1382. Cf. L. Alessandri, op. cit., p. 9 n. XXIX, et p. 39 n. 174.

Alia opera Petro Aureoli tributa:

Compendium librorum quatuor Sententiarum. Extat Nemausi (Nîmes) in bibliothecæ publicæ cod. 38 sæc. XV sic incipiens: *Petrus Aureolus, imitator S. Thomæ, compilavit hoc opus ad honorem Francisci, patris ejus. Librorum quatuor sententiarum compendium, quod per quæstiones . . . et conclusiones veridicas procedit, feliciter incipit. Cupientes aliquid de penuria ac de tenuitate nostra, cum paupercula, in gazophylacium obolum mittere* (*Luc.* XXI, 2), *ardua scandere, opus ultra vires nostras agere præsumpsimus.* Invenitur etiam in codice Vaticano lat. 944 exeuntis sæc. XIV (foll. 1-67) cum titulo *Lectura Petri Aureoli super libros Sententiarum*, et cum hoc elogio: *Quæ quidem lectura tota est aurea, eo quod brevissimo verborum ornatu omnium doctorum antiquorum opiniones recitat et maxime B. Thomæ et B. Bonaventuræ, approbando verissimis rationibus semper veriorem.* Hoc opus in libros non dividitur, ac proinde idem non est atque *Compendium theologiæ* a Waddingo Petro Aureoli tributum: desinit: *unde ignis ille erit turbosus et fumosus et fæculentus.*

Recommendatio sacræ Scripturæ inest Petro Aureoli adscripta in codice biblioth. Nationalis Parisiensis lat. 14566 sæc. XIV (ff. 2-7) ante eiusdem Aureoli Quodlibeta. Incipit: *In me omnis spes vitæ et virtutis. Eccli. 24. Dicit Gregorius, Omelia* VII[a] *super Ezechielem: Divina eloquia cum legente crescunt*; explicit: *et foras non egredietur amplius, sed in æternum regnabit cum Christo, quod nobis concedat Jesus Christus*, etc. Conferendus est ms. Erfordiensis in 4 n. 124 medii sæc. XIV, in quo foll. 142-164 continetur compilatio quædam sic descripta a W. Schum (Beschreibendes Verzeichniss der Amplonianischen Handschriften-Sammlung zu Erfurt, Berlin 1887, p. 383): *De peccatis sexualibus, de temptationibus Christi, de auctoritatibus bibliæ, de turri virtutum, de commendatione sacræ scripturæ secundum doctrinam Petri Aureoli*, etc.

Expositio Epistolarum S. Hieronymi ad Paulinum et ad Desiderium. Invenitur in codice biblioth. Patavinæ S. Antonii IX. 165 sæc. XIV post Petri Aureoli *Compendium sensus literalis totius S. Scripturæ.* Incipit (cf. Josa, op. cit., p. 42): *Frater Ambrosius etc. Ad evidentiam huius Epistolæ.*

Postilla litteralis in Pentateuchum. Continetur in eodem codice post dictam *Expositionem.* Incipit: *In principio creavit Deus etc. Circa librum Genesis ista sunt.*

Postilla, ut videtur, *in Apocalypsim*, iuxta codicem 409 bibliothecæ publ. Turonensis exeuntis sæc. XV, in quo extat (fol. 159 sqq.) *Secundum Aureolum liber Apocalipsis*; nisi extractus sit ex opere *Compendium sensus litteralis totius sacræ Scripturæ.* Cf. Catalogue gén. des manuscrits des bibliothèques publ. de France. Départements. Tome XXXVII (Paris 1900), pp. 331-333.

Logica. Inest codici Vatic. lat. 946 (ff. 1-15) sæc. XIV continenti etiam (ff. 87 v°-91 v°) breve Compendium Quodlibetorum Petri Aureoli. Incipit: *Ad rudium eruditionem et mei exercitationem opusculum super Logicam componendum decrevi, aggrediens quidem rem michi omnino difficilem, attamen tam michi quam ceteris parvulis lacte indigentibus utilem*; explicit: *et sic de similibus est dicendum. Et hæc de fallaciis dicta sufficiant.* Opusculum, ut puto, non genuinum; manu enim XVI vel XVII sæculi Petro Aureoli adscribitur, et initium ipsum, ni fallor, eidem minus conveniens videtur.

Cf. Franz Stanonik, Ueber den äusseren Lebensgang und die Schriften des Petrus Aureoli, in « Der Katholik », LXII (Mainz 1882), pp. 315-327, 415-426, 479-500; Noël Valois, Pierre Auriol, Frère Mineur, in Histoire littér. de la France, XXXIII (Paris 1906), pp. 479-527. De eius doctrina consulendus præcipue K. Werner, in operibus Der heilige Thomas von Aquino, III (Regensburg 1859), pp. 180-244, et Der Averroismus in der christlich-peripatetischen Psychologie, Wien 1881, pp. 177-231.

MMMCXIV.

PETRUS BALDELLI Fabrianensis vir doctus, et

Digitized by Google

et ecclesiastes haud ignobilis ineunte seculo xv. scripsit

Sermones Dominicales, et Festivos ex ms. Hist. provinciæ Marchiæ Hilarii Altobelli.

MMMCXV.

B. PETRUS BAPTISTA e vico S. Stephani Abulensis diœcesis Theologiæ studuit Salmanticæ, postea Ordinem Min. Regul. Observ. Discalceat. in provincia S. Joseph amplexus, verbi Dei insignis prædicator evasit: deinde fidei ardore permotus Philippinas Insulas adiens Episcopus Camerinarum delectus est; sed infidelium conversionem sitiens in Japoniam profectus, ibi plures in viam veritatis perduxit; demum cum aliis cruci affixus martyrii coronam reportavit an. 1597. die 5. Februarii; eum, et socios Urbanus VIII. anno 1627. in *Beatorum* numerum retulit. Scripsit

Consultationem moralem Regularem, quæ ms. asservatur Arenis in Conventu S. Andreæ, et

Epistolas plures e carcere datas, et iterato hispane, et latine publicatas. De eo Bollandus, Arturus, Tiburtius Navarrus, Hueber, et Jo: a S. Anton. in utraque Biblioth., et to. 1. Chron. provinciæ S. Pauli lib. 5.

Apud Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana (Prato 1879) p. 36, n. 64, ex Fel. de Huerta (Estado de la Santa y Apost. Provincia de S. Gregorio Magno etc.) hæc adduntur:

Defensorio del derecho de los Religiosos Franciscanos por predicar en el Japon: por el P. Fr. Pedro Bautista Franciscano Descalzo. 1595. ms.;

Carta pastoral a sus subditos en el Japon: a. 1595. ms.

In sanctorum numerum una cum martyrii sociis relatus est a Pio IX anno 1862 die 8 iunii. Plurima de eo opera recenset Henr. Cordier, Bibliotheca Japonica, Paris 1912, coll. 202-214.

MMMCXVI. 1621.

PETRUS BARAONA = ab autore Biblioth. Hisp. pag. 137. et 138. dicitur *de Barahona* natus in oppido *Villa-hermosa* vallis de Valdiviesso in montanis Burgensibus, et in Cœnobio S. Joannis Regum Toleti anno 1575. ad Ord. Minor. admissus ex Francisco Haroldo, et Petro Salazario. Waddingus de eo agit iterum infra v. *Petrus Varrona*. De eo ad calcem *Quodlibeti Petri Aureoli* ms. Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum sub FF. n. 10. ita legitur: *Petrus Varaona oppidi de Valhermosa apud vallem de Valdirielso cælesti dono, et gratia vocatus sacræ Ord. Minor. philadelphiæ sociatus, ac Seraphico habitu indutus fuit in hoc S. Jo: Regum insigni Conventu 7. die Octobris anno post Christum natum septuagesimo quinto post millesimum. Vixit ad sexcentesimum, et deinde. Scripsit ista, quæ sequuntur, Opera: tractatum super Missus est; super Ave Maria: de nominibus Christi: de fraternitate; de hospitio FF. Minorum, et symbolo charitatis, et misericordiæ; de arcano verbo super Epist. B. Pauli ad Hebræos juxta vulgatam editionem, et syriacam interpretationem; de conceptu virginali; super Epistolam B. Apostoli ad Galatas; et super psal. 86. Fundamenta ejus*, ex Jo: a S. Anton.; sed ea in nota desunt

Floretum morum sacræ Scripturæ incip. *Mos primus circa præpositiones A, vel Ab*, ordine alphabetico ms. in 4. m. asservatum Matriti apud Præmonstratenses Conv. S. Norberti sub C. n. 29. ex Jo: a S. Anton. to. 3. in append. v. *Petrus Varona*; et

Declarationes super titulos Psalmorum pro Dominicis Quadragesimæ ad vespertinas conciones, quas recenset Waddingus in *Petro Varrona*. Forsan ista scripta sunt post exaratam supradictam notam; clarebat enim adhuc anno 1610. ex cit. Jo: a S. Anton.

Tractatus super Ave Maria prodiit Salmanticæ an. 1596. in 4. apud Jo: Renaut.

De nominibus Christi lingua vulgari.

De arcano verbo, sive *de vivo, omniumque factivo sermone Dei, atque de concionatoribus ejusdem super illud Apostoli ad Hebr. 4. Vivus est sermo Dei* etc. Matriti an. 1595. in fol. apud Ludovicum Sanchez.

De conceptu virginali latine.

Interpretatio literalis, moralis, et mystica psalmi 86. Fundamenta ejus, Immaculatæ Conceptioni B. V. aptata. Salmanticæ an. 1596. in 4. typis Jo: Renaut.

De eo agunt Marraccius, et Petrus de Alva in Militia.

MMMCXVII. 1622.

PETRUS BARRON = vivebat an. 1640. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 436. exscripsit Waddingum.

MMMCXVIII. 1623.

PETRUS BELLOCHIUS = Jo: a S. Anton. accepit ex Waddingo.

MMMCXIX.

PETRUS BENJUMEA Hispanus prov. Beticæ Reg. Observ. scripsit vernacule

De recta intentione S. [corr. *electione R. R. P.*] *Fr. Joannis Marinero in Ministrum Generalem Ordinis* impres. in 4. sine loco, et anno.

Super litteras Gregorii XV. de abrogatione Patrum perpetuorum impres. in 4. sine loco, et anno. Extat Hispali in Biblioth. Conv. S. Antonii.

Conciones varias, teste Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXX. 1624.

PETRUS BERGERIUS = non Gallus, sed Italus, cum Secusia, vulgo *Susa* sit diœcesis Taurinensis, et familia *Bergera* etiam Taurinensis Cabalarii domina an. 1643. Antistitem Taurinen. habuerit Julium Cæsarem ex Italia sac. Ughelli to. 4.; Petrus vero an. 1628. Friburgi cum aliis 3. Magistris Ordinis Minor. Conv. dicitur approbasse librum *Boniti Combassonis*, vocaturque ibi *Exprovincialis*; sed, ut dictum est supra in *Bonito Combassonio*, et *Andrea d'Aleret*, cum nomina illa conficta sint, et minime Conventuales extiterint, nullus dubito, quin huic quoque Opus hoc affictum, confictumque fuerit: illud sane non vidi, cum in Italia rarum sit, vel nullum; illius quidem meminit Franchinus in Bibliosoph. num. 286., sed ex Waddingo.

Librum latinum in gallicum idioma transtulit hoc titulo: La Suffisance de la communion sous une espece: qui prodiit Parisiis an. 1630. in 8.; nisi sit alius, et forsan ille *Petrus Bergeron*, cujus est typis

Relation des voyages en Tartarie de Rubruquis, de Carpin etc., *avec deux traictés des Tartares, et des Sarasins.* Parisiis an. 1634. in 8. De hoc agit et Vernon, et Jo: a S. Anton. to. 2.

In approbatione operis Boniti Combasson, saltem iuxta editionem quæ prodiit Coloniæ Agrippinæ apud Constantinum Münich anno 1641 in 16 (quam vidi Romæ in biblio-

theca

Digitized by Google

theca Angelica), hic Petrus Bergerius se subscribit *Petrus le Berger Segusianus exprovincialis*, indicans, ut videtur, verbo *Segusianus*, regionem, non urbem patriam, quum Segusiani sint populi Galliæ Lugdunensis, cives autem Segusii (*Susa*) dicantur rectius Segusini. Cf. Guill. Freund, Grand Dictionnaire de la langue latine . . . augmenté par N. Theil, III, Paris 1865, p. 208.

Libri « *La Suffisance* . . . . » auctor, non interpres, dicitur Petrus Berger; hic autem nulli religioso ordini fuit addictus. Cf. Nouvelle Biographie générale, V (Paris 1853) col. 500; Fr. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, I (Paris 1858) col. 1061, II col. 549, IV col. 1076; Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale. Auteurs. XI (Paris 1902) col. 214; H. Hurter, Nomenclator literarius theologiæ catholicæ, III (Œniponte 1907) col. 719. — Quoad Petrum Bergeron, qua ratione cum Petro Berger confundi possit non video.

MMMCXXI.

PETRUS BERGOMENSIS provinciæ Brixien. Min. Capuccinorum alumnus, vir doctrina, pietate, ac sanctis moribus ornatus decessit Brixiæ an. 1619. ætatis suæ 82., cum scripsisset

Commentaria doctissima *super Regulam S. Francisci Minoribus Fratribus præscriptam, et secundum mentem ejusdem Seraphici Patris* ex autore Bibliothecæ Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 438.

Commentaria etc. scripsit italico sermone, testibus Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia.

MMMCXXII.

PETRUS BERMUDEZ Hispanus primo *Tertii Ordinis Claustr.* provin. Sancti Michaelis, postea Regul. Observ. provin. Granaten., latine, et græce doctus, Philosophiæ, Theologiæ, ac Juris utriusque peritus, scripsit, teste Jo: a S. Anton. to. 2.,

Opusculum de institutione solemnitatis Præsentationis Deiparæ Virginis ex Chron. provinciæ Granaten. tract. 3. cap. 68. Obiit anno 1643.

MMMCXXIII.

PETRUS BESSONIUS Gallus Drocensis provin. Parisiensis Minor. Capuccin. concionator pius, et evangelicarum virtutum meritis ornatus an. 1598. Aureliani ab hæreticis pro fide catholica martyrio coronatus est; ejusque corpus septimum post annum integrum, incorruptum, ac rubente sanguine conspersum inventum asseritur a Boverio to. 2. Annal. Capuccin. ad eum annum; reliquitque post se

Nonnulla Opuscula, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Jo: a S. Anton. to. 2.; sed qualia fuerint, non exponitur.

Ex Dionysio Genuensi, Bernardo a Bononia, et ipso Boverio obiit anno 1589, non autem 1598.

MMMCXXIV.

PETRUS BESUTIUS patritius Mediolanensis, et illustris Jurisconsultus in patria primum, postea et Papiæ Juris civilis Lector primarius circa annum 1437. obiit Mediolani in Ecclesia S. Francisci prope pulpitum humatus; cum scripsisset, referentibus Morigia, Ghilino par 2. Theatri Vir. illustr., et Picinello in Athen. Mediolanen.,

De appellationibus.

Repetitionem in l. Re conjuncti.

De legatis lib. 3., et *alia.*

Paulus Morigia, quem dixi, de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 1. scribit, extitisse *Minoritam Conventualem*, ejusque mentionem egisse Philippum Decium, Jasonem, Catelanum Cottam de Juris peritis, et M. Mantuam de Vir. illustr., teste cit. Abb. Philippo Picinello; qui tamen de Instituto Regul. silent; quare vereor, aut Morigiam lapsum, aut eum 3. *Ordinis* S. Francisci institutum potius in seculo tenuisse; ni velint, et prope mortem, ut plures fecerunt, etiam *Minorum* Ordinem esse professum, ut de Baldo Perusino traditur.

Ex nullo, ut videtur, antiquo documento constat Petrum Besutium, etsi in Mediolanense iurisperitorum Collegium prope finem sæculi XIV cooptatum, Mediolani ius civile legisse; illud autem professus est non solum Papiæ, sed et Augustæ Taurinorum, huc conductus teste G. Panzirolo (De claris legum interpretibus, Venetiis 1637, p. 186) a Ludovico principe Achaiæ (defuncto die 6 decembris a. 1418). Ex opere « Memorie e documenti per la storia dell' Università di Pavia e degli uomini più illustri che v' insegnarono » (Pavia 1878, par. I, p. 35) fuit Papiæ anno 1407 (usque ad 15 septembris 1408) *deputatus ad lecturam extraordinariam Juris civilis, item ordinariorum pro Cristoforo Castiglioni*; anno 1418-19 *lector ordinarius Decretalium*; anno 1419-20 *lector extraordinarius iuris civilis*, item anno 1433. Dolosa nece e vivis est sublatus, iuxta idem opus « Memorie etc. » a. 1433 (die 15 iulii), iuxta epitaphium a Philippo Argelato in « Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium » (to. I par. II, coll. 153-154) relatum, a. 1443. Tria opera, a Sbaralea post Picinellum, Argelatum, Mazzuchellium ei speciatim adscripta, duo revera sunt, nempe *De appellationibus*, et *Repetitio in legem Re coniuncti ff. de Legatis* III. Eadem Ghilinus, fortasse omnium primus, dicit impressa, et Argelatus extare ait in Repetition. Vol. IV pag. 404, quod fere exscribit Mazzuchellius; sed dubito an hoc de tractatu *De appellationibus* verum non sit, quum Aug. Fontana in opere « Amphitheatrum Legale » eum impressum non dicat, et tum Mart. Lipenius in « Bibliotheca realis iuridica », tum Gottl. Aug. Jenichen, Aug. Frid. Schott, Ben. Car. de Senkenberg, qui Lipenii opus supplerunt, eum omnino prætermittant. *Repetitionem in l. Re coniuncti* inveni in « Repetitiones decem legum trium ff. veteris, totidem infortiati. Et quattuor. ff. novi » (Parisiis) Joh. Barbier pro Joh. Petit 1509 in 8, par. II fol. XV v° - XXVIII r°; item in « Repetitionvm seu commentariorvm in varia ivris consvltorvm responsa Volumen Quartum » Lugduni Apud Hugonem à Porta, et Antonium Vincentium M.D.LIII fol. 279 v°-283 v°; item in « Repetitiones Juris Civilis » Venetiis, sub signo Aquilæ renovantis, 1608, IV foll. 404-409, quæ editio probabiliter ea est quam indicare voluerunt Argelatus et Mazzuchellius. — Quoad quæstionem utrum Petrus Besutius fuerit franciscanus, sententia affirmativa nititur adhuc solo testimonio Pauli Morigia « *Questo fu Frate di S. Francesco* » (quod Picinellus refert his verbis: « Paolo Morigia afferma che fosse Conventuale francescano »). Quum viri eruditi Picinello posteriores, de Petro Besutio loquentes, non solum eum franciscanum non dicant, sed ne opinionem quidem Pauli Morigia referant, verisimilius puto Paulum Morigia in errorem lapsum esse.

MMMCXXV.

PETRUS BETANCIUS Hispanus Regul. Observ. anno 1542. cum aliis missus ad Americanos in Christi fide istruendos, Guatimalæ in Mexicano regno populos erudire sategit, omniunque primus Europæorum illius gentis linguam tenuisse fertur, et *ediscendæ præcepta literis hispanicis* consignasse ex Annal. Min. to. 18. ad eum annum num. 22.

MMMCXXVI. 1625.

PETRUS DE BLANSACO = Engolismensis diœcesis oppido in Aquitania provincia, et Custodia Burdegalensi. Jo: a S. Anton. hic exscripsit Waddingum.

* PETRUS BONAVENTURA, quem hic recenset Jo: a S. Anton. ex Bibliotheca Telleriana, est P. Mag. *Bonaventura Manenti*, de quo suo loco.

MMMCXXVII.

PETRUS A S. BONAVENTURA Hispanus Strict. Observ. Discalceat. prov. S. Joseph alumnus

Digitized by Google

nus cum esset Guardianus Manilensis Cœnobii prov. S. Gregorii in Philippinis Insulis, typis mandavit

Dictionarium hispanicum tom. 2. in fol. Pilæ an. 1613. typis Thomæ Pimpin, teste Jo: a S. Anton. to. 2.

Dictionarium illarum Insularum. Ibidem, teste Fr. Anton. de Llave in Chron. prov. S. Gregorii trien. 14. indice ultimo.

Fortasse *Dictionarium hispanicum* et *Dictionarium insularum Philippinarum* unum opus sunt, idemque atque ita indicatum in « British Museum. Catalogue of printed books »: « *Vocabulario de Lengua Tagala. El Romance Castellano puesto primero.* 2 pt. Pila, 1613. 4° », et idem atque inscriptum *Diccionario Español Tagalog* apud Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana (Prato 1879), n. 609, ex Fel. de Huerta, Estado . . . . de la Santa y Apostolica Provincia de S. Gregorio Magno (Binondo 1865); ubi tamen, falso verisimiliter, impressum dicitur anno 1613 *Manilæ*, quum auctore Pardo de Tavera, Introduccion de la imprenta en Filipinas (Barcelona 1893), ars typographica Pilæ quidem a. 1613 exercita sit, Manilæ vero primum a. 1625. A Fel. de Huerta in op. cit. ei tribuuntur etiam

Varii christiani tractatus lingua tagala. — Obiit a. 1627.

MMMCXXVIII. 1626.

PETRUS A S. BONAVENTURA = et *Sepulveda* Regul. Observ. edidit

Jornada de l'Alma a Dios. 1614. in 16. ex Biblioth. Hisp. *Iter Animæ*, inquit Joan. a S. Anton. to. 2.

Juxta Nicolaum Antonium liber a Waddingo inscriptus *De oratione mentali* idem opus est ac *Jornada del Alma a Dios.*

MMMCXXIX.

PETRUS BONTERIUS Gallus una cum Joanne Verriero Presbytero circa initium seculi xv. conscripsit

Historiam de Insulis Fortunatis, vulgo Canariis primum per Joannem Betancurtium Gallum ex Normannia sub auspiciis Regis Castellæ subactis circa an. 1402. gallico sermone; quam in publicum editam cum notis, ac commentariis utilibus ad ejus confirmationem, ac terrarum hactenus incognitarum per Gallorum, aliorumque navigationes detectarum elucidationem literis mandavit Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1417. n. 13. ex Mariana, aliisque scriptoribus: et sane legitur: *Historie della primiere descoverte, et conqueste des Canaries* etc. *de Pierre Bontier, et Jean le Verrier mis en lumiere per Galien de Bethencours.* Parisiis anno 1630.

Histoire de la premiere descouverte et conqueste des Canaries faite des l'an 1402 par Messire Jean de Bethencourt, chambellan du Roy Charles VI; escrite du temps mesme par Fr. Pierre Bontier, Religieux de Saint François, et Jean Le-Verrier Preste, et mise en lumiere par M. Galien de Bethencourt, . . . Paris, chez Jean de Heuqueville. MDCXXX. in 8. — Paris, Michel Soly, 1630 in 8; editio quoad textum eadem, ut videtur, ac præcedens. — *Le Canarien. Livre de la conquête et conversion des Canaries. Publié d'après le ms. original par Gabriel Gravier.* Rouen, Métérie, 1874 in 8. — Versio hispana: *Historia del primer descubrimiento y conquista de las Canarias principiada en el año de 1402 por el Señor Juan de Bethancourt,* . . . *Escrita en el misme tiempo por Fr. Pedro Bonthier, Religioso de S. Francisco y Juan Le-Verrier Presbitero,* . . . *Producida de la edicion hecha en Paris el año de 1630, por D. Pedro M. Ramirez.* Imprenta Islena: Santa Cruz de Tenerife: 1847. in 8. — Versio anglica: *The Canarian, or, Book of the Conquest and Conversion of the Canarians in the year 1402, by Messire Jean de Bethencourt,* . . . *composed by Pierre Bontier Monk, and Jean le Verrier Priest. Translated and edited, with Notes and an Introduction, by Richard Henry Maior,* . . . London: printed for the Hakluyt Society. MDCCCLXXII. in 8; cum textu gallico. Auctor vocat se *moine de Sainct Jouin de Marnes.*

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana (Prato 1879), n. 85.

MMMCXXX.

PETRUS BONUS Mutinensis scripsit

Sermones, qui mss. olim extabant Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci iuxta veteris illius Bibliothecæ Catalogum anno 1421. confectum, qui adhuc asservatur in ejusdem Cœnobii Tabulario.

** *Sermones* ejus *Dominicales* num. 209, et

Tractatus de conficiendis sermonibus, extant mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii. **

Petri Boni Sermones dominicales in bibliotheca patavina S. Antonii iampridem deesse videntur ex Catalogis codd. mss. eiusdem bibliothecæ editis a P. Antonio M. Josa (a. 1886) et ab Aloysio M. Minciotti (a. 1842), qui solum indicant tractatum *De arte faciendi sermones,* cod. membr. sæc. XVI, fine mutilum.

MMMCXXXI. 1627.

PETRUS AD BOVES = gallice *Aux bœufs* Theologus Universitatis Parisiensis, et ecclesiastes eximius floruit anno 1390. usque ad 1430., et ultra; fuitque a sacris Confessionibus Isabellæ Stephani Ducis Bavariæ filiæ, et Caroli VI. Galliarum Regis uxoris: anno 1404. Parisiis coram Rege *Orationem* celebrem habuit pro Universitate ejusdem urbis contra Carolum de Savoisy, cujus Orationis meminit Anonymus Sandionysianus autor coævus in Vita Caroli VI. lib. 24. cap. 8.; et anno 1406. similiter Parisiis *Concionem* habuit mense Novembri in Conventu Cleri Gallicani *de subtrahenda Petro de Luna dicto Benedicto XIII.* obedientia ex Hist. Universit. Paris. to. 5. pag. 133.

Sermones in celeberrimis Lutetiæ Paris. Ecclesiis habiti prodierunt Lugduni an. 1520. in 4. apud Jacobum Marescal studio *Fr. Joannis Lagreni* Minoritæ, deinde Parisiis an. 1521. apud Jodocum Badium Ascensium, deinde Antuerpiæ an. 1643. in 4. apud Guillelmum Lesteenium cura F. *Sebastiani Bollande* Minoritæ, qui eosdem correxit, et ad omnium utilitatem adaptavit, teste ipsomet Waddingo infra in *Sebastiano Bollande*: extantque mss. Paris. in Biblioth. Colbert. cod 2452.; et in tres partes dividuntur: in prima sunt *Sermones adventuales*; in 2. *Sermones a Septuagesima usque ad diem Paschæ*; in 3. *Sermones a die Paschæ usque ad Adventum, et de Sanctis.*

Oratio ad Carolum VI. Regem, forsan de qua supra, ms. asservatur Parisiis in Bibliotheca Regia, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 439.

Sermones duos de Immaculata Conceptione citat Ferdinandus Salazar de Concept. Virg. cap. 42. sec. XVI., vocatque *Franciscum Petri ad Bobes.*

Comment. in 1. *Senten.* ms. asservari Asisii, scribit Waddingus, sed non edisserit, ubinam locorum: in nostra sac. Conventus Bibliotheca ego non reperi.

Petri ad Boves quædam mss. habentur Parisiis in Biblioth. S. Victoris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1374.

Agunt de hoc viro Willotus in Athenis Francisc., et Ludovicus Bailius in Biblioth. concionat. par. 3. cap. 86., nec non Oudinus to. 3. Comment. ad annum 1390.

Fratris Petri Ad boues . . . . *aureorum sermonum nusquam alias impressorum Prima* (*Secunda, Tertia*) *pars.* Lugduni in edibus

Digitized by Google

edibus Jacobi Mareschal. Anno MCCCCXX die XXVIII Aprilis, ultima Aprilis, XXI Maii; in 8. Extant Romæ in bibliotheca Vallicellana. Sunt sermones 66, qui ubi habiti sunt non proditur. In iis multa verba gallica et versus gallici occurrunt, ex quibus Joannes Lagrenus se deprehendisse dicit auctorem belgam sive picardum fuisse. Sermones VII et VIII primæ partis agunt *de conceptione B. M. V.*: sermones XXI, XXIII, XXIIII partis secundæ extant Turonibus in biblioth. publ. codice ms. 489 sæc. XV hac subscriptione ad primum apposita: « Et sic est finis historie dominice Passionis, elegantissime contixte per *bone memorie* religiosum virum fratrem Petrum ad Boves, ordinis fratrum Minorum, sacre theologie doctorem eximium, *cuius anime propicietur Dominus*, amen. *anno Domini 1408, die octavâ mensis augusti.* Deo gracias. » Cf. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France. Départements. XXXVII (1re partie; Paris 1900), pp. 393-394. — *Sermo magistri Petri ad boves de passione Christi* typis expressus in 4 absque ulla nota Pictavii per Joannem Bouyer forte circa annum 1482 extat Oxonii in bibliotheca Bodleiana. Cf. R. Proctor. An Index to the early printed books in the British Museum:... with notes of those in the Bodleian Library, n. 8742.

Oratio ad Carolum VI regem non indicatur in « Catalogus codd. mss. bibliothecæ Regiæ », tom. III et IV (Parisiis 1744), neque *Petri ad Boves quardam* a Leopoldo Delisle in « Inventaire des manuscrits latins de Saint-Victor conservés à la Bibliothèque Impériale sous les nn. 14232-15175 » (Bibliothèque de l'Ecole des chartes, 6e Série to. V, Paris 1869).

Petri ad Boves postilla super Apocalypsim incip. *Omnia subiecisti sub pedibus eius... Scriptum est in octavo Psalmo* extat Trecis in biblioth. publ. ms. 603 (saec. XV).

* PETRUS BURETIUS Belga Montanus = V. *Petrus Montanus:* ita enim hunc nonnulli vocant.

MMMCXXXII.

PETRUS BURGENSIS, cujus

Sermones arboris mss. pergam. Viennæ extant apud nostros ex Indice apud SS. Apostolos in Ordinis Archivo asservato, et anno 1593. confecto.

Petri Burgensis O.F.M. Collationes ad diversos status, quarum prima coram papa incipit « *Ecce sedes posita erat* » et explicit « *ut expedit ordinare* », ultima pro morte reginæ incipit « *Regina corruit in pallorem* » explicit vero « *et querit mendacium*, extant Vindobonæ in bibliotheca Palatina cod. ms. lat. 5513 chart. anni 1399, foll. 32v-87v. Cf. Tabulæ codicvm manvscriptorvm præter græcos et orientales in bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum, IV (Vindobonæ 1870). p. 146.

MMMCXXXIII. 1628.

PETRUS CABEZUDO = Reg. Observ. scripsit latine *libros* X. mss. in 4.; extantque in Biblioth. Conventus S. Ludovici, ubi fuit Guardianus, teste Fr. Francisco Velasquez in ms. Historia illius provinciæ Angelorum asservata Hispali, ubi narrat, hunc ad *Episcopatum Chilensem* assumptum fuisse. De eo Nicol. Anton., et Coronellus. Jo: a S. Anton. *Petrum Ximenez* ab hoc diversum facit, quem scripsisse dicit

Relationem provinciæ Burgensis.

MMMCXXXIV.

PETRUS CALANNA Thermensis provinciæ Siciliæ Min. Conv. sacræ Theologiæ Magister edidit latine

Orationem funebrem in exequialibus Philippi II. Hispaniarum Regis an. 1598. *defuncti.*

Orationem alteram in obitu ejusdem Philippi II. Regis italice ex Felice Ciatto apud Franchinum in Bibliosoph. n. 287.

Philosophiam seniorum, scilicet Platonicam, Scepticam etc. *ad Bernardinum de Cardines Siciliæ Proregem.* Panormi an. 1599. in 4. typis Joan. Antonii de Franciscis, quam vidi Bononiæ, et Florentiæ apud nostros. Philippus Cagliola in Hist. provinciæ Siciliæ Min. Convent. explor. 3. manif. 2. de *Concentu Thermarum* disserens vocat *Platonicum subtilissimum Philosophiam seniorum* edidisse; *quam Platonicis imbutam dogmatibus ad fidei veritatem poeticas aperiendo fabulas, et antiquorum Philosophorum paradoxa reserando mirabiliter, et ingenioso acumine redegit.* Obiit in patria die 19. Januarii 1606., et in Ecclesia sui Cœnobii seorsum ab aliis humatus ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, et Coronel. to. 7. Biblioth. univ. n. 237., et ex Jo: a S. Anton. to. 2.

Teste Antonino Mongitore (op. cit.) in nonnullis academiis graviores disciplinas docuit, magnam nominis famam assecutus, obiitque anno ætatis suæ 75.

Orationi ambi [sic] *funebri nella morte del potentissimo Re Filippo II nostro Signore. Recitate in la città di Termine, nella chiesa maggiore, Vna poi di haversi cantato musicalmente il vespro de' defonti, e l'altra nell'hora della messa cantata a 4 di Gennaro con diversi e varii pensieri.* In Palermo per Gio. Antonio de Franceschi, 1599. in 4. (Fil. Evola, Storia tipogr. lett. del secolo XVI in Sicilia, Palermo 1878, p. 188, n. 43).

Philosophia Seniorum Sacerdotia, et Platonica. A Junioribus et Laicis neglecta Philosophis. De mundo Animarum et Corporum. Ad.... D. Bernardinum de Cardines Ducem Maqueda,... Frater Petrus Calanna Thermitanus Himereus inter Sacræ paginæ Doctores minimus oblectabatur. Panormi Apud Jo. Antonium de Franciscis. 1599. in 4. (Romæ in bibliotheca Alexandrina.)

MMMCXXXV.

PETRUS A CALATIA Neapolitanæ provinciæ Min. Capuccinorum concionator doctus, et poeta eruditus typis dari permisit

Epigrammata varia moralia, et alia carmina. Neapoli 1648. apud Octavianum Beltramum.

Petrus a Calatia seu Caiacia, in sæculo Franciscus, ex nobili gente *Grazia*, undeviginti annos natus solemnia vota religiosa professus est Casertæ die 16 ianuarii a. 1617. Guardianus pluries, philosophiæ ac theologiæ lector, definitor, pie obiit Surrenti die 23 novembris a. 1667. Aliquot philosophicas quæstiones etiam tractavit, typisque edidit Neapoli a. 1648. Hæc ex « Memorie storiche cronologiche attenenti a' FF. Minori Cappuccini della Provincia di Napoli » opere Fr. Emmanuelis (Celentano) a Neapoli, quod manu scriptum sæc. XVIII servatur in archivo provinciæ neapolitanæ Ord. Capuccinorum (cf. Apollinaris a Valentia in Delphinatu, Bibliotheca Fratrum Minorum Capuccinorum provinciæ Neapolitanæ, Romæ et Neapoli 1886, pp. 136-137 et 79). Ab hoc auctore alium non puto Petrum a Mataluna, cui P. Bonaventura a Surrento, qui in opere « I Cappuccini della provincia monastica di Napoli o Terra di Lavoro (S. Agnello di Sorrento, 1879) Petrum a Calatia non indicat, adscribit ibidem (p. 39) *Epigrammata* Petro a Calatia supra tributa. Animadvertendum est de anno Petri a Calatia emortuali non convenire cum Emmanuele a Neapoli Nicolaum Toppi, qui in « Biblioteca Napoletana » (Napoli 1678), p. 215, tradit obiisse eum a. 1664.

MMMCXXXVI.

PETRUS CALDERINUS, al. Calderonus Messanensis Siciliæ provinciæ Min. Conv. sacræ Theologiæ Doctor, qui electus Episcopus Antiochensis obiit an. 1440. die 24. Novembris ex Rodulphio lib. 2. fol. 280., et Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 62.; et in Ecclesia S. Francisci Messanæ sequens accepit epitaphium a Georgio Gualterio relatum in Tabul. Sicil. pag. 83.

Hic jacet R. Pater, et Dominus [*Frater Petrus*] *Calderonus Episcopus Antiochensis electus, qui obiit anno Dmioni* MCCCC. XL. XXIV. *mensis Novembris. Cujus anima requiescat in pace.*

Commentaria super Oseam Prophetam scripsit, teste supracit. Cagliola explor. 3. manif. 1. pag. 58. et Jo: a S. Anton. to. 2.

Rodulphius atque ex eo Waddingus locis citatis hunc virum obiisse tradunt anno 1444, non vero 1440.

1629.

Digitized by Google

1629.

PETRUS CALO = etiam Gerardus Jo: Vossius hunc facit *Minoritam*, citatque Leandrum Albertum, qui tamen eum fuisse dicit *Ord. Prædicat.*; ac floruisse anno 1300., uti et S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 23., et Petrus de Natalibus in Catalogo SS., qui paulo post obitum hujus scriptoris exaratus est; quare Vicelius in errorem traxit Possevinum, et Vossium, sed non Bollandum in præfat. generali ad Vitas SS. cap. 1. §. 4., qui ex mss., et antiquis autoribus *Ord. Prædicatorum* extitisse cognovit.

MMMCXXXVII.

PETRUS DE CAMPIS Gallus natione primo Regul. Observ., postea Capuccinus prov. Parisiensis iterato sepulchrum Domini visitans, et hæreticos acerrime ubique insectatus scripsit latine

De controversiis fidei contra Calvinistas: obiitque Bruxellis anno 1589. ex autore Biblioth. Capuccinor. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXXXVIII. 1630.

PETRUS DE CAMPOPOLITO = Joan. a S. Anton. accepit a Waddingo.

MMMCXXXIX. 1631.

PETRUS DE CANADA = de Cañedo Salmanticensis, S. Officii Compostellæ Consultor edidit

Compendiolum de Sacramentis. Salmanticæ 1592. in 8. typis Renaut, teste Jo: a S. Anton. to. 2., vernaculo sermone ex autore Biblioth. Hispan.

Directorium Curatorum laudatum in Catalogo Scriptorum prov. S. Jacobi, teste eodem Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 441. Meminit ejus et D. Ægidius Gonzalez in lib. *de Ecclesia Salmantina.*

* PETRUS DE CANDIA = V. *Alexander V.*

MMMCXL.

PETRUS DE CANNETO, quod est oppidulum ducatus Mantuani versus Cremonam ad ostium fluminis Clusii in Ollium flumen se exonerantis, provinciæ S. Antonii, Venetæque alumnus e latino in idioma italicum vertit

Vitam Seraphici Patris Francisci a D. Bonaventura compositam, quæ prodiit Venetiis an. 1522. per Gregorium de Gregoriis in 4. die 13. Aprilis hoc tit.: *Legenda de Sancto Francesco composta per el Serafico Sancto Bonaventura, et reducta in vulgare per el Venerabile Patre Frate Pietro da Canedo.* Extat in Cœnobio Min. Observ. Arceruptæ prope Veronam, et Minor. Reformat. S. Mariæ Gratiarum de Arcu, testibus Anonymis Venetis in *Diatriba hist. chronol. crit. de gestis, et scriptis S. Bonaventuræ* par. 2. pag. 81. An autem sit eadem versio, atque illa, quæ prodiit Mediolani an. 1477. in fol. per Antonium Zarottum ex Maittaire in Annal. Typogr. to. 1. par. 1. pag. 384., Orlando de Orig. Typogra. pag. 101., et Saxio in Catalogo libror. Mediolan. pag. 561., et ibidem an. 1480. apud Philippum de Lavania Mediolanen. ex cit. Saxio p. 572., et postea alibi, incompertum habeo.

Translatio Petri de Canneto omnino diversa est a translatione typis edita Mediolani a. 1477 et 1480.

MMMCXLI.

PETRUS CANNUTIUS Potentinus in Lucania provinciæ Neapolitanæ Min. Conv. in facultate Musices valde exercitatus latine composuit

Opus de Musica titulo: *Incipiunt regulæ florum Musices editæ per venerandum Patrem Fratrem Petrum de Cannutiis Potentinum Ordinis Minorum collectæ ex visceribus multorum Doctorum, et maxime Severini Boetii, Guidonis, Pitagoræ, Aristoxenis, Metri Remigii, Franchini, Marchetti Mantuani, Fratris Bonaventuræ de Brixia, Tintoris, et nonnullorum aliorum, quorum nomina brevitatis causa non citamus*: in cujus fine legitur: *D. Johanni de Medicis T. S. Mariæ in Dominica Diac. Card. dig. impressum est Florentiæ apud plateam Dominorum per Bernardum dictum Zuchettam* etc. MD. X. in fol. parvo. Extat Romæ in Bibliotheca S. Mariæ Aræcæli, et ms. in nostra Musices Bibliotheca Bononiensi. Adducitur ab autore *Floris angelici* an. 1547. impressi cap. 33., et 34.

Codex ms., de quo loquitur Sbaralea, servatur nunc in bibliotheca Licæi Musici bononiensis, ubi extat etiam editio anni 1510. Cf. Gaspari Gaet, Catalogo della Bibliot. del Liceo Musicale di Bologna, I (Bologna 1890), pp. 172-173. Opus de musica plana totum agit. Cognomen auctoris apud varios scriptores non idem omnino est, neque in dicta editione uno modo enuntiatur, quum in titulo legatur *de Cannutiis*, in epistolæ nuncupatoriæ inscriptione *Cannutius*, in libri subscriptione *Cannutii* et *Cannuntii*.

MMMCXLII.

PETRUS CAPONSACCUS a Joanne a S. Anton. to. 2. mendose dictus *Caponsacchius*, de Pantaneto Aretinus patritius, quæ nobilis familia jam extincta est, vivebat anno 1586., typisque tradidit

Observationes in Cantica Canticorum, et Apocalypsim. Florentiæ an. 1571. in 4., et 1586. in fol., teste Jacobo Le Long to. 2. Biblioth. sacræ fol. 666., et ex eo cit. Jo: a S. Anton. Possevinus to. 3. Appar. sac. pag. 45., omisso Regulari Instituto, habet: *Petri Caponsacchi de Pantaneto Aretini in Joannis Apostoli Apocalypsim observatio ad Selymum II. Turcarum Imperatorem. Floren.* 1572.; ita et Simlerus in Biblioth. Gesner. pag. 555., et Daniel Gerdesius in Floril. pag. 51., unde liquet editioni 1586. additas fuisse *Observat. in Cantica Canticorum.*

Petri Caponsacchi de Pantaneto Arretini in Joannis Apostoli Apocalypsim Observatio. Ad Selimum II. *Turcarum Imperatorem.* (In fine:) Florentiæ. Apud Georgium Marescotum. III. Kal. Septembris 1572. in 4 (Romæ in bibliotheca Casanatensi). Editio prima, ut ex approbationibus patet. Secundum Franc. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, I (Paris 1858) col. 194, idem liber prodiit anno 1586 non coniunctus sequenti operi, apud eumdem Marescottum et eadem voluminis forma.

Interpretatio in Cant. Canticorum Salomonis. Ad Serenissimum Franciscum Medicem Magnum Etruriæ Principem. Auctore Petro Caponsacchio de Pantaneto Arretino. Florentiæ. Ex Officina Georgii Marescoti, M.D.LXXIII. in 4. Extat ibidem.

Petri Caponsacchi de Pantaneto Arretini. De Justitiæ, et Juris Auditione. Florentiæ, In Officina Georgii Marescoti, MDLXXIIII. in 4. (Ibidem). Eadem editio, cum anno tamen MDLXXV, servatur Romæ in bibliotheca Nationali.

Explicatio in Initium Sancti Evangelii D. Joannis. Auctore Petro Caponsacchio de Pantaneto Arretino. Florentiæ. In Officina Georgii Marescoti. MDLXXV. in 4. (In eadem biblioth. Nationali.)

Absque probabili ratione adscriptus hic auctor videtur Ordini S. Francisci, quum neque apud veteres nomenclatores neque in ullo ex quatuor opusculis supra indicatis Minorita aut minimum Frater vocetur, neque eum tertii saltem Ordinis fuisse aliquo modo constet.

MMMCXLIII. 1632.

PETRUS CAPULEUS = Cortonensis patriâ provinciæ Tusciæ Min. Convent. Theologus insignis, quem

Digitized by Google

quem Rodulphius ejus æqualis lib. 2. fol. 265. in Cust. Aretina laudat ab ingenii felicitate, vitæque probitate; rectis Veneto, Bononiensi, ac Romano S. Bonaventuræ Gymnasiis, ad Cupersanen. in Apulia Ecclesiam a Paulo V. anno 1605. assumitur; quam Sedem cum ad 20. annos feliciter rexisset, ibidem cessit ex hac vita anno 1625. die 24. Junii in S. Francisci Sacello a se in Cathedrali ædificato sepultus, ut legitur apud Ughellum to. 7. Ital. sac. in Cupersan. Episc. n. 34.

Comment. in primum Senten. D. Bonaventuræ librum prodiit Venetiis anno 1622. in fol. per Joannem Guerilium ad Alexandrum Card. Perettum missus.

Comment. in secundum Senten. D. Bonaventuræ librum ibidem anno 1624. in fol. D. Antonio Patavino dicatus ex Theulo in Triumpho Seraphico apud Franchinum in Bibliosoph. n. 288., Terrinca, Coronel. to. 7. Biblioth. univer. col. 1405., et Jo: a S. Anton. to. 2.

Fratris Petri Capullii.... Commentaria in primum Sententiarum librum D. Bonaventuræ prodiit Venetiis apud Jo. Guerilium anno 1623, non autem 1622. Extat cum *Commentariis in secundum librum* Romæ in bibliotheca Nationali. Capullium, non Capuleum, se dicit auctor in utriusque voluminis epistola nuncupatoria.

MMMCXLIV. 1633.

PETRUS CASCALES = florebat anno 1580. De eo Nicolaus Anton., et Petrus Gonzalez in Hist. Dominæ nostræ de Saliceto cap. 22. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXLV. 1634.

PETRUS DE CASTILLIONE = prov. Mediolanen. Min. Convent. sacræ Theologiæ Magister. Jo: a S. Anton. accepit ex Waddingo.

Phil. Argelatus (Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium, t. I (Mediolani 1745) par. II col. 381 dicit eum in Mediolanensi urbe ortum fuisse ex clarissima familia Castillionæa.

MMMCXLVI. 1635.

PETRUS DE CASTROBEL = Hispanus ex Majorica Legionensis diœcesis oppido Minor. Conv. Philosophus, Theologusque præstantissimus anno 1491. confirmatus fuit Minister provinciæ Aragoniæ in Capitulo Generali Asisii die 22. Maji ex Regesto Ordinis, ubi dicitur *Magister Petrus de Castrovol.* Edidit

Comment. super Symbolum S. Athanasii, cujus vetus editio in 4. sine anno reperitur in Extremadura in Bibliotheca Cœnobii Brocensis S. Mariæ de luce prov. S. Gabrielis sub A. n. 162. in calce habens: *Tractatus super Psalmum: Quicumque vult: per R. in Christo Seraphici Ordinis Fr. Petrum de Castrovol in sacra pagina Magistrum compilatus, rursus Tolosæ revisus, fideliterque examinatus Pampilone impressus fuit.* Incipit: *Quamvis mihi laboriosum* etc.

Commentum super libros Iconomicæ secundum translationem Leonardi Aretini incipit: *Et quia rogasti me.* Pampilone 1496. in fol. apud Gulielmum de Brocario.

Comment. in octo lib. Politicorum secundum eamdem translationem incip. *Requisivit me* etc. iisdem typis in fol. eod. anno. Hoc Opus, uti et superius refertur ab Orlando de Orig. et progr. Typogr. par. 2. pag. 273.

Super libros de cœlo, et mundo incip. *Cogit me charitas* etc. editio antiqua an. 1488. in fol. sine loco extat Hispali in Biblioth. Ecclesiæ.

In libros de generatione, et corruptione incip. *Te servire me cogit* etc. in fol. eodem anno extat ibidem.

In libros metheororum in fol. eodem anno, ibi dem habetur.

Super libros de anima pariter in fol. eodem anno extat ibidem.

Super libros parvos naturales Aristotelis in fol. extat ibidem, cujus in fine legitur: *Præclarissimi Doctoris, ac in provincia Aragoniæ Fratrum Minorum Ministri meritissimi Fratris Petri de Castrovol Professoris eximii Opus perutilissimum super totam Philosophiam naturalem secunsdum novam, excellentemque Leonardi Aretini translationem feliciter explicit. Quod in nobili civitate Ilerdensi impressum est summa cum diligentia anno salutiferæ Incarnationis Domini nostri Jesu Christi* 1489. 12. *die mensis Novembris.*

Super libros Ethicorum impres. an. 1489. in fol. per Henricum Botel extat pariter Hispali; ejus titulus est: *Incipit scriptum, seu Commentum super libros Ethicorum Philosophi Aristotelis factum per Fratrem Petrum de Castrovol Ordinis Fratrum Minorum, ac sacræ Theologiæ Magistrum natione Hispanum de regno Legionensi, et de villa vocata Majorga; quod quidem scriptum, seu commentum factum est super novam translationem Leonardi Aretini:* incipitque: *Proposui hoc opus formare* etc.

Opus Formalitatum impres. an. 1468. (forsan leg. 1486., vel 1498.) sine Typographo, et loco habetur in urbe Pacis Augustæ, vulgo *Badajox* in Biblioth. Minor. Regul. Observ. sub N. num. 35., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 441., et seq., qui hæc omnia se vidisse testatur.

Tractatus super psalmum Quicunque vult, seu *super Symbolum S. Athanasii,* impressus est etiam Tolosæ absque typographi et anni notis (sed per Henricum Mayer sæculo XV) in 4. Cf. D. Reichling, Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliographicum, fasc. II, n. 461; M. Pellechet, Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publ. de France, II n. 3369.

Commentum super libros Œconomicorum et *Commentum super libros Politicorum* (facta a. 1481) excusa sunt Pampilonæ a. 1496 per Arnoldum Guillermum de Brocario prodieruntque simul unica editione.

Opus super totam philosophiam naturalem complectitur non solum tractatus *super libros de cœlo et mundo, de generatione et corruptione, de metheoris, de anima, de parvis naturalibus,* sed et tractatum *super libros physicorum* compilatum an. 1473 unaque cum illis Ilerdæ impressum. Tractatus *super libros de cœlo et mundo* compilatus dicitur a. 1474, *de metheoris* a. 1475, *de anima* a. 1476.

Lectura super libros Ethicorum, quæ dicitur incepta a Petro de Castrovol die 25 Aprilis anni 1479, consummata vero die 20 Septembris anni 1480, prodiit anno 1489 castigata per fratrem Gasparem Cascant eiusdem vitæ ac religionis professorem, lectoremque ordinarium theologiæ in Ilerdensi universitate.

Formalitates, quæ non dicuntur impressæ sed compilatæ anno 1468, excusæ sunt in 4 sine loci et anni notis, item sine nomine typographi at cum insigni seu symbolo Arnaldi Guillelmi de Brocario, qui Pampilonæ imprimebat exeunte sæculo XV.

Aliud eius opus:

Logica compilata sub a. 1465, impressa Ilerdæ absque typographi nota, sed per Henricum Botel, anno 1490 die XXVI Octobris, in 4. (Reichling, op. cit., fasc. V. n. 1486).

Cf. Bibliotéca Colombina. Catálogo de sus libros impresos publicado bajo la direccion de D. Serv. Arboly y Faraudo, II (Sevilla 1891) pp. 59-63; Haebler C., Bibliografía Ibérica del siglo XV, La Haya 1903, nn. 127-135.

MMMCXLVII. 1636.

PETRUS DE CETINA = vivebat anno 1650., scripsitque

Digitized by Google

scripsitque hispano idiomate. De eo Nicolaus Antonius, Teisserius, et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXLVIII.

PETRUS CHAMBON Gallus provinciæ Turoniæ Doctor, et concionator eximius, ac provinciæ Burgundiæ S. Bonaventuræ præcipuus Reformator Congregationis *Coletanorum*, cujus et *Vicarius*, sive moderator anno 1480. fuit; hujus in Firmamentis trium Ordinum edit. Parisien. an. 1512. par. 5. ad calcem legitur:

Opusculum per modum Epistolæ anno 1485. Fratribus sub provisione D. Eugenii PP. IV., et Constantiensis Concilii viventibus missæ, incip. *A cunabulis meæ conversionis* etc.; qua plura mala ex divisione in Ordine S. Francisci exorta deplorat. Publicavit hoc Opusculum etiam Casimirus Biernacki in fine sui *Speculi Minorum*. Scripsit quoque

Conciones, quas neque vulgatas unquam legi, neque si adhuc mss. extent, deprehendi. Meminit ejus Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 29. ex Mariano, et Monumentis Ord., et Firmamentis in Memoriali Ord. Min. sub 37. Ministro Generali, et literæ Francisci de Ruvere Ministri Generalis an. 1467. datæ apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1472. num. 25.

MMMCXLIX. 1637.

PETRUS CHAMPOLINUS = provinciæ Aquitaniæ concionator magnæ virtutis, cujus

Expositio Regulæ prodiit deinde Parisiis 1651. in 8. ex Jo: a S. Anton. De eo legendus Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.

MMMCL.

PETRUS DE CHERIACO Parisiis anno 1428. *Lector* sacrorum *Bibliorum* erat, et *concionator*, cumque pro concione ea dixisset juxta Pontificia Regularium Mendicantium privilegia, quæ Parochorum Sacerdotum potestatem imminuere viderentur, minus illis probatus fuit, sed et ad Universitatis tribunal, et judicium delatus, ut refert Carolus du Plessis in Collect. Judiciorum de novis erroribus to. 1. an. 1428.; nescio an hujus sit sequens

Principium Bibliæ fratris Petri Biblici Paris. Ord. Min. incip. *In principio creavit Deus cœlum, et terram. Gen.* 1. *Vas electionis, et Doctor Gentium beatissimus Paulus usque ad* 3. *cœlum raptus* etc., quod extat ms. Asisii in Biblioth. Conventus S. Franc. in fine sermonum *F. Antonii Hispani* Ord. Min. in 4. chartac. 300. circiter annorum: illud certo constat, eum

Conciones composuisse, easque Parisiis habuisse.

MMMCLI.

PETRUS CHISTMANNI Germanus provinciæ Argentinæ, sive Germaniæ superioris alumnus, et ecclesiastes suo tempore clarus, nec non quorumdam sui Ordinis Cœnobiorum moderator scripsit

Tractatus, et Sermones plures; obiitque anno 1484., teste Nicolao Glabsperger in Chronicis mss. provinciæ Argentinæ apud autorem Supplementi Annal. Min. Waddingi ad eum annum n. 1.

Ab Antonio Melissano de Macro in Supplemento ad Annales Waddingi, loco cit. (Annales Minorum, XIV, Romæ 1735, p. 392) vocatur hic auctor Petrus *Christmanni*, traditurque obiisse anno 1484, testimonio tamen Nicolai Glassberger non adducto; in Chronicis eiusdem Glassberger editis a Patribus Collegii S. Bonaventuræ ad Claras Aquas a. 1887 (Analecta Franciscana, to. II) dicitur Petrus *Cristanni* et obiisse Monachii anno 1483 in quadragesima. Erat (teste N. Glassberger ibidem) de Uratislavia oriundus, fuitque post conventus Monacensis reformationem (a. 1480) primus eiusdem conventus guardianus.

MMMCLII.

PETRUS CIANNOLIUS Mutinensis Capuccinus concionator, et Francisci Estensis Ducis Mutinæ intime familiaris, et a Confessionibus, consilio prudens, doctrina, ac morum integritate præstans scripsit vulgari idiomate

Librum epistolarum tam moralium, quam spiritualium cujuscumque generis. Parmæ anno 1649. in 4. apud Marium Vignam.

Ideam Principum Christianorum exhibitam in vita, et gestis B. Beatricis Estensis; quam dicavit Reginæ Hispaniarum. Mutinæ an. 1650. in 4. apud Julianum Cassianum.

Vitam B. Contardi Confessoris ex familia Estensi, cujus corpus requiescit in oppido ducatus Mediolanensis. Ibidem 1648. in 4. apud eumdem ex autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Lettere morali, e spirituali del Gianoli. In Parma, M.DCXXXXVIII. Per Mario Vigna. in 4. Extat Parmæ in bibliotheca Palatina et Mutinæ in bibliotheca Estensi.

Hieronymus Tiraboschi in « Biblioteca Modenese » II (Modena 1782), p. 404, secundi et tertii operis editiones supra indicatas dicit esse in 12, tertii alteram editionem addit: Milano per Giampietro Cardi 1655.

MMMCLIII. 1638.

PETRUS CITUS = a Dionysio Genuen. in Biblioth. PP. Capuccinor. dicitur a *Martina* Apuliæ oppido, concionator celebris, et artium liberalium, poeticesque in primis peritus; idemque cum *Petro a Mautina* a Waddingo infra relato, cujus est

Historia de B. Virgine Hydruntina edita Licii an. 1645. typis Petri Michaelis, et Nicolai Francisci Brusti. De eo Marraccius, Toppius, ac Jo: a S. Antonio.

Ex Martina, ubi familia cognomine *Cito* adhuc extat, oriundum eum dicunt non solum Dionysius Genuensis et Bernardus a Bononia, sed et Nicolaus Toppi (Biblioteca Napoletana, Napoli 1678, p. 393), neque Joseph Gattini in sua « Biblioteca Materana » (Note storiche della città di Matera, Napoli 1882; Appendice) eum inter scriptores Materanos recenset.

Nic. Toppi loco cit. meminit tantum *Il Poema della Uergine Saettata*, quod editum dicit *In Lecce 1645 appresso Pietro Michele, e Nicolò Franc. Rossi in 8.*

MMMCLIV.

PETRUS DE COLLANTES Moriz Hispanus prov. Granaten. Reg. Observ. Lector emeritus, et S. Inquisit. Censor publicavit a se habitam

Concionem de inventione S. Crucis. Granatæ an. 1624. in 4. per Blasium Martinez, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 443.

MMMCLV. 1639.

PETRUS A COLLE = magnus Philosophus, Theologusque, nec non insignis verbi Dei prædicator dicitur ab antiquis scriptoribus apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 2. cap. 22, Rodulphium lib. 3., aliosque post istos: florebat anno 1440.

Opus

Digitized by Google

Opus *de autoritate Concilii* incipit: *Regnavit Ecclesia* etc., teste Trithemio apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Sermones varios = hujus forsan sunt *Sermones tam de tempore, quam de Sanctis inscripti: Thesaurus novus docti cuiusdam Theologi, acri judicio, et summa diligentia a supervacaneis, et mendis repurgati*; qui prodierunt Parisiis an. 1539. in 8. ex Officina Ambrosii Girault, et iterum ibidem anno 1551. apud Hieronymum, et Dionysium Marnef denuo recogniti in 8. *Quadragesimales sermones thesauri novi a docto quodam Theologo recogniti* prodierunt Parisiis 1546. in 8. apud eumdem Ambrosium Girault. Horum autem autorem esse Franciscanum late ostendere curavit Petrus de Alva in *Pleyto de los libros* litig. 1., et post eum Jo: a S. Antonio to. 3. pag. 13. n. 154. Prodierat *Quadragesimale* primo Argentinæ 1493., postea Norimbergæ 1496. in fol.; longe post Parisiis 1572., et 1573. volum. 3. in 8. typis Francisci Regnault, mox ibidem 1574. typis Hieronymi de Marnef in 8., tandem Lugduni 1575. et 1576. in 8. typis Guillelmi Rovillii nomine *Petri Paludani*, sed per errorem, cum enim autor citet Simonem de Cassia, Thomam de Argentina, Petrum de Candia, et decretum Concilii Basileen. de V. Mariæ Conceptione Paludano omnes posteriores, lucet illius esse non posse, ut et recentes autores Bibliothecæ Dominicanæ to. 1. fol. 607. ingenue fatentur. *Sermones de Sanctis* cusi fuerant antea Argentinæ 1485. in fol., et *Sermones de Tempore* paulo post ibidem 1491. typis Martini Flach sub nomine *Thesauri novi Doctoris, et Prædicatoris famosissimi*. Horum autoris cum laude meminit Ludovicus Bail Abbavillæus Theologus Parisiensis par. 3. suæ Bibliothecæ concionatorum cap. 81. illis verbis: *quicumque fuerit, non immerito locum suum obtinet in Catalogo nostro, cum plerasque conciones perspicuitate, doctrina, et partitionum utilitate insignes verbi Dei præconibus subministret, ut propterea pluries luce publica donatæ fuerint:* ut ut gravius de eo censuerint citati autores Bibliothecæ Dominicanæ, eo quod suis asserere nequiverunt.

Die 14 ianuarii a. 1434 petierat promoveri ad gradum magistratus in theologia (Haller Joh., Concilium Basiliense, III, Basel 1900, p. 6).

Sermones thesauri novi quadragesimales impressi sunt Argentinæ a. 1485, 1487, 1488, 1491, 1494 etc., non autem, ut videtur, a. 1493. *Sermones de sanctis* prodierunt primum ibidem a. 1484: *Sermones de tempore* antea, ibidem a. 1483, 1484, 1486, 1487, 1488, Basileæ a. 1485, Nurembergæ a. 1487. Cf. Copinger, Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum, par. II, vol. II, nn. 5409-5438.

* PETRUS A CONCEPTIONE = V. *Petrus de Alva, et Astorga.*

* PETRUS DE CORBARIO = V. *Petrus Reynalducci.*

MMMCLVI.

PETRUS DE CORNIBUS Gallus Min. Convent. alumnus Conventus *Belnensis* diœcesis Æduensis in provincia Burgundiæ ex Waddingo ad an. 1296. n. 15., *Doctor Parisiensis* suo tempore clarissimus ex Rodulphio lib. 3. multa scripsit, quæ tamen desiderantur; fuitque præceptor Jacobi Hugonis, et Joannis de Geona virorum doctissimorum ex Gonzaga par. 3. et 4. Simon Fontanus Gallus ejusdem Instituti, eodemque tempore scribens in *Catholica* suorum temporum *Historia* lib. 16. tradit, obiisse anno 1542. die 22. Maji Parisiis, ac summis eum laudibus extollit in Theologia *Doctorem famosum* appellans, scientiæ incomparabilis, assiduæque prædicationis; quo vivente, Lutherani Parisiis suam disseminare hæresim non valuerunt: in ejus obitu ea populi frequentia honoratum dicit, ut nec ipsi Reges majorem obtineant; decoratum insuper pluribus *epitaphiis* græcis, atque latinis ab omnibus viris doctis usque ad ipsorum hæreticorum invidiam; ac reliquisse

Sermones, concionesque varias; nec non

Lectiones plenas summa eruditione; quas singulis diebus habere consueverat.

In fronte *Reportatorum Petri Tatareti super quæstiones Quolibet. Scoti* Parisiis anno 1519. impressorum per HH. Bertholdi Rembolt, et Petri Gromors legitur *epigramma* doctum *Fr. Georgii de Raya* Minoritæ *ad R. P. Magistrum Sententiarum Fr. Petrum de Cornibus Minoritanum divinæ Philosophiæ Baccalaureum:* quod legitur etiam in edit. Neapol. an. 1579. a Constantio Sarnano typis Salviani curata. De eo Jo: a S. Anton. to. 2., sed nude ex Rodulphio.

Funebrem de eo orationem habuit Franciscus le Picart, ex qua nonnulla refert Hilar. de Coste in Elogio Petri de Cornibus a se exhibito in « Le parfait Ecclesiastique, ou l'Histoire de la vie et de la mort de François le Picart », Paris, 1648, pp. 329-331.

MMMCLVII. 1640.

PETRUS CORREA = Lusitanus, *Maurensis* in Betica veteri oppido, provinciæ Algarbiorum Reg. Observ. celebris ecclesiastes, et S. Inquisitionis Deputatus stylo vernaculo edidit

Triumphorum Ecclesiasticorum partem primam, de Sanctis conciones. Ulyssipone 1617. in 4. per eumdem Craesbeeck ex Jo: a S. Anton., et Eboræ 1613. in 4.

Triumphorum ecclesiasticorum partem secundam, conciones de Christo, et B. Virgine continentem. Eboræ anno 1627. in 4. per Emmanuelem Carvalho ex eodem.

Sermonem de S. Francisco anno 1617. typis excusum ex Triumpho eccles., ut puto, desumptum, quem citat Octavius Ringhieri Episcopus Asisias in sua Apologia cap. 6.

Triumphos Sanctorum = *Triumphos Seraphicos.* Eboræ 1623. refert autor Biblioth. Hispan. pag. 149., diversum ne Opus ignoro; sed cum editio eodem loco, et anno sit facta, facile est, ut sit idem Opus.

Concionem habitam in solemni actu fidei. Eboræ 1627. in 4. per eumdem Carvalho. Ajunt obiisse anno 1630.

Conspiração Vniversal. Combatem os sete vicios matadores com as sete virtudes contrarias sobre a posse da alma, seruindo o Demonio de General na liga viciosa, e fazendo Christo officio de Capitão no santo exercito. Vai ordenada em dezenove discvrsos predicaueis, . . . Em Lisboa na Officina de Pedro Crasbeeck. 1615. in fol. Extat Romæ in biblioth. Angelica. Teste Did. Barbosa Machado, loco infra not., hoc opus in linguam castellanam versum est a Ferdinando Camargo Ord. Heremitarum S. Augustini, quam tamen versionem Jo. Fel. Ossinger in sua Bibliotheca Augustiniana eidem non tribuit.

Triunfos Ecclesiasticos. Primeira parte. Contém as Festas principaes que em Outubro, Novembro, e Dezembro celebra a Igreja militante em consonancia da triunfante. Lisboa por Pedro Craesbeeck, 1617. in 4.

Triunfos Ecclesiasticos. Parte segunda. Contém as Festas de Christo, da Virgem Mãy, e dos Santos em discursos predicaveis, assim como e Igreja militante as celebra pelo discurso do

Digitized by Google

do anno em consonancia da triunfante. Evora por Manuel Carvalho, Impressor da Universidade 1623. in 4.

Triunfos Seraficos, ou Festas dos Santos de S. Francisco. Ibidem per eumdem eodem anno, in 4.

Graça Hebrea annunciada, aos que a haõ mister. Sermaõ do Auto da Fé celebrado na Sé de Evora em 19 de Setembro de 1627. Evora por Manoel Carvalho 1627, in 4.

De opere « *Speculum vitæ* » vide ad proximum numerum.

Obiit Eboræ a. 1634, non vero 1630. — Cf. Diogo Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, p. 570; Innoc. Franc. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, pp. 399-400.

MMMCLVIII.

PETRUS CORREA Hispanus prov. Angelorum Reg. Observ. concionator, et Historicus obiit an. 1636. ex Jo: a S. Anton. to. 2., qui addit memorari a Guadalupe in Chron. provin. Angelorum lib. 10. cap. 10., et contra Waddingum autorem supparem putat esse diversum a superiore, sed non satis probat, quia potuit de una provincia ad aliam transiisse, ut de pluribus aliis invenitur. Cum esset Guardianus Cœnobii Constantinæ edidit hispanice

Speculum vitæ ex tragicis exemplis confectum. Ulyssipone anno 1639. in 8. apud Anton. Alvarez.

De fundatione Conventus S. Mariæ Angelorum ejusdem provinciæ impres. ab anno 1596., teste autore Catalogi Scriptorum dictæ provinciæ apud Matritense Ordinis Archivum.

Historiam provinciæ Angelorum, ac gesta quorumdam Ven. Fratrum ejusdem provinciæ ms. in fol. Hispali in Archivo Conventus S. Antonii; uti et sequentia

Compendium historicum originis Conceptionistarum ms. in 4. vulgari idiomate incip. *Poco mas*

Medicinam mortis, ac tentationum remedia ms. vernacule

Dictionarium locorum antiquorum Hispaniæ ms. sermone vernaculo

Chronologiam Imperatorum, ac Regum mundi etiam hispanice ms.

De amplitudine domus, de Bejar, ac stemmatibus gentis de los Zuñigas ms.

De nobilibus stemmatibus Hispaniæ decades ms.

Nosocomium mundi adversum vitia amplectentes ms.

Opus « *Espelho da Vida* » a Did. Barbosa Machado in « Bibliotheca Lusitana » (III, p. 570) fr. Petro Correa Hispano attribuitur, neque ab Innoc. Franc. da Silva in « Diccionario bibliographico portuguez » (VI, pp. 399-400) vel a Brito Aranho, qui idem Dictionarium supplevit, adscribitur fr. Petro Correa Lusitano.

MMMCLIX. 1641.

PETRUS CRABBE = Belga Regul. Observ., cujus

Concilia œcumenica prodierunt etiam auctiora Coloniæ anno 1551. tomis 3. in fol. per Jo: Quentel, quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci; et anno 1565. Laurentius Surius ad 4. tomos adauxit, et postea alii ad plures tomos. De ea Valerius Andreas in Biblioth. Belgica, et Petrus de Alva *principio* 18. R. Alphabeti Principium.

Scripsit etiam quoddam *opus bibliographicum* circa antiquos auctores, quod deperditum videtur. Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et Bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 64-65.

* PETRUS CRATEPOLA, al. Cratepolius = V. *Petrus Marsæus.*

* PETRUS CRETENSIS = V. *Alexander V.*

MMMCLX. 1642.

PETRUS DE CRUCE = de Portugallico in Lusitania Min. Conven. sac. Theologiæ Doctor an. 1488. declaratus est Veneti Gymnasii *Regens,* ut ajunt; et an. 1491. Mediolanensis ex Actis mss. Comitiorum Generalium Cremonæ, et Asisii coactorum, ubi dicitur *provinciæ Portugalliæ*; anno 1492. aggregatus est Conventui Genuæ instante Ludovico Duce Barii ex Reg. Ordinis tit. *prov. Januæ*; postmodum fuit *Doctor Parisiensis*: quo tempore correxit, castigavitque

Summulas Joannis de Monte Minoritæ Doctoris Parisiensis super Petrum Hispanum ad mentem Doctoris Subtil. Jo: Scoti; quæ primo prodierunt Parisiis, et postea Venetiis an. 1490. in 4., Mediolani 1495., et iterum Venetiis an. 1526. in 4. per HH. Octaviani Scoti; quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Antiminorica prodiit etiam Venet. 1505. per Simonem de Luere in 8. ex Verderio in Supplem. Gesner. Biblioth., et Jo: a S. Anton. to. 2.; credique potest edita adversus *Opusculum,* cui titulus: *Minorica elucidativa rationalis separationis Fratrum Minorum de Observantia ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis* impres. Paris. 1499. in 12.

De eo agunt Nicolaus Anton., Fr. Ferdinandus a Solitudine to. 5. Chron. provin. Portugal., mentionemque egit autor Firmamentor. trium Ord. par. 4. fol. 168.

Quæstio de ratione subiecti primi scientiæ secundum Johannem Scotum an ad entia rationis extendatur, cum duabus auctoris epistolis, quarum altera ad eximium parisiensem doctorem magistrum Johannem de Monte ex Francorum sanguine, impressa est Venetiis per Johannem Hertzog de Landoia a. 1500 die Aprilis 25. in 4. Cf. D. Reichling, Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliogr., fasc. IV (Monachii 1908), p. 204.

Commenti Joannis de Monte (qui forte absque sufficienti ratione dicitur Minorita) *super Summulis Petri Hispani* nulla editio parisiensis vel mediolanensis, saltem sæculi XV, a recentioribus bibliographis recensetur; editio veneta anni 1490 in libro ipso non dicitur emendata per Petrum de Cruce; prima, quæ ut talis enunciatur, est quæ prodiit Venetiis a. 1500 die X Januarii per Albertinum (Rubeum) Vercellensem, in 4. Cf. L. Hain, Repertorium Bibliographicum, nn. 11578-11579. Ceterum sibi contradicere videtur Sbaralea, cum antea affirmet Petrum de Cruce, post a. 1492 doctorem parisiensem, eo tempore castigasse *Summulas Joannis de Monte,* deinde subiungat has *Summulas,* utique a Petro de Cruce correctas, prodiisse primo Parisiis et postea Venetiis anno 1490.

Ut opus Joannis de Monte, a Petro de Cruce emendatum, Parisiis non impressum esse arbitror, ita Petrum de Cruce doctorem parisiensem non fuisse. Etenim in nulla editione, neque a Did. Barbosa Machado in sua Bibliotheca Lusitana tali titulo honestatur, atque inverisimile est eum consecutum esse titulum illum postquam rexerit venetum gymnasium et mediolanense. Fortasse utrique errori vel saltem priori occasionem dedit subscriptio male intellecta editionis anni 1526, quæ, eadem fere atque subscriptio editionis anni 1500, hæc est (fol. 99 verso): « Explicit commentum valde notabile ad mentem doctoris subtilis super logice summulis venerabilis magistri Petri hispani ab eximio artium et sacrarum litterarum doctore parisiensi Excellentissimo magistro Joanne de Monte: Parisius olim editum per reverendum sacre theologie doctorem clarissimum magistrum Petrum de cruce portum galicum maxima cum diligentia et labore castigatum atque a plurima incorrectione irretitum, perfecte emendatum ».

Preclarissimum opus Antiminorica uocatum Aduersus Minoricam Fratrum dictorum de Obseruantia Nouiter editum. (In fine:) Uenetiis per Sim. de Luere nomine dñi Jordani de

Digitized by Google

de Dinslaken 25. Junii. 1505. in 8. Editio prima. In hoc opusculo duæ partes distingui debent: altera, completa a. 1502 die 17 Martii, scripta contra *Minoricam* incipientem *Quidam nimium scrupulosus frater*, tributam a Petro de Cruce cuidam fratri de observantia gallo; altera, multo brevior, completa a. 1505 Junii die 15, continens responsionem ad *quæstionem Joannis Perini noviter* (a. 1505, ut ibidem dicitur) *comparentem contra pauperes conventuales de eorum dispensatione dubitantis.*

MMMCLXI.

PETRUS DAVID Gallus natione typis dedit

Summulam Philosophiæ ad mentem Scoti. Parisiis an. 1649. in 8.

Sermones Adventus. Ibidem an. 1664. in 8., ut legitur in Bibliographia Anisson.

Brevis et accurata summula totius philosophiæ ad mentem doctoris subtilis, tria præsertim capita ista complectens: de ente, substantia et accidente . . . Lutetiæ Parisiorum, apud G. Josse, 1649. in 8. pp. 128 præter folia lim. Recusa est a. 1726. (Études Franciscaines, XXVI, p. 278.)

Sermones Adventus de adoptione filiorum Dei. Parisiis, apud viduam Dionysii Thierry, 1663, in 8. Extabat Romæ in bibliotheca Casanatensi, ut ex eius Catalogo. — Alia eiusdem opera:

Oratio proposita in comitiis provincialibus FF. Minorum provinciæ Franciæ Parisiensis in conventu de Bethleem ad Macerias celebratis, anno Domini 1634 die maii 18 . . . Sine loci et typographi notis, 1639. in 8. pp. 41.

Summula tractatus de prædestinatione ad mentem doctoris subtilis ejusque . . . interpretis magistri Angeli a Monte Piloso, . . . Hujus summulæ veritatem docebat V. P. Petrus David lector iubilatus et in conventu FF. Minorum Sagiensium primarius theologiæ professor, anno domini 1646. Absque ulla nota, in 8. pp. 40.

Le Chemin de verité qui conduit une âme désidereuse de faire son salut à la perfection de la sainteté. Paris, Lecointe, 1656, in 8; ibidem, 1661, to. 2 in 12. (Fr. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, II, Paris 1867, coll. 803-804.)

Prima octava de summa Christi erga homines charitate in Eucharistia. Secunda octava de assumptione sacræ virginis Mariæ in præcipuis antiquæ legis mulieribus figuratæ. Parisis [sic] ex typ. F. Le Cointe, 1661, par. 7, vol. 1, in 8.

Les Résolutions généreuses d'une âme sainte pendant sa retraite des dix jours . . . Paris, F. Le Cointe, 1662, in 12. pp. 57.

La Philosophie, dans un ordre nouveau qui fait connaître en peu de temps et en peu de paroles la nature de la substance et de l'accident . . . Paris, F. Le Cointe, 1664. in 12. pp. 384. Quænam relatio inter hoc opus extet et opus primo loco indicatum, nescio.

Cf. Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale. Auteurs. T. XXXVI, Paris 1908, col. 295.

MMMCLXII.

PETRUS DEODATUS BAXIUS Ord. Min. Regul. Observ. in idioma bulgarum transtulit

Meditationes Vitæ Christi S. Bonaventuræ Card. attributas, vulgavitque Romæ anno 1638. in 12., testibus PP. Anonymis Venetis in *Diatriba histor. chronol. crit.* de gestis, et scriptis S. Bonav. Venet. edita an. 1750. par. 3. pag. 121.

Meditationes, quas sequitur eadem lingua longum carmen eiusdem Baxii seu Baksich *de duplici hominis morte*, prodierunt typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, et extant Romæ in bibliotheca Casanatensi. Auctor Bulgariæ custos dicitur.

MMMCLXIII.

PETRUS DIAZ MORANTE Hispanus literarii ludi Magister, atque nulli sua ætate in arte formandi literas secundus *Tertii Ord. Secularis* S. Francisci scripsit

Principum instructionem quadripartitam, cujus 1. et 2. pars prodierunt Matriti anno 1623., et 1624.; 3. pars sub tit. *Ars nova scribendi* ibidem anno 1629.; 4. vero pars ibidem anno 1631. in 4. typis Jo: Gonzalez pulcherrimis formis. De eo Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp., et Joan. a S. Anton. to. 2.

Nicolaus Antonius eius operis titulum dat hispane: *Instruccion de Principes.*

MMMCLXIV.

PETRUS EPULANUS Episcopus, individuus S. Ludovici Episcopi socius dicitur scripsisse

Vitam ejusdem S. Ludovici Episcopi circa an. 1300., ut legitur apud Rodulphium lib. 1. fol. 121., et Waddingum in Annal. Min. ad an. 1298. n. 23., Arturum ad diem 19. Augusti § 3. in AA. indice Martyrol. Franc., Bollandianos ad eum diem, nec non Jo: a S. Anton. to. 2. ex Arturo tantum: ego tamen mendum scribarum censeo, neque enim *Epulanus* Episcopatus usquam extitisse legitur, et reponendum arbitror vel *Esculanus*, vel *Insulanus*, aut *Isclanus*; nam *Fr. Petrus* anno 1306. erat Episcopus *Isclanus* prope Neapolim; et alter *Fr. Petrus* an. 1311. Episcopus *Insulanus* in Calabria ex Ughelli Ital. sac. to. 6., et 9.

MMMCLXV. 1643.

PETRUS FABER = *Petrus Fabri* de Armoniaco Gallus anno 1359. creatus est ab Innocentio VI. *Episcopus* S. Angeli Lombardorum in Hirpinis ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Minor. ad eum annum, et Ughellum to. 6. Ital. sacræ. *Alius hujus nominis, et cognominis* anno 1419. erat contra hæreticam pravitatem *Inquisitor* in Gallia Narbonensi ex cit. Waddingo in Annal. ad eum annum, qui et ejusdem, vel alterius meminit sub an. 1452., quem dicit fundatorem, ac promotorem, Custodemque 9. pauperrimorum locorum in insulis maris Britannici, et eo anno senio confectum sibi alium in munere substituisse. In Oratione etiam Octaviani Suessani an. 1482. pro Canonizatione S. Bonaventuræ Cardin. Romæ habita memoratur quidam *Fr. Petrus Faber* Minorita, qui a S. Bonaventura sanitatis gratiam obtinuit. *Fr. Petrus Faber* anno circiter 152... erat a Confessionibus Caroli V. Imp. ex Waddingo ad an. 1250. n. 13.; quisnam autem horum autor fuerit hujus Opusculi contra novas hæreses, nondum comperi; sed forsan hujus postremi est. Meminit Operis Possevinus in Appar. sac. to. 3., et ante eum Willotus, et ex his Jo: a S. Anton.

Nescio utrum de eodem auctore agat Ant. Du Verdier in opere « La Bibliotheque » (Lyon 1585), ubi pag. 1009 legitur: « Pierre Le Fevre de l'ordre sainct François, confesseur de Sœurs de saincte Clare, en la cité de Arras a escrit vn liure contenant 24 chapitres, intitulé La perle precieuse Euangelique, et tresor diuin du Marchant Chrestien, fondee sur texte d'Euangile, impr. 16.° a Paris par viuant Gautherot ». Petrus hic in dicti operis Ant. Du Verdier editione anni 1773 a Jo. Ant. Rigoley de Juvigny dicitur circa medium sæculum XVI vixisse.

* PETRUS FALCUS, cujus

Quodlibeta extant mss. pergam. in fol. Asisii in Cœnobio S. Francisci post *Quolibeta Riccardi Mediavill.*, et ante *Quæstiones disputatas de Incarnatione; de lege* etc. *Matthæi de Aquasparta.* Utrum tamen is Minorita fuerit, ignoro.

De codice a Sbaralea citato, qui est nunc Asisii in bibliotheca civica ad n. 159, videsis L. Alessandri, Inventario dell'antica biblioteca del S. Convento di S. Francesco in Assisi del 1381, Assisi 1906, p. 22 n. CIV. Tolosæ in bibliothecæ publicæ cod. 738 manu scriptæ sæc. XIII inveniuntur, etiam cum

Digitized by Google

cum Quæstionibus quodlibetalibus Richardi de Mediavilla, *Quæstiones* (18 in libros Sententiarum) *disputate per fratrem Petrum de Falco* incipientes *Queritur utrum materia in essentia sua sub omnimoda possibilitate potuit produci* (cf. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des Départements, VII, Paris 1885, p. 433). Apud G. Haenel, Catalogi librorum manuscriptorum, Lipsiæ 1830, col. 759, indicatur inter codices bibliothecæ publicæ Brugensis ad n. 353: *Petri de Fulco disputatæ quæstiones et quæstiones Ricardi de Mediavilla*; fol. Petrus de Falco vel Fulco ab Echard, Ossinger, C. Villiers a S. Stephano inter scriptores suorum Ordinum non recensetur.

MMMCLXVI.

PETRUS FERAY Gallus elucubravit

Conciones XXIV. *Adventuales super caput* 1. *Apocalypsis cum Sermone de Immaculata Conceptione B. Virginis* gallice. Parisiis an. 1618. in 8. per Jo: Pitu ex Petro de Alva col. 1164. Militiæ, et Leone Pinello in Biblioth. Mariana ms. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Titulum eius operis ita refert Petrus de Alva loco cit.: *L'aigle transcendant, qui comprend soubs ses ailes vingt-quatre Sermons pour les Advents, sur le premier chapitre de l'Apocalypse.*

MMMCLXVII. 1644.

PETRUS FERMOSELUS = al. *Hermosillas*, latine *Fermoselus*: ejus Operis titulus est:

Tractatus argumentationum, et solutionum in totam Francisci Titelmanni Dialecticam. Hispali anno 1555. in 4. apud Martinum a Montesdoca ex Joan. a S. Anton. to. 2. De eo et Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp.

A Nicolao Antonio titulus dicti operis ita exhibetur: *Logicalium terminorum ratio, Sophisticis quibusque rescissis. Item Tractatus argumentationum et solutionum in totam Francisci Titelmani Dialecticam.*

* PETRUS FIGHINUS = V. *Petrus Mazzanti.*

* PETRUS FIRMIANUS = V. *Zacharias Lexoviensis.*

MMMCLXVIII.

PETRUS FLORENTINUS seculo XIV. vivens familiaris fuit B. *Margaritæ Faventinæ* Ordinis Vallumbrosæ, quæ obiit 26. Augusti an. 1330. ex Bucelino in Menologio Benedict.; scripsit

Vitam, actaque ejusdem B. Margaritæ, quam dederunt Act. SS. Collectores Bollandii die 26. Augusti notis illustratam ex ms. Monasterii S. Salvi prope Florentiam. Hujus nulla apud Scriptorum Florentin. catalogos mentio, nisi sit *Petrus Acciajolus.*

Aliqua notabilia de vita sancte memorie sororis Margarite de Faventia recollecta per fratrem Petrum de Florentia de Ordine Minorum extant mss. sæc. XIV Florentiæ in bibliotheca Riccardiana cod. 271. Hoc fere opusculum italice expressum edidit Silvanus Razzi in « Delle Vite de Santi e Beati Toscani Parte Seconda » Fiorenza 1601, foll. 69-72.

* PETRUS FOLCHARIUS inter Scriptores a Waddingo in indice recensus, minime vero in catalogo, est *Petrus Fossechius* recte in catalogo vocatus, quod non observavit Jo: a S. Anton. in append. to. 3.

1645.

PETRUS FOSSECHIUS = V. *Petrus Magni* infra.

MMMCLXIX.

PETRUS A S. FRANCISCO Lusitanus Reg. Observ. prov. Portugalliæ Lector emeritus edidit lingua lusitana, teste Joan. a S. Anton. to. 2., *Expositionem psalmi* L. impress. Ulyssipone an. 1629. in 4. apud Petrum Craesbeeck. Ejus meminit et Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp., sed errat, dum dicit *Expositionem psalmi* I. *Beatus vir,* pro *Expositione psalmi* L. *Miserere mei*: de eo etiam Jac. Le Long pag. 903. Biblioth. sac.

In Africa vitam introivit. Minister provincialis electus die 18 Julii a. 1608 subditos summa prudentia moderatus est. Obiit in cœnobio ulissiponensi die 10 augusti a. 1638, annos natus 84. Ei debetur etiam:

Explanatio super Cantica ferialia, quæ iuxta Ritum Romanæ Ecclesiæ per hebdomadam recitari solent. ms.

Cf. Diogo Barbosa Machado, Bibliotheca Lusitana, III, Lisboa 1752, pp. 582-583; Innoc. Franc. da Silva, Diccionario bibliographico portuguez, VI, Lisboa 1862, pp. 404-405, apud quem de opere *Explicação do Salmo cincoenta* amplam notitiam invenies.

MMMCLXX. 1646.

PETRUS FRANCISCUS =

Theologiæ moralis tomos XV. reliquit mss., teste Fr. Joanne a Vacallo in Descript. hist. prov. Reformatæ Mediolan. ex Joan a S. Anton.

MMMCLXXI.

PETRUS FRIAS Hispanus prov. Castellæ Reg. Observ. concionator publicavit

Notas super Bullam conservatoriam Sixti IV. vernacule. Matriti anno 1638. in fol., teste Joan. a S. Anton. in append. to. 3.

In « British Museum. Catalogue of printed books » fasc. Free-Agency—Friburgus (1887), col. 260, opus hoc indicatur: « Executoria ganada por el padre Fr. Pedro de Frias, predicador conventual del convento de San Francisco de Madrid: de los autos dados por D. Pedro Testay . . . en favor de diversos conventos de la dicha orden de San Francisco, etc. [Madrid ? 1638 ?] fol. ».

Fuit et alter *Petrus de Frias* provinciæ Burgensis Regul. Observ. lector iubilatus, qui nomine eiusdem provinciæ composuit cum fratribus *Francisco de Hispania* et *Joanne de Lodosa* opus cui titulus: *Sagitta in sagittarivm, sev Quorundam Parisiensium Censura propositiones qvasdam V. Servæ Dei Mariæ à Jesu Agrediensis, tumenti calamo temerans, per Propriam eiusdem Virginis Provinciam funditus eversa, atque in Authores retorta.* Bvrgis. Anno . . . 1698. in 4.

MMMCLXXII.

PETRUS DE LA FUENTE, seu a Fonte Hispanus provinciæ *Castellæ* scripsit vernacule ex autore Biblioth. Hispan., et Jo: a S. Anton. to. 2.

Breve Compendium pro auxilio ad bene moriendum cum

Tractatu de modo condendi Testamentum; et

Tractatum de gratiis, et Indulgentiis Chordæ S. Francisci. Hispali an. 1640. in 4. typis Jo: Gomez de Blas in 8. ex Biblioth. Hisp. cit.

Directorium Religiosorum cum expositione sacrarum vestium, et mysteriorum Missæ. Hispali 1646. in 4. per Simonem Faxardo.

Septentrionem peccatorum. Valentiæ anno eodem in 8. per Joseph Gasch.

Transitum strictissimum Jordanis mortis. Hispali 1664. in fol. apud Clementem Regium.

Editionis operis « *Breve Compendio* etc. » Nicolaus Antonius formam non indicat nec in prima nec in altera suæ Bibliothecæ Hispanæ editione.

MMMCLXXII bis.

PETRUS DE FULGINEO Umber, Juris, et Theologiæ Doctor, S. Francisci, mox Terræ sanctæ, ac Romaniæ provinciarum Minister, scripsit

Comment. in libros Sententiar. mss.

Obiit

Digitized by Google

Obiit Asisii an. 1463. in Ecclesia S. Francisci sepultus.

MMMCLXXIII.

PETRUS GABRIEL de Aragonia Hispanus emisit

Concionem de purissima Conceptione B. V. impressam cum aliis Cæsaraugustæ an. 1619. in 4. ex Petro de Alva col. 1165. Militiæ, teste Jo: a S. Anton.

Prodiit cum Sancii Zapata « Certamen poetico en defensa de la Purissima Concepcion de Nuestra Señora ». Verisimiliter, ut puto, hispane est scripta.

MMMCLXXIV.

PETRUS GALAN Hispanus provinciæ Carthaginen. Reg. Observ. Theologus edidit

Orationem funebrem in translatione ossium Marchionum de Ayamonte anno 1608. in 4. sine loco, incip. *A lo que el latino.*

Concionem de festivitate Immaculatæ Conceptionis B. V. Conchæ an. 1615. in 4. ex Petro de Alva col. 1165. Militiæ, et Marraccio in appendice, atque ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCLXXV. 1647.

PETRUS GALATINUS = artium, et sac. Theologiæ Doctor, *Columna* cognomento ex Arcudo in sua Galatina Literata pag. 56., tametsi Dominicus de Angelis in Vitis Literatorum Salentinorum par. 2. pag. 237. *Mongiò* cognomen ei fuisse tradat; quod tamen utrumque verum esse potest, et patris, et matris ratione habita.

De Arcanis catholicæ veritatis perfectum Barii an. 1516. d. 4. Septembris prodiit etiam Francofurti; deinde et Basileæ an. 1550. per Henricum Petri, et 1561. in fol. per Joannem Hervagium ex Indice Bibliothecæ Bononien. S. Francisci; postea Parisiis anno 1602.; et Francofurti anno 1603. apud Wechelianos, teste Possevino in Appar. sac., iterumque anno 1612. in fol. per HH. Marnios in 12. libros partitum, et 1672. in fol. De qua re, ut ut se res habeat, num a Raymundo Martino, qui *Pugionem fidei* an. 1278. elaboravit, vel Porchetto Selvago an. 1315. florente aliquid Petrus acceperit, vel ab eorum neutro; quid enim vetat, diversos similia scribere? permultum sane auxit argumentum, meliori insuper methodo, atque elocutione adumbratum caussa *Jo: Reucklini* dicti *Capnionis.*

De Ecclesia restituta, et instituta ms. extat Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 522.

Opusculum de mysteriis Messiæ, quod epistola secretorum nuncupatur, a *Nechuviah Ben Hakkennah* Cabalistarum principe antiquissimo compositum ex hebræo latinum fecit; extatque in Biblioth. Vatic. inter codd. mss. latin. papyr. in fol. n. 4582., teste Bartoloccio in Biblioth. Rabbin. [par. IV] fol. 247.

De optimo principe in 18. *capita* Opus distributum, et ad Ferdinandum Regem Catholicum missum extat Pinciæ, al. Vallisoleti ms. in 4. in Bibliotheca Conventus S. Pauli, teste Jo: a S. Anton., qui illud legit, dignissimumque prelo pronunciat; cujus in fine dicit haberi ejus

Expositionem pulcherrimam *dulcissimi nominis Tetragrammaton contra Judæos* pro mysterio SS. Trinitatis cum *Epistola Zenonis Episcopi S. Marci* Neapoli prid. kal. Junias 1507. data.

Orationem de Dominica Circumcisione habuit Romæ coram Leone X., quam ipsemet commemorat in suo *de Arcanis* Opere lib. 10. cap. 7.

Anno 1539. die 11. Maji Paulus III. ad eum literas dedit circa volumina suorum Operum ex Annalibus Minorum Waddingi: nec multo post decessit Romæ ad Aramcœli, ubi et ejus scripta servabantur; nunc tamen extant in Vaticana Bibliotheca. De eo Rodulphius lib. 3., aliique plures, ac nuperrime autores Veneti Diarii Literator. Italic. to. 18. art. 19.; Petrus quoque de Alva in libro *Pleyto de los libros,* Imbonatus in Biblioth. Latino-hebraica apud cit. Jo. a S. Anton., et plura Toppius in addit. ad Biblioth. Neapolit. [*vere* L. Nicodemus in Addit. ad Biblioth. Neapolit. Nic. Toppii].

Opus « *De Arcanis Catholicæ Veritatis* » non prodiit Francofurti ab a. 1518 ad a. 1550, neque, ut videtur, Parisiis a. 1602; impressum est Basileæ a. 1550 per Joannem Hervagium, non vero per Henricum Petri. Ex privilegio pro hoc opere dato a Leone X die IX Aprilis a. 1518, primæ editioni apposito, Petrus Galatinus erat tunc temporis provinciæ S. Nicolai minister.

Oratio de circumcisione dominica, dicta Calen. Januariis A. M.D.XV, typis excusa est absque ulla nota, probabiliter Romæ eodem anno, 8 foll. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Nationali. Juxta finem dicit auctor se vix quinquagesimum ætatis agere annum; hinc natus est a. 1465.

Petri Galatini *Epistola* ad Joannem Reuchlinum scripta Romæ in Palatio Apostolico, incipiens *Hortaris me . . . ut in tui veritatisque diu tam acriter impugnatæ defensionem mihi aliquid scribendum ducam*, cum Reuchlini *responsione* data Stutgardiæ Kal. Quintilibus A. M.D.XV, extat prope finem in collectione « Illustrium virorum Epistolæ . . . ad Joa. Reuchlin » edita Hagenoæ ex Officina Thomæ Anshelmi a. M.D.XIX. Mense Maio in 4. — Eidem etiam debetur

Oratio de Dominica Passione in Capella Papæ nuperrime (in die parasceves Anno D. 1522) *habita.* Sine nota (probabiliter Romæ 1522), 10 foll. in 4. (No. 26. An Illustrated Catalogue of Early Printed Books, . . . offered by Wilfrid M. Voynich, 68, Shaftesbury Avenue, London, W. Part I, n. 149.); præterea

Alia *Opuscula*, ut apparet ex litteris Pauli II a Sbaralea memoratis et a Waddingo editis.

Cf. Th. Plassmann in « The Catholic Encyclopedia », VI, New York 1909, pp. 340-341.

MMMCLXXVI. 1648.

PETRUS GALLISARDUS = Jo: a S. Anton. to. 2. nihil addidit Waddingo.

Fuit ex Ordine Prædicatorum, non Minorum. Cf. La Croix du Maine, Bibliothèque Françoise; nouv. édition . . . . Par M. Rigoley de Juvigny, II, Paris 1772, p. 282; Quetif-Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, II, Lutetiæ Parisiorum 1721, p. 246; Franc. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, II, Paris 1867, col. 235. — Ex La Croix du Maine et Quetif-Echard utraque opella prodiit Lugduni per Benedictum Rigault a. 1577.

MMMCLXXVII. 1649.

PETRUS GALTERIUS = florebat anno 1474. ex ipso Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 14., ubi tamen *Jo: Gualteri* dicitur, cum idem sit, et *Petrus* dicatur etiam a Possevino in Appar. sac. to. 3.; scripsitque itidem

Collationes de Epistolis, quæ mss. in 8. pergam. extant Ferrariæ in biblioth. S. Francisci incipientes: *Abjiciamus Opera tenebrarum, et induamur arma lucis sic, ut in die honeste ambulemus. Rom.* XIII. *Venientibus enim obviam Salvatori tria sunt necessaria* etc.; et finiunt: *ad quem fructum nos perducat* etc. *Expliciunt Collationes de Epistolis Fratris Walter de Acquitania Ord. Min.*, sed character mihi antiquior videtur an. 1400.; ideoque vel iste *Petrus Galterius* vixit multo ante annum 1474., vel *Collationes* istæ alterius sunt *Walterii*

Digitized by Google

Walterii Aquitani. Jo: a S. Anton. hoc loco exscripsit Waddingum omnino.

Apud U. Chevalier, Repertoire des sources historiques du moyen age. Bio-bibliographie, I, Paris 1905, col. 1645, dicitur natus Tolosæ anno 1427.

MMMCLXXVIII. 1650.

PETRUS A GANDAVO = de quo fuse Gonzaga agit par. 4., et ex eo Waddingus in Annal. Min., scribitque de eo cum laude Joannes Zumarraga Archiepiscopus Mexicanus in epistola an. 1531. Capitulo Gen. Tolosæ congregato per Fratres sui Ordinis directa. Arturus ad diem 29. Junii, et Anton. Daza to. 4. Chronic. Ordinis lib. 2. cap. 23. dicit primum in America scriptorem. Meminit ejus et Antonius Herrera Hist. Indiar. dec. 3. lib. 2. cap. 9. Ejus

Doctrina pro pueris Indorum typis prodiit hispanice, teste Antonio Leonio in Biblioth. Ind. Occid.

Doctrina christiana en lengua mexicana por Fray Pedro de Gante. Amberes 1528. Editio quam rarissima, cuius nullum exemplar a bibliographis indicatur. — ... (Mexico) en casa de Juan Pablos. 1553. in 8; foll. 172, ex quibus 164 pro textu. Huius *Doctrinæ* compendium fortasse editum est Mexici circa a. 1547.

Epistola ad Guardianum cœnobii Gandavensis lingua belgica. data Mexico die 27 iunii 1529, in qua varia referuntur de Mexico et de eius incolarum moribus. Textus originalis deperditus videtur. Edita est latine per fr. Amandum Zericzeensem in « Chronica compendiosissima » Antuerpiæ apud Simonem Cocum 1534 in 8 (recusa ab Joachim García Icazbalceta in opere infra notato, pp. 394-397), gallice ab Henr. Ternaux-Compans in « Voyages, relations et mémoires originaux pour servir à l'histoire de la découverte de l'Amérique », vol. x (Paris 1838), et iterum a P. Kieckens Soc. Jesu in « Les Anciens Missionaires Belges en Amérique » (Précis Historiques, Bruxelles 1880), hispane ex versione Amandi Zericzeensis ab eodem J. García Icazbalceta, ibidem, pp. 397-400. Extat etiam in « Quarta parte de las Chronicas de la Orden de S. Francisco » Antonii Daza.

Carta al Emperador D. Carlos, exponendole sus trabajos en la doctrina e instruccion de los Indios. Mexico, 31 de octubre 1532. Extat in « Cartas de Indias », n. VIII (Madrid 1878).

Carta al Emperador D. Carlos, exponiendole el sensible estado a que tenia reducido á los Indios el servicio personal. De S. Francisco de Mexico, 15 de febrero 1552. Extat ibidem ad n. XVIII.

Epistola ad Philippum II, 23 Junii 1558, edita a González de Vera (De los primeros Misioneros en Nueva España) in « Revista de España », A. I to. III (Madrid 1868) p. 387.

Epistola ad Carolum V data die 20 iulii a. 1548, qua dolet de obitu fr. Joannis Zumarraga primi archiepiscopi Mexicani servatur Hispali in « Archivo de Indias ».

Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 244; Kieckens in opere cit; Serv. Dirks, Le Frère Pierre de Mura. Sa vie et ses travaux au Mexique (post opus eiusdem auctoris « Voyages de Pierre Fardé ». Gand, H. Van der Schelden, 1878); Id., Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 97-99; Joaq. García Icazbalceta, Bibliografía Mexicana del siglo XVI. México 1886, pp. 32-44, 393-394.

* PETRUS GIANNOLIUS = V. *Petrus Giannolius.*

MMMCLXXIX. 1651.

PETRUS GODEFRIDUS = de quo Willotus, Possevinus, et Bordonus in Chronol. 3. Ord. agit cap. 38., et Jo: a S. Anton. Edidit et

Proverbia impress. Parisiis ex to 1. Biblioth. Barber. pag. 479.

Valerius Andreas (Bibliotheca Belgica, Lovanii 1643, p. 741) dicit eum mortuum esse ætatis anno sexagesimo sexto, Joannes Franc. Foppens (Bibliotheca Belgica, II, Bruxellis 1739, p. 979) anno sexagesimo septimo, epitaphii a Waddingo exscripti versum 26um ita referens: « Septem, sex decies, addidit usque bonus ». Uterque tribus opusculis a Waddingo memoratis aliud addunt, et ipsum lingua vernacula scriptum, nempe

Panem Angelorum, sive de SS. Sacramento Altaris. Lovanii, apud Renerum Diestensem, 1552. in 8.

Proverbiorum auctor est Petrus Godofredus Carcassonensis iurisconsultus, qui obiit die 19 decembris a. 1573. Cf. Antoine du Verdier, La Bibliotheque, Lyon 1585, pag. 1014.

MMMCLXXX.

PETRUS GOMEZ DE GUINALDO Hispanus Regul. Observ. prov. S. Michaelis edidit vernacule eruditam

Orationem in translatione ossium plurium Sanctorum. Hispali an. 1604. in 4.

Concionem de S. Patre Francisco. Ibidem an. 1616. in 4., teste Jo: a S. Anton.

MMMCLXXX bis.

PETRUS GONNELLA de Terdona Insuber Poeta pius, et doctus seculo XIII., vel initio subsequentis scripsit versu

Meditationes animæ fidelis de contemptu mundi.

De timore mortis.

De adventu judicis.

De pœna peccatoris.

De gaudio electorum; quæ leguntur in Collectione Anecdotorum sacrorum Eugenii de Levis edita Taurini an. 1789.

Humanæ naturæ conditio.

Carmina de nativitate Domini.

Contra mundanam vitam.

Contra humanam superbiam.

Contra mentem instabilem, et vagabundam.

Opiarium, seu *de vocabulis.*

Disputatio hominis viatoris contra vitam mundi, carmine leonino.

Supplicatio hominis ad Deum, et Sanctos, eodem metro; omnia mss. in Cœnobio S. Francisci Taurini.

In collectione « Anecdota sacra » Eugenii de Levis Petro Gonella tribuuntur et extant non solum *Meditationes* relatæ, sed etiam *Disputatio hominis adhuc viatoris contra vitam mundi* incip. *Heu, heu mundi vita* (quod carmen fortasse supra bis indicatur), et *Deprecatio, sive Supplicatio Hominis adhuc viatoris ad Deum, et ad Sanctos ejus.* — *Disputatio hominis adhuc viatoris contra vitam mundi, Meditatio animæ fidelis de contemptu mundi, de timore mortis, de adventu iudicis, de pœna peccatoris, de gaudio electorum,* editæ etiam ab Edél. du Méril (Poésies populaires latines du moyen âge, Paris 1847, pp. 108-121) et a F. J. Mone (Lateinische Hymnen des Mittelalters, I, Freiburg im Breisgau 1853, pp. 411-413, 415-417), sunt revera partes unius carminis; hoc autem ex eo præsertim quod invenitur in ms. lat. bibliothecæ Nationalis Parisiensis 2389 sæc. XII vel ineuntis XIII, Petro Gonella adscribi nequit. Cf. B. Hauréau, Des poèmes latins attribués a Saint-Bernard, Paris 1882, pp. 38-42.

MMMCLXXXI. 1652.

PETRUS GONZALEZ = edidit etiam

Concionem de Immaculata Conceptione B. V. anno 1606. Toleti in Ordinis Capitulo habitam, et impressam an. 1608. in 4., teste Petro de Alva col. 1167. Militiæ.

Indicem omnium librorum, qui in Bibliotheca Cœnobii S. Mariæ de Saliceto asservantur. Matriti 1609. typis Ludovici Sanchez.

Institutionem authenticam primæ Regulæ Eremitarum de Pœnitentia, et Tertii Ordinis S. Francisci, hispano idiomate.

Epistolam

Digitized by Google

Epistolam ad Paulum V. Papam circa definitionem mysterii Immaculatæ Conceptionis, latine; extat Matriti in Archivo Conceptionis, teste P. de Alva.

Conciones de Sanctis, quæ mss. habentur in Bibliotheca memorati Cœnobii S. Mariæ de Saliceto. Scripsit demum factus jam Episcopus

Literas pastorales, quibus ad votum pro Immaculata Conceptione emittendum fideles suæ diœcesis adhortatus est, et favoribus prosequutus. Cæsaraugustæ 1619. in charta expansa.

Agunt de eo etiam Anton. de Leon Pinelo in Biblioth. Mar., Nicolaus Anton., et Jo: a S. Anton., qui addunt, obiisse eum anno 1639.

Ex Nicolao Antonio natus est a. 1571.

Historia del monte Celio, teste Petro de Alva Militiæ col. 1167, prodiit antea Matriti a. 1613 in fol.

Epistola ad Paulum V, nisi exemplar Archivi Matritensis a Petro de Alva indicatum translationem textus originalis exhibeat, ex initio ab eodem allato hispane scripta est, non latine.

In « British Museum. Catalogue of printed books » fasc. « Sq.—States of the Church » (1896), col. 165, indicatur:

Staney William, A Treatise of Penance, with an explication of the rule of the third order of S. Frauncis; commonly called Of the order of Penance, . . . Whereunto is added the Epistle and annotations upon this rule, of Fr. P. Gonzales . . . with a Catalogue made by him of the names of the chiefe persons of this order, as well Canonized Saincts, as Beatified, etc. Douay, J. Heigham 1617. 8°. — In eodem Catalogo, fasc. « Goe—Goo » (1882), col. 204, nostro auctori tribuitur

Relacion de las maravillas que Dios a començado a obrar, manifestando por ellas la santitad del Padre P. Selleras. [Saragossa, 1622.] fol.

MMMCLXXXII.

PETRUS GONZALEZ alter Hispanus provin. Granaten. Reg. Observ. Theologus, concionator, et a Secretis ejusdem provinciæ vulgavit

Concionem de Sacratiss. Eucharistia ad congregationem Generalem Ordinis an. 1648. *Victoriæ habitam.* Granatæ 1649. in 4. apud Franciscum Sanchez.

Orationem ad Fratres in Comitiis Generalibus Ordinis Victoriæ celebratis. Ibidem an. 1649. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 2.

Certamen poeticum, et perorationem pro festivitate Immacul. Conceptionis. Ibidem an. 1651. in 4. ex P. de Alva col. 1167. Militiæ, et cit. Joan. a S. Anton.

* PETRUS HERMOSILLAS = V. *Petrus Fermoselus.*

MMMCLXXXIII. 1653.

PETRUS HONTOYUS = Valerius Andreæ, et Willotus hunc laudant a pace, et literarum amore: vivebat an. 1598.; de eo et Joan. a S. Anton.

Romæ in bibliotheca Angelica extat hæc editio:

Mensa Apostolica, Hoc est, Commentarii de genuino sensu apostolicarum epistolarum, quæ Dominicis per Annum in Ecclesiis leguntur. In his plurimæ hæreses deteguntur, et ex Apostolico textu confutantur. Præfigitur cuilibet Epistolæ tabula diuisionem textus et sensus succincte complectens. Subiungitur item Homilia ad Populum. Per Fratrem Petrum Hontoyr Belgam Namurcensem, Minoritam Provinciæ Flandriæ. Tomi primi pars prima. Luxemburgi, Apud Matth. Birthon Typ. Reg. Anno 1603. in 8. Continet Commentarios in epistolas dominicarum quatuor Adventus, et duas homilias, alteram in epistolam primæ dominicæ, alteram in epistolam secundæ.

MMMCLXXXIV. 1654.

PETRUS INSULENSIS = provinciæ Franciæ, et Custodiæ Atrebatensis in Belgio floruit circa finem seculi XIV.; de quo Willotus, et Possevinus, Valerius Andreæ, et Joan. a S. Anton. to. 2. scribunt. Vide an hujus sit etiam

Principium Bibliæ fratris Petri Biblici (idest Lectoris sac. Bibliorum) *Paris.* etc., de quo supra in *Petro de Cheriaco.*

MMMCLXXXV.

PETRUS A JESU Abulensis Discalc. prov. S. Pauli virtutibus, literisque claruit, scripsitque idiomate hispano

Tractatus duos de modo legendi flores in flore agri Christo Domino nostro; et

De modo legendi flores in campo virtutum supernaturalium, et moralium. Matriti 1601.

Obiit an. 1631., teste Joan. a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

Nescio an hunc auctorem indicet in sua Bibliotheca Hispana Nova Nicolaus Antonius, apud quem (to. II edit. 1ª p. 162; to. II edit. 2ª p. 203) hæc tantum leguntur: *F. Petrus de Jesu (cuius nam religiosi ordinis mihi incompertum) edidit: Acto de contricion y exercicio espiritual que la alma tiene pidiendo a Dios perdon. Matriti apud Didacum Flamenco 1618. in 16.*

MMMCLXXXVI. 1655.

PETRUS JOANNES OLIVI = Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ordin. Min. de eo scribit: *Fr. Petrus Joannis Bachalarius formatus Parisiis, qui Opera præclara super Sententias, ac super totam sacram Scripturam faciendo, et alia, mundo sui famam perennem dimisit*: et Confor. XI. par. 2. in provincia Provinciæ, ac Custodia Narbonensi, locoque Biterrensi: *de hoc loco fuit Fr. Petrus Joannis, qui famosissimus fuit vita, et scientia, et quasi totam Bibliam postillavit multum profunde: composuit in Theologia Opus, et plura alia Opuscula edidit* etc. Scripsit itaque

Comment. in 4. *Senten. libros*, teste cit. Pisano. Franciscus de Platea, qui anno 1450. [1401.] scribebat, in tract. de Restitutionibus cap. 1. n. 21. citat 3. *librum Petri Jo. dist.* 39. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 23. versus Eccles. cod. 268. in fol. ms. post tres libros Senten. Alexandri Alex. habetur alius 2. *Liber Senten.*, cujus in fronte legitur *Petrus*, incipitque: *Qui vivit in æternum creavit omnia simul. Eccles.* 18. *In his verbis opus creationis sufficienter exprimitur* etc.; quo prologo præmisso, habet: *Creationem rerum* etc. *Liber totalis Sententiarum, ut dictum est in principio, in* IV. *partiales libros dividitur* etc.: forsan est hujus Petri. Argumentum libri valde diffuse tractatur. *Liber* 4. *Sententiarum* incipiens: *Quoniam in omni opere, et negotio* etc. extat ibidem ms. scam. 34. cod. 393. in fol.; sed creditur imperfectus.

Quodlibeta ejus extant mss. in Bibliotheca Sorbonica x. 1. n. 8., teste Carolo Plessejo in Collect. judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1280.; et impressa in fol. edit. antiqua sine anno, et loco Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, et Matriti in Biblioth. Regul. Observ. sub Q. n. 124., teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 456.; prodierunt etiam Venetiis an. 1509. in fol. per Lazarum Soardum, extantque Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum sub lit. F. incip. *Quæritur ergo primo, an Deus possit in uno instanti transferre aliquam rem de uno loco ad alterum per spatium intermedium*: suntque numero *quinque*, quorum unumquodque ex pluribus quæstionibus conflatur. Deest proœmium huic

Digitized by Google

huic Opusculo, ut colligitur ex initio: *Quæritur ergo* etc.

Postilla super Genesim incip. *Requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis* etc., habetur in Biblioth. S. Crucis Florent. post dictum librum 4. Senten. cod. 393.

Postilla P. Jo: super Psalterium, sed incompleta, incipiens: *Psalmodiæ virtutem, et fructum magnifice præconizat* etc., habetur ibidem cod. 71. scam. 7., eique adjuncta legitur

Expositio in proverbia Salomonis incipiens *Quemadmodum de hac vita ad æternam euntibus triplex est processus* etc., quæ credi potest ejusdem autoris.

Expositiones super Cantica Cantic. incip. *In speculo brevi, et aperto inspicere volentibus* etc., extabant olim Asisii in Sacrario Conventus S. Francisci v. solario orient. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto. Habetur nunc in Archivo dicti Conventus hoc Opus ms. chart. in fol., sed characteris recentis, et Seraphico *D. Bonaventuræ* adscriptum. *In Cantica Canticorum* incip. *In speculo brevi, et apto contueri volentibus continentiam Cantici Canticorum* etc. extat ms. in Biblioth. S. Crucis cit. cod. 71. scam. 7. in fol.

Postilla super 12. *Prophetas Minores* incip. *Ad succinctam, et summariam elucidationem libri* XII. *Prophetarum intendo* etc. habetur cit. cod. 71. Florent. post *Postillam in Job* incipientem: *Numquid nosti ordinem cœli, et ponere rationem ejus in terra. Job* XXXVIII. *Inter cetera, quæ in divinis libris sunt* etc.: quæ an ejusdem autoris sit, ignoro. Extat ms. et Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 2056. in fol. In eodem codice Florent. extat quoque

Postilla super Lamentationes Jeremiæ Prophetæ incip. *Circa expositionem Lamentationum Jeremiæ Prophetæ* VII. *sunt prænotanda* etc., et tam hæc, quam superior dicitur *P. Jo*: charactere rubro, idest *Petri Joannis.* Habetur quoque ibidem sine nomine autoris scam. 9. versus Ecclesiam n. 101. post *Expositionem Evangelii S. Joannis* incip. *Circa expositionem Lamentationum Jeremiæ Prophetæ* 5. *sunt prænotanda. Primum* etc.; et in fine legitur: *Iste liber, sive ista Postilla satis bona est ad usum Fratris Thedaldi de Mucello, quam suis tribus digitis non sine labore conscripsit in paucis diebus in loco Nemoris Anno Domini* M.CCC.LVII. Denique *Postilla,* sive *Expositio Lamentationum Jerem. Prophetæ* ms. extabat olim Asisii in v. solario orient. Sacrarii Conventus S. Franc. ex cit. illius loci Inventario.

Postilla super Matthæum incipiens: *Quatuor facies uni, et quatuor pennæ uni* etc. *Ezech.* 1. *Quemadmodum admirabilis est clausura* etc., habetur Florentiæ cum supradicta *Postilla in Genesim* cod. 393.; et scam. 9. cod. 97. in fol., sed sine nomine autoris; extat quoque ms. Asisii in Tabulario Conventus S. Franc., sed videtur deesse prologus, incipit enim: *Ad majorem autem evidentiam dictorum, et dicendorum* v. *sunt hic quærenda, et prænotanda.* Ipsemet in sua S. Francisci Regulæ *Declaratione* cap. 5. citat suam *Lecturam super Matthæum.*

Postilla in Evangelium S. Joannis incip. *Ad Evangelii Johannis sublimem celsitudinem, ac subtilissimam profunditatem, summamque contuendam occurrunt verba Psalmistæ* etc. Opus autem incip. *In principio erat Verbum. Totus hic liber potest dividi in* 4. *partes*: extat Florentiæ ante cit. *Opusculum expositionis Lamentationum* scam. 9. versus Eccles. n. 101. in 4. sine nomine autoris, sed quæ ex stylo censeri potest hujus Petri: initio primæ literæ depictus cernitur *Frater Minorita,* et in fine legitur: *Scriptum est hoc Opus sub anno Dom.* M.CCC.LVII. *et in Vigilia S. Thomæ Apostoli completum in Nemore de Mucello in loco Fratrum Minorum.*

** *Postilla Petri Joannis super Joannem* habetur in Indice antiquæ Bibliothecæ S. Francisci Senensis an. 1481. confecto banco 3. dext. fac. 2., et armar. K. L. ex additionibus Indici eidem factis.

Postilla Petri Joannis super Actus Apostolorum ms. memoratur in eodem Indice banco 5. facie 2. a dext., et ibidem armar. K. L.

Postilla super Epistolas canonicas, et *super Job Petri Joannis* pergam. ms. ibid. armar. K. L. **

Postilla super Lucam incipiens: *Quoniam ex dictis super Matthæi Evangelium, et Johannis fere major pars Marci, et Lucæ est tacta* etc. ms. pergam. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci; adduciturque a Bernardino de Bustis in Mariali par. 7. serm. 1.

In epistolam ad Romanos Postilla incip. *Ad contemplandam et prælibandam in Sm̄a doctrinam epistolarem* [corr. *exemplarem*] *divinissimi Pauli* etc., habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis cit. cod. 71. scam. 7.

Postilla super Apocalypsim incip.: *Erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter* etc. *In hoc verbo ex* XXX. c. *Isaiæ assumpto* etc.: et post fusissimam præfationem incipit: *Apocalypsis Jesu Christi* etc. *Liber iste dividitur in exordium, seu proœmium, et narrationem, et conclusionem* etc.; finitque: *ac benedicendus in secula seculorum. Amen.* Subditur postea: 1297. *anno ab incarnatione Domini fuit liber iste confectus: obiit enim ille, qui composuit, eodem anno* 2. *Ydus Martii. Explicit Deo gratias, et suæ dulcissimæ Matri, et omnibus Angelis, et Sanctis Dei. Amen. Scriptum Florentiæ in Thuscia Anno Domini* M.CCC.LXV. *die* XV. *mensis Febr.*: extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 8. versus Eccles. cod. 93. in 4., et Venetiis ex Tomasino Biblioth. Ven. mss. fol. 105. cum *Postillis super* 4. *Evangelistas,* teste Le Long pag. 885. Biblioth. sac. Hoc Opus, contra quod scripsit Ægidius Columna jussu Bonifacii VIII., prohibitum fuit etiam a Constitutionibus Farineriis cap. 7., et Alexandrinis an. 1500. conditis eodem cap. Scribit quidem Waddingus in Annal. Min. ad an. 1325. n. 24. ex Mariano Sixtum IV. illius lectionem omnibus permisisse; tamen in citatis Alexandrinis Constitutionibus post interdictam hujus *Operis, et aliorum ejus Tractatuum* detentionem subditur: *Sixtus concessit Opera dicti Petri Joannis legi, et ex illis rosam excerpi sentibus obmissis.* Revera ipsius Operis autoritate usus est Bernardinus Busti in *Rosario* par. 2. serm. 11. pag. 5.

Luminaria Ecclesiæ, et

Principium sacræ Scripturæ inter Opera S. Bonaventuræ forsan hujus sunt, ut ibi conjectavi.

Expositio in Regulam S. Francisci legitur in Firmamento trium Ordinum par. 3. edit. Venetæ an. 1513.; extabatque Asisii cum superiori *Expositione in Lament. Jeremiæ,* ut ex cit. Inventario.

Quæstiones 5. *de paupertate, et votis* habentur Florentiæ

Digitized by Google

Florentiæ in ms. Bibliotheca S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. 733. in fol. post alia Francisci Asculani, Francisci Mayroni, et Jo: Pekami de ea re; ubi et legitur ejus *defensio* per Fr. Ubertinum Casalensem elucubrata; nec non plura de ejusdem obitu, ac opinionibus.

Impugnatio 37. *articulorum adversus opiniones Doctorum quorundam, quorum ipse supprimere voluit* (nomen) prodiit Venetiis an. 1509. post *Quolibeta*, de quibus supra; incipit: *Ostenso, quod primus articulus paupertati Evangelicæ contrarius est, erroneus, et contra Decretalem Domini N., tangendum est aliquid breviter de subsequentibus* etc.; impugnatque dicta cujusdam (non multorum), qui videri posset *Arlottus de Prato*; nam in *Impugnatione aliorum* 19. *articulorum* etc., de qua infra, §. XVI. habet: *et Fr. Ar. in quibusdam dictis suis hoc sapere videbatur in explicatione eorum, quæ contra aliqua dicta sua scripsi, credens, quod per Generalem* (Ministrum) *tam sua, quam mea examinarentur* etc.: erat igitur ejusdem Ordinis Minorum et ille *Fr. Ar.* Post hanc impugnationem 37. articulorum sequuntur *quinque articuli adversus quosdam alios Doctores* incip. *Post præmissa attendendum est ad articulos aliorum* etc. In Bibliotheca Sorbonica in fine suorum *Quolibet.* supradictorum habetur ms. *Impugnatio* 37. *articulorum*, eamque vulgavit dudum Carolus du Plessis in Collect. Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1280.; habetur quoque in editione antiqua *Quolibet.* Hispali, et Matriti extante, de qua Jo: a S. Anton. supra. In relata editione an. 1509. sequitur

Ejusdem defensio, et expositio articulorum quorumdam ab infrascriptis Magistris dammatorum incip. *Reverendis in Christo patribus Fratri Arloto de Prato, fratri Ricardo de Mediavilla, fratri Drochoni, fratri Joanni Valensi, fratri Simoni sacræ Theologiæ Doctoribus, fratri Ægidio de Baysi, fratri Joanni de Murro Bachalariis Domus Parisien. homuncio peccatorum vilissimus dictus frater Petrus Joannis Olivi* etc.; et in fine legitur: *Datum Nemausi anno Dom.* MCCLXXXV. Extat quoque hæc *Defensio* eumdem locum, et annum referens post *Quolibeta* edit. antiquæ Hispali, et Matriti extantis, de qua cit. Jo: a S. Anton., et ms. in Biblioth. Sorbonica in fine eorum *Quolibet.*, de quibus supra, teste cit. Carolo du Plessis. Postea in eadem Veneta edit. anni 1509. per Lazarum Soardum sequuntur

Impugnationes aliorum 19. *articulorum* incip. *In Christo valde diligibili, et vere dilecto fratri R. de Camliaco, et sociis ejus charissimis frater P. Jo: Olivi maximus peccatorum* etc. In fine vero extat: *Dat. in Monte Pessulano feria* IIII. *post Christi Divinissimum Pascha.* Deinde sequuntur *Impugnationes aliorum articulorum* incipientes: *Quoniam in quinto articulo litteræ præcedentis ad concordandum dictum decretalis Innocentii PP. III.*; suntque potius responsiones, et purgationes eorum, quæ ipsi objiciebantur ex ejus scriptis. Omnia hæc typis iisdem habentur post *Quolibeta Richardi de Mediavilla*, extantque Romæ, ut supra dixi.

Tractatus de paupere rerum usu = quem ipsemet adducit in cap. 6. *Declarationis Regulæ* S. Francisci, et in *Defensione suorum Articulorum* §. art. 13.

Oratio, themate assumpto, Spiritus oris sui interficiet impium, habita coram Hieronymo Asculano Gen. Ministro, ac suis æmulis, teste Rodulphio lib. 2. fol. 184., idque circa annum 1278.; vel coram Bonagratia Ministro Gen. ex Waddingo ad an. 1283. n. 1.

Tractatus de gradibus amoris incipiens: *Loquar tibi de gradibus amoris gratiosi, quos possunt habere amici Dei in hac vita*: extat ms. chart. in 4. inter diversorum Scriptorum Opuscula, et Conciones Asisii in Tabulario Conventus S. Franc.

In Catalogo Bibliothecæ Benedicti XII. [*corr.*: XIII.], qui ms. extat Parisiis in Bibliotheca Colbert. cod. 2743. fol. 14., habetur elenchus tractatuum hujus scriptoris, teste Baluzio in notis ad Vitas Paparum Avenionen. col. 754. [*corr.*: 752.]; suntque

Confessiones aliquæ, et literæ editæ per eum ad Magistros Parisienses, qui condemnarunt dicta sua.

Tractatus de Sacramentis.

Tractatus emptionum, et venditionum, et de usuris.

Quæstiones quædam.

Quæstiones logicales. (Suam *Compilationem Logicalium* ipsemet citat in fine *Impugnationis* 37. *Articulorum contra quemdam.*)

Postilla super librum B. Dionysii de Angelica Hierarchia.

Opus, quod vocatur Miles armatus.

Opus, quod dicitur Exercens.

Expositio, seu disputatio Regulæ Fratrum Minorum.

Quæstio disputata per eum.

Quæstio disputata de paupertate ibidem in eodem codice fol. 152. Hæc in dicto catalogo.

De perfectione evangelica quæstiones, et tractatus edidisse ipsemet testatur in prologo super Regulam, et in fine capitis 2. expositionis dictæ Regulæ S. Francisci, cujus in cap. 6. inquit etiam: *Quomodo autem ex nostræ professionis statu, et Regula hoc abundanter probetur, probavi alias per vias* XII., *quas Romæ a sanctæ memoriæ Fratre Bertrando Ministro super hoc requisitus conscripsi tempore, quo Ministri cum Discretis aliis ibidem convenerant ad deliberandum super Declaratione tunc temporis a Domino Nicolao fienda, et paulo post facta*: nimirum anno 1279. In cap. 11. ejusdem *Regulæ* ait: *quæ etiam in suspecto consortio includatur, et quomodo in consilio evangelico dato de castitate ejus vitatio comprehendatur, tradidi in quæstione de hoc specialiter facta*: in fine vero cap. 4. dictæ Regulæ hæc subdit: *in aliis tractatibus plura de hoc scripsi.* Sed et Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 5. cap. 23. ex antiquis Chronicis, et Mariano perhibet, edidisse eum præ ceteris

Tractatus de vitiis, et virtutibus, ac exercitiis spiritualibus.

Ex hujus autoris 3. *parte Summæ* S. Bernardinum extraxisse suum *de Obedientia* dialogum, adnotatum legimus in argumento eidem dialogo præmisso in Firmamento trium Ordinum edit. Venetæ anni 1513. par. 3.

Scripserunt adversus eum Riccardus a Mediavilla, et Gulielmus a Falgario Minoritæ, nec non Jacobus Furnarius, qui postea fuit *Benedictus XII.* At ejus defensionem plures etiam susceperunt, inter quos præcipuus Fr. Ubertinus Casalensis *Apologiam* edidit pro eo incip. *Sanctitati Apostolicæ* etc.; cujus exemplar ms. se habuisse scribit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1297. n. 36., et Baluzius lib. 1.

Digitized by Google

Miscellan. pag. 294., qui et in notis ad Vitas Papar. Avenion. col. 752. docet, in cit. Biblioth. Colbert. cod. 1002. haberi *Refutationem* valde prolixam *eorum, quæ in Postilla fratris Johannis super Apocalypsim videntur esse hæretica, aut erronea, aut periculosa secundum quod sunt ab eo intellecta, et declarata, et prout etiam verba sonant*: cod. vero 56. *Allegationes super articulis tractis per Dominum Papam de Postilla, quam frater Petrus Johannis composuit super Apocalypsim.*

Præter antiquos tractant de hoc scriptore Cæsar Egassius Bulæus sec. v. Hist. Universit. Parisien. ad an. 1297., Baluzius laudatus, et col. 599., qui et Miscellan. lib. 1. pag. 213., et 219. [!] affert condemnationem ejusdem *Postillæ in Apocalypsim* a 12. [8.] Magistris in Theologia post mortem autoris factam: et ex his Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1280.; de qua et Raynaldus ad an. 1325. n. 20., et Mansi in notis ad dictum locum.

Petrus Johannis, non vero Johannes, Olivi. Post comitia generalia anni 1287, in quibus nisus est doctrinam suam tueri, est institutus theologiæ lector Florentiæ in cœnobio S. Crucis, eodemque officio functus est postea et in Montepessulano. Ut legitur apud Bernardum Guidonis, Practica inquisitionis hæreticæ pravitatis (Parisiis 1885), pag. 287, part. v, n. 12, et in codice Laurentiano bibliothecæ S. Crucis Plut. xxxi Sin. n. iii sæc. xiv, obiit anno 1297 pridie idus martii die veneris, id est 14 martii 1298, anno ætatis suæ quinquagesimo, a suscepto Minorum instituto trigesimo octavo.

Tercius liber Petri Johannis, seu verisimiliter eius *Commentarius in tertium librum Sententiarum*, servabatur in pontificio palatio avenionensi anno 1369 (cf. Ehrle Franc., Historia bibliothecæ Romanorum Pontificum tum Bonifatianæ tum Avenionensis, i. Romæ 1890, p. 356 n. 906). *Commentarius in secundum librum Sententiarum*, incipiens *Qui vivit in æternum .... In his verbis opus creationis sufficienter exprimitur*, est Petri de Tarantasia seu Innocentii V, ex quodam codice Tolosano sæculi xiii, nunc bibliothecæ publicæ Tolosanæ 237, editus iam Tolosæ anno 1649. Opus, quod in codice iam 393 bibliothecæ florentinæ S. Crucis, nunc bibliothecæ Nationalis florentinæ *Conventi soppressi* ms. 671. G. 1, titulum « Lectura super 4um lib. Sent. » immediate sequitur et incipit *Quoniam in omni opere et negotio*, est quæstio Petri Olivi *de signis voluntariis*, de qua infra.

Quodlibeta Petri Olivi tempore Caroli du Plessis d'Argentré, ut ipse testatur loco a Sbaralea citato, extabant in bibliotheca Sorbonica typis expressa, non manu scripta. Eorum editio antiqua in fol. notis typographicis carens reperitur integra (76 ff., quorum ultimum est vacuum) Romæ in bibliotheca Alexandrina seu Universitatis (Y. g. 43), Neapoli in bibliotheca Nationali (iii. F. 4). Quum editio veneta Lazari Soardi anni 1509 a Sbaralea primum indicetur atque a posterioribus scriptoribus ex eius tantum testimonio citari videatur, editio vero nullam notam typographicam habens easdem materias contineat, quas Sbaralea tribuit editioni anni 1509, eodemque ordine, præterea typos eosdem, ut omittam litteras initiales ligno incisas, exhibeat, quos Quodlibeta Richardi de Mediavilla edita eadem voluminis forma Venetiis per Lazarum Soardum anno 1509, hanc unicam esse censeo eamdemque Sbaraleam præ oculis habuisse, tribuisse autem, etsi notis typographicis destitutam, Venetiis et Lazaro Soardo et anno 1509 ex eo, quod eam, quam cum Quodlibetis Richardi de Mediavilla compactam iisdemque typis expressam typographiceque simillimam vidisset, simul cum dictis Quodlibetis in lucem prodiisse iudicaverit. *Quodlibeta* Petri Olivi ineunte quidem sæculo xvi, sed nonnullis annis ante annum 1509 excusa videntur.

Postilla super Genesim, incipiens *Requiescite sub arbore ponamque buccellam panis .... Ex. 18. Pater fidei nostræ Abraham*, desinens *Summo igitur patri per eius unigenitum serviat omnis genitura renata per eius spiritum, ita ut deo uno et trino omne genu flectatur et omnis lingua confiteatur in sec. sec. amen*, invenitur etiam in bibliotheca Vaticana, cod. Ottob. 694 sæc. xv.

Postilla super Job Petri Joannis anno 1369 servabatur in bibliotheca pontificia avenionensi (Ehrle, op. cit., i p. 321 n. 446). Codex iam 71 bibliothecæ florentinæ S. Crucis (sæc. xiv), anno quidem 1772 e Laurentiana in pristinam sedem cum aliis regressus sed extans nunc iterum in Laurentiana (Conventi soppressi, cod. 240), genuinum Petri Olivi opus continere putandus est, quod exhibet etiam codex Urb. lat. 480 bibliothecæ Vaticanæ, ineuntis sæc. xiv, a recentiori manu (sæc. xvi) Petro Olivi adscriptum. Explicit: *quia cum mentis beatitudine etiam carnis gloriam possidebunt, quam nobis parare dignetur filius dei, qui pro nobis passus et mortuus in regno gloriæ cum patre et spiritu sancto regnat in sec. sec. amen.*

Postilla super Psalterium in codice Laurentiano pertingit usque ad vers. 16 psalmi 17 desinens his verbis: *ab inspiratione i. e flatu, spiritus i. e. venti, ire tue i. e. ab ira tua emissi; vel ab inspiratione i. e. imperio tui spiritus contra peccatores irati.*

Postilla Petri Johannis super Proverbiis Salomonis extabat in bibliotheca Romanorum Pontificum avenionensi an. 1369 (Ehrle, op. cit., i p. 352 n. 853). Quæ continetur codice Laurentiano explicit in expositione vers. 14 cap. 16 his verbis: *nisi enim primo cor interius contempnat dei preceptum, non potest procedi in exterius opus.*

Postilla in Cantica Canticorum invenitur etiam in bibliothecæ Nationalis Parisiensis codice lat. 15588 exeuntis sæculi xiii et Nouv. Acquis. lat. 774 sæc. xiv, in codice Urbinate lat 480, ubi Petro Joannis adscribitur a manu sæc. xvi, et in codice Vaticano lat. 918 sæc. xiv sed S. Bonaventuræ tributa. Impressa est sub nomine S. Bonaventuræ a Benedicto Bonelli in « S. Bonaventuræ operum Supplementum » i (Tridenti 1772), pp. 51-281. Confer supra, Par. i, p. 184.

Postilla fratris Petri Johannis super duodecim Prophetis extabat anno 1369 in duobus codicibus bibliothecæ pontificiæ avenionensis (Ehrle, op. cit., i, p. 356 n. 894 et p. 359 n. 946; cf. p. 516 n. 967), quorum primus idem est ac codex biblioth. Colbertinæ 2056, nunc Nationalis parisiensis ms. lat. 507. Explicit: *non enim fuit meæ intentionis* xii *prophetas hic diserte exponere, sed solum aliqua fundamenta litterar iactare et aliqualem introitum specialis intelligentiæ aperire ad laudem et gloriam* etc.

Postilla super Lamentationes Jeremiæ desinit (in expositione Orationis Jeremiæ): *innova dies nostros sicut a principio, quando in apostolis et martyribus et primis sanctorum religionum patribus florebat et crescebat tuus cultus et animarum salus, amen. — Postillæ fratris Petri Johannis super Threnis* exemplaria duo servabantur circa a. 1375 in bibliotheca pontificia avenionensi (Ehrle, op. cit., i, p. 520 n. 1042 et p. 545 n. 1412).

Postilla super Matthæum, quæ ex Bandinio (Catalogus codicum latinorum biblioth. Mediceæ Laurentianæ, iv, Florentiæ 1777, col. 406) codici bibliothecæ S. Crucis 97, seu Plut. x Dext. cod iv, videtur inesse *cum* nomine auctoris, invenitur etiam in bibliothecæ Nationalis Parisiensis ms. lat. 15588, in Vaticano lat. 1001 sæc. xiv, in Collegii Novi Oxoniensis cod. 49 exeuntis sæc. xiv, Patavii in bibliothecæ Antonianæ cod. 336 anni 1344, et anonyma Tolosæ in bibliothecæ publicæ cod. 48 ineuntis sæc. xiv. Explicit: *Ipse est leo resurgens, qui solus meruit et potuit solvere septem signacula libri, cui est honor et gloria in sec. sec. amen.* Codex Asisiensis, de quo Sbaralea, idem videtur ac bibliothecæ civicæ Asisiensis cod. 361, qui est sæc. xiv.

Postilla in Lucam, quæ comprehendit *evangelii S. Marci generalem et summariam divisionem*, extat in bibliotheca Laurentiana in eodem codice 97 bibliothecæ S. Crucis (sæc. xiv). Codex Asisiensis a Sbaralea memoratus servatur, ut puto, nunc Asisii in bibliotheca civica ad num. 52, et est sæc. xiv. Finis huius Postillæ: *ac ascensio discipulos perduxit ad iubilum videlicet ad sempiternalium laudum* (sic) *dei unius et trini, benedicti et benedicendi in sec. sec. amen.*

Postilla in evangelium Joannis, quæ continetur in Laurentiana, bibliothecæ S. Crucis cod. 101 seu viii Plut. x dext., ex Ubertini Casalensis Apologia videtur esse genuinum opus Petri Olivi. Explicit: *deficit ab incomprehensibili plenitudine veritatis et intelligentie Jhesu Christi. Ad quam nos perducat ipse Jhesus dei filius, qui est solaris lux et beatifica veritas animarum nostrarum, cui laus et gloria et honor in secula seculorum, amen.*

Postilla in Actus Apostolorum inerat anno 1369 in duobus codicibus bibliothecæ pontificiæ avenionensis (Ehrle, op. cit., i, p. 329 n. 538, p. 338 n. 656).

Postilla fratris P. Johannis super epistola ad Romanos extabat eodem anno in bibliotheca pontificia avenionensi (Ehrle, op. cit., i p. 338 n. 656). Continetur etiam ms. lat. 15588 bibliothecæ Nationalis Parisiensis, atque explicit: *Et secundum glossam quidam legunt hic sine « cui » dicendo: ei, qui sic potens est et qui tanta nobis revelavit, sit per Jesum Christum gloria in sec. sec. amen.*

Digitized by Google

Postilla in epistolas canonicas, servata et ipsa a. 1369 in biblioth. pontificia avenionensi (Ehrle, op. cit., I, p. 338 n. 656), continetur codice Burghesiano 54 sæc. XIV; incipit *Ad videndum summam VIIem epistolarum, que canonice nominantur*, desinit *et ibi summe claret tota potestas et magnificentia dei patris, ad quam nos perducat deus trinus et unus.*

Postillæ in Apocalypsim codex 93 bibliothecæ S. Crucis seu Plut. IX Dext. cod. XII (de quo cf. Bandinius, op. cit., col. 726) nescio ubinam et an extet. Invenitur autem hæc *Postilla* in Laurentiana, Conventi soppressi cod. 397 (sopra la porta 31) sæc. XIV, et Romæ in Angelica cod. 382 sæc. XV. Non prodiit, ut tradunt nonnulli, Amstelodami anno 1700 cum notis Isaaci de Larrey, et inedita adhuc censenda est. Qui Isaac de Larrey tantummodo Censuram de ea octo magistrorum parisiensium, ex Baluzii Miscellaneis desumptam, in gallicum sermonem vertit ediditque cum notis ibidem eo anno (cf. Niceron, Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres etc. I, Paris 1727, pp. 8-9).

Opus *Luminaria*, seu *Illuminationes. Ecclesiæ* novissimis operum S. Bonaventuræ editoribus visum est eidem sancto doctori adscribendum; item *Principium sacræ Scripturæ* impressum inter opera S. Bonaventuræ in editione eorum vaticana to. I, pp. 1-8, et incipiens *Ostendit mihi Dominus fluvium aquæ vivæ.... Probatissimæ perfectissimæque legis integritas*, absque sufficienti ratione a Sbaralea Petro Olivi tributum. Cf. S. Bonaventuræ Opera omnia, to. V, Ad Claras Aquas 1891, pp. XXXVI-XL, et to. VI (1893) pp. I-III.

Expositio in Regulam S. Francisci cum inscriptione per manum sæc. XVI « Petrus Joannes super regulam fratrum minorum » extat in bibliothecæ Vaticanæ codice Urbin. lat. 480; reperitur etiam in codice Conventus Ord. Fr. Min. Capistranensis XXVI ineuntis sæc. XV (descripto a Livario Oliger in « Archivum Franciscanum Historicum » I, Ad Claras Aquas 1908, pp. 617-622), Pistorii in codice bibliothecæ Forteguerri 199 (alias D, 299) sæc. XV et Massiliæ in bibliothecæ publicæ cod. 1200 sæc. XV ineuntis, eius autem duo priora capitula in Laurentiana, bibliothecæ S. Crucis Plut. XXXI Sin. Cod. III saec. XIV. Incipit: *Quamuis ex hiis que in questionibus seu tractatibus de perfectione euangelica pro modulo intelligencie mihi date sunt tradita satis abunde clarescere queat sublimis perfectio;* desinit: *in pura ueritate fidei et in plena obseruantia euangelii tui ad laudem et gloriam summe et indiuidue ac beatissime trinitatis in secula seculorum, amen.*

Quæstiones de perfectione evangelica, quæ respiciunt in primis paupertatem in Ordine S. Francisci servandam, sunt septemdecim in codice Vaticano lat. 4986, eodem ac 811 in Recensione librorum palatii pontificii avenionensis facta a. 1369. In codice bibliothecæ S. Crucis 733 secundum Sbaraleam, 734 seu Plut. XXXI Sin. Cod. III secundum Bandinium, extant ex iis non solum quinque priores sed aliæ septem. Continentur quatuordecim in codice Burghesiano 357, tredecim in Burghesiano 358 sæc. XIV, novem in Laurentiano, Conventi soppressi 842 sæc XIV, septem in Burghesiano 46 sæc. XIV, quinque in codice Conventus Ord. Min. Capistranensis XXVI. De iis omnibus abunde agit Franc. Ehrle in « Archiv » infra notato, III pp. 497-533, atque ex nonnullis præsertim ex nona (*An usus pauper includatur in consilio seu in voto paupertatis evangelicæ, ita quod sit de eius substantia et integritate*) copiosa excerpta refert.

Impugnatio 37 articulorum, in qua non est certum agi contra dicta ab Arlotto de Prato (cf. Études Franciscaines, t. XXIX, 1913, p. 419), non est vulgata per Carolum du Plessis d'Argentré, qui edidit tantum scitu digna ex *Defensione anni 1285* atque ex *Impugnatione aliorum 19 articulorum*. Hanc *Impugnationem* edidit ex parte etiam P. Gratianus Ord. Min. Cap. in « Études Franciscaines » eodem tomo, pp. 416-422.

Tractatus de paupere rerum usu extat in codice Vaticano lat. 4986, in Laurentiano bibliothecæ S. Crucis Plut. XXXI Sin. Cod. III, in codicibus Conventus Ord. Min. Capistranensis XV et XXVI, in codice bibliothecæ Forteguerri Pistoriensis 198 (alias D, 298) sæc. XV. Incipit: *Quoniam contra paupertatem evangelicam per seraphicum Christi confessorem Franciscum in novissimis temporibus plenius et clarius renovatam*; explicit: *regnum sanctorum potestative optinet in secula seculorum, amen.*

Tractatus de sacramentis, quem memorat Ubertinus de Casali in sua Apologia, et ipse Petrus in epistola ad fr. Conradum de Offida, de qua infra, invenitur in codice Vaticano lat. 4986, bibliothecæ Nationalis florentinæ Conventi soppressi cod. 761. G. 1, et in codicibus Burghesianis 173 et 13 utroque sæc. XIV.

Tractatus emptionum et venditionum et de usura, item opus vocatum *Miles armatus* et alterum dictum *Exercens* in codicibus adhuc non sunt reperta.

Quæstiones plures tum philosophicæ tum theologicæ servantur in cod. Vaticano lat. 1016 et in aliis codicibus. Post quinque *Quodlibeta*, quæ 92 quæstiones complectuntur, in editione supra citata sunt 11 *quæstiones textuales*, a Sbaralea forsan speciatim non memoratæ ex eo quod, quum subscriptionem habeant « Finis Quodlibetorum », ab eo tamquam eorum pars putatæ sint.

Expositio quædam *super Dionysium de angelica hierarchia* extat in codice bibliothecæ Vaticanæ Urbinate lat. 480. Petro Joannis adscribitur a manu sæc XVI, et quum eius initium idem sit ac initium *Expositionis* Petri Olivi indicatum a fr. Thedaldo in cod. IV Plutei X Dext. bibliothecæ S. Crucis (cf. Bandini op. cit., IV, col. 407), genuinum Petri Olivi opus censenda est. Incipit: *Venerabilis et electe minister, quem mihi pupillo pro virtuali et speciali tutela gratuito et gratioso Christi munere non dubito celitus ministratum;* desinit: *vult tamen nostras esse figuram illarum, que sunt in eis; et hoc est quod in parte illa intendit. Post hoc igitur ad librum de ierarchia ecclesiastica transeundum.*

Tractatulus scriptus a. 1279 de paupertate iuxta regulam fratrum Minorum, incipiens *Quod regula fratrum minorum excludit omnem proprietatem tam in speciali quam in communi ex* XII *sequentibus evidenter posse patere credo*, extat post quæstionem octavam *de perfectione Evangelica* in codice Vaticano lat. 4986, et in codicibus Burghesianis 357 et 358.

Quæstiones nonnullæ *de virtutibus in genere* et *de fide* continentur codice Burghesiano 173 sæc. XIV.

Alia Petri Johannis Olivi opera:

Quæstio de signis voluntariis ab Ubertino Casalensi ei tributa in sua Apologia, extans, præterquam in codice Conventi soppressi 671. G. 1 bibliothecæ Nationalis florentinæ, in codice Vaticano lat. 4986, incipiens *Quoniam in omni opere et negotio iustitiæ nomine, iurisdictionalis auctoritatis et potestatis ac debiti et obligationis utuntur, sitque a quibusdam quesitum sæpe, an huiusmodi addant realiter aliquid super subiecta vel extrema, quibus attribuuntur*, desinens *sed solam obligatoriam præceptionem. Ex iis patent aut patere possunt omnia in prædictis argumentis tacta.*

Tractatus de quantitate contentus codicibus Burghesianis 54 et 88, utroque sæc. XIV, impressus in editione Quodlibetorum, de qua supra, veluti extrema pars *Impugnationis 37 articulorum*, incipiens *Quoniam autem ex quadam opinione, quam de quantitate aliquando recitavi absque tamen assertione aliqua*, desinens *præter doctores sacros a romana ecclesia autentice receptos et solempnizatos.*

Tractatulus de perlegendis philosophorum libris extans in codicibus Burghesianis 106 sæc. XIV et 358, incipiens *Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. 1 Cor. Ut sciamus, quali modo intendendum sit ad perlegendum philosophorum libros*, finiens *et tamen in principio capituli dixerat, quod isti præ ceteris de uno deo melius censuerunt.*

Postillæ in Exodum et *in libros Regum*, quæ extabant circa annum 1375 in bibliotheca pontificia avenionensi (Ehrle, op. cit., I p. 520 n. 1042).

Postilla in Ecclesiasten, servata in codice Vaticanæ bibliothecæ Urbinate lat. 480 a manu sæc. XVI Petro Joannis adscripta, incipiens *Ad prelibandum in summa aliqua de libro Ecclesiastes tria vel quatuor sunt prenotanda*, desinens *quamquam preter hoc ipsa bona ibi adducentur, ut eterna gloria remunerentur in sec. sec. amen.*

Postilla in Isaiam, servata iam circa annum 1375 in bibliotheca pontificia avenionensi (Ehrle, op. cit., I p. 520, n. 1042), extans in codice bibliothecæ Nationalis parisiensis Nouv. Acquis. lat. 774, incipiens iuxta fratrem Thedaldum (Bandini, op. cit., IV, col. 407) *Spiritu magno vidit ultima.*

Postilla in Ezechielem, contenta codice Burghesiano 13 sæc. XIV, incipiens *Ut signaculum similitudinis plenus sapientia perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. Ezech.* XXVIII. *Quante altitudinis et sublimitatis sit sermo propheticus*, desinens *completur tercia pars principalis totius libri.*

Postilla in epistolam ad Corinthios (cum *generali sequentium Pauli epistolarum divisione*), extans sed incompleta in bibliotheca Laurentiana, Conventi soppressi cod. 240, incipiens *Corinthus est metropolis seu caput provinciæ Achaiæ.*

Principia generalia in Sacram Scripturam quinque, extantia in cod. lat. 15588 bibliothecæ Nationalis parisiensis et in codice Vaticano lat. 918. — 1) *Vidi in dextera sedentis super thronum . . . Consideranti mihi Scripturarum sanctarum pelagus infinitum*, impressum a Bened. Bonelli in « S. Bonaventuræ operum Supplementum » II, pp. 1053-1115, cum titulo « Commentarius in 1um versiculum cap. V. *Apocal. de Scripturarum*

Digitized by Google

Scripturarum sanctarum dignitate et excellentia »; 2) *Quatuor animalia singula eorum habebant alas senas . . . Superineffabilis altitudo doctrinæ evangelistarum*, impressum ibidem, pp. 1032-1052, cum titulo « Commentariolum in VIII vers. cap. IV Apocal. de doctrina evangelica »; 3) *Cum essem in medio captivorum . . . Conscendere cum Paulo volentibus*, editum ibidem, I pp. 282-347, cum titulo « Tractatus in cap. I. Ezech. de sacræ scripturæ mysterio »; 4) *Ingredere in medio rotarum . . . Scripturarum sanctarum pelagus et abyssus*, editum ibidem, I pp. 348-374, cum titulo « Tractatus in cap. X. Ezech. de sacræ scripturæ materia »; 5) *Vacate et videte quoniam ego sum Deus . . . Sicut inter omnia nihil Deo altius et melius*, editum ibidem, I pp. 23-49, cum titulo « Tractatus in Psalmum XLV. de studio divinarum literarum, seu de contemplatione et scientia Dei ». Cf. S. Bonaventuræ Opera omnia, VI (Ad Claras Aquas 1893), pp. VIII-IX, et supra Par. I p. 184.

Quæstio de veritate indulgentiæ dictæ de Portiuncula vulgata ab Ignatio Jeiler in « Acta Ordinis Fratrum Minorum », XIV (1895), pp. 139-145, quæ etiam seorsim prodiit (Ad Claras Aquas ex typographia Collegii S. Bonaventuræ, eodem anno, in 16).

Opus super dictis Senecæ servatum circa annum 1375 in pontificia bibliotheca avenionensi (Ehrle, op. cit., I, p. 545 n. 1414).

Epistola ad fr. Raymundum Gaufridi nondum generalem ministrum et socios eius edita a Fr. Gratiano Ord. Min. Cap. ex codice bibliothecæ Nationalis parisiensis Nouv. Acquis. lat. 774 in Études Franciscaines, to. XXIX (1913), pp. 416-422.

Epistola ad filios Caroli II *regis neapolitani* data Narbonæ a. 1295 XV calendas iunii edita ex codice Burghesiano 54 a Fr. Ehrle in opere infra notato Archiv., III, pp. 534-540.

Epistola ad fr. Conradum de Offida data Narbonæ in festo Exaltationis crucis Christi (14 Sept.) a. 1295, in qua probat papam suæ dignitati renuntiare posse ac tenet opinionem tunc satis vulgatam inter theologos eumdem notorie hæreticum posse deponi, præterea demonstrat declarationes regulæ factas a Nicolao III et Gregorio IX non esse erroneas, edita ab Ign. Jeiler in Historisches Jahrbuch, III (Münster 1882), pp. 652-659.

Tractatus de septem spiritibus malignis, teste Bernardo Guidonis (Practica inquisitionis, p. 273).

Expositio, probabiliter, *in librum Dionysii Areopagitæ de hierarchia ecclesiastica*, ut deduci potest ex ultimis verbis (supra relatis) Expositionis super libro eiusdem de angelica hierarchia.

Consulendus præcipue Fr. Ehrle, Petrus Johannis Olivi, sein Leben und seine Schriften, in Archiv für Litteratur- und Kirchen-Geschichte des Mittelalters, III (Berlin 1887), pp. 409-552 (de quo tractatu videsis F. Tocco in Archivio storico-italiano. Serie V Tomo VI, Firenze 1890, pp. 482-488); deinde: Idem, Zur Vorgeschichte des Concils von Vienne, ibidem, II pp. 353-416, III pp. 1-195; Daunou, in Histoire littéraire de la France, XXI (Paris 1847), pp. 41-55; Féret, La Faculté de théologie de Paris. Moyen Age, II (Paris 1895) pp. 99-105, III pp. 117-125; René de Nantes, in Études Franciscaines, XVI (1906) pp. 472-488, XVII pp. 146-163, 283-304, et Histoire des Spirituels (Paris 1909), pp. 267-342; Jeiler I., in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, IX (Freiburg im Breisgau 1895), coll. 828-834; Zigliara Th., De mente Concilii Viennensis in definiendo dogmate unionis animæ humanæ cum corpore, Romæ 1878, pp. 87-135.

MMMCLXXXVII.

PETRUS LACEPIERA, qui se *Minorum* minimum fassus est, elucubravit latine

Opusculum de oculo morali impressum Juliobrigæ anno 1500. in 8. die 4. Aprilis apud Arnaldum Gulielmum de Brocario, quæ editio extat Matriti in Regia Bibliotheca, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 457.; sed jam an. 1496. *Opusculum* hoc prodierat latine; et italice factum a Theophilo Romano Eremit. August. *Mag. P. Lacepieræ* adjudicatum cusum est Venetiis eodem anno. V. *Joannes Guallensis* supra. *Petrus Pierius de oculo morali, et alia* ms. extat in Biblioth. Vatic. ex Catalogo Montfaucon Biblioth. mss. to. 1. pag. 101. Incertum adhuc cujus nationis is fuerit, et an autor, vel exscriptor libri extiterit.

Non Petrus Lacepiera, sed fr. Dominicus Ponzonus, qui librum *de oculo morali* edendum curavit Venetiis a. 1496, dicit se *Minorum* minimum (cf. Diet. Reichling, Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliographicum, I, Monachii 1905, p. 161). Petrus Lacepiera nec in editionibus citatis, quarum iuliobrigensis, non indicata a Conr. Haebler in « Bibliografía Ibérica del siglo XV » (La Haya, 1903), ex « Catalogue de la bibliothèque du marquis d'Astorga » (Paris 1870), p. 36, videtur esse anni 1503 non vero 1500, nec in codicibus mss. Minorita vel saltem frater vocatur; e contra *canonicus Ebroicensis* dicitur in secundo Supplemento Maioris Chronici Lemovicensis per Petrum Coral atque alios conscripti, et a Bernardo Guidonis, qui addit fuisse eum de parrochia Donzeniaci Lemovicensis diœcesis oriundum, magnum et famosum clericum in scripturis tam philosophicis quam divinis, et obiisse anno 1306 (Recueil des historiens des Gaules et de la France, XXI, Paris, 1855, pp. 791, 756). Opusculum *de oculo morali*, incipiens *Si diligenter voluerimus in lege domini meditari, facillime perpendemus*, a L. Waddingo sub nomine Joannis Gualensis editum eidemque vindicatum contra Theophilum Raynaudum Soc. Jesu, qui Raymundo Jordano Canonico Regulari illud adscripserat, huic Petro Lacepieræ (de Seperia, de La Sepieyra) tribuendum videtur ex auctoritate plurium veterum codicum, ut Bibliothecæ Nationalis Parisiensis lat. 3231 (sæc. XIV), 3496 (sæc. XV), 16395 (sæc. XIII), 16396 (sæc. XIII), 16490 (sæc. XIV). Mazarinæ cod. 888 (sæc. XIV), bibliothecæ publicæ Antissiodorensis 243 (anni 1358), Carnotensis 253 (sæc. XIV), Duacensis 451 (sæc. XV) et 690 (sæc. XIV), Tolosanæ 876 (sæc. XIV), Trecensis 1938 (sæc. XIV). Cf. Barth. Hauréau in Histoire littéraire de la France, XXVI (Paris 1873), pp. 460-467.

MMMCLXXXVIII.

PETRUS LOBO Hispanus Discalc. provin. S. Jo: Baptistæ in Valentino regno frater germanus Apostolici viri Fr. *Alphonsi Lobo*, al. Lupi, abstinentia contemplatione, ac miraculis clarus conscripsit

Statuta pro regimine nonnullarum Confraternitatum Crucis in regno Valentino a se erectarum edita to. 1. Chron. prædictæ provinciæ lib. 3. cap. 37.

Mortuus est an. 1618., miraculisque etiam post mortem fuit ornatus, si credimus Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 458.

MMMCLXXXIX.

PETRUS MACERATENSIS ex nobilissima de *Compagnonibus*, ut refert opinio, familia vir sanctæ vitæ, doctrina, morumque gravitate præclarus an. 1323. a Joanne XXII. suæ patriæ Episcopus assumitur; qua in dignitate cum quatuor supra viginti annos perstitisset, nonagenarius ex hac vita migravit die 29. Octobris anno 1347. ex Ughello to. 2. Ital. sac. in Maceraten. Episc. n. 2. De eo et Waddingus in Annal. Min. ad an. 1323. n. 42. *D. Fr. Petrus* Episcopus Maceratæ dicitur *germanus q̃n Fredi de Molutiis, qui erat Dominus Maceratæ*, in actis cujusdam litis anni 8. Urbani V., idest 1369., 1370., in Arch. secr. civitatis Firmi. Scripsit autem circa an. 1330.

Relationem translationis Domus Lauretanæ, teste P. Raphaele Riera Soc. J. apud Petrum Valerium Martorellum in Theatro Histor. sacræ Domus Lauretanæ to. 2., ubi et legitur, Recanatenses decreto sanxisse, ut præceptores, ludique magistri eam in primis elementis addiscendam traderent adolescentibus.

Ex Molutiis, ut videtur ex ipso documento a Sbaralea citato quum alter Fr. Petrus inter episcopos Maceratenses non inveniatur, minime vero ex Compagnonibus. *Relationem* eum scripsisse *de translatione Domus Lauretanæ* probari non potest, et ea, quæ a Petro Val. Martorelli eidem est tributa, atque inserta in « Teatro istorico della S. Casa Nazarena della B. Vergine Maria » to. 1 (Roma 1732), pp. 503-505, extracta (ut ibi prædicitur) ex « libro di Gian Paolo Cirillo stampato in Macerata appresso Sebastiano Martellini l'anno 1576. alla pagina 117. e seguen. », est pars operis « Tractato delle

Digitized by Google

delle sacre Peregrinationi » auctore Gaspare Loarte Soc. Jesu, impressi a. 1575 Romæ ac Venetiis, et apocrypha censenda est. Neque testimonium Raphaelis Riera (cf. Martorelli. ibidem, p. 35) « Unum illud scio mirificasse Dominum Sanctuarium suum, excusumque fuisse libellum Recinetensis Antistitis jussu, qui miraculosum adventum Sanctissimæ Domus . . . continebat . . . . Eius autem pervetusta exemplaria usque ad nostram ætatem Recineti sunt inventa » ad eamdem *Relationem* referri certum est, quum tempore Raphaelis Riera, qui scribebat circa a. 1565, non ea fuisset typis expressa, sed (iam a sæc. xv) *Relatio* Petri Georgii præpositi Teramani.

Cf. Ul. Chevalier, Notre Dame de Lorette, Paris 1906, pp. 160-165.

MMMCXC.

PETRUS MAGNI Ficeclensis, vulgo *Fossecchio* [*Fucecchio*], in vico Pancelloro agri Lucensis ortus sed Ficeclensi Cœnobio provinciæ Tusciæ Min. Convent. aggregatus an. 1591. Pisani Gymnasii sui Ordinis præfectus fuit, utpote sac. Theologiæ Magister, et verbi Dei prædicator egregius plura Gymnasia rexit, et in pluribus præcipuisque Italiæ civitatibus conciones habuit, potissimum vero Taurini coram illius urbis Duce, cujus et *Theologus* fuit; an. 1602. in sua provincia *Gen. Commissarius* declaratus est pro morum reformatione promovenda, ubi tandem decessit anno 1611. ex monumentis sui Cœnobii, cum edidisset sermone vulgari

Conciones 6. *super Antiphonam Salve Regina lib.* 1. *una cum sermone in Annunciatione B. Virginis*; quibus fol. 86. adjunxit ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 446.

Carmina sacra in laudem ejusdem B. Virginis etiam Italice. Ticini an. 1604. in 8. per Petrum Bartolum ex Franchino in Biblioso. n. 289., Marraccio in Biblioth. Mariana, et Waddingo supra in *Petro Fossecho*, qui corruptius etiam in 1. indice nominum, et altero materiarum tit. *Theologia parænetica*, seu conciones vocat *Petrum Folcarium*, et in indice nationum inter *ignotæ regionis* scriptores collocat.

Apud Waddingum in indicibus duo scriptores constanter distinguuntur: Petrus *Folcarius*, *ignotæ nationis*, auctor *Concionum* in Salve Regina, et Petrus *Fossecus*, *Italus*, auctor *Commentariorum* in eamdem antiphonam.

MMMCXCI. 1656.

PETRUS MANERUS = transtulit etiam in hispanum idioma, et notis illustravit ejusdem

Tertulliani librum de patientia, ex Orbe Seraphico to. 1. pag. 261. n. 4.; et

Exhortationem ad Martyres in carcerem missos. Matriti 1657. in fol. p. typis Pauli de Val, una cum

Apologia ad Philippum IV. Hispan. Regem ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 458.

Expositionem Regulæ Fratrum Minorum ab ipso Seraphico P. N. Francisco Legislatore verbis, factis, exemplis traditam scripsit, ediditque Gandavi 1664. in 8., et Cæsaraugustæ 1716. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2., quam citat P. de Alva in Indic. Bullarii.

Epistolam gravissimam ad omnes provincias Ordinis incip. *Inter eximias* etc. in Monte Alvernæ scriptam, et impres. in fol. ex eodem Joan. a S. Anton. to. 3. in appen.

Vitam B. Joannæ Valesiæ olim Reginæ Franciæ, Fundatricis Ordinis SS. Annunciationis B. V. sub Seraphico Instituto militantis latine scripsit, et postea hispanice vulgavit Matriti ex Typographia Regia anno 1654. in 4.; eam citat Petrus de Alva, et Astorga sub an. 1517. n. 47., qui dictum *Indiculum Bullarii* eidem an. 1654. dicavit jam Lectori *Jubilato*, supremæ Inquisitionis *Qualificatori*, et sui Ordinis Generali *Ministro* electo anno 1651. Anno 1657. creatus est *Episcopus* Tirasonensis in Aragonia ex Fastis Seraphicis: obiit autem sexagenarius 5. Decembris anno 1660. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispana, qui eum *Carinena* oppido oriundum dicit.

Teste Nicolao Antonio *Apologia de Quinto Septimio Florente Tertulliano contra los Gentiles* prodiit iterum an. 1656.

Ex Pio Bonifacio Gams, Series Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. 79 iniit possessionem episcopatus Turiasonensis die 13 augusti a. 1656, obiitque die 5 decembris a. 1659. Cf. España Sagrada, to. xlix (por Vic. de la Fuente: Madrid 1865), pp. 271-274.

MMMCXCII.

PETRUS MANRIQUE Hispanus Regul. Observ., teste Antonio Daza apud Nicol. Anton. in Biblioth. Hisp. pag. 170., scripsit

De Conceptione Virginis Deiparæ; de quo et Petrus de Alva col. 1162., et Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXCIII. 1657.

PETRUS MARCHANT = Strict. Observ., vulgo *Recollectorum*.

Expositio literalis in Regulam S. Francisci prodiit etiam ibidem anno 1648. in 8. ex Joan. a S. Anton., cujus in fine extat

Relectio de usu Syndicorum, cui Anonymus provinciæ Aragoniæ Reg. Observ. xiii. *Annotationes* adjecit. Ejusdem Regulæ alia *Expositio* est liber titulo

Fundamenta xii. *Ordinis Fratr. Minor.*, cusus Antuerpiæ in fol. an. 1657. apud Petrum Bellerum una cum *Expositione Testamenti S. P. N. Francisci*, et *Chronologia Generalium Ordinis usque ad Petrum Manero*. Ejus *Expositionem* citat, et merito impugnat Casimirus Biernacki Polonus Convent. in Speculo Minorum pluribus locis.

Tractatus de sanctificatione S. Joseph in utero prodiit Brugis in 16. apud Nicolaum Beygellium, et Gandavi; prohibeturque juxta decr. sac. Congr. Indicis.

Tribunal Sacramentale = *tomus* 3. prodiit Antuerpiæ an. 1650. in fol. ex Indice Biblioth. Barberinæ; iterumque anno 1655. hoc titulo: *Speculum totius hominis christiani*; mox omnes tres tomi Antuerpiæ an. 1672. in fol. apud Petrum Bellerum.

Relectionem Theologicam quoque composuit, quam idem Biernacki adducit in Speculo Min. cap. 46. n. 8. 9., et 11.

Constitutiones edidit *pro Recollectinis Tertii Ordinis S. Francisci a Vener. Joanna a Jesu fundatis, ab Urbano VIII. anno* 1633. *confirmatas, et approbatas.*

Expositio incruenti Missæ sacrificii. Antuerpiæ 1653. in 8., teste Lipenio to. 2. Biblioth. Theolog. pag. 303.

Notabiles resolutiones variorum casuum, et quæstionum practicarum. Ibidem, et eodem anno in 8. typis Petri Belleri ex Biblioth. Telleriana pag. 96.

Cophini fragmentorum panis verbi Dei. Gandavi anno 1665. ex Bibliotheca Krisiniana an. 1727. Hagæ Comitum vulgata.

Relatio veridica, et sincera status provinciæ Hyberniæ

Digitized by Google

Hyberniæ Ordinis Minorum sine loco anno 1657. in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2. et 3. in append.

Obiit autor Gandavi anno 1661. ætatis suæ 76., Religionis 60., contra quem *de usu Syndici Apostolici* pro Fratribus Minoritis scripsit *Clemens Pelandus* Bergomas; ejusque defensionem suscepit *Ludovicus Rozicius* Polonus ejusdem Instituti Regul., ut dictum est supra suis locis.

Expositio litteralis in Regulam S. Francisci. Editio 2. ab Auctore recognita, et reuisa. Accessit ad Calcem Relectio Theologica, et litteralis: De Legitima Institutione, et Vsu Syndicorum Apostolicorum Eodem Auctore. Antverpiæ, Typis Gvilielmi Lesteenii, 1648. par. 2 in 12. (Romæ in Biblioth. Nationali.) — Mediolani, Apud Dionysium Gariboldum, 1660. in 12. (Ibidem.) — Venetiis, Apud Lovisam. MDCCXV. in 8. (Romæ in biblioth. Casanatensi.) In his tribus editionibus, quas inspexi, non videntur extare ad *Relectionem* XIII *Annotationes* auctore Anonymo provinciæ Aragoniæ Regul. Observ. a Sbaralea indicatæ.

Libellum « *Sanctificatio S. Josephi . . . in utero* » primum excudebat Brugis Nicolaus *Breyghelius* sine anni nota, sed verisimiliter a. 1630. Impressus iterum Gandavi a. 1631 vel 1632 non prodiit separatim, sed cum altero libello « *Fastus dies* etc. ».

Opus « *Baculus Pastoralis* » videtur excudisse Nic. Breyghelius non anno 1630, sed 1638.

Opusculum « *L'Image du vray Chrestien* » in linguam belgicam versum prodiit Gandavi apud Alexandrum Sersandrum a. 1639 in 12; prodiit et a. 1662, et Antuerpiæ apud Viduam Petri Jacob a. 1726.

Tribvnal Sacramentale . . . Auctore R. P. F. Petro Marchant Covviniensi . . . Editio tertia, Ab Auctore revisa, et aucta . . . Accedvnt ad calcem Resolvtiones Variorum Casuum, et Quæstionum practicarum . . . Coloniæ Agrippinæ, Apud Joannem Wilhelmum Friessem juniorem. Anno M.DC.LXXII. to. 3 in fol. (In biblioth. Casanatensi.) Ex Summa Privilegii Philippi IV et Facultate authoris, quæ extant in primo tomo, videtur totum opus cum Resolutionibus variorum casuum etc. prodiisse a. 1655 Antuerpiæ apud Petrum Bellerum. Tomus secundus primum editus est a. 1643.

Relectio Theologica, quam adducit Casim. Biernacki in op. « Speculum Minorum » articulo XLVI ad numeros citatos est *Relectio Theologica de legitima institutione et usu Syndicorum Apostolicorum* supra indicata.

Constitutions Des Religieuses Reformees Penitentes Du Tierce ordre de S. François De la Congrégation de Limbourg. Nouvellement approuvees par N. S. P. Urbain VIII. A Gand, chez Jean Van den Kerchove, Anno 1635. in 8. — Braine-le-Comte, chez la Veuve Charles Lelong. 1881. in 12.

Expositio Mystico-Litteralis Sanctissimi Incruenti Sacrificii Missæ. Antverpiæ, apud Viduam Joannis Cnobbaert. 1653. in 12. — Gandavi apud Alexandrum Sersandrum, 1653 et iterum 1660.

Notabiles Resolvtiones variorvm casvvm et quæstionvm practicarvm. Antverpiæ, Apud Petrvm Bellervm. M.DC.LV. in 8. (In biblioth. Casanatensi.) Ex approbationibus libro præmissis apparet editionem anni 1653 nullam esse. Prodierunt, præterquam cum opere « Tribunal Sacramentale » a. 1655 et 1672, separatim etiam Coloniæ apud Joannem Busæum a. 1655 in 16.

Cophini duodecim Fragmentorum Panis Verbi Dei Collecti (a P. Rogerio Van der Cruycen) *ex Concionibus R. P. F. Petri Marchant.* Gandavi, typis Maximiliani Graet, ad signum Angeli. MDCLXV. in 4. Videtur huius collectionis primus tomus tantum prodiisse.

Relatio veridica et sincera status Provinciæ Hiberniæ Ordinis Minorum Regularis Observantiæ sub regimine F. Petri Marchant. Commissarii Generalis Nationalis super provincias Germaniæ superioris, Belgii et Britannicas, ad Reverendissimum Patrem totius Ordinis Generalem necnon R.mos ac plurimum Rererendos Patres in Capitulo generali Romæ congregatos hoc anno 1651 in festo Pentecostes. Absque ulla nota, pp. 74 in 4. Opusculum rarum, quod extat in Musæo Britannico, impressum verisimiliter a. 1651, fortasse in conventu Recollectorum Namurcensi.

Alia eiusdem opera:

Vox Sanguinis Johannis Mercantii et Theodori Flerontini contra eos qui in viam Cain abierunt et Balaam mercede effusi illum effuderunt in contradictione Core perituri. Auctore Didaco Veridico Belga sacrarum litterarum professore. Sine ulla nota; 24 pp. in 4 (Leodii 1637). Opusculum valde rarum, Petro Marchant tributum in quodam chronico ms. coævo.

Déclarations sur la Regle Première de Madame Saincte Claire pour les couvents des Pauvres Clarisses, Reveues et compilées par le R.me Père F. Pierre Marchant Commissaire Général sur les Provinces d'Allemagne, Pays-Bas, Irlande, Angleterre, Escosse et Danemarch etc. A Sainct Omer. chez la Vefue Charles Boscart,... 1650. in 4 min.

Chronicon sive Commissariorum Nationalium Nationis Germano-Belgicæ Ordinis S. Francisci, Origo, Institutio, Potestas et Auctoritas, nec non ad hæc usque tempora progressus. Gandavi, Ex officina Joannis Kerchovii. Anno 1651; 52 pp. in 4.

Academie, ou Exercitations Spirituelles. Sur les Trois Devotions Principales, pratiquées en terre par la B. V. Marie Mere de Dieu: Revelees du Ciel: Approuvées par N. S. P. le PP. Léon X. Et par son commandement Promulgees par Les Religieux de l'Ordre de S. François par tout l'Univers. Recueillies hors de l'Antiquité par le R. P. F. P. Marchant, F. Mineur Recollect. A Gand, chez la Vefue de Jean van den Kerchove, 1658. in 12. Ibidem apud eamdem prodierat a. 1657 huius opusculi versio belgica, interprete Laurentio de Schepper, Recollecto et cœnobii Gandavensis Guardiano.

Des Excellences de la Grande et sacrée Indulgence de la Portiuncule. A Gand, chez la Veuve de Jean van den Kerchove 1660. Lingua belgica prodiit ibidem, iterumque Brugis a. 1840.

Missio divina, Apostolica, Hierarchica S. P. N. Francisci et filiorum ejus, elucidata auctore P. Petro Marchant. Servabatur ms. in Archivo provinciæ S. Joseph.

Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 216-228; Greg. Cleary, in The Catholic Encyclopedia, IX, New York (1910), p. 643.

MMMCXCIV.

PETRUS MARCUS DE GATA Hispanus Discalc. prov. S. Gabrielis composuit hispanice

Historiam de rebus provinciæ S. Gabrielis ab anno 1592. *usque ad an.* 1639., quo in vivis erat; to. 1. in fol. ms. asservatur in Archivo ejusdem provinciæ ex ejusdem Chron. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXCV. 1658.

PETRUS A S. MARIA = Malacitanus Discalc. prov. S. Petri de Alcantara in Granaten. regno, ait Jo: a S. Anton.; ejus meminit Fr. Franciscus Seguntinus ejusdem Instituti in Exposit. Regulæ S. Franc. cap. 3. tex. 4. §. 2. Opus tit.

Manuale Sacerdotum, Speculum veri Christiani cum explicatione Missæ mysteriorum lingua hispana Granatæ 1598. apud Sebastianum de Mena in 4. ex Biblioth. Hisp. excusum tribuitur etiam supra a Waddingo *Francisco a S. Maria*; sed cum *Petrus a S. Maria* citetur a Fr. Francisco Seguntino ejusdem provinciæ, non autem *Franciscus* a S. Maria, vereor ibi lapsum Waddingi. Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp. pag. 171. dicit, Waddingum ex hoc uno, eodemque Opere tria fecisse.

MMMCXCVI.

PETRUS A S. MARIA Lusitanus Ord. Capuccinor. ignotus Cardoso, et autori Bibliothecæ Capuccinor. scripsit idiomate hispano

Viridarium spirituale impressum anno 1632., teste Nicolao Anton. in append. mss. Regiæ Bibliothecæ Matriten. ex Jo: a S. Anton.

MMMCXCVII. 1659.

PETRUS MARSÆUS Cratepolius = *Juliacensis* patria, ut ipsemet habet in epist. Joanni Loeffenberg Canonico Juliacensi data, præmissaque Catalogo Episcoporum Moguntin.; *Mersenii* Cœnobio provinciæ *Colonien.* Min. Convent. aggregatus, unde dictus est *Marsæus*, et *Opmersensis*, cognomento *Cratepolæ*, vel Cratepolii; de quo Rodulphius, Willotus,

Digitized by Google

lotus, Possevinus, et Labbeus in appendice ad Bibliothecam Bibliothecarum agunt, et post hos Franchinus in Biblios. num. 290.

Catalogus Electorum Ecclesiasticorum, et fere omnium Orbis Episcoporum etc. Coloniæ an. 1580. in 8. ex Indice Biblioth. Barberinæ.

De schismaticis, pseudo Doctoribus, ac periculo recedentium ab Ecclesia cit. Possevinus ait agi in libro *de Germaniæ Episcopis Colonien., Moguntin., Treviren.* etc., qui una cum compendio *Catechismi Romani* vulgatus fuit Coloniæ an. 1592. per Godefredum Kampensem.

De Sanctis quibusdam Coloniensibus librum edidit Coloniæ an. 1589. per Gerardum Kempensem, teste Possevino to. 3. Appar. sac. v. *Petrus Cratepolius*: Franchinus cit. dicit *Historiam SS. Coloniensium pro Breviario ejusdem Ecclesiæ*: et Waddingus *Lectiones ad Rom. Breviarium pro SS. Coloniensibus* etc.

Epitomen concionum Ludovici Granaten. tomis 2. vulgavit Coloniæ an. 1591. apud Sybillam a Porta ex cit. Possevino to. 2. in *Ludovico a Granata*, ubi eum vocat *Petrum Merseum*; agitque de eo postmodum in v. *Petrus Ophmersensis*, et v. *Petrus Cratepolius Marsæus*, al. *Merssæus*, qui tamen unus, idemque est. Prodiit et Lugduni an. 1592. in 8., et 1609. in 8. typis Claudii Morillon, cui adjectæ sunt aliquæ *conciones* ejusdem, teste Jo: a S. Anton. to. 1. Scripsit quoque

Historiam Martyrum Gorcomensium Ord. Min. Observ. cusam Coloniæ an. 1580. typis Godefridi Kempensis.

Ortus, et gesta Summorum Pontificum Germanicorum. Ibidem, et eodem anno.

De Sanctis, et Doctoribus, qui Germaniam ad Christi fidem converterunt. Ibidem an. 1591. in 8. Hunc librum adducit Waddingus in Annalibus Min. ad an. 1308. n. 43., et forsan idem est cum illo, quem producit Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

De Germaniæ Episcopis, et orthodoxis Doctoribus, quem dicit impressum Coloniæ an. 1592. in 8. apud Godefridum Kempensem.

De maleficiis, sive sagis. Ibidem ex eodem Jo: a S. Anton. in appen. to. 3.

Assertionem sacrificii Missæ. Antuerpiæ 1596, in 8. ex eodem to. 2.

Decades duas Martyrum a Gueciorum rabie interfectorum ineditas dicit Jo: a S. Anton. to. 3. in append., ex quibus Historiam Alcmariensium 6. Martyrum nostri Ordinis Sedulius exscripsit.

Vincentium Lirinensem e latino belgicum fecit; *aliaque* multa vertit, uti testatur cit. Henricus Sedulius in Histor. Seraphica p. 666. inquiens: *raræ pietatis, et eruditionis V. C. Petrus Opmerus, dum viveret, argumenta multa dedit: quem cum aliquando coram vidissem, sermonem, vultum, gravitatem, et venerabile senium admirari debui. Multa cum laude scripsit; latina Belgis, belgica Latinis donavit. In his Vincentium Lirinensem satis feliciter patrio idiomate vulgavit; sacræ Liturgiæ, sive Officii Missæ historicam assertionem e quatuor primis Conciliis, SS. Patribus, et Ecclesiæ Doctoribus apte concinnavit: Opus chronologicum* [corr. *chronographicum*] *Orbis universi a mundi exordio usque ad an.* 1590.

Petrus Cratepolius (Cratepoil) ex pago Moers haud procul Juliaco oriundus, unde et Merssæum aut Opmersensem se cognominavit, Ordinem Minorum Conventualium Coloniæ ingressus est, cœnobiique coloniensis vicarius eiusdemque provinciæ custos fuit, decessitque Coloniæ kalendis Augusti a. 1605.

Omnium Archiepiscoporum Coloniensium ac Treverensium a primis usque ad modernos Catalogus, brevisque descriptio. Suffraganeorum item Coepiscoporum Coloniensis Metropolis, id est, Leodien. Vltraiecten. Monasterien. Osnaburgen. Mindensium enarratio. Summorum quoque Pontificum, qui ex Germania orti fuere series. Collectore F. Petro Kratepolio Minorita, sacræ Theologiæ Baccalaureo. Coloniæ Agrippinæ Apud Godefridum Kempensem. Anno M.D.LXXVIII. in 8. — Editio secunda, nonnullis imminuta minoris momenti, pluribus præsertim novo capitulo de moguntinis episcopis aucta, et in qua historia de rebus ab episcopis coloniensibus gestis longe prolixior et diffusior est, prodiit ibidem apud eumdem a. M.D.LXXX in 8 sub hoc titulo: *Electorvm Ecclesiasticorvm, id est, Coloniensium, Moguntinensium ac Treuirensium, à primis vsque ad eos, qui iam præsident, Catalogvs. Item, succincta rerum à singulis gestarum narratio. Episcoporum item, qui sub Archiepiscopatu Coloniensi subsunt, id est, Leodiens. Vltraiectens. Monasteriens. Osnaburgens. ac Minden. tum Romanorum Pontificum, qui ex Germania orti fuere, series: quorundam quoque ex Belgio martyrium: vbi et multa iocunda lectu reperiuntur. Opera F. Petri Merssæi Cratepolii, Minoritæ.* Ultimum libri capitulum agit de martyribus Gorcomiensibus et Alcmariensibus a Geusiis interemptis. Hæc secunda editio epistolis nuncupatoriis notisque ad marginem ablatis, et in corpore operis iis omissis, quæ Cratepolius cordate contra hæreticos scripserat, recusa est, ultimo capitulo excepto, in « Chronicon Chronicorvm Ecclesiastico-Politicvm ex hvivs svperiorisqve ætatis scriptoribvs concinnatvm; . . . Collectore Johanne Gvalterio Belga » [Jano Grutero]. Francofurti M.DC.XIV, t. I pp. 1247-1608. — Ex « Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale. Auteurs. To. XXXIII, Paris 1908, col. 996 extat et hæc particularis editio: *De Electorum Ecclesiasticorum Archiepiscoporum ac Episcoporum Coloniensium origine et successione, a primo christianæ religionis exordio usque in præsens sæculum, historica tractatio, nec non rerum ab iisdem laudabiliter gestarum narratio . . . authore F. Petro Merssæo (Cratepolio) . . .* Coloniæ Agrippinæ, sumptibus O. J. Steinhass, 1731. in 8.

Catalogus omnium totius prope orbis Archiepiscoporum Episcoporumque ab illo tempore, quo Christiana Religio originem sumpsit, ad hæc nostra usque secula: qui contra Misoliturgos Missæ sacrificium asseruerunt . . . Opera F. Petri Opmersensis seu Cratepolei Franciscani Colon. Theol: Baccal. Coloniæ, Apud Wilhelmum Lutzenkirchium. Anno 1596. in 8.

Tractatus *De resurrectione corporum ac animarum immortalitate contra Saducæos* videtur impressus esse a. 1598 Coloniæ, non vero Lugduni. De eo, ut iam ad prelum parato, agit auctor in Epistola ad P. Matthiam a Monte Cygnæo data Coloniæ a. 1580 XVIII Martii, quam videsis ante Summorum Pontificum, qui ex Germania orti fuerunt, Catalogum in secunda editione anni 1580 operis a nobis primo loco indicati.

De Germaniæ Episcopis, et orthodoxis Doctoribvs, qvi popvlum ad Christi religionem ibidem ab initio converterunt, et in eadem hucusque continuerunt. Et vbi sacra eorvm corpora conseruentur. Præterea de Schismaticis et Psevdo-Doctoribus, qui vita et impia sua Doctrina eundem populum magna ex parte corruperunt. Insvper qvam sit pericvlosvm ab Ecclesia Catholica discedere. Libellvs, opera Fra. Petri Cratepolii, Minoritæ Coloniensis, ordine Alphabetico conscriptus. Coloniæ Agrippinæ, Apud Godefridum Kempensem. Anno CIↃ.IↃ.XCII. in 8. Ex Jos. Hartzheim opere infra notato videntur hæc tria opuscula edita esse separatim a Godefrido Kempensi a. 1591, sed quum huiusmodi editiones neque in bibliothecarum neque in bibliopolarum catalogis repererim, in editione autem anni 1592 unicuique opusculo præmittatur epistola auctoris nuncupatoria data mense decembri a. 1591 titulusque specialis qui apud Hartzheim legitur, eas nullas esse existimo. — Non reperitur in hoc libro *Compendium Catechismi Romani*, sed secundo opusculo adhæret velut appendix tractatulus *De Maleficis sive Sagis.*

Ad Romanum Breviarium lectiones de patriæ Coloniensis Sanctis, quæ in Romano Breviario alioquin desiderantur, utuntur autem his, qui conditione Ordinem S. Francisci profitentur, tum et eorum consortes. Item quæ sit vera festorum dierum origo et ratio: instructio cum brevis, tum necessaria. Coloniæ excudebat Gerardus Campensis a. 1589. Huic opusculo accedit in calce *Exegesis et adhortatio ex cap.* VI. *Jeremiæ* ad fidem christianam multum faciens, in cuius fine memoratur *Methodus spiritualium exercitiorum*, quæ an typis excusa sit non omnino constat.

R. P. Lvdovici Granatensis Concionvm in epitomen redactarvm

Digitized by Google

ctarvm, Tomvs Primvs: Postillas et Homilias in totius anni de Tempore Euangelia continens. (Tomvs Secvndvs: Postillas et Homilias in præcipua Sanctorum festa continens.) Opera F. Petri Merssei, Cratepolij, Instituti D. Francisci Fratrum Conuentualium Coloniæ. Huic secundæ editioni Index rerum copiosus accessit. Lvgdvni, Sumptibus Sibillæ à Porta. M.D.XCII. voll. 2 in 8. (Romæ in bibliotheca Vallicellana.) Tomus primus epistolam nuncupatoriam præfert Sixto V Summo Pontifici datam a. 1586, sed, ut ipse auctor declarat in epistola ad D. Heinricum de Ruissenberg data a. 1590 die 19 octobris alteri tomo præmissa, in lucem non prodiit nisi post mortem eiusdem pontificis (quæ accidit a. 1590 die 27 augusti).

Henricus Sedulius in sua Historia Seraphica p. 666 non loquitur de nostro Petro Opmersensi, sed de Petro Opmeero Amstelrodamo, laico, defuncto a. 1595, encomiaque et operum notitiam exscribit ex eius vita præmissa eiusdem *Operi chronographico Orbis universi* a Petro filio evulgato Antuerpiæ ex Typographeio Hieronymi Verdussii a. 1611 in fol.; testatur insuper ex Petri Opmeri Decadibus duabus de martyribus a Guesiis necatis se exscripsisse historiam Alcmariensium sex martyrum instituti franciscani; quæ Decades adhuc ineditæ a. 1613, quo Historia Seraphica impressa est, tandem in lucem prodierunt a. 1625.

De eo Joseph Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis, Coloniæ Aug. Agrippinensium 1747, pp. 269-271.

MMMCXCVIII.

PETRUS MARTINEZ ex oppido Urones Legionensis regni prov. S. Jacobi Reg. Observ. sac. Theol. Lector ad Chilensem provinciam Americæ Meridional. missus in Cœnobio S. Francisci de Monte scripsit vernaculo idiomate circa an. 1630.

Enchiridion Fidelium executorum in 2. *tomos distributum*; in quorum primo Philippo IV. Hispan. Regi dicato agit *de rebus vendibilibus juxta taxationem in regnis Castellæ, ac Legionis præscriptam*; in 2. *de eisdem mercibus juxta pretium in Indiis occidentalibus præscriptum.* Opus ms. asservatur Salmanticæ in Biblioth. Conventus S. Franc., uti testatur Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 460.

MMMCXCIX.

PETRUS MARTYR RUSCA Luganensis diœcesis Comensis, provinciæque Mediolanensis Min. Conven. Theologus, Philosophusque minime vulgaris, contra hæret. pravit. Inquisitor primum Adriæ, deinde anno 1656. ad Episcopatum Caprulensem in æstuariis Venetis promotus est, ubi cum multa egregie pro sua Ecclesia præstitisset, et mensam Episcopalem adauxisset, moriens an. 1674. omnium lachrymas promeruit, inquit Autor notarum, continuatorque Operis Ughelliani to. 5. Ital. sac. in Caprulen. Episc. n. XL. Ejus

Syllogistica methodus dicata Petro Ottobono U. Signat. Referend. impressa est Romæ an. 1645. typis Grignani. Cum Patavii *Vicarii* Inquisitoris munere fungeretur, edi curavit nonnulla *Matthæi Ferchii Opera,* ut

De cœlesti substantia; et *Defensionem Vestigationum Peripateticarum* anno 1646.; *Epitomen Theologicam* etc. an. 1647., teste Mastrio in præliminari Operis sui inscripti: *Scotus, et Scotistæ, Bellutus, et Mastrius expurgati* ad Lectorem, et Franchino in Bibliosophia n. 291.

MMMCC. 1660.

PETRUS A MATRE DEI = ex oppido Villada diœcesis Legionen. Strict. Observ. Discalc. compilavit ex sac. pagina, Sanctorumque Doctorum scriptis

Præconia Mariana tit. *Preces Marianæ* impres. Matriti an. 1630., teste Jo. a S. Anton. to. 1. et 2. pag. 260.

Alia duo ejus *Opuscula* idiomate hispano elaborata mss. asservantur Vallisoleti in Biblioth. Conventus S. Didaci sub H. n. 129., et 130. in 8. teste eodem to. 2. et 3. in append., qui et addit, obiisse Vallisoleti an. 1634., deque eo agere et Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan.

MMMCCI.

PETRUS MATTHIAS Hispanus prov. Discalc. S. Joseph zelo animarum ductus ad Insulas Philippinas, Sanctique Gregorii provinciam transiit, ubi Definitor, Custos, Visitator, ac Minister extitit; deinde a Philippo III. *Ecclesiæ de Zebu* primo Pastor datus, deinde ad *Camarinensem Episcopatum* assumptus est, qua in dignitate constitutus habuit ad Manilensem Ecclesiam

Orationem funebrem in exequiis Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ ibidem impressam cum *relatione* funeris anno 1610.

Relationem authenticam actuum V. Martyris Moluccensis Fr. Sebastiani a S. Joseph prov. S. Pauli, quæ ms. in fol. asservatur in Archivo ejusdem provinciæ.

Obiit circa ann. 1616. non sine sanctitatis opinione, cujus Vitam descripsit Fr. Antonius de Llave in Chron. mss. provinciæ S. Gregorii trien. 11. cap. 23. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Relacion autentica del martirio de Fr. Sebastian de S. José y Fr. Antonio de Santa Ana en las islas de Macasar y Tagalonda, el año 1610: por el P. Fr. Pedro Matias de Andrada de la Provincia de S. José.

Natus est Toleti nobili genere. Juxta Pium Bon. Gams, Series Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ, Ratisbonæ 1873, p. 114, obiit episcopus Camarirensis sed non consecratus anno 1613. Cf. Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 28.

1661.

PETRUS DE MAUTINA = legendum de *Martina* oppido nobili diœcesis Tarentinæ, idemque est cum superiori *Petro Cito* ex autore Biblioth. Scriptor. Capuccinor. Est et *Matina* locus in Salentinis diœcesis Neritonensis; an leg. *Mautina?*

MMMCCII.

PETRUS MAZZANTI Ficinus provinciæ Tusciæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, et ingenuarum artium excultor an. 1472. Collegio Theologorum Universitatis Florentinæ aggregatus legitur; annoque 1488. ejusdem Collegii *Decanus*, Florentiæ *Inquisitor*, et Socius, et a Secretis sui Ordinis erat; anno vero 1493. *Minister* suæ provinciæ Tusciæ electus est ex Reges. Ordinis pag. 55.; et an. 1499. defuncto Francisco Samsone Ordinis Generali Ministro constitutus asseritur *Vicarius Generalis* usque ad sequentis anni Gen. Capitulum, ut ex variis monumentis refert Cerrachinus in Fastis Theologicis Universitatis Florentinæ, et Waddingus ad an. 1399. n. 26. Emendavit autem, recognovit, et resarcivit in pluribus, quæ desiderabantur, locis

Comœdiam Dantis, quæ primum prodiit Venetiis an. 1487. in fol. per Petrum de Querengiis a Palazogo Bergomatem, teste autore Bibliothecæ Italicæ pag. 86.; deinde anno 1490. 1497., et 1535. per Bernardinum Stagninum, quemadmodum observat Julius Niger Soc. Jesu in Scriptor. Florent. de *Dante Aligerio* pag. 143. disserens. Scripsit quoque

Conciones

Digitized by Google

Conciones quadragesimales, quas in præcipuis Italiæ civitatibus habuit, præsertim Bononiæ an. 1493. in S. Petronii Basilica ex monumentis illius Ædis.

Orationem eruditam *de origine, antiquitate, ac nobilitate urbis Cremonæ* habuit ibidem in Generali Capitulo an. 1488., quam vulgare typis a civibus coactus fuit, teste Ludovico Nuti in ms. Historia provinciæ Tusciæ. De hoc viro agit etiam Antonius a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. art. 1. serm. 4.; et vocant Petrum *de Fighino* vulgo; est enim *Fichinum*, al. Ficinum, et vulgo Figlinum diœcesis Fesulanæ oppidum, et Custodiæ Florentinæ.

Dantis Comœdia secundum Petri de *Figino* (*maestro in teologia et excellente predicatore del ordine de' minori*) emendationem prodiit primum Venetiis per *Bernardino benali et Matthio da parma* a. 1491 die 3 martii in fol.; deinde ibidem: per *Petro Cremonese dito Veronese* die 18 novembris a. 1491 in fol., per *Matheo di chodecha da parma* a. 1493 die 29 novembris in fol., per *Piero de zuanne di quarengii da palazago bergamasco* a. 1497 die octobris in fol., per *Bartolomeo de Zanni da Portese* a. 1507 die 17 iunii in fol., per *Bernardino stagnino da Trino de monferra*. a. 1512 die 24 novembris in 4, per eumdem a. 1516 in 4. Editiones a. 1487 per Petrum de Quarengiis, a. 1490 et a. 1535 non extant, nec editio a. 1497 per Bernardinum Stagninum. Cf. Colomb de Batines, Bibliografia Dantesca, I (Prato 1845). Nescio utrum hic Petrus de *Figino* idem revera sit ac Petrus Mazzanti de *Figline*, quum Philippus Argelatus eum certe putans dictum de Figino a vico huius nominis prope Mediolanum, inter scriptores mediolanenses recenseat (Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium, to. I par. 2, col. 624).

MMMCCIII.

PETRUS MELFICTANUS vulgo *Malfetta*, et *Morfetta* in Apulia provin. S. Nicolai Min. Conv. Philosophus, Theologusque præstans an. 1487. Ferrariensi in Universitate Lector publicus est constitutus ex monumentis illius Universit. apud Ferrantem Borsettum in Historia Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 1., quo quidem tempore castigavit, edique curavit quorumdam Opera, videlicet

Tria principia naturæ Antonii Andreæ Ord. Min.

Expositionem Francisci Mayronis super 8. *libros Physicorum*; et

Tractatus Formalitatum, de principio complexo, et de terminis Theologicis eidem Mayroni adjudicatos impres. Ferrariæ an. 1490. in 4. typis Laurentii de Rubeis Valentini, dicataque Nicolao Mariæ Atestino Adriæ Episcopo, quæ editio habetur in Ferrarien. S. Franc. Bibliotheca.

Anno 1491. declaratus est *Petrus* Gymnasii Ferrarien. sui Ordinis *Regens*, ut ajunt, sive Præfectus, Lectorque ex Actis mss. Capituli Gen. eo anno Asisii a Francisco Samsone convocati.

MMMCCIV. 1662.

B. PETRUS DE MOLIANO = Reg. Observ. institutum amplexus est, cum Perusii legum studiis operam daret; fuit aliquando B. Jacobi de Marchia socius, et suæ provinciæ bis, semel autem *Romanæ* Vicarius administrationem tenuit; cumque pluribus annis sermonibus, ac prædicationibus populos edocuisset, et mira plura nomine potissimum *Jesu* præstitisset, obiit opinione sanctitatis die 25. Julii an. 1489., vel 1490. Camerini, quemadmodum ex coævis Scriptoribus habet Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 11. et seqq.; de quo et Rodulphius lib. 2. fol. 126., et in Vita B. Baptistæ Varanæ; quæ in *appendice* ad dolores mentales Jesu Christi dicit, se eam exscripsisse die 31. Januarii an. 1491. sex menses post mortem *P. Fr. Petri de Moliano*; obiit ergo an. 1490. Joannes a S. Anton. accepit a Waddingo.

MMMCCV. 1663.

PETRUS MONTANUS = non videtur obiisse anno 1578., sed numeris inversis 1587.; nam Rodulphius, qui Opus suum complevit an. 1586., lib. 3. fol. 331. inquit: *nunc profitetur Theologiam in Universitate Lovanii, ubi antea Franciscus Titelmanus, et Adamus Sasboldus professi sunt.* De eo Willotus, et Gonzaga, nec non Possevinus, Valerius Andreas, et Joan. a S. Anton. to. 2. Dicitur etiam Petrus *Buretius*.

Elucidationes in septem psalmos pœnitentiales Serv. Dirks in opere infra notato ait prodiisse Antverpiæ apud Joannem Steelsium a. 1567.

F. Petri Montani Minoritæ Dominicæ afflictionis, secundum quatuor Evangelistas, dilucida eruditique Enarratio, ex veterum Doctorum commentarijs studiosè desumta atque concinnata. Antverpiæ, Apud Martini Nutij Viduam, An. M.D.L.XIII. in 8; cum epistola auctoris nuncupatoria ad Franciscum Zamorensem fratrum Minorum ministrum generalem, data VIII calendas martias eiusdem anni. (Romæ in biblioth. Alexandrina). — . . . . *Multo exactius quàm antea ab ipso auctore recognita.* Antverpiæ, In ædibus Viduæ et Hæredum Joannis Stelsij. Anno 1571. in 8; cum epistola nuncupatoria ipsius auctoris inscripta D. Martino Rithovio Iperensi episcopo, ex qua apparet hanc esse secundam editionem auctiorem. (Romæ in Vallicellana.)

Scripserat etiam *Relationem* malorum, quæ ab hæreticis passus fuerat ipse cum Fratribus suis Antuerpiæ anno 1578; cuius *Relationis* summa extat in opere « Rolandi Myrte Onatini J. C. Commentarii de tumultu belgico ab adventu Joannis Austriaci » edito Bruxellis a. 1869-71 tom. 3 in 8 sub hoc titulo: Mémoires de Martin Antoine del Rio sur les troubles des Pays-Bas durant l'administration de Don Juan d'Autriche 1576-1578. Text latin inédit avec Traduction Française, Notice et Annotations par Ad. Delvigne. Cf. to. III, pp. 194-208.

Natus est circa finem sæculi XV, institutus Pædagogii Falconis Lovanii rector a. 1539 et rector Universitatis a. 1542. Franciscanum Ordinem amplexus lector fuit theologiæ Lovanii ab a. 1545 ad a. 1555. Obiit a. 1573.

Conferri possunt: [Paquot J. N.], Memoires pour servir a l'histoire litteraire des dix-sept Provinces des Pays-Bas, Louvain 1765, editionis in 8 to. V, pp. 325-328; Dirks S., Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 100-101.

MMMCCVI.

PETRUS DE MONTERIO territorii Senensis oppido, diœcesisque Montis Politiani vir pius, et musices artis peritus, cujus in Cœnobio Min. Convent. S. Francisci Montis Politiani ms. servatur

Antiphonarium, et Officium SS. Trinitatis a Fr. Joanne Pekan compositum, cui modos adjecit, ut habet Waddingus in Annal. ad an. 1399. n. 46. de Officio SS. Trinitatis Joannis Pekan his verbis: *præmissus cantus in prælibato BB. Trinitatis Officio factus fuit, et compositus a Fr. Petro Jacobi de Monterio Ordin. Fr. Minor. et provinciæ Tusciæ.* Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 461. hunc habet ex Antonio Terrinca pag. 210. Theatri provinciæ Tusciæ; at mendose dicit Petrum de *Montesio Senensem*, tempus autem, quo vixit, ignoravit.

** Superest adhuc in pulchro Antiphonario Cœnobii S. Francisci Montispolitani longa *Rubrica*, quæ præfixa erat *Officio SS. Trinitatis a Jo: Pecham* scripto, et a *Petro* modulato; qui proinde vixisse videtur, antequam novum Officium SS. Trinitatis seculo XVI. in usum induceretur. **

MMMCCVII.

Digitized by Google

MMMCCVII. 1664.

PETRUS DE MONTERONE = Senensis patriâ scripsit circa an. 1330.

Vitam B. Petri Pectinarii Tertii Ord. S. Francisci; de quo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1289. n. 43., Herrera in Alphabeto August. to. 2. de Seraphino Leccetano, autorque Pompar. Senen. par. 1. tit. 19. n. 23. Joannes a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum.

** Fuerat ejusdem *Beati Petri* amicus, et forte Confessarius. *Vita* italice reddita a Seraphino Augustiniano prodiit Senis anno 1519. et iterum ibidem anno 1802. cum notis etc. *Legenda B. Francisci, et B. Petri Pectinarii de Senis in eodem volumine* olim erant mss. Senis in Bibliotheca S. Franc. banco 10. ex Indice anno 1481. confecto. *Legenda B. Petri Pectinarii de Senis in papiro* ms. ibid. armar. M. B. ex addit. eidem Indici factis. **

Vita B. Petri Pectinarii in italicam linguam versa a Fr. Seraphino Leccetano Ord. Herem. S. Aug. impressa *in Siena per Simyone de Nicolo di Nardo . . . A.* M.D.XXIX. *Adi.* v. *di Maggio* in 8 extat Romæ in bibliotheca Vallicellana. Judice Dominico Moreni (Bibliografia storico-ragionata della Toscana, II, Firenze 1805, p. 93) editio anni 1519 nulla est.

MMMCCVIII. 1665.

PETRUS MORSALINUS = Conventus Pruniensis provinciæ Franciæ alumnus, piæ, sanctæque vitæ homo vivebat anno 1568., jacetque Carnoti, teste Gonzaga par. 2. apud autorem Chron. S. Franc. par. 4. lib. 5. cap. 13.

Martyrologium Romanum a se recognitum vulgavit Parisiis anno 1573. in 4. typis Jacobi Kerver, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui illud se vidisse scribit, non an. 1483., ut scribit Waddingus, qui de eo agit etiam in Annalibus Min. ad annum 1226. n. 63.

MMMCCIX. 1666.

PETRUS MUNOZ = cujus

Sermones lingua hispana, et Pinciæ cusos an. 1643. dicit autor Biblioth. Hispan. pag. 117., ut et Jo: a S. Anton.

MMMCCIX bis.

PETRUS N. forsan Mediolanensis scripsit

Epistolam persuasoriam ad perseverandum in Religione duobus Novitiis P. et A. in Monasterio Clarevallis de Mediolano: quam Eugenius de Levis inseruit suæ Collectioni Anecdotor. sacror. edit. Taurini an. 1789.

* PETRUS N. sacræ Theologiæ Magister scripsit præclarum

Tractatum adversus Richardum Armachanum, teste *Petro* Riocha lib. Comp. temp. cap. 6. an. 1576. editi apud Arturum in Addition. ad Martyrol. Francisc. pag. 638. §. 156., et ex eo apud Jo: a S. Anton. to. 2.; at sicut *Riocha* non Petrus, sed *Joannes* vocabatur, ita hujus *tractatus* autorem puto dictum esse *Petrum* loco *Rogerii*, qui revera circa annum 1350. contra Richardum Armachanum scripsit; cum nec patria, nec tempus, nec locus, aut hujusmodi quidquam indicetur.

* PETRUS N. Hispanus, quem hoc loco interserit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 463. ex ms. cod. Bibliothecæ Raymundi Dalmasses, est *Petrus Thomæ*, de quo infra.

* PETRUS N. sacræ Theologiæ Doctor, qui tempore incerto scripsit

Opus de litterali sensu sacræ Scripturæ ms. Florentiæ in Biblioth. Conventus S. Marci Ord. Prædic. Regul. Observ., teste autore Anonymo cujusdam Bibliothecæ ms. Matriti extantis apud Joan. a S. Anton. to. 3. in append., forsan est *Petrus Acciajolus* Florentinus an. 1320. florens.

MMMCCIX ter.

PETRUS NARDUCCIUS de Pontito Hetruscus, dictus de Pistorio, cujus Cœnobii fuit alumnus, concionator illustris ex Cerrachino, Minister provinciæ Orientis, scripsit

Carmina varia in funere Francisci Medicei magni Hetruriæ Principis. Florentiæ apud Cosmum Junctam anno 1614.

Obiit anno 1622.

Urbis Pistoriensis Monodiæ Funerales ad Ill., et Excell. Principis D. Francisci Medicis Sardopilam: Ad Ser. Christianam Lotharingiam Mediceam Magnam Hetruriæ Ducem. Florentiæ 1614. apud Cosmam Juntam in 4. Ita Dom. Moreni in « Bibliografia storico-ragionata della Toscana » to. II (Firenze 1805), p. 111, adnotatione addita, ex qua apparet Petrum Narduccium eorum carminum collectorem potius et vulgatorem fuisse quam auctorem.

MMMCCX. 1667.

PETRUS DE NAVARRO = Talaveranus, Toletani Cœnobii S. Joannis Regum Præfectus, et S. Inquisitionis supremæ Censor, edidit hispanice

Commentaria in Regulam Minorum pro resolutione omnium difficultatum, quas excogitavit Fr. Antonius Cordubensis, aliarumque disputatarum ex autore Biblioth. Hispan. Matriti an. 1615. in 4., et 1641. in 8. ex Regia Typographia; latine vero Parisiis an. 1621. in 8. apud Dionysium Moreau ex Jo: a S. Anton. to. 2.

Antonii Cordubensis Commentarios in Regulam S. Francisci imprimi curavit Parisiis an. 1621. apud Dionysium Moreau, ut habet ipse Waddingus supra in *Antonio Cordubensi*, et Joan. a S. Anton.; anno 1616. dicit autor cit. Biblioth. Hispan.; et Matriti an. 1615. in 4. ex eod. Joan. a S. Anton. to. 2. Edidit etiam hispanice

Discursum, et relationem Capituli Generalis Fratrum Minorum Toleti an. 1606. *celebrati, in quo electus fuit Minister Generalis Rev. P. Fr. Archangelus Messanensis.* Toleti eodem anno apud Petrum Rodriguez in 4.

Apologia pro Revelationibus V. Ludoricæ ab Ascensione incip. *Siendo las obras de Dios*; ms. asservatur Matriti in Biblioth. Conv. S. Francisci sub E. n. 43., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

Favores de el Rey de el Cielo, hechos a su esposa la Santa Jvana de la Cruz, . . . con Anotaciones theologicas y morales a la historia de su vida. Prodiit etiam *En Madrid por Mateo Fernandez Inpresor del Rey* a. 1659 in 4; quæ editio extat Romæ in bibliotheca Casanatensi.

Expositionem Antonii Cordubensis super Regula Minorum recognitam, variis notis illustratam, tripliciqne indice copioso locupletatam per fr. Petrum Navarrum prodiisse Parisiis a. 1621 omnino certum est, non ita tamen *Petri Commentaria in eamdem Regulam.*

MMMCCXI. 1668.

PETRUS NAVARRUS = Reg. Observ.

Manuale chori correctum juxta Missale, et Breviarium Romanum impres. apud Gulielmum Foquel

Digitized by Google

Foquel in 8. m. ex Joan. a S. Anton., et Nicolao Anton.

Opus de restitutione, quod citat Emman. Rodericus in *Summa casuum consc.* par. 1. cap. 7. n. 2., et alibi sæpe, et Sylvester Bartholuccius in *Minorica,* forsan est illius Toletani Theologi, de quo Biblioth. Hispana.

MMMCCXII.

PETRUS NEAPOLITANUS vir doctus, et prudens, magnoque religionis zelo præditus, dum Perusii ad studia incumberet, Reg. Observ. Institutum amplexus adeo profecit, ut sui Ordinis Vicarius Generalis Cismontanus bis eligeretur an. 1475. primum, deinde anno 1481., quo anno composuisse fertur

Missam propriam de v. *SS. Martyribus Ordinis Minor. Marrochii passis a Sisto IV. an.* 1481. *in SS. album relatis,* ut habet autor suppar Monumentorum Ordinis edit. Salmanticen. 1511. par. 1. fol. 67. n. 117., etsi Waddingus in Annal. Min. ad an. 1481. n. 2. *Officium,* et *Missam* de his SS. Martyribus composita dicat ab Angelo de Clavasio Vicario Gen. Observ. De hoc viro scribit Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 47., et 52., ac lib. 6. cap. 38.

MMMCCXIII. 1669.

B. PETRUS NICOLAUS FACTOR = de quo et Rodulphius autor synchronos lib. 1. fol. 128., et Gonzaga par. 1. et 3., et Jo: a S. Anton. to. 2. Ejus *Vitam* scripserunt Thomas Sylvestri, et Cristophorus Morenus Hispani ejusdem Instituti Regul., legiturque in 4. parte Chronicorum S. Francisci a Baretio edita lib. 8. cap. 1. usque ad cap. 55., ubi dicitur extitisse *concionator* insignis, *poesi* latina, vulgarique versatus, musica quoque, picturaque excultus: habetur etiam in Legend. Francisc. Benedicti Mazzaræ ad diem 23. Decembr., et apud Salazar to. 6. Martyrol. Hispani die 23. Decembr., et apud Biblioth. Valentin. pag. 389.

** A Pio Papa VI. an. 1786. die 27. Augusti inter Beatos solemni ritu adscriptus est. **

Teste V. Ximeno (Escritores del Reyno de Valencia, I, Valencia 1747, p. 181) extant apud Antonium Ferrer, Arte de conocer, y agradar à Jesus, litt. R, pp. 1020-1029, eiusdem beati viri

Carta à una Religiosa, en que declara con similes todo lo que pertenece à las tres vias, purgativa, iluminativa, y unitiva;

Coplas extaticas del alma levantada en Dios, quando yà ha llegado à la union, y contemplacion Divina.

Christophoro Moreno auctore multæ eius *epistolæ* autographæ servabantur in Archivo Provinciæ.

MMMCCXIV. 1670.

PETRUS NIETUS = Discalceatus provinciæ S. Joannis Baptistæ floruit prophetiæ spiritu sepultus in Conventu S. Honuphrii prope Setabim; de quo Nicolaus Anton., Arturus die 26. Julii §. 13., Chronol. provin. S. Joann., Anton. Pañes par. 1. lib. 1. cap. 63., Joan. a S. Maria Chron. S. Joseph par. 1., et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCXV. 1671.

PETRUS NUNEZ =

Sermones de Sanctis Minoritis prodierunt una cum

Apologetico pro impressione Stigmatum S. Francisci per Christum facta ex Biblioth. Hispa.; nec non

Apologia pro Regul. Observ. ex Jo: a S. Anton. to. 2. Composuit etiam lingua vernacula

Sermones prædicabiles pro Dominicis Adventus, et præcipuis diebus festis in eo ab Ecclesia celebratis. Pinciæ an. 1643. in 4. ex iisdem, typis Regiis: quo anno habebat paratos ad prælum

Super Epistolas Dominicales Quadragesimæ sermonum to. 1. vernacule, et

De casu Judæ, teste cit. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 463. De eo Lasor to. 1. pag. 108., qui citat ejus *Sermonem de S. Maria Portiunculæ.*

Operi, quod a Waddingo inscribitur *Sermones de Sanctis Minoritis,* hic est titulus: *Santoral Serafico de las festividades, y Santos que se celebran en la serafica religion de nuestro padre S. Francisco. Con un Tratado Apologetico de la Impression mysteriosa de las Llagas.* 1618. Impresso en el Convento de Rioseco, por Francisco Fernandez de Cordova. — Pagg. 655-673 continetur *Defensorio de la santa observancia que nuestra sagrada Religion por precepto de la Regla guarda, de andar los pies descalços, la qual imitan las reformas de otras Religiones de estos tiempos*; pagg. autem 627-642, *Discurso de las excelencias de la Santa Casa de nuestra Señora de los Angeles, llamada Porciuncula.*

MMMCCXVI.

PETRUS DE OCAGNO Hispanus anno 1471. meritorum, ac virtutum gratia ad Episcopatum Guadicensem in Betica promotus edidit anno 1474. pro sua diœcesi

Statuta Synodalia, quæ manu propria hispanice scripta servantur Romæ in Bibliotheca Vaticana cod. 5874. ex Catalogo illius Bibliothecæ apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 121. et 140. Obiit autem anno 1489.; de eo et Waddingus in Annal. Min.

Secundum Conr. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, II (Monasterii 1901), p. 179, Petrus de Ocanea (Ocagna) promotus est ad episcopatum Guadicensem anno 1472 die Februarii 24. Eius *Statuta Synodalia* ex Montfaucon extant in bibliothecæ Vaticanæ codice 5879.

MMMCCXVII.

PETRUS DE ORBARANA Subalpinas provinciæ Genuensis Capuccinor. alumnus, Philosophus, ac Theologus præclarus, Astronomiæ vero, atque Geometriæ peritissimus quædam ad has disciplinas attinentia reliquit, ut

Altipolarium instrumentum a se excogitatum, additis rationibus terræ immobilitatem demonstrantibus: et

Novum baculum geometricum cum suis operationibus: quæ duo Opuscula mss. asservari penes cl. V. Julium Turrinum, testatur Andreas Rossottus in Syllabo Script. Pedemont.; extabant etiam Venetiis in Biblioth. Argonaut., teste Coron. to. 2. Biblioth. Univers. n. 5746. De eo parce admodum autor Biblioth. Capuccin., et cum eo Jo: a S. Anton., qui videntur accepisse a Rossotto.

A Dionysio Genuensi et Bernardo a Bononia, quibuscum conveniunt Andreas Rossottus et Vincentius Coronellus, dicitur (recte quidem) Petrus de *Orbassano,* fuitque provinciæ Pedemontanæ non Genuensis alumnus. Dicta opuscula scripsit italice.

MMMCCXVIII. 1672.

PETRUS DE ORBELLIS = ut mihi videtur, de Congregatione Coletanorum, et forsan nepos *Nicolai de Orbellis* supra memorati, concionator, et sac. Theologiæ Professor.

Quadragesimale hortuli conscientiæ Petri Dorbelli Andegaven. in sac. Theologia Lectoris, et prædicatoris

Digitized by Google

dicatoris Ordinis Minorum prodiit primo Lugduni 1491. apud Engelhardum Schulks Alemanum, exin Paris. an. 1518. in 8. per Joan. Parvum ab autore dicatum *Magistro Joanni de Vallibus sac. Theologiæ Professori, et Fratrum Minorum provinciæ S. Bonaventuræ Ministro*; ipseque in prologo dicit se *Fr. Petrum Dorbelli.* Edidit etiam

Carmina Parisiis an. 1508., teste Dupino sec. 16. apud. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 464.

Quadragesimale hortuli conscientiæ super epistolas quadragesimæ (et nonnulla evangelia), cum introductionibus ipsius auctoris prodiit primum anno 1491 die XXIV Novembris Lugduni impressum per Engelhardum Schultis in 4 (Copinger W. A., Supplement to Hain's Repertorium Bibliogr., I n. 13627), deinde anno 1508 die XVIII Novembris Parisiis impressum per Johannem Barbier in 8 (Romæ in biblioth. Alexandrina).

Nulla *Carmina* ei tribuit Dupinus, sed tantum *Quadragesimale* supra enuntiatum, his verbis (cf. Table universelle des auteurs ecclesiastiques disposez par ordre Chronologique, Paris 1704, to. I, col. 928): *Carême. Imprimé à Paris en 1508.*

MMMCCXIX. 1673.

PETRUS OROSIUS = scripsit hispane etiam *Historiam provinciæ S. Evangelii Americanæ* juxta latinam Francisci Gonzagæ, teste Fr. Joanne de Torquemada, et Augustino Vetancurt in Chron. suis ejusdem provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 2., qui addit floruisse anno 1585.

MMMCCXX.

PETRUS DE OROZCO Hispanus ex Discalc. provin. S. Josephi, Pater provinciæ Austriæ, et Commissarius Gener. Hierosolymitanus Germaniæ edidit hispane

Christiani institutionem super VII. *Sacramenta Ecclesiæ fundatam.* Viennæ Austriæ an. 1635. in 8. m. per Matthæum Formicam; et postea an. 1656. Matriti in 8. typis Juliani de Paredes.

Ad *Episcopatum Temniæ* assumptus est an. 1643. juxta Catalogum Episcoporum Ordinis S. Francisci a Petro Antonio Veneto editum, ubi dicitur *Petrus de Ordiscol,* videturque obiisse circa annum 1660. De eo Petrus de Alva in Militia Univ., Hieronymus Muñoz in Descriptione Capituli Gen. Ordinis Toleti an. 1673. celebrati, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCXXI. 1674.

PETRUS ORTIZ = Reg. Observ. edidit typis Simonis Faxardi ex Joan. a S. Anton.

MMMCCXXII. 1675.

PETRUS PADUANUS = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed quo tempore scripserit, a nemine significatur.

Comment. super problemata Aristotelis ms. in fol. Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ finiens: *Explicit prior expositio hujus libri Magistri Petri de Padua cœpta Parisiis, finita Paduæ. Deo gratias,* apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 464. est *Petri de Abano Patavini.*

Fr. Petri de Ordine Minorum Sermones incip. *Dominica prima Adventus: Veniet desideratus* etc. Venetiis extant in Biblioth. Bessarion. cod. 92. in 4. membran. foliorum 305. seculi XV. Bibliothecarius dubitat, an *Petri de Saxonia, Insulensis,* vel *Aureoli* sint: alius cod. 93. membran. folior. 311. seculi circiter XIV. add. *ad Boves, de Blansaco, a Colle, de Padua.*

MMMCCXXIII. 1676.

PETRUS DE PALACIOS = videtur floruisse circa annum 1560. De eo Joannes a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

MMMCCXXIV. 1677.

PETRUS PAULUS CAPORELLA = Apulus Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor insignis a Carolo V. ad Ecclesiam Crotoniatem in Calabria nominatus an. 1552., et a Julio III. confirmatus post 4. annos administrationis vitam cum morte commutavit ex Ughello to. 9. Ital. sac. De eo Rodulphius agit inter Scriptores lib. 3., Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., Joan. a S. Anton. to. 2., aliique.

Quæstionem de matrimonio, et divortio Henrici VIII., et Catharinæ a quodam Fr. Joanne Minorita scriptam vulgavit Neapoli anno 1531. typis Antonii de Jubenis, inquit Thomas Dempsterus in Eccles. Hist. Gent. Scotor. lib. 9. n. 743.; anno 1542. in 4. per Cilium, inquit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 465.: forsan est 2. editio; dicitque *Quæstionem de matrimonio ad mentem Doctoris Subtilis*: quæ controversia incepit an. 1529. Forsan hujus Quæstionis autor fuit *Joannes Vigerius,* qui eo anno factus est sui Ordinis Min. Conven. supremus Præfectus, nisi quis credat extitisse *Fr. Joannem Forestum* Catharinæ memoratæ a sacris Confessionibus, aut *Fr. Joa. Standicium,* Anglos, et viros doctos.

Operum infidelium, fideliumque in peccato manentium diligens elucidatio prodiit etiam Neapoli an. 1542. in 4. ex Coronel. Biblioth. Univer. to. 7., typis Cilii ad Fabium Arcellam Neapolitanum Bisignani, Polycastrique Episcopum, ac Sedis Apostolicæ Nuncium, quod Opus fecit, cum Neapoli esset Regens in Conventu S. Laurentii, extatque Florentiæ apud nostros.

Meminit hujus Philippus Cagliola in Hist. provinciæ Siculæ Minor. Conven. exploratione 3. manifestat. 2. pag. 99., ubi scribit floruisse diu *Panormi* multarum virtutum, ac summæ pietatis virum, ea in civitate *Pietatis Montem* ad puellarum parentibus destitutarum decorem tutandum instituisse, et egregiam Equitum, Religiosorumque *Societatem Alborum* vulgo, quæ morti addictos usque ad supplicium pientissimo charitatis prosequitur officio, excitasse.

Quæstionem de indissolubilitate matrimonii Catharinæ cum Henrico VIII a se, non ab alio, discussam, vulgavit Neapoli per Joannem Sulczbachium et Antonium de Jubenis anno 1531 die 2 septembris in 4. Extat Romæ in bibliotheca Alexandrina, et ecce eius titulus: *Quæstio de matrimonio Serenissimæ Reginæ Angliæ nunquam incudine subtilissimi Doctoris Joannis Scoti antehac uersata, at impræsentiarum ab R. P. Fratre Petropaulo Caporella ex Potentia Ordinis Minorum in cœnobio diui Laurentij Neapoli Regenti immerito excussa ad Magnanimum, ac Illustrissimum Sarnensium Comitem.* Videtur non prodiisse anno 1542, et confusa esse cum opusculo *Operum infidelium ... elucidatio.*

MMMCCXXV.

PETRUS PAULUS CARNATA Novariensis Min. Convent. Theologus *sui temporis doctissimus, Orator* etiam, *et concionator facundissimus,* inquit Bonaventura Theulus in Triumpho Seraph., rectis pluribus, præcipuisque sui Ordinis Gymnasiis, et multis, magnisque Ecclesiis concionibus illustratis, multa quoque scripsit, quorum aliqua ad nostram notitiam pervenerunt, et sunt

Oratio

Digitized by Google

Oratio in laudem B. Caroli Bonromæi S. R. E. Cardinalis lingua vulgari typis excusa, teste Cotta in Musæo Novarien. apud Franchinum in Appendice ad Bibliosoph. pag. 630.

Comment. in 8. *libros Physicorum Aristotelis*, dum Bergomi an. 1593. usque ad 1596. Studii Regentis munere fungeretur; extat ms. in 4. in parva S. Francisci Bibliotheca apud Saxolum, teste Franchino.

Comment. in 4. *libros Sententiarum juxta mentem S. Bonaventuræ*, dum Asisii anno 1605. usque ad 1608. Theologiam doceret; ibi ms. servatur in Bibliotheca sac. Conventus ex cit. Franchino n. 295., ubi adnotat, anno 1630. Vercellis in majori Ecclesia *Conciones quadragesimales* habuisse.

Adnotationes lucidissimæ in 2. *dist. primi libri Sent. ad mentem Doctoris Subtilis Scoti ab Adm. Rer. Patre Magistro Petro Paulo Novariensi Collegii Mutinensis præstantissimo Regente editæ anno Dom.* 1607. *die* 24. *Aprilis* extant mss. in 4. Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Quæ cum ita sint, fuisse mihi duo, non unus ejusdem nominis, atque Conventus Novariensis videntur scriptores, quorum alter ab Aug. Superbo autore coævo in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 112. dicitur *eruditissimus vir, sacræ Theologiæ professor celebris, in Philosophicis disciplinis conspicuus, magnus Philosophus appellatus*; *multa* scripsisse *Opuscula in Philosophia, et Theologia*, sed celasse; humanis demum rebus ereptus *annorum* 68. *Novariæ anno* 1616.; ita Superbus anno 1630. scribens, et viri cognomen reticens: alter vero, quem Franchinus laudatus tradit Magisterii lauream accepisse anno 1590. Romæ, Asisii *Regentis* studiorum munus ab anno 1605. usque ad an. 1608. explevisse, inde Mediolani, ac Patavii, Venetiisque usque ad an. 1626. idem munus exercuisse, ac anno 1630. adhuc in vivis extitisse, quo Vercellis *conciones* habuisse fertur. Qua de re viderint alii. Matthæus Ferchius in *Vita Scoti* an. 1623. vulgata cap. 7. n. 24. citat quemdam P. M. *Petrum Paulum Novariensem virum eruditissimum, et in Gymnasiis nostri Sodalitii celeberrimis præclare admodum Regentis munere functum*, ac si aliqua de *Scoti Vita* literis tradiderit; refert autem memoratus Franchinus, hunc anno 1617. usque ad 1620. Veneto in Gymnasio dictum Ferchium habuisse collegam; sed plura, et clariora forsan habebit Cotta, quem dixi, quemque adhuc non vidi.

Oratione in laude del Beato Carlo Borromeo Cardinale di S. Romana Chiesa, et Arciuescouo di Milano. Fatta dal molto R. P. F. Pietro Paolo Carnatti da Nouara dell' Ordine de' Conuentuali di S. Francesco, Dottore nell' Arti, et in Theologia, Lettore nelle Scole Cannobiane di Nouara. Recitata da lui nel Duomo di Milano li 4 Nouemb. 1606. In Milano, Appresso Agostino Tradate. MDCVI. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

MMMCCXXVI.

PETRUS PAULUS RIVA Cremonensis Min. Conv. Sacerdos edidit lingua vernacula

Regulam Tertii Ordinis S. Francisci eorum, qui in seculo degunt, sub regimine Minorum S. Francisci Cremon. cum Indulgentiis iisdem concessis, aliisque devotionibus. Parmæ an. 1583. in 8. typis HH. Seth Viotti, teste Francisco Arisio in Cremona Liter. to. 2.

MMMCCXXVII.

PETRUS PAULUS DE VALLE provinciæ, ut videtur, Romanæ Reg. Observ. sac. Theologiæ professor elaboravit

Orationem habitam in Templo Aracœlitano, mandante S. P. Q. R. in die, qua ultimo lapide supraposito admirandus Tholus in Apostolorum Principis Templo universali Urbis lætitia fuit absolutus an. 1590. *jussu Sixti V.*, teste Prospero Mandosio cent. 4. Bibliothecæ Romanæ.

Ad S. D. N. Sixtum Quintum Pont. Max. S. P. Q. R. Romæ, Apud Paulum Bladum Impressorem Cameralem, MDLXC [sic]. in 4. Fol 2° recto: *Oratio ex tempore habita, a Fratre Petro Paulo de Valle Rom. ord. min. S. Francisci de obs. Theologo Illustrissimi et Reuerendissimi D. Ascanij S. R. E. Cardinalis Columnæ, ac sacræ Theologiæ Lectore, Apud Almæ Vrbis Celebre Templum Sanctæ Mariæ de Aracœli, mandante et astante Senatu Populoq. Romano, In die quo vltimo lapide supraposito, admirandus Tholus Apostolorum Principum, cum vniuersali Vrbis lætitia fuit absolutus.* Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

MMMCCXXVIII.

PETRUS PAUPER Hispanus Discalc. prov. S. Pauli alumnus in Urbe Procurator Canonizationis BB. MM. Japonensium Petri Baptistæ, et sociorum anno 1627. edidit in charta expansa

Historiam prædictorum Martyrum paucis perstrictam prosa, et versu, teste Joan. a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

MMMCCXXIX.

PETRUS PELAGATIUS Tranensis Apulus Min. Conv. sacræ Theologiæ, ac Decretorum Doctor eruditissimus an. 1482. creatur Episcopus Lavellensis in Apulia, quinquennioque post transfertur ad Telesinam Ecclesiam sub Archiepiscopo Beneventano; et datus paulo post Coadjutor Episcopatus Ferrariensis Administratoribus Joanni Borgiæ, et Hyppolyto Estensi S. R. E. Cardinalibus; quo tempore, anno nimirum 1501. interfuit recognitioni Stigmatum B. *Luciæ Narniensis* Ferrariæ in Monasterio S. Catharinæ Senensis Ord. Prædic., ut ex Vita dictæ Beatæ die 15. Novembr., et ex Actis SS. Bolland. in Comment. prævio ad Vitam *B. Christinæ Stumbelen.* ad diem 22. Junii. Scripsit autem, quod quidem sciatur,

Conciones, et *Orationes*, *aliaque*, quæ periisse creduntur.

Librum de ingenuis puerorum, et adolescentium moribus ad Hippolytum Estensem S. R. E. Diac. Cardin., qui ab anno 1503. usque ad 1520. Ferrariensem administravit Ecclesiam, impressum Ferrariæ an. 1496. in 4. typis Laurentii de Rubeis ex Orlando de Orig., et progr. Typogr., et ex Ughello to. 8. Ital. sac. de Telesin. Episc. n. 19., ubi tradit, decessisse eum sub *Julio II.* post an. 1503. Revera anno 1505. die 23. Septembris condidit testamentum Ferrariæ, et paulo post obiit ante diem 26. dicti mensis, sepultusque est apud suos Consodales S. Francisci Min. Conv., uti testamento sanxerat. Meminit hujus Jacob. Philippus Bergomas eo tempore vivens in prologo libri *De claris, selectisque mulieribus* ad Beatricem Estensem [!] Aragoniam Hungarorum, et Boemorum Reginam an. 1488. [post d. 5 Aprilis 1490, ex ipso prologo; post 11 Octobris 1493, ex opere] scripto inquiens: *ac demum ab Petro Tranense Telesino Coepiscopo, Philosopho, ac Theologo consumatissimo, quem præ ceteris sua inclita M. mirabilem non ignorat.* Aggregatus enim fuerat Ferrariensi Theologorum Collegio circa an. 1470. ex illius Collegii Catalogo

Digitized by Google

Catalogo a Ferrante Borsetto nuper evulgato in fine libri 5. partis 2. Historiæ Gymnasii Ferrariensis, apud quem et lib. 1. pag. 66. legimus, Joan. Baptistam Massam Ferrariæ Philosophiæ, Medicæque facultatis Professorem edidisse *tractatum de modo conficiendi Ordeaceam ad Petrum de Thrano Theologiæ Doctorem egregium, Philosophum acutissimum, Ducis Ferrariæ Prædicatorem dignissimum anno* 1472., eumque ms. extare in Bibliotheca S. Dominici ejusdem civitatis. Rodulphius lib. 2. fol. 271. refert, hunc anno 1492. die 27. Maji Venetiis consecrasse Ecclesiam S. Mariæ Min. Conven., et Gongaza par. 2. aliam Min. Observ. prope oppidum Cotiniolæ in Flaminia an. 1495., aliasque Ferrariæ ex M. Anton. Guarino in Comp. Hist. Eccles. Ferrarien. lib. 5. pag. 305. et 375.; de eoque tandem meminit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1482.

Superest adhuc ejus familia Ferrariæ inde forsan huc translata, ex qua floruit *Petrus Antonius de Trano* an. 1506. hujus Universitatis *Scholarum Legistarum Rector*; et *Jacobus Pelagattus* Jurisconsultus præclarus, et an. 1732. *Ferrariensis Rotæ Auditor* ex cit. Borsetti Hist. lib. 2., et 3.; *Jacobus Pelagattus* Carmelita Theologus 144. . . ex eodem.

MMMCCXXX.

PETRUS PERQUERIUS Gallus provinciæ Aquitaniæ Minister interfuit Concilio Basileensi, composuitque

Opusculum pro Immaculata V. M. Conceptione, cujus 16. propositiones exhibuit Patribus ejusdem Concilii, ut refert Thomas Strozza lib. 6. Controv. de Concept. cap. 3., addens curasse eum utramque conciliare opinionem: adfuit et Ferrariensi, seu Florentino Concilio an. 1435., et seqq., in eoque anno 1438. unus fuit e 5. disputatoribus contra Græcos ex Actis, et ex Annalibus Waddingi: annoque 1439. factus est Episcopus Caballicensis ex citato Waddingo, et Sammarth. in Gallia Christiana.

Ex Conr. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi, II (Monasterii 1901), p. 138, obiit anno 1447 die Januarii 28.

* PETRUS PHILARETUS, al. Philargus = V. *Petrus de Candia*, vel *Cretensis*, seu *Alexander V.*

* PETRUS DE PHOCECCHIO = V. *Petrus Magni* a Fossecchio. Jo: a S. Anton. to. 2. bis de eo agit, et pag. 446 v. *Petrus Fossechus*, et pag. 465. v. *Petrus de Phocecchio* ex Anton. Terrinca pag. 210. Theatri provinciæ Tusciæ.

MMMCCXXXI. 1678.

PETRUS POSNANIENSIS = scripsisse etiam *Comment. in secundum librum Sententiarum* testatur ipsemet in epist. ad Lectorem *Decisionibus Theologicis* præmissa illis verbis: *nam dum in continuandis meis Commentariis in secundum librum Sententiarum D. Subt., et secundo tomo Institutionum finiendo insisto* etc.

In tertium, et 4. *librum Senten.* quoque scripsisse, testatur Simon Starovolscus de Poloniæ Scriptor. illustr. pag. 173.

** *Decisiones* etc. Venetiis typis Jacobi Sarcinæ. **

Institutionum sacr. liter. pars 2. prodiit ibidem Antuerpiæ an. 1639. in fol. ex Indice Biblioth. Barber., de qua et in cit. epistola *Decisionibus* præmissa, et ex Jo: a S. Anton. to. 2. ex Simone Starovolsco.

In singulas anni festivitates ternos sermones ex eodem.

Decisionum totius Theologiæ Speculativæ, et Moralis Libri sex. In quibus continetur ad mentem D. Subtilissimi Scoti, compendiosa dilucidatio omnium fere difficultatum, quæ in Speculativa, et Morali Theologia, ab antiquis, et modernis Theologis de Deo uno et trino, . . . de Angelis, . . . de Homine Deo, ... de homine puro, ... de homine secundum naturam destitutam, . . . de homine quo ad naturam restitutam . . . pertractantur. Venetiis, MDCXXIX. Apud Jacobum Sarcinam. in 4.

R P. F. Petri Posnaniensis Poloni Ord: Minorum observant. S. Theologiæ lectoris Generalis Provintiæ Poloniæ difinitoris et Cracoviæ ad sanctum Bernardinum Philosophiæ ac Theologiæ professoris Commentaria in Primum librum Sententiarum fratris Joannis Duns Scoti, Doctoris Subtilissimi. Moguntiæ impensis Joannis Theobaldi Schonwetteri a. 1612. in 4. Ex epistola nuncupatoria ad Laurentium Gembicki episcopum Wladislaviensem (in qua se inscribit « Frater Petrus *Bilinius* de Posnania ») apparet eum in gymnasiis romano Montis Aurei et salmanticensi theologiam præcipue didicisse. — Editio altera, ab ipso auctore purgata et multum aucta: *Commentaria in Doctrinam D. S. Joannis Duns Scoti: In quibus clarissima elucidatio textus super totum Primum Librum Sententiarum Doct. Eiusdem cum Censuris Adversariorum continetur. Nunc recens varijs Dissertationibus illustrata et exornata, cum Quadruplice Indice.* Venetiis, MDCXXVI. Ex officina Marci Ginammi. in fol. In Epistola ad lectorem promittit auctor, si hoc opus gratanter acceptatum fuerit, aliud opus de creatione, aliud de angelis propediem ex eiusdem typographi officina editum.

Commentaria in secundum librum Sententiarum Joannis Duns Scoti de creatione et angelis. Antuerpiae, Bellerus, 1652. in fol.

Commentaria in tertium librum Sententiarum Scoti (dist. 1-10). Cracoviæ, Schedel. 1652. par. 2, vol. 1 in fol. (Lud. Rosenthal bibliopola Monacensis, Bibliotheca cath.-theol. quinta, Catal. xxxv, p. 46.)

Conciones sacræ in singula evangelia dominicalia totius anni, tripartita, sic videlicet, ut quolibet Dominica complectatur tres conciones, iuxta triplicem sensum litteralem, moralem et speculativum. Coloniæ, Impensis Schönwetterianis, 1617. to. 2 in 4. Opus *Institutionibus* simile, cuius tomus alter extat Romæ in bibliotheca Angelica.

Splendores hierarchiæ politicæ et ecclesiasticæ a cælesti hierarchia exemplati, et ad christianum regimen atque reipublicæ permanentiam accommodati. Cum indicibus pro dominicis, festis sanctorum, etc. Cracoviæ, 1652. in 4; et, secundum Franc. Pérennès (Dictionnaire de bibliographie catholique, II, Paris 1867, col. 1524), Lublini 1654. in 4.

MMMCCXXXII. 1679.

PETRUS DU PUY = vulgo, latine Podiensis, quem Dionysius Genuensis in Bibliotheca Scriptor. Capuccin. dicit provinciæ Occitaniæ Concionatorem pium, et doctum: de eo et Dupinus, et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCXXXIII. 1680.

PETRUS QUESVELLUS = de quo Jo: a S. Anton. to. 2. fere refert, quæ exhibet Waddingus.

Directorium juris extat Florentiæ ms. in Biblioth. S. Crucis scam. 1. n. 422., et scam. 2. al. 3. versus claustrum n. 432. in fol. magno; Patavii in Bibliotheca S. Antonii; Parisiis in Colbertina codd. 328., et 2302.; nec non in Bibliotheca Abbatiæ Clarævallis; et in Biblioth. S. Martini Turonen. cod. pergam. 300. annorum ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1337. Citatur a S. Antonino in proœmio partis 1. suæ Summæ inter recentiores autores, quibus ipse uti solet in Opere, et ab Alexandro Ariosto in Enchiridio par. 1. n. 14. et 36., Summisque Angelica, et Rosella; de eoque præter antiquos agunt Simlerus Gesneri Epitomator, Dufrenius Cangius, et Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1380., quo floruisse putatur. Anonymus quidam confecit *Epitomen* hujus Operis cum *Tabula* valde copiosa, quæ habetur

Digitized by Google

habetur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis cod. ms. in 4. magno, ac veteri scam. 2. al. 3. versus claustrum n. 433. ita inscripta: *Incipit quædam Summa de Sacramentis abstracta de libro, qui vocatur Directorium juris. Si quis ignorat, ignorabitur.* 1. *ad Cor.* XIIII.

Floruisse videtur potius sæculo XIV ineunte quam ad finem vergente. *Directorium*, seu *Summa directoria*, *iuris* extat etiam Parisiis in bibliotheca Nationali cod. lat. 8934 sæc. XV, Trecis in bibliotheca publica cod. 75 item sæculi XV.

MMMCCXXXIV.

PETRUS QUINTINOPOLITANUS (vulgo *S. Quintino*) Gallus provinciæ Parisien. Min. Capuccin. vir doctus, et in sacris Scripturis eruditus edidit

Speculum Oriniacense, in quo describitur Vita S. Benedictæ, et multa referuntur de Monasterio Oriniacensi. Quintinopoli 1646. in 4.

Vitas SS. Martyrum Domitii, et Wlfi, qui Ambiani coluntur, in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Le Miroir d'Origny, dans lequel on voit la vie, la mort et les miracles de sainte Benoîte..., et ensuite l'Origine, les Progrès, les Privilèges et les divers accidens de l'Abbaye Royale dudit Origny, sur l'histoire ms. de... Quentin de la Fons. Saint-Quentin, Le Queux, 1660, in 4.

Vie de saint Domice (qui confessor, non vero martyr) *et de sainte Ulphæ* (quæ virgo non martyr). Amiens, 1664; in 8.

Cf. J. Le Long, Bibliothèque historique de la France, Paris 1719, n. 1231, et nouv. édit. par Février de Fontette, Paris 1768 ss., I, n. 14923 et 14922; U. Chevalier, Répertoire des sources historiques du moyen âge, Bio-Bibliographie, I, Paris 1905, coll. 527-528, ad vocem *Benoîte*.

MMMCCXXXV.

PETRUS RAVATIUS, al. Rabatius Gallus Decretorum Doctor an. 1376. factus est Episcopus *Electen.*, mox ad *Carpentoracten.* insequenti anno, et ad *S. Pontii* Tomeriarum Ecclesiam in Gallia Narbonen. an. 1397. translatus, exin anno 1402. ad *Tolosanum Archiepiscopatum* a Benedicto XIII. in schismate promotus est, cujus partes strenue Parisiis coram Carolo VI. tutatus est, et pro eo ad Bonifacium IX. anno 1404. ad schisma tollendum legatione functus, ob quæ an. 1408. die 22. Septembris ab eodem Benedicto creatur *Cardinalis*, interfuitque insequenti anno ineunte Concilio Perpiniani, ubi cum aliis suasit Benedicto, ut pro schismatis extinctione dignitati cederet, quod cum ille præstare renuisset, eo relicto contulit se Pisas ad universale Concilium, ubi eodem anno 1409. vita excessit ex nova Gallia Christiana PP. Maurin. to. 6. de Ecclesia S. Pontii Tomer.

Disputationes duas edidit, quibus probare conatus est *Benedictum XIII.* nec per obedientiæ subtractionem ad cessionem Papatus cogendum esse ex to. 4. Bullæi Hist. Universit. Parisien. pag. 777., et Aug. Orsi lib. 5. de Rom. Pontif. auctoritate cap. 8. art. 1. §. 1.

Petrus Rabatus non fuit franciscanus, sed canonicus regularis S. Augustini, non episcopus Electensis nec Carpentoratensis, sed primum Matisconensis (a. 1395 die Augusti 20), dein S. Pontii Thomeriarum (a. 1398 die Martii 29) archiepiscopus tolosanus a. 1405 die Septembris 18, defunctus Barcinone a. 1417. Confusus esse videtur præsertim cum Petro de Fuxo Ord. Min., qui a Joanne XXIII ad dignitatem cardinalitiam promotus habuit eumdem titulum S. Stephani in Cœlio monte ac Petrus Rabatus. Cf. Conr. Eubel, Hierarchia catholica medii ævi, I (Monasterii 1898), pp. 246, 174, 346, 426, 515, 29, 32.

Tum Cæsar Egassius Bulæus (pp. 829 et 831-32, non vero 777), tum Jos. Aug. Orsi unam *Dissertationem*, non duas, ei tribuere videntur.

MMMCCXXXVI.

PETRUS RAVENNAS U. J. D., et Eques Auratus, Alexandri de Imola J. C. clarissimi discipulus Patavii publice legebat an. 1497., quo cum Bugislaus Pomeraniæ Dux Hierosolymam sacra loca veneraturus adiisset, revertens Venetias appulit, ubi de sua *Gripsvvalden.* Academia augenda, et exornanda cogitans, cum audisset Petri nomen apud Patavinos, et Venetos magnum esse, illum sibi concedi ab Augustino Barbadico Venetorum Duce flagitavit, quem obtentum cum uxore Lucretia, et liberis in Pomeraniam conduxit, ibique in Gripswaldensi Universitate aliquot annis cum applausu Petrus docuit; verum amissis liberis, et jam senescens tractus amore patriæ cœpit cogitare de reditu, quem cum a Bugislao non sine tamen difficultate tandem obtinuisset, Gripswalda discessit: verum iter per Saxoniam faciens, a Friderico Duce, ejusque fratre Joanne detentus est, ac pene coactus Wittembergæ docere, sed paulo post urbem illam, et provinciam, occupante peste, reliquit, contulitque se Coloniam Agrippinam, ubi etiam rogatus docuit jus an. 1508., uti legitur in epistola Ortuini Gratii Daventrien. bonarum artium Coloniæ Professoris ad eum cum Panegyrico ei condito data kal. Martii præfato anno 1508., in qua pene totam Vitam ejusdem describit, dicitque valde familiarem etiam fuisse *Maximiliano Imper.* Sunt qui tradunt, eum reversum Wittembergam peste liberam a Saxoniæ Duce revocatum, ibi circa an. 1510. diem obiisse: refert Miræus, in fine amplexum esse habitum, et Institutum *Tertii Ordinis* S. Franc., in quo magna, singularique pietatis opinione vixit. De eo omnium postremus, et copiosius agit P. Abbas Petrus Paulus Ginanni in *Dissert. epistol. de Literat. Ravennat.* edita Ravennæ an. 1749. apud Antonium Mariam Landum pag. 96., et seqq. Scripsit

Sermones extraordinarios cum adjunctis quæstionibus casuum conscientiæ. Wittembergæ an. 1505. ex Auberto Miræo de Scriptor. Eccles. sec. XVI., et Coloniæ 1507. in 4., teste Jo: Hallevordio in Bibliotheca curiosa pag. 327., et Oleario in Abaco pag. 370.

Compendium Juris canonici in tres partes divisum cum

Disputatione de materia decimarum in fine Operis posita contra quemdam recentem Theologum cum *Repertorio* Antonii de Curte Montisacuti Legum Licentiati. Parisiis an. 1521. in 4. expensis Gallioti de Prato: antea prodierat Lipsiæ an. 1506. in fol. *Compendium juris canonici, et civilis.*

Alphabetum aureum utriusque juris cum

Dictis notabilibus, extravagantibus, et allegationibus in materiam consuetudinum a Jo: Thierry Lingonensi J. U. D. auctum, et emendatum prodiit Lugduni an. 1517. in 8. typis Jo: Marion, cujus Operis in principio extat carmen heroicum Gualteri Tangherii Busciducensis liberalium artium Magistri, jurisque Pontificii Symmathetis, in fine vero epistola prædicta Ortwini Gratii cum elogio, seu panegyrico in laudem ejusdem Petri. Utrumque Opus *Compendium*, et *Alphabetum* habetur Romæ in Bibliotheca Franciscana Collegii S. Bonaventuræ. *Dicta notabilia, extravagantia* etc. extant et in to. x. tract. m. Juris pag. 779.

In

Digitized by Google

In Constitutiones feudorum compendium. Parisiis an. 1516. in fol. apud Galeotum a Prato, et postea Viennæ an. 1541., extatque in to. x. Tractat. m. Juris parte 2. *de Feudis,* uti et to. 2. p. 381. habetur ejus Opus *de Statutis.*

Libellum de potestate Papæ, et Imperatoris suum ipsemet citat in fine libri *de feudis,* et in prælictis *Dictis notabilibus, et allegationibus.*

Dicta notabilia, et singularia utriusque juris habentur et in to. 2. *Singularium Doctorum* in fol. Venetiis an. 1578. apud HH. Hieronymi Scoti, ubi p. 208. legitur *epistola* ejus ad Ortwinum Gratium, seu ejus responsio cum epigrammate, et pag. 210. habetur ejus *Responsio ad Jacobum de Altaplatea circa suspensos in patibulo.*

Disputationes de corpore suspensi in patibulo, an remanere debeat. Ravennæ ex Fontana in Bibliotheca Legali.

Repetitiones in frequentiores juris canonici partes. Venetiis tomis 2. in fol. anno 1587.

Repetitio celebris, et prolixa in C. Inter cetera de Immunitate Ecclesiarum ex Papadopulo de Gymnas. Patav. lib. 3. cap. 14. forsan pars.

Interpretationes peramplæ in libros Decretalium ex eod. loco cit., sed forsan idem Opus cum superioribus, uti et quod Gesnerus habet in Bibliotheca scripsisse eum, *an Decimæ sint de jure divino,* nempe in *Compendio juris canonici.*

Allegoriæ, et tropologiæ in locos utriusque Testamenti. Parisiis an. 1574. in 8.

Oratio ad Joannem Mocenigum Venetiarum Ducem memoratur a Joanne Petro Ferretto de Viris Illustr. Ravennat.: porro Jo: Mocenigus rexit ab anno 1477. usque ad an. 1485.

** *Opuscula* ejus prodierunt in 4. in officina felicis memoriæ Quentel an. 1560. (1506.) ex Freytag in Appar. litter. to. 1. pag. 28. Sunt autem

Sermo in Synodo Caminen., quem appellari voluit *libellum florum.*

De artificiali memoria tit. *Fenix.*

Copia multarum allegationum in materia extentionis; et

Carmina plura. **

Tomasius, de Tomasiis dicitur in litteris Eleonoræ de Aragonia Ducissæ Ferrariæ, Bonifacii Marchionis Montis Ferrati, Priorum et Vexilliferi iustitiæ civitatis Pistorii opusculo « *Phœnix* » præmissis. In dicto libello ipse Petrus testatur se legisse Pistorii a Dominis Florentinis conductum. Id, ratione etiam habita quod ob perspectam singularem scientiam a populo Pistoriensi civitate donatus est die 6 Septembris a. 1480 (ut ex citatis litteris Priorum Pistoriensium constat), accidit certe anno 1479-80, quo Academia Pisana ob pestilentiæ metum Pisis relictis Pistorii constitit; hinc idem dicendus est ac Petrus Franciscus Thomasius ex Rotulis Professorum Academiæ Pisanæ magister iuris civilis in eadem Academia annis 1477, 1478, 1479 (cf. Fabbruccius Steph. M., Monumenta historica Pisani Gymnasii ab a. 1478 usque ad a. 1481, in Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, XLIII, Venezia 1750, pp. 162-166; Fabronius A., Historia Academiæ Pisanæ, I, Pisis 1791, pp. 86-87, 384-385). Quod confirmatur ex Marino Sanuto, qui in suo opere « I Diarii » (to. I, Venezia 1879, col. 822) de Petro Ravennate Paduæ ius canonicum legente a Bugislao duce Pomeraniæ conducto agens, nominat eum *Petrum Franciscum.* — Legebat Paduæ ius canonicum a. 1488, ut ex litteris citatis Bonifacii Marchionis Montis Ferrati, item a. 1492, ut ex altero titulo opusculi « *Phœnix* » patet. — Scribit Marcus Mantua, auctor suppar (1491-1582), in « Epitome virorum illustrium qui vel scripserunt vel iurisprudentiam docuerunt in scholis » n. 209 (editionis 1æ anni 1555 folio 5° verso) docuisse eum Ferrariæ multo tempore, et Hier. Tiraboschi affirmat (Storia della letteratura italiana, Tomo VI Parte I, Roma 1783, p. 471), in « Atti dell'Università di Pavia » in indice Professorum eius nomen reperiri; præterquam Ferrariæ et Papiæ eum Bononiæ etiam ius legisse multi tradunt, præeunte Guido Panzirolo, De Claris Legum Interpretibus, Venetiis 1637, p. 313. Quamquam hæc negare non audeo, attamen animadvertendum esse puto: 1. in rotulis professorum Universitatum Bononiensis, Papiensis, Ferrariensis eius nomen non extare (cf. Mazzetti Seraf., Repertorio dei professori dell'Università di Bologna, Bologna 1847, p. 305 n. 2984; Dallari Umb., I Rotuli dei lettori legisti e artisti dello Studio Bolognese dal 1384 al 1799, vol. I, Bologna 1888; Serie cronologica dei professori dell'Università di Pavia dall'a. 1362 al 1752, in « Memorie e documenti per la storia dell'Università di Pavia », Par. I, Pavia 1878; Borsetti Ferr., Historia almi Ferrariæ Gymnasii, pars II, Ferrariæ 1735, prœmium, pp. 37, 40-41); 2. verba, ad id comprobandum ex op. « *Phœnix* » a nonnullis citata, ad iuris lecturam referri ex iis quæ præcedunt et sequuntur valde dubium esse; ita enim in eo libello legitur « Excellentissimos in artificiosa memoria habui auditores . . . . meamque doctrinam miris laudibus extulerunt . . . . quorum aliquos hic legere . . . . placebit. Fuere mei discipuli Magister Antonius Trombeta ordinis minorum theologus celeberrimus . . . . Magister Hieronymus Veronensis Magister Hieronymus de Polchastris artium et medicinæ doctores consumatissimi et Paduæ legentes. Spectabiles Severius et Nicolaus illustrissimi Ducis Ferrariæ secretarii . . . . dominus Joannes Franciscus de Canali et dominus Leonellus de Bruturis Juris consulti consumatissimi et Ferrariæ legentes. Tacebo nobiles Venetos qui me audito multa memoriter pronunciare didicerunt . . . . *Bononiæ Papiæ Ferrariæque legi* et qui me audierunt multa memoriter scire incœperunt et quamvis mea artificiosa memoria aliorum auctoritatibus sit comprobata peccare tamen non puto si acta mea in hoc libello legentur quæ ipsam mirabiliter approbabunt ». — Docuit Coloniæ etiam ante a. 1508, ut deducitur ex opere Ortwini Gratii « Ad Petrum Ravennatem suæ Peregrinationis Criticomastix » (quod Sbaralea Panegyricum vocat). — Petrus Paulus Ginanni in « Memorie storico-critiche degli Scrittori Ravennati » to. II (Faenza 1769) Petrum Thomasium Ravennatem, quem a Boleslao conductum in Germaniam cum uxore Lucretia se contulisse dicit, distinguit non solum a Petro Francisco Thomasio Pisis iuris professore, sed etiam a Petro Ravennate iuris utriusque doctore Wittembergensi professo secundum Miræum regulam S. Francisci de pœnitentia; sed perperam omnino. Eum enim eumdem esse ac alterum patet non solum ex testimonio Petri Marsæi Cratepolii, qui in « Electorum Ecclesiasticorum Catalogus » (Coloniæ 1580, p. 121) scribit Petrum Ravennatem doctorem in universitate Coloniensi cum uxore Lucretia habitum D. Francisci assumpsisse et regulam pubblice professum esse, sed ex ipsius Petri verbis appositis ad calcem sui opusculi « Clypeus contra Doctorem Cajum » impressi Albiburgii a. 1503, relatis a Christ. Schoettgenio (Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca mediæ et infimæ ætatis, VI, Hamburgi 1746, p. 166), et aliis similibus positis post suos *Sermones extraordinarios* editos Wittenburgii a. 1505, quæ ex exemplari ab humanissimo viro Carolo Piancastelli iuris doctore mihi commodato hic exscribo: « sciant qui nesciunt quod deo optimo maximoque ita disponente ego et uxor mea Lucrecia omnia mundi dereliquimus et habitum fratrum et sororum de penitentia diui Francisci sumpsimus et regulam publice et solemniter professi sumus ». — Si fides Petro Marsæo Cratepolio loco cit., Petrus Wormatiæ in fata concessit.

Sermones Extraordinarii et pulcherrimi [XXIV] : *cum multa rerum et Historiarum copia: Clarissimi et excellentissimi Vtriusque iuris Doctoris: miranda memoria præditi: Equitisque aurati splendidiss. Petri Rauennatis Itali: quos diebus festiuis suis auditoribus pronunctiauit: assidentibus quandoque Serenissimis Principibus et Illustrissimis Saxoniæ Ducibus Fœderico Electore et Joanne fratribus.* (In fine:) Wittenburgii: in incude litteratoria Trebelii: Maio decrescente Mense: Anno M.D.V. ff. 144 in fol. (Olearius, op. cit., p. 376, non 370; Hallervordius, loco cit.; minime vero Miræus). — *Sermones Extraordinarii et pulcherrimi. . . . Petri Ravennatis Itali. quos diebus festis suis auditoribus pronunciavit. In Universitate wittemburgensi. . . . Novissime autem eos pronunciavit in Celeberrima universitate Coloniensi,...* Agrippine in litteratoria officina ingenuor. Liberor. Quentell. Anno a natali Christiano supra sesquimillesimum septimo Idibus februarijs. in 4. (Stevenson Enr. Giuniore, Inventario dei libri stampati Palatino-Vaticani, I, Roma 1886, p. 325 n. 1338.) Editio indicata a Miræo, non vero ab Oleario et Hallervordio, opp. cit. — Horum *Sermonum* vix unus aut alter *quæstiones casuum conscientiæ* continet.

Compendium pulcherrimum Juriscanonici . . . in quo innumerabilia aurea et elegantia dicta continentur. (In fine primæ partis:)

Digitized by Google

partis:) Impressum . . . in florentissimo studio Wittenburgen. arte et Industria . . . Wolfgangi Monacen. Anno supra millesimum quingentesimum quarto. Die vero vicesima m. Aprilis. (In fine voluminis:) Liptzck opera et expensis . . . Wolfgangi molitoris de Monaco (alias Stöcklin) Anno . . . supra millesimum quingentesimum sexto currente, die vero vigesima sexta Mensis Aprilis feliciter finitum. ff. 86 + 134 + 112 in fol. (Panzer, Annales typographici. IX. 65. 2; XI. 431. 185. b.) — . . . *Cum quibusdam additionibus de nouo adiunctis* . . . (In fine:) Impressione Hermanni bungart de Retwich . . . Anno M.cccccvij. In vigilia nativitatis Joannis Baptistæ [Coloniæ]. in fol. CCCxxiiij. ff. male num. usque ad CCCxxv. et 2 n. num. Editio per auctorem non solum aucta sed et correcta. (Romæ, in bibliotheca Nationali.) — *Compendivm ivris canonici, . . . Cum ingenti et fertili Repertorio hactenus non viso, Ab Antonio de curte montisacuti Legum licentiato, stilo alphabetico . . elaborato, et inserto.* Vænale reperies apud Galliotum a Prato . . . Anno . . . M.D.XXI. (In fine:) . . . parisijs expensis . . . Gallioti du pre bybliopole. in 4; ff. 4 n. num., cccclxxxiiii male num. usque ad ccccclxxxii, et 48 n. num. (Romæ in bibliotheca Casanatensi.)

Disputatio seu confutatio super materia decimarum. An scilicet decimarum solutio sit de iure divino contra quemdam theologum, incipiens *Vidi et legi tractatum quendam satis longum in materia decimarum*, extat post « Compendivm ivris canonici » editum Parisiis a. 1521 a fol. ccccclxxvi ad fol. ccccclxxxii. In editione eiusdem Compendii anni 1507 eam non inveni.

Compendium Juris civilis. Albiburgi [seu Wittembergæ] a. 1503. in 4 (Panzer, VI. 1. 1). — Coloniæ per Hermannum Bumgart de Retwych A. MDVI. in 4. (Panzer, VI. 360. 117.) — Coloniæ apud Quentel 1508 in fol. (Ginanni.) — Parisiis . . . impensis . . . Galioti du Pre . . . Anno domini Millesimo quingentesimo decimo sexto die vero secunda mensis Januarij (a. 1517 more novo); in 8. (In Casanatensi.) — *cum multis Additionibus et Aureis dictis que non sunt in primo Compendio* . . . Uenumdantur Parrhisijs a Reginaldo Chaudiere bibliopola . . .; sine anni nota (fortasse circa a. 1520) in 8. (In Musæo Britannico et Fusiniani apud Carolum Piancastelli.) Editio lipsiensis anni 1506 mihi est dubia.

Alphabetum aureum famatissimi Juris utriusque Doctoris et Equitis aurati domini Petri Rauennatis itali. quod ob publicam Scholasticorum utilitatem. ac ut multa ex tempore in utroque Jure tum opponendo tum respondendo tum etiam determinando memoriter pronunciare possent. in lucem edidit. atque amplissime Germanorum vniuersitati Coloniensi nuncupauit. Anno M.CCCCC.VIII. (In fine:) Opus hoc iucundissimum Colonie Agrippine in litteraria excudina ingenuorum Liberorum Quentell primitiali hac impressione affabre transcriptum est. Anno supra. M.D. octauo. ad Nonas Martias. ff. 114 in fol. (In Casanatensi.) — Rothomagi per Petrum Olivier. MDVIII. in 4. (Panzer, VIII. 281. 8.) — Lugduni 1511 VI Febr. (1512) in 8; cum insigni exhibente litteras P. V. (Romæ in bibliotheca Angelica.) — *Alphabetum Aureum . . : nouo fetu tersum et emunctum: ac in multis locis auctum et ampliatum per . . . Johannem Thierry . . . Cum eiusdem repertorio alphabetico. Adhec posite sunt apostille . . . Johannis de Gradibus iuris vtriusque professoris: cum illius vtili limitatione.* Lugduni per Johannem Marion. A. M.ccccccxvij. die vij. Julij. in 8 maiori. (Romæ in bibliotheca Vallicellana.)

Dicta quædam notabilia quasi extravagantia et sine ordine alphabeti, item *Notabilia quædam dicta et singularia utriusque iuris* inveniuntur in editionibus *Alphabeti utriusque iuris* coloniensi a. 1508, lugdunensibus a. 1511 (1512) ac 1517, et insunt verisimiliter editioni eiusdem rotomagensi a. 1508; inveniuntur etiam in *Compendii iuris civilis* editionibus parisiensibus supra indicatis. Nulla extant in collectionis « Tractatus universi iuris » (Venetiis MDLXXXIIII) tomo x nec ceteris tomis, e contra omnia (cum aliis 802 *Dictis* eiusdem Petri de Ravenna maximam partem ex *Alphabeto utriusque iuris* excerptis) in « Singvlaria omnivm clarissimorvm Doctorvm, Qui hactenus de Jure responderunt, . . . a D. Gabriele Sarayna . . . nouissime in vnum collecta, atque hac secunda editione emendata et aucta. Lvgdvni, Apud hæredes Jacobi Juntæ. 1560. in fol. » pp. 498-542; in « Singvlaria Doctorvm . . . Lvgdvni, 1570 » (item: Venetiis, Apud Hæredem Hieronymi Scoti. MDLXXVIII). to. II, foll. 135-164; verisimiliter etiam in « Singularia doctorum in utroque iure excellentium. Francofurti 1596 » to. II (cf. Mart. Lipenius, Bibliotheca realis iuridica, to. II, Lipsiæ 1757, pp. 340-341). — In Compendii iuris civilis editione parisiensi anni 1516 (1517) foll. LXXX-XCVIII, nec non in altera anni circ. 1520, reperiuntur *Nonnulla singularia et aurea dicta Juris Ciuilis ex varijs locis collecta per doctorem Petrum Rauennatem pro vtilitate communi ad Theodoricum Vreszen filium suum charissimum canonicum ecclesie Bremensis*, quæ sunt a præcedentibus diversa incipiuntque: *Fui interrogatus de hoc casu. quidam abbas nouiter creatus.*

Allegationes et conclusiones consuetudinum, alias *Enarrationes in Titul. de Consuetudine* extant in editionibus *Alphabeti utriusque iuris* coloniensi a. 1508, lugdunensibus a. 1511 (1512) et 1517, verisimiliter etiam in rotomagensi a. 1508. Extant præterea: in nono volumine Tractatuum ex variis iuris interpretibus collectorum, Lugduni 1549, in fol. (ex Catalogo novissimo librorum impressorum Musæi Britannici); in « Rochi Cvrtii . . . Enarrationes in celeberrimum Juris cap. Cùm tantò. Tit. de consuetudine. Lvgdvni, Apud Hæredes Jacobi Giuntæ. 1550. in 8 », fol. 123; in « Petri Ravennatis in Consvetudines Fevdorvm compendium. Coloniæ MDLXVII. », p. 435; in « De legibus, statutis, et consuetudine Tractatus Sebastiani Medici, Florent., Rochi Curtii, Et Petri Ravennatis. Coloniæ Apud Gervinum Calenium et hæredes Quentelios 1574 in 8 », p. 779; in « Tractatus universi iuris, Venetiis MDLXXXIIII », to. II fol. 381, quum opus *de Statutis* a Sbaralea Petro Ravennati adscriptum non sit diversum ab his *Allegationibus*.

In Consvetudines Fevdorum compendium vtilissimum, Diuo Maximiliano I. Christianissimo Cæsari Aug. dedicatum. Nunc demum summo studio et diligentia ab innumeris mendis, quibus vetus exemplar abundabat, vindicatum. Coloniæ Apud Johannem Birckmannum et Theodorum Raumium A. M.D.LXVII. in 8 (Romæ in Nationali). Prodierat iam teste Ginanni Coloniæ apud Quentel. Invenitur etiam in collectione « Tractatus universi iuris », Venetiis MDLXXXIIII, tomi x parte II. Claudit hunc tractatum *Liber de pace Constantiæ composita inter Imperatorem Federicum et filium eius Henricum et quosdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, et civitates Lombardiæ, Marchiæ et Romandiolæ ex altera*, qui liber non est, ut puto, indicandus cum Ginanni ut opus distinctum a *Compendio*. Editiones anni 1516 et 1511 a Sbaralea relatæ dubito an extent.

Libellus de potestate Papæ et Imperatoris. Editus est cum *Compendio iuris civilis* Albiburgi a. 1503, et post *Sermones extraordinarios* Agrippinæ a 1507. Citatur initio *Libri de pace Constantiæ*; non autem, ut videtur, in *Dictis notabilibus, extravagantibus*, et in *Allegationibus in materia consuetudinum.*

Epistola ad Ortwinum Gratium cum *epigrammate* ad eumdem extat in editionibus *Alphabeti utriusque iuris* coloniensi a. 1508, lugdunensibus a. 1511 (1512) et a. 1517 (fol. 208), verisimiliter etiam in rotomagensi a. 1508, non vero in collectione « Singularia Doctorum » edita Venetiis a. 1578.

Valete cum perpetuo silentio ad clarissimum theologum professorem magistrum Jacobum de Alta platea ordinis predicatorum Petri Ravennatis Juris utriusque doctoris de Bassa platea: in qua corroboratur etiam ex dictis adversarii conclusio salutifera nonnullis illustribus et magnificis rectoribus civitatum dominis suis. Invenitur in editionibus *Alphabeti utriusque iuris* lugdunensibus a. 1511 (1512) et a. 1517 (folio 209 verso), non autem in collectione « Singularia Doctorum » edita Venetiis a. 1578. Jacobus de Alta platea est Jacobus Hoochstraten, qui annis 1508-1511 opuscula contra quasdam Petri Ravennatis opiniones in lucem emisit. Cf. Quetif-Echard, Scriptores Ordinis Prædicatorum, II (Lutetiæ Parisiorum 1721), p. 67; Panzer, VI: 365. 165; 368. 189; 371. 220.

Quæstio seu disputatio de suspensis contritis non tenendis in patibulo sed quod debeant tradi petentibus ad sepulturam, quam ipse auctor ante *Dicta notabilia quasi extravagantia* in editionibus *Alphabeti utriusque iuris* supra citatis dicit posuisse in fine *Compendii iuris canonici*, in huius editionibus a. 1507 et 1521 a me frustra est quæsita. Editionem ravennatensem nullibi inveni.

In collectione « Repetitionvm In Vniuersas ferè Juris Canonici partes, materiásque sanè frequentiores, Volvmina sex », Venetiis, apud Juntas, MDLXXXVII. in fol., nulla *Repetitio* extat, quæ Petrum Ravennatem habeat auctorem.

Repetitio C. Inter alia de immunitate ecclesiarum. Lubeck per magistrum Lucam Brandis a. 1499 in fol. (Hain, Repertorium Bibliographicum, 13699). — Lipsiæ per Wolfgangum Stoecklin A. MDV. d. 21. Mens. Septemb. in fol. (Panzer, VII. 153. 152). — In editione « Sermones extraordinarii . . . » anni 1507.

Interpretationes peramplas in libros Decretalium Petro Ravennati tributas a Papadopulo auctore parvæ auctoritatis nullas esse existimo.

Allegoriæ simvl et tropologiæ in locos vtrivsque Testamenti selectiores iudicio collectæ ac propensiore studio depromptæ et in ordinem digestæ, è monimentis vnius et triginta Authorum. Parisiis, Apud Sebastianum Niuellium . . . 1574. in 8; et iam Parisiis Apud Carolam Guillard, . . . 1551. in 8. Editor

Digitized by Google

tor fuit Godefridus Tilmannus Cartusiæ Parisiensis Monachus; inter auctores est quidem Petrus Ravennas, hic tamen est Petrus Chrysologus archiepiscopus Ravennas. Prodierant iam (uno auctore excepto) Parisiis a. MDXX industria ac impensis Jodoci Badii Ascensii (qui opus recognovit) sub titulo: Allegoriarum moraliumque sententiarum in utrumque divinæ legis instrumentum . . . abs triginta præclaris et religione et doctrina viris, . . . mira industria concinnata miscellanea . . . in fol. Quas editiones videre est in Vallicellana.

Oratio ad Joannem Mocenicum Venetorum ducem (qui rexit a die 18 Maii a. 1478 ad diem 14 Novembris 1485) a me non est inventa in catalogis; sed non est cur de testimonio dubitem Joannis Petri Ferretti viri docti et gravis et pæne coævi, quum obierit a. 1557 ætate annorum 75.

Sermo domini Petri de Ravenna . . . quem habiturus erat, de mandato . . . domini Martini dignissimi Episcopi Caminen. . . . In sinodo per ipsum celebrata. Extat inter eiusdem « Aurea opuscula » edita [Coloniæ] in officina felicis memorie Quentel a 1560 (sic verisimiliter pro 1506) in 4, de quibus agit F. G. Freytag, Adparatus litter., I (Lipsiæ 1752), p. 28 ss., et ibidem in Edibus ingenuorum Liberorum Quentel a. 1508 pridie kal. Jan. in 4 (cf. Catalogum novissimum librorum impressorum Musæi Britannici). Falsum est auctorem appellari hunc Sermonem voluisse *libellum florum.*

Artificiosa Memoria, cui nomen *Phœnix*. Pluries typis prodiit. Prima editio (16 foll. in 4) hanc subscriptionem habet: Bernardinus de Choris de Cremona Impressor dele- | ctus Impressit Venetias Die. x. Ianuarii. M.cccccxci. (Hain, 13697); in qua annus more veneto indicatur, quum opusculo præmissum sit diploma Eleonoræ de Aragonia Ferrariæ Ducissæ datum anno 1491 die 10 octobris. Secunda editio ad præcedentem adamussim expressa eamdem subscriptionem refert, sed impressa est, in Italia quidem sæculo XV, at per alium typographum charactere non veneto; indicatur a R. Proctor (An Index to the early printed books in the British Museum etc., n. 7420) et forte describitur a D. Reichling (Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium bibliographicum, fasc. II, p. 90 n. 707). — Aliæ editiones: Erffordie per wolfgangum Schenck 1500, foll. 10 in 4 (Hain, 13698); — absque ulla nota (Lipsiæ per Wolfgangum Stöckel, probabiliter circa a. 1503) in 4 (Proctor, 11394); — inter Petri « Aurea opuscula » edita Coloniæ a. 1506; — inter Petri » Aurea opuscula » edita Coloniæ a. 1508 (Panzer, VI. 364. 153); — in editione « Summule Joannis de Monte super Petrum Hyspanum ». Uenetiis sumptibus heredum quondam Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis ac sociorum An. 1526. die vltima mensis Octobris. in 4 (extante Romæ in Alexandrina); — Venetiis per Petrum de nicolinis de Sabio. Sumptu et requisitione D. Melchioris Sessæ. Anno Domini M.D.XXXIII. Mense Septembris. in 8 (in Casanatensi); — Viennæ, Apud Mathiam Bonhome 1541. in 4 (editio proœmium et 12 conclusiones tantum continens; in Angelica); — Parisiis Apud Nicolaum Boucher M.D.XLIIII. in 8 (editio ad præcedentem expressa; in Musæo Britannico et apud Carolum Piancastelli); — Venetiis. Apud Dominicum Nicolinum. MDLXV. in 8 (in Casanatensi); — Vicentiæ, Apud Georgium Græcum 1600. Sumptibus Petro Bert. (Petri Bertelli) in 4 (in Angelica); — Coloniæ, Apud Conradum Burgenium. Anno M.DC.VIII. in 8 (ibidem).

Copia multarum allegationum in materia extentionis ad Theodoricum Vressen filium suum charissimum. Invenitur in utraque *Aureorum opusculorum* editione supra citata.

Carmina varia (ad beatissimam virginem; etc.) inveniuntur inter Petri *Aurea opuscula* edita a. 1506, et a Freytag enumerantur, op. cit., I p. 32. Quæ extant, ex Catalogo librorum impressorum Musæi Britannici, inter Petri *Aurea opuscula* edita a. 1508, eadem verisimiliter sunt. Alia(5) *Carmina* leguntur in prima editione *Sermonum extraordinariorum* folio 142 verso et 143 recto, quæ inscribuntur: *Ad Librum*; *Ad Gloriosissimos Principes Saxonie duces Fœdericum Imperi electorem et Joannem fratres* (21 dist.); *Ad Reuerendum patrem Coswinum curie diui Antonii in Lichtenbergk moderatorem et gymnasii nostri Cancellarium*; *Ad Henricum de Bunou illustrissimorum principum consultorem*; *Ad militem Degnhardum Pfeffinger serenissimorum Principum secretarium.*

Oratio domini Petri Francisci de Ravenna ivris vtrivsqve doctoris pro patria ad illvstrissimvm principem Nicolavm Trvnvm Venetvm Ducem. Acta Venetiis XXV *Febrvarii.* M.CCCC.LXXII. incipiens *Optavi quam maxime hoc tempore christianissime princeps: amplissimeque senatus: ut quicquid in me foret ingenii: et nonnulla exercitatio dicendi.* Absque ulla nota, 2 foll. in fol. (Venetiis per Nicolaum Jenson, verisimiliter eodem anno 1472). Cf. Hain, 13700; Proctor, 4083; Reichling, fasc. VI, p. 57 n. 1851, quæ editio non videtur diversa ab ea quam Hain describit.

Carmina recitata in funere Petri de Fortiguerris Pistorii (quæ non sunt inter præcedentia); etc. Absque ulla nota; in 4; charactere Matthæi Cerdonis, qui Paduæ impressit ab a. 1482 ad a. 1487. Cf. Panzer IX. 332. 1032. b.; Hain, 13696; Proctor, 6829.

Consilium circa ea, quæ mulieri ob inanes vulgi voces a marito de adulterio accusatæ ad excludendam accusationem prodesse possint. Invenitur inter « Consilia sive responsa Clavdii Cantivncvlæ, . . . ac qvorvndam aliorum præstantissimorum Jurisperitorum » edita Coloniæ Agrippinæ Impensis Geruini Calenij, et hæredum Johannis Quentelij A. M.D.LXXI. in fol., pp. 495-498. Nescio utrum diversum ab hoc sit *Consilium*, quod Ginanni p. 439 dicit extare Ravennæ in biblioth. Classensi in cod. sign. *Labor gravis* cum hac subscriptione: « Ego Petrus Franciscus de Thomaghis de Ravenna juris utriusque Doctor jura civilia publice legens in florentissimo studio Paduano. »

Solutiones cum suis canonibus et legibus, ad argumenta et allegationes, quæ fiunt in disputationibus et consistoriis iudicum, quod opusculum auctor *libellum florum* adpellari voluit, ut eius verba in fine testantur. Extant inter Petri *Aurea opuscula* in editione eorum coloniensi a. 1506, et probabiliter in altera a. 1508. Nominatur ab auctore in fine *Compendii iuris civilis.*

Clypeus contra Gaium doctorem. Impressus est cum « Compendium iuris civilis » Albiburgi a. 1503, et cum « Sermones extraordinarii » Agrippinæ a. MDVII (Panzer, VI: 1. 1; 360. 121).

Consilium matrimoniale. Impressum, auctore Ginanni p 438, a Ziletti inter « Consilia matrimonialia », to. I (Venetiis 1565), n. 64 p. 129. Incipit « *Conquestus est Titius in Curia Romana* » et recusum est in « Matrimonialivm Consiliorvm tomi dvo » (collectoribus Jo. Bart. Ziletto et Nic. Ruckero) Francoforti ad Mœnum, impensis Sigis. Feyrabendij. M.D.LXXX., t. I, pp. 216-218.

Orationes multæ habitæ, teste ipso Petro in opusculo « *Valete* etc. », *in diversis claustris Prædicatorum Italiæ et Alemanniæ in laudem D. Dominici, beatorum Petri Martyris et Vincentii et gloriosi Thomæ Aquinatis*, item *Oratio de morte habita in Dominica Palmarum Coloniæ in monasterio Minorum ante suum discessum*, ut legitur post *Compendium in consuetudines Feudorum* in eius editione Quenteliana, a Ginanni inter Petri opera recensitæ, utrum typis vel saltem scripto umquam vulgatæ sint, mihi non constat. Ipse Petrus in fine *Sermonum Extraordinariorum* a. 1505 impressorum, quos *nonnullos ex sermonibus meis* dicit, ceteros, inter quos *unum de prædestinatione*, se editurum promittit.

Quæstiones in materia feudorum secundum Speculatorem et Joannem Andreæ in titu. de feudis sub breviloquio collectæ, extantes absque collectoris nomine post Petri Ravennatis *Compendium in consuetudines Feudorum* et ante eiusdem *Enarrationes in Titul. de consuetudine* in dicti *Compendii* editione coloniensi anni 1567, et post idem *Compendium* in collectione « Tractatus universi iuris » Tomi X Parte II (Venetiis MDLXXXIIII), a Ginanni Petro Ravennati tribuuntur, et fortasse ei debentur. — *Allegationes et Conclusiones in materia feudorum*, ab eodem ei adscriptæ, nullæ sunt, et in editione ab eo citata non reperiuntur nisi *Allegationes in materia consuetudinum*, dictæ in titulo eis præmisso per errorem *Allegationes in materia feudorum.*

Petri Ravennatis nonnulla *Opuscula* prodierunt: In Ducali opido Liptzensi per Wolffgangum Monacensem Anno 1502 in 4 (Panzer, VII. 142. 42), et Erffordie per Wolfgangum Schenck a. 1503 in 4 (Panzer, VI. 495. 8). Nescio quænam sint; puto autem nullum esse diversum ab iis, quæ continentur editionibus *Opusculorum* coloniensibus a. 1506 et 1508.

Ab Jos. Ant. Saxio, Historia literario-typographica Mediolanensis (apud Phil. Argelatum, Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium, I, Mediolani 1745, p. DCXV) nostro auctori opus tribuitur titulo *Isagoge* impressum Mediolani a. MCCCCLXXXXIV die XXII Aprilis in 4 cum insigni Ulrici Scinzenzeler (cf. Hain, 13695). An idem ac *Liber isagogicus Samuelis Cassinensis Ord. Min.*, qui prodiit eodem anno ac die cum eiusdem typographi insigni (cf. Hain, 4567), vel *Phœnix*, quod opusculum in editione coloniensi anni 1608 dicitur « *ad artificialem memoriam comparandam Introductio* »?

Conferantur præcipue: Schoettgenius, op. cit., VI p. 161-168; Hartzheim Jos., Bibliotheca Coloniensis, Coloniæ Aug. Agrippinensium 1747, pp. 280-281; Fabbruccius, Elogia clarissimorum virorum Academiæ Pisanæ, in Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, to. 40, Venezia 1749, pp. 144-151; Ginanni, loco cit., pp. 156, 419-439; Eisenhart, in Allgemeine Deutsche Biographie, XXV, Leipzig 1887, pp. 529-539.

Digitized by Google

MMMCCXXXVII. 1681.

PETRUS RAYNALDUCCIUS = *magnus prædicator, et Apostolicus Pœnitentiarius in Urbe, vir miræ abstinentiæ, paupertatis evangelicæ, et religiosæ obedientiæ, qui multos in viam salutis reduxit*: inquit autor coævus in Chronico, quod B. Odorici Forojulien. nomine refertur; et autor Chronicæ Aulæ Regiæ illius et ipse temporis ait, opinionem tunc viguisse, eum de cognatione *Columnensium* fuisse, forsan affinitate. Huic Marianus Florentinus attribuit

Opusculum de Christi Imitatione, de quo autor *Conjecturæ de libris de Imitatione Christi, eorumque autoribus* Romæ an. 1667. editæ ait, tres primos incertum esse, an sint Joan. Vercellensis, an vero Ubertini Casalen., vel Petri de Corbario; nam quartum librum statuit esse Joannis Gersonis, et Thomam a Kempis fuisse omnium compilatorem. V. *Henricus de Balma*. Opus *de imitatione Christi* anonymi extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. cod. 456. fol. 77. ex Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecar. mss. to. 1. pag. 99.

Obiit Avenione in carcere hospitii papalis anno 1333 die Octobris 16 (cf. H. Denifle, Chartularium Universitatis Parisiensis, II, Parisiis 1891, p. 340). Jo. Baleus (Scriptorum illustrium maioris Brytanniæ Catalogus, par. II, Basileæ 1559, p. 137) ei tribuit non *Opusculum de Christi Imitatione* sed *Glossulam super Christi imitatione, Lib. 1.*

MMMCCXXXVIII.

S. PETRUS REGALATUS Vallisoleti natus nobilibus, piisque parentibus ab ipsa pueritia pietatem coluit, et adolescens Minorum Institutum amplexus Beati Petri Villacretiani Reformationis Hispanicæ autoris discipulus, in Aquileriano Cœnobio rigidioris disciplinæ promotor fuit, et adjutor præcipuus; factus Cœnobii S. Mariæ de Scala cæli, vulgo *de Abrojo* prope Vallisoletum Præfectus, tot virtutibus, meritisque illuxit, ut et vivus spiritu prophetico, et mortuus miraculis prope innumeris coruscaverit. Decessit Aquileriæ an. 1456. die 30. Martii ætatis suæ 66., eumque Innocentius XI. Beatorum, et Benedictus XIV. an. 1746. mense Junio Sanctorum numero adscripsit. Ejus sunt

Compendium Vitæ sui Magistri B. Petri de Villacreces.

Expositio Regulæ Fratrum Minorum.

Constitutiones, ritus, et leges pro Reformatis Cœnobiis de Aquileria, et de Abrojo.

Exercitia vitæ activæ, et contemplativæ alumnorum prædictorum Cœnobiorum.

Opusculum de arbore vitæ, seu de SS. Cruce: ex quibus plura vulgavit Emmanuel Monzaval in Vita ejus edita anno 1684. fol. 56. 188., et alibi; et Eusebius Gonzalez to. 6. Chronic. Ord. lib. 1. cap. 8. et 9.

Epistolæ plures asceticæ mss. habentur in dicto Cœnobio S. Mariæ de Abrojo ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 412. De eo agunt Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3., Arturus ad diem 31. Martii, et Bollandus ad eumdem diem, præter Waddingum in Annal., aliosque plures.

MMMCCXXXIX. 1682.

PETRUS REGINALDUS = Ord. Min. Convent.

Speculum finalis retributionis prodiit Venetiis an. 1498. in 8., et Basileæ anno 1499. ex Orlando de Orig., et progr. typogr.. de quo et Possevinus in Appar. sac., Parisiis quoque eodem anno in 8. in Suburbiis S. Germani de Pratis per Petrum Levet, correctum, et castigatum studio P. Gulielmi Totani Dominicani, qui in prologo isthæc scribit: *Ut de ceteris tacuerim, optime fecisse videtur egregius sacræ Theologiæ Doctor Magister Petrus Reginaldeti Ordinis Fratrum Minorum, cujus mentem divina sapientia ita fœcundasse arbitror, mirabili, ac ineffabili modo inebriasse, ut nihil terrenum, nihilque mundanum cor ejus alliceret, sed toto mentis suæ conatu, intuitu, et affectu futuram operum bonorum, malorumque retributionem contemplaretur* etc. . . *Unde et tamquam de hujusmodi non ignarus libellum hunc, quem, si ceteris placet, Speculum finalis retributionis appello, non sine magno labore, magnaque diligentia composuit stylo grato, et facundo, celsaque sententia, atque ordine decentissimo ad finem usque perducendo. Cujus utilitatem frequentissime cogitans ego Fr. Guilielmus Totani sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum humilis Doctor, et Lector insignis Ecclesiæ Primatis Galliarum S. Joannis Lugd.* etc. . . *Tantum ergo, ac tam utile Opus ad gloriam præfati sacri Ordinis Minorum in lucem omnibus præbere volens, quo salus plurium valeat procurari, ex exemplari non modicum vitiato studui, quoad potui, verum exemplar conficere de minus bene correctis* etc.: ut est apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 467., et 468. Hujus editionis non meminit Jac. Echardus to. 2. Bibliothecæ Ord. Prædic. in *Gulielmo Tutano.*

Petri Reginaldi primus, et 2. *Senten.* liber ms. extat in Bibliotheca Murbacen. diœces. Basileen. in fol. chart. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1178.

Augustinus Patritius in Hist. Concilii Basileensis, et Florentini n. 119. referens ea, quæ anno 1441. mense Julio inter Patres Concilii Basileæ sunt acta super dissensione Fratrum Minor. Conventualium cum Observantibus subjungit: *Per hoc tempus a quodam Petro Reginaldo ex Observantibus Theologo insigni Patribus propositum est, videri sibi declarandum, omnes homines adultos sub pœna damnationis æternæ obligari scire explicite decem præcepta legis.* Quod si hic idem sit, fuerit oportet ex Congregatione *Coletanorum*, qui dicebantur *de Observantia, et obedientia Regulari*, parebantque Ministris Conventualibus; et *Ministros* ipsi quoque, ac *Magistros* admittebant. Sed alius erit ille *Petrus Reginaldi* Minorita, qui anno 1506. a Julio II. beneficium accepit ex Reg. Pontif. apud Petrum de Alva, et Astorga in Indic. Bullarii Seraph. num. 28., fuitque eo anno Romæ in Comitiis General., diciturque *Baccalaureus* ex lib. expensarum in Archivo Ordinis apud SS. Apostolos sub tit. *prov. Franciæ.*

« Die veneris XVI^a aprilis M IIIJ^c XXXIIIJ" in congregacione generali [Concilii Basileensis] more solito fuerunt incorporati magister Johannes Tinelli. . . , magister Petrus Reginaldeti magister in theologia ordinis Minorum Parisiensis ». Ita apud Joh. Haller, Concilium Basiliense. Studien und Quellen zur Geschichte des Concils von Basel, III, Basel 1900, p. 71.

Speculum finalis retributionis agens de pœnis inferni primo, deinde de gaudiis paradisi, idem ac liber a Waddingo inscriptus *De gaudiis piorum, et Pœnis malorum*, correctum cura Gulielmi Totani Ord. Præd. et postea Petri de Fontenayo seu Fontaneo sacræ theologiæ professoris, ob suam utilitatem sæpe editum. prodiit, primum fortasse, Parisiis per Antonium Caillaut sine anni nota in 4 (W. A. Copinger, Supplement to

Digitized by Google

to Hain's Repertorium Bibliographicum, III, 5071; R. Proctor, An Index to the early printed books in the British Museum, n. 7956); deinde: Lugduni per Johannem Trechsel a. 1492 die III Augusti in 4, et 1494 (more novo, 1495) die XII Martii in 4 (L. Hain, Repertorium Bibliographicum, 13767-13768); Parisiis per Stephanum Jehannot impensis Claudii Jaumar a. 1495 die XXVII Octobris in 8 (Copinger, III, 5072); sine loci et typographi notis, a. 1496 die XI Februarii in 4 (Hain, 13770); Parisiis pro Claudio Jaumar sine typographi nota sed per Stephanum Jehannot, a. 1497 die X Octobris in 8 (D. Reichling, Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliographicum, fasc. VI p. 137); sine loci et typographi notis, a. 1498 die X Aprilis in 8 (Copinger, III, 5074); Venetiis per Jacobinum de Pentiis de Leucho impensis Lazari de Soardis die 7 Novembris a. 1498 in 8 (Hain, 13771); Basileæ per Jacobum (Wolff) de Pfortzen a. 1499 in 4 (Hain, 13774); Suburbiis S. Germani de Pratis (Parisiis) per Petrum Levet a. 1499 die II Septembris in 8 (Hain, 13772); Parisiis per Petrum Le Dru a. 1505 die V Novembris in 8 (W. G. Panzer, Annales typographici, VII. 512. 104); ibidem per Gaspardum Philippes pro Joa. Petit a. 1509 die XXIV Julii in 8 (Romæ in bibliotheca Vallicellana).

MMMCCXL. 1683.

PETRUS REGIS = cognomento vulgo *Coninck* Reginis Leonoræ, et Mariæ Austriacis fuit a Confessionibus ex Jo: a S. Anton. to. 2., de quo Valerius Andreas in Biblioth. Belg., et Dupinus in Supplem.

Tractatus de voluntate Dei ms. extabat penes Henricum Willotum, ut ipsemet scribit in suis Athenis Franciscanis apud Possevinum in Appar. sac.

Opus *de reali Corporis Christi in S. Synaxi præsentia* excusum est Lovanii per Joannem Boogaerts a. 1568 in 8 cum hoc titulo: *Een ghemeen discours op die maniere van eenen disputatie tusschen een Catholycke ende een Calviniste, inhoudende vier groote secreten van het Sacrament des autaers.*

Petri Regis *Epistola* data ex conventu nivellensi a. 1560 die Martii 25 ad Universitatis Studii Parisiensis Decanum cum elencho octodecim propositionum de gratia, ut de iis per theologos Facultatis Pasisiensis censura adferretur, extat apud Carolum Duplessis d'Argentré, Collectio iudiciorum de novis erroribus, II, pp. 202-203.

Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 72-78.

* PETRUS DE REMIS = V. *Petrus de Vallibus.*

MMMCCXLI. 1684.

PETRUS RESCHINGERUS = supra dicitur perperam a Waddingo *Paulus Resinget Germanus,* ejusque Opus, seu *Repertorium* prodiisse *Basileæ* an. 1502.; hoc autem loco cusum dicitur *Venetiis* an. 1502. Porro *Resking* est latinis Cæsarea Bojorum in Bavaria, teste Baudrand in Lexico Geograph., et hic autor vocabatur *Petrus,* non *Paulus,* ejusque Opus prodiit Basileæ an. 1502. in 4. m. per Nicolaum Resler [*corr.* Kesler] civem Basileensem, quod vidi Romæ apud nostros, cujus editionis meminit et Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 469.

Vide supra p. 314 sub v. *Paulus Resinget.*

MMMCCXLII. 1685.

PETRUS REVEILLAUDI = de hoc agit et Possevinus in Appar. sac. to. 3., et Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

MMMCCXLIII.

PETRUS REUZ typis mandavit

Ordinem celebrandi Missas solemnes, et privatas. Genuæ an. 1637. in 4. ex Catalogo librorum catholicorum edito Genuæ an. 1725. apud Joan. a S. Anton. in append.

MMMCCXLIV. 1686.

PETRUS ROBERTUS = Belga natione, ut videtur, de quo et Possevinus in Appar. sac. et Franchinus n. 293., ac Joan. a S. Anton. to. 2. Ejus Opus impressum est an. 1594.; non autem 1694., ut mendose legitur apud Franchinum cit., qui hunc dicit, extitisse Minoritam Conventualem provinciæ Leodiensis; cum sit *Andagium* antiquis, quod nunc *S. Hucbertus* x. milliaria ab urbe Leodiensi distans oppidum super fluvium Hommæ olim insigne propter Abbatiam *S. Hucberti* Ord. S. Benedicti.

Secundum Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observ. de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), p. 117, eius *Disputatio* prodiit apud *Herm.* Bock. *St-Hubert,* oppidum belgicæ provinciæ Lucemburgi, distat a Leodio passuum non decem millia sed pæne quinquaginta millia.

MMMCCXLV.

PETRUS RODULFI Viglevanensis provinciæ Mediolanen. Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor, et Ecclesiastes nobilis, suique Ordinis in Urbe Procurator Generalis tempore Sixti IV. scripsit

Conciones, et Orationes varias; quarum meminit etiam autor illius temporis Jacobus Volaterranus in Diario Romano to. 23. Rer. Italic. Script. sub *anno* 1481. 2. *Dominica Adventus* inquiens: Romæ coram Summo Pontifice *Homiliam diei peroravit . . . . a Viglevano Insubrorum oppido Procurator in Romana Curia Ordinis B. Francisci. Ejus Oratio habita est elegans, et erudita, et cæremoniæ diei multum accomodata: fuit ab omnibus commendatus. Id reprehensum dumtaxat, quod Juvenalis versiculum recitarit, eum videlicet: et de virtute loquuti clunem agitant: qui quamvis cursui Orationis quadraverit, tamen ob religionem loci parum pudice dictum reputatum est*: et sub an. 1482. in 2. Dominica Quadragesimæ scribit: *Procurator Ordinis Minorum Sermonem habuit, qui plurimum commendatus est*: pauloque post adducit ejus verba in petitione *Canonizationis* S. Bonaventuræ; cujus in Actis hujus viri extat mentio, et inde in Annal. Min. a Waddingo editis.

Sermo fratris Petri ordinis minorum procuratoris, de tremenda excommunicationis sententia, incipiens *Pauperes evangelizantur et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Math.* XI. *Maiorum instituto bene ac sapienter usurpatum est, Pater Beatissime, ut quemadmodum rerum agendarum, ita et dicendi initium a precationibus caperetur,* impressus est ab Euchario Silber absque loci et anni notis, Romæ circa annum (verisimiliter) 1482, foll. 4 in 4. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

Orationem habuit in palatio apostolico etiam secunda dominica quadragesimæ a. 1482 et 1483, ex ipso Jacobo Volaterrano, qui de prima oratione (vide Il Diario Romano di Jacopo Gherardi da Volterra per Enrico Carusi pag. 40, apud L. A. Muratori, Rerum Italicarum Scriptores. Nuova edizione. Tomo XXIII. Parte III, Città di Castello 1904) sic ait: *omeliam eius diei oravit Petrus a Vigevano Insubrorum oppido, ex Minorum religione et sui ordinis in romana curia procurator. cum attentione fuit auditus, quippe qui graviter et ornate admodum dixit, nec, ut plerumque accidit, nimius in dicendo fuit, nec præsentium temporum calamitatem deploravit, nec in nostros corruptos mores invectus est. quæ plurimum audientibus moleste esse consueverunt.*

MMMCCXLVI. 1687.

PETRUS RODULPHIUS = anno 1578. cum Bononiæ in Ecclesia majori *conciones* haberet, aggregatus

Digitized by Google

gregatus est Collegio Theologorum illius urbis *tanquam vir famosus* ex monumentis ejusdem Collegii; et cum antea extitisset provinciæ Piceni Minister, Ordinis a Secretis, et Procurator Gener., nec non Supremæ Inquisitionis in Urbe Consultor, an. 1587. a Sixto V. ad Venusinam Ecclesiam promovetur, et quadriennio post ad Senogalliensem transfertur, ubi post 10. annos vivere desiit an. 1601. in sua Ecclesia humatus ex Ughello to. 2. et 7. Ital. sac., ubi sub ejus effigie inscriptio cernitur apud eum legenda.

Catalogus universalis totius Seraphici Ordinis etc. vulgatus est sub ejus nomine Florentiæ anno 1578. in 4. apud Juntas opera *Fr. Ludovici Tiphernatis:* sed Franchinus sæpe citatus num. 292. dicit non esse hujus autoris; et quidem ipsemet lib. 3. fol. 333. propria recensens Opera an. 1586. istum *Catalogum* non habet: citatur tamen a Ferchio in *Discuss. Scot.* cap. 13. pag. 64. uti impressus *Bononiæ*, sed cum errore.

x. *Conciones* italice variis temporibus, ac locis habitæ prodierunt Bononiæ 1580. in 8. typis Alexandri Benacci. Extat codex Romæ in Biblioth. Conventus SS. Apostolorum.

Concionum pars prima, et secunda vernaculo sermone prodiit Venetiis an. 1584. in 4. typis Francisci ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bononiæ, et cit. Franchino; suntque conciones 16. extraordinariæ variis in locis habitæ.

Super Canticum B. V. Mariæ, ac

De septem verbis Domini in cruce italico sermone ex Jo: a S. Anton. to. 2.

Vita B. Michelinæ Pisaurensis italico sermone cusa est Arimini an. 1585.

Vita B. Margaritæ Columnensis Romanæ Ord. S. Claræ eodem sermone scripta est etiam ab eo seorsum, ut ipsemet lib. 1. fol. 140. de hac Beata disserens ait: *Vitam, et miracula hujus sacratæ Virginis longius prosecutus sum sermone vernaculo.*

Opera omnia S. Gregorii Papæ jussu Sixti V. recognovit, et in sex tomos distributa vulgavit Romæ an. 1588. in fol. typis Vaticanis usque ad an. 1593., quam editionem utpote castigatiorem, auctioremque imitatæ sunt aliæ, nimirum Parisiensis an. 1605. 1619., et 1640., Romana alia an. 1613., et Antuerpiensis 1615., de quibus Possevinus in Appar. sac. v. *S. Gregorius PP.*, et Oudinus to. 1. Comment. in *Gregorio M.* cap. 1. et 2.

Opera S. Bernardini Senensis emendata, auctioraque edi curavit tomis 4. Venetiis an. 1591. typis Juntarum.

Sermones S. Petri Chrysologi in multis emendavit, edique curavit ibidem anno 1594., ut habet et Martinus de Castillo in Vita ejusdem S. Petri *Sermonibus* anno 1676. Lugduni cusis præmissa, et Oudinus cit. to. 1. Comment. in *Petro Chrysologo*: hos autem sermones dicavit Senatui Imolen. epistola Senogalliæ data prid. idus Martii an. 1594.; legiturque in editione eorumdem sermonum facta Bononiæ per Carolum Zenerum an. 1643., in qua inquit *Vitam quoque* ejusdem *Sanctiss. Viri qua potuit brevitate, ac diligentia descripsisse*, eaque usus est Dominicus Mita in sua B. Petri Chrysologi Vita præfatæ Bononiensi *Sermonum* editioni præmissa.

Dictionarium pauperum ordine alphabetico continens exercitamenta de virtutibus, et vitiis Opus est *Anonymi*, qui videtur vixisse post an. 1520., cum nedum S. Bonaventuram citet, et Paulum Cortesium, sed etiam hæreses *Lutheranam*, et *Anabaptistarum* nominet, fertque titulum *Dictionarii*, ac *Summæ de virtutibus, et vitiis* a Rodulphio repertum, cum ipse an. 1579. Bononiæ in Æde S. Petri, majorique hortatu Cardinalis Palæotti Episcopi *Lectiones de casibus conscientiæ* haberet, quemadmodum scribit in proœmio dicti Operis, cui et addidit *Præludia*, seu *Rudimenta* pro concionatoribus 40. capitibus distincta, nen non *Indicem* locupletissimum; et emisit Bononiæ, et Constantiæ apud Leonardum Straub, Lugduni etiam an. 1599. in 8. apud Anton. Huguetanum, teste Possevino to. 3. Appar. sac., postea Coloniæ 1602. apud Quentel., et in Offic. Friburg., iterum Lugduni 1609. typis iisdem Huguetanis, et incipit: *De abstinentia: abstinere est, cum aliquis ab aliqua re usum ejus a se rejicit*: citatque autor §. *Anima* Gulielmum Scotistam, fortasse Vorilongum, qui obiit an. 1464., ejusque Opus prodiit primum an. 1489.

Synodos Venusinam, et Senogalliensem edidit, ut edocet laudatus Ughellus to. 2. et 7. Ital. sac.; quarum *Senogalliensis* anno 1591. habita excusa est Romæ an. 1592. in 4. typis Gabianis. In epistola ad Clerum data Senogalliæ anno eodem die 18. Febr., eidemque præfixa dicit se in Franciscana familia *annos* 40. *plus minus* vixisse, atque ad utilitatem suæ diœcesis curasse, ut typis daretur *Calendarium ad usum Romanum, Doctrina Christiana*, et *Rituarium . . . . in omnes partes utile, et necessarium, ut Parochi ad omnia expediti sint, et instructi in cæremoniis, et ritibus, quorum usus etsi frequens in Ecclesia sit, eorum tamen nullam, aut modicam certe hucusque nostra diœcesis retinuit rationem.*

Chronicon Senogalliæ urbis, ejusque diœcesis etiam latine scripsit, quod sæpe citat Vincentius Maria Cimarella Corinaltensis Ordinis Prædicat. Brixiæ contra hæret. pravit. Inquisitor in Historia Ducatus Urbini, Senonum etc., anno 1642. publicata, et præsertim lib. 2. cap. 5.

Collectionem omnium privilegiorum, et monumentorum civitatis Senogalliæ adornavit, donavitque Rectoribus illius urbis, quam reponerent in Archivo civitatis, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1491. num. 70.

Rodulphius versibus celebratus est a Cornelio Amaltheo nobili poeta Forojuliensi, eumque non semel laudavit Marcus Scarsella in literis suæ *Summæ casuum conscientiæ* an. 1589. præmissis, ut et Gonzaga, Possevinus, Marraccius par. 2. Biblioth. Marianæ, et Ghilinus in Theatro Viror. vol. 2. Hunc Oudinus to. 1. Comment. ad an. 1590. in *Gregorio M.* cap. 12. scribit extitisse antea *Medicum* Sixti V., ob idque ab eo creatum Episcopum Venusinum: itaque confundit hunc Petrum cum antiquo *Petro Corialdo* Tausinianensi insigni Medico, de quo ipsemet Rodulphius mentionem facit lib. 3. de semetipso verba texens.

Historia Seraphicæ Religionis non videtur typis iterum expressa esse anno 1595.

Delle prediche del R. P. Maestro Pietro Ridolfi da Tossignano, dell' Ordine Minore Conuentouale, Reggente nella Cà Grande di Venetia, fatte in vari luoghi, et intorno a' vari soggetti. Parte Prima (- Seconda). In Venetia, Appresso Francesco de' Franceschi. M.D.LXXXIIII. par. 2 in 4. Non sunt numero sexdecim, quum decem extent in priore parte, quinque in posteriore, nisi computetur etiam

Discorso intorno alle Sette Parole di Christo in Croce, . . . fatto in Monaco la Feria VI. *nella Passione . . .* In Venetia, Appresso

Digitized by Google

Appresso Francesco de' Franceschi. MDLXXXIIII. in 4, qui reperitur sæpe compactus cum opere præcedenti.

Christiani Oratoris Pars Prior. Fr. Petro Rodvlphio Tossinianensi, Episcopo Venesino, avctore. Opus sane hoc tempore verbi Diuini Concionatoribus per necessarium, in quo primum communia quædam præcepta explicantur: Deinde Euangeliorum partitiones, Thematum amplificationes, morum institutiones, exemplaque adhibentur. Vbique Sacræ Scripturæ, et Auctorum probatorum citationibus opportune suis locis adiectis. Venetiis, Apud Hæredem Hieronymi Scoti. MDXCI. in 4. Extat Romæ in bibliothecis Alexandrina et Angelica, et non dividitur in libros. Nescio utrum pars posterior, quam nullibi inveni, umquam prodierit.

MMMCCXLVII. 1688.

PETRUS DE ROXAS = *de Rojas* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 2. Waddingum in aliis secuto.

MMMCCXLVIII. 1689.

PETRUS RUSSELLUS = anno 1399. die 25. Novembris Martinus Aragoniæ Rex huic potestatem fecit *legendi, docendi,* et *dogmatizandi* ubique locorum sui regni *Artem generalem, ceterosque libros Raymundi Lulli*; ut habetur in *Dissertatione* Jo: Baptistæ Sollerii Soc. Jesu de B. Lulli orthodoxia apud Act. SS. Continuat. Bolland. to. 5. Junii ad diem 3.; unde liquet eum forsan aliqua scripsisse

Super B. Raymundi Lulli scriptis Comment., quæ aut latere, aut excidisse possunt: et quidem Jo: Gerson, qui eo tempore vivebat, *De examin. Doctrin.* par. 2. consid. 1. tradit, suo tempore in Aragonia *Raymundi Lulli* doctrinam doceri.

Anno 1420. *Petrus Russel* cum esset Minister provinciæ Angliæ, dignitate se abdicavit, ut ex Reg. Pontif. scribit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1421. n. 11. Meminit hujus Cabilonensis in Bibliotheca Pontificia pag. 185. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Scripto aut verbis Ordinum Mendicantium defensionem suscepit; Oxonii enim in bibliotheca Bodleiana, ms. Digbeiano 90 (f. 200), continetur « Determinacio magistri Johannis Whyteed de Hibernia in materia de mendicitate contra fratres; in quo respondet pro Radulpho Archiepiscopo Armachano contra *fratrem Petrum Russel* ».

MMMCCXLIX. 1690.

PETRUS DE SALAZAR =

Bullam Canonizationis S. Didaci e latino vulgarem fecit. Compluti 1592. in 4. ex Biblioth. Hisp., ubi Casarrubien. dicitur, uti et a Jo: a S. Anton. to. 2.

Ex Nicolao Antonio *Bula de la Canonizacion de S. Diego de Alcalà* prodiit Compluti a. 1592 apud Didacum Sanchez.

MMMCCL. 1691.

PETRUS SALMERIUS = de quo Jo: a S. Anton. to. 2. Waddingum exscribens.

Postilla super epistolas et evangelia dominicalia, edita per fratrem Petrum Salinerii, ordinis fratrum Minorum, incipiens in Præfatione *Fratres predicationi divini sermonis debentes insistere quandoque ex deffectu librorum*, extat in bibliothecæ publicæ Tolosanæ ms. 331, sed magna sui parte mutila desinens in expositione evangelii secundæ dominicæ post Pentecosten. Codex idem videtur atque excitatus a Waddingo et est medii sæculi XIV. Cf. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des Départements, VII (Paris 1885), p. 192. Huic Petro Salinerii certe tribui non potest *Vita S. Didaci* defuncti a. 1463.

MMMCCLI. 1692.

PETRUS SALPINI = *Sulpinus* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 473., et floruisse an. 1340., sed perperam. Vasatensi Ecclesiæ admotus est an. 1412. ex Reg. Vatic. apud ipsum Waddingum in Annal. Min. ad eum annum; quare inconsulto hic dicitur *Reg. Observ.*, cum hujus Congregationis *primus Episcopus* extiterit Fr. *Matthæus Agrigentinus* an. 1442., et cum in Bulla suæ promotionis dicatur *sac. Theologiæ Magister.*

Petrus Sulpini, magister in theologia, erat in domo fratrum Minorum Avinionen. regens a. 1386 die Martii 17, et provinciæ Aquitaniæ minister a. 1395 die Septembris 25; Ecclesiæ Vasatensi præfectus est a. 1397 die Augusti 27. Cf. Conr. Eubel, Bullarium Franciscanum, VII (Romæ 1904), n. 741, 905. 924.

MMMCCLII.

PETRUS SANCHEZ ARROYO Hispanus Min. Conv. librum edidit tit:

Dialogo traumatico regular, en el qual hablan tres Padres del Orden de Sancto Domingo, como censores de un tratado intitulado: El humano Seraphin, y unico llagado: ut videtur, *de stigmatibus S. Catharinæ Senen.*; sed proscriptus est decr. 22. Decem. 1700.; de quo Bened. XIV. de Canoniz. p. 2. c. 8.

Non Min Conv. sed Reg. Observ., provinciæ Mexicanæ S. Evangelii, ut patet ex licentia ab eiusdem provinciæ ministro ei data pro opere imprimendo.

Dialogo Traumatico Regular. En el qual, de vna parte hablan tres Reverendos Padres del Orden de N. Grand Padre S. Domingo, como Censores de un Tratado intitulado, El Humano Seraphin, y vnico llagado: De como solo el glorioso Patriarcha Padre N. S. Francisco, entre todos los Santos de la Iglesia, goza, y possee las llagas penetrantes, cruentas, y visibles de N. Señor Jesu Christo. Que escribio, e imprimio veinte, y siete años ha, el R. P. Fr. Martin del Castillo, de la misma Orden. Y de la otra parte por el Censurado Tratado, el Padre Fr. Pedro Sanchez Arroyo, Predicador Conventual, y Comissario Visitador, que fue del Orden Tercero de N. P. S. Francisco, en su Convento de la Assumpcion de Tlaxcalan. . . . Año de 1684. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Casanatensi. — Hoc opus ex Indice librorum prohibitorum anno 1900 expunctum est.

MMMCCLIII.

PETRUS DE SANCTOYO Hispanus cum factus esset Sacerdos, ea die, qua primum Sacrum conficere habuit, ad Minorum Fratrum Cœnobium accessit; ibique B. Francisci veste sumpta, fuit unus e primis Reformatoribus Ordinis Minorum in regno Castellæ una cum Petro Villacretiano, et B. Petro Regalato: ubi cum plures Conventus reformationi attraxisset, effecit, ut *Custodia de Sanctoyo* diceretur, quæ postmodum ad *provinciæ* dignitatem evecta est, et nunc dicitur provincia *Conceptionis.* Obiit cum opinione sanctitatis Vallisoleti die 7. Aprilis anno 1431., cum scripsisset

Notabilia de remediis contra tentationes spirituales; ut refert Alphonsus a Spina ejusdem Instituti, ejusdemque seculi scriptor in *Fortalitio fidei* lib. 5. consid. 9. his verbis: *hæc est doctrina illius illuminati, et sancti viri fratris Petri de Sanctoyo in quibusdam suis Notabilibus de remediis contra tentationes spirituales, qui fuit unus de principalibus reformatoribus Ordinis nostri in hoc regno Castellæ.* De eo vero agunt ex antiquis monum. Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 10., et lib. 2. cap. 27., et ex his Waddingus in Annal. Min., Arturus ad diem 7. Aprilis, Gonzalez to. 5. Chronic. Ordinis lib. 3. cap. 10., et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCLIV.

Digitized by Google

MMMCCLIV.

PETRUS SARNUS Panormitanus provinciæ Siciliæ Tertii Ordinis S. Francisci Claustralis Definitor Generalis vir pius, et doctus scripsit libellum sermone vernaculo inscriptum

Giardino spirituale per conforto degl'agonizanti primum Panormi excusum an. 1619. in 12. apud Jo. Anton. de Franciscis, et iterum an. 1623. per Franciscum Trullium in 12.; et alium hoc titulo:

Breve trattato per conforto degl'afflitti condannati a morte: ibidem an. 1623. in 12. typis Decii Cyrilli ex Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38.

Obiit in patria an. 1624. die 26. Martii ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.

Secundum Mongitore prius opusculum prodiit etiam Panormi a. 1623 in 12 apud Decium Cyrillum. A Bordono putatur hic auctor defunctus ante a. 1624.

MMMCCLV. 1693.

PETRUS SAXO = de quo Rodulphius lib. 3., et alii plures; eumque puto floruisse non an. 1319., ut Eynsengrenius scribit, sed 1419., vel 1391., cum Bartholomæus Pisanus, qui anno circiter 1390. scribebat, ejus non meminerit. Quod autem, Waddingo teste, scripsit Willotus, curasse eum, ut *Opera S. Bernardini* Senensis Venetiis prodirent, error est; siquidem non *Petrus Saxo,* sed Petrus Tossinianen. id curavit, ut dictum est. Meminit hujus S. Antoninus in Chronico tit. 24. cap. 8. §. 2., vultque ejusdem *Summam* pertinere *ad casus conscientiæ, et etiam ad forum contentiosum*: uti et autor Firmamenti trium Ordinum par. 1.; hunc etiam commemorat Jo: Baptista Cazalupi, qui et ipse an. 1450. scribebat, in *tractatu de modo studendi in utroque jure* docum. 5. inter eos, qui scripserunt in jure; de eo et Trithemius, Sixtus Senensis, et ultimo Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCLVI.

PETRUS A S. SEVERINO Picenus Min. Capuccinor. concionator vulgavit

Sermones de Sanctis, inter quos ille *de S. Ansovino Episcopo Camerte* impressus est Camerini an. 1641. apud Franciscum Gislerium ex Joan. a S. Anton.

MMMCCLVII.

PETRUS SELLERAS ex oppido *Torre los nigros* Cæsaraugustanæ diœcesis provin. Aragoniæ Regul. Observ. virtutibus, et miraculis claruisse fertur, ediditque nonnulla *Opuscula* spiritualia, quæ sunt

Carmina spiritualia—Diarius excitator—Diarium Horarium, et *Meditationes breves Marianæ pro singulis hebdomadæ diebus.* Cæsaraugustæ an. 1703. apud Jo: Perez. Obiit an. 1622. die 28. Febr., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Vida y muerte prodigiosa del Ven. P. Fr. Pedro Selleras, auctore Fr. Thoma Frances de Urrutigoyti Ord. Min., prodiit Cæsaraugustæ a. 1664, ex Nicolao Antonio.

MMMCCLVIII. 1694.

PETRUS SIFRONIUS = legendum Supronienses, seu de *Supronio* Hungariæ oppido *Custodiæ Javarinensis,* cujus meminit Rodulphius lib. 1. fol. 141. in Vita S. Joannis Capistran. De eo et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMMCCLIX.

PETRUS SIGLER Hispanus provinciæ Castellæ scripsit vernacule

Attributos de Maria en sermones in sua Immacul. Conceptione, Hispali 1632. in fol. ex Biblioth. Hisp. p. 192., Petro de Alva col. 1189. Militiæ, Marraccio, et Joan. a S. Anton. to. 2., a quo dicitur de *Umbria Hispanus.*

Apud Nicolaum Antonium in prima editione Bibliothecæ Hispanæ Novæ dicitur sodalis *Seraphici Ordinis,* in altera sodalis *Minimorum,* in utraque in Indice Ordinum ecclesiasticorum ad quos scriptores pertinent inter Franciscanos recensetur.

MMMCCLX. 1695.

PETRUS SIMON = Reg. Observ., de quo Nicolaus Anton., Lasor to. 1. Universi Orbis pag. 45., et Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

Primera Parte De las Noticias historiales de las Conquistas de Tierrafirme en las Indias occidentales, Compuesto por el Padre Fray Pedro Simon Prouincial dela Serafica Orden de San Francisco, del Nueuo Reyno de Granada en las Indias ... Año de 1626. En Cuenca en casa de Domingo de la Iglesia. (In fine: 1627). in fol. Septem notitias complectitur; quarum tertia prodiit etiam in collectione Vicecomitis Kingsborough « Antiquites of Mexico » vol. VIII, a p. 219 ad p. 271, sexta autem anglice versa sub hoc titulo: *The Expedition of Pedro de Ursua et Lope de Aguirre in search of El Dorado and Omagua in 1560-1. translated from Fray Pedro Simon's « Sixt historical Notice of the Conquest of Tierra firme. » by William Bollaert . . . . With an Introduction by Clements R. Markham.* London: printed for the Hakluyt Society. M.DCCC.LXI. in 8. Huius insignis operis secunda et tertia pars ineditæ adhuc sunt, et servantur mss. in bibiotheca Regiæ Academiæ Matritensis ab historicis studiis promovendis.

Cf. Markham in Introductione citata pp. xxxvii-xxxix; Brunet J.-Ch., Manuel du libraire, v, Paris 1864, coll. 393-394, et Supplément (par P. Deschamps et G. Brunet), II, Paris 1880, col. 655; Brasseur de Bourbourg, Bibliothèque México-Guatémalienne, Paris 1871, pp. 137-138; Marcellino da Civezza, Saggio di bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879, n. 691.

MMMCCLXI. 1696.

PETRUS SLUPICK scripsit germanico idiomate ex Willoto apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Dictus de *Slupick* a loco huius nominis apud Goudam in Hollandia meridionali, quo natus est. Eius operis, non germanico sed hollandico idiomate scripti, ecce titulus ex Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), p. 90:

Een schriftuerlyck Ghebedenboeck gheheeten de christelycke practyk van bidden, van den Vader ons en vande dagelyckxe penitentie, door broeder Peeter van Slupick bij der Goude. Thantwerpen bij Jan van Ghelen op de lombaerde veste, 1561. cum figg. ligno incisis.

MMMCCLXII.

PETRUS DE SOSA Hispanus cum esset, ut videtur, vel fuisset in America meridionali ante an. 1629., scripsit vulgari lingua Opus

De lubrico statu regni Chili typis cusum in fol. ex cit. Biblioth. Hispa. pag. 194. ex Anton. de Leon in Biblioth. Orient. et Occident. an. 1629. impressa, de quo et Jo: a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

MMMCCLXIII.

Digitized by Google

MMMCCLXIII. 1697.

PETRUS A STEEMBERGHE = scripsit et *Catechismum* flandrice, et gallice iterato impressum, teste Fr. Carolo Coerdenhove in Compilatione Chronologica dictæ provinciæ apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 473.

Eius Catechismus prodiit cum hoc titulo: *Wetenschap nootsakelijk tot de salighcyt, ofte noodelycke middelen om de helle te ontgaen* (De scientia ad salutem consequendam, et de mediis ad infernum evitandum necessariis). Ipse auctor hoc opusculum in gallicam linguam vertit. Scripsit etiam

Den waerom der Catholyken tegen den waerom der anderghesinden. By een vergadert door eenen liefhebber der waerheyt ende der sielen salighcyt.

Obiit valde senex Diestæ a. 1660.

Cf. Serv. Dirks, Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 211-212.

* PETRUS A SUPRONIO = V. supra *Petrus Sifronius.*

MMMCCLXIV.

PETRUS TATARETUS Gallus Doctor Parisiensis Philosophus, Theologusque suo tempore præclarus; quem Silvester Maurolycus in Mari oceano Religionum, et Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38. prædicant extitisse *Tertii Ord. S. Franc. secularis,* eorumque, qui nullo Religionis voto astringuntur, quos secutus est Joan. a S. Anton. to. 2., et ante istos Augustinus Gothutius in epist. suo *Gymnasio Speculativo* an. 1605. Parisiis edito præmissa ad Lectorem: scripsit

Expositionem in Summulas Petri Hispani tractatibus 7. comprehensam, quæ primum prodiit sine loco, et anno impressionis; postea hanc autor interpolavit, castigavitque an. 1501., et ad Ludovicum de Passu Canonicum Lausanensem, ac Protonotarium Apostolicum misit; binisque tractatibus *de Descensu,* et *Insolubilium* auxit: et vulgata est anno 1503. cum aliis expositionibus in Logicam, et Philosophiam cura, et industria Nicolai Wolf Alemanni in 4. sine loco; et exinde an. 1509. Paris. apud Claudium Davost; mox Basileæ 1514. in fol. cum passibus Scoti.

Expositio in libros Logicæ Porphyrii, et Aristotelis ad mentem Doctoris Subtilis Scoti; nec non

Expositio in tota Philosophia naturali, et Metaphysica Arist. usque ad 6. librum juxta mentem Doctoris Subtilis Scoti prodiit an. 1503. in 4. per Nicolaum Wolf Alemanum sine loco editionis, quæ tamen facta est Venetiis; postea Parisiis an. 1509. apud Claudium Davost teste Possevino to. 3. Appar. sac., iterumque anno 1513., al. 1512. per Jo: Frellon una cum *Morali,* seu quæ est

Expositio in sex priores Aristotelis libros Moralium, ac sex regulæ morales in 8. capita distributæ. Hæc omnia prodierunt etiam Venetiis anno 1515. in 4. typis Lazari de Soardis castigatiora, et 1520. per Melchiorem Sessam, et Petrum de Rivanis socios; ea ipsa denuo castigavit Joannes Balainus Min. Conv., edique curavit ibidem anno 1571. in 8., ut dictum est supra suo loco; nec non anno 1581. castigatiora vulgavit Salvator Bartholuccius ejusdem Ord. Min. Conv. ibidem in 8. per HH. Melchioris Sessæ. Philosophia naturalis cum sex libris Metaphysices prodiit etiam Parisiis an. 1605. in *Gymnasio Speculativo* Augustini Gothutii clas. 2. et 3. *Regulæ morales* vero excusæ sunt Parisiis an. 1513. per Jod. Badium Ascensium dicatæ Aymoni de Monte falcone Episcopo Lausanensi. Anno 1591. Fr. *Livius a Lege* Venetus Erem. S. Augustini S. Theologiæ Doctor memoratas *Regulas morales* recognovit, et castigavit, misitque ad Augustinum Cornetanum sui Ordinis Vicarium Gen. affirmans, se doctrinæ, et scriptis Tatareti semper addictissimum omnia ejus Opera sive Logicæ, sive Philosophiæ castigare quorumdam rogatu cœpisse. Tandem *Opera* omnia *Philosophica* iterum excusa fuerunt Venetiis an. 1614. per Jo: Guerilium, et anno 1621. per Jacobum Sarzinam tomis 2. in 8., ac in tres partes divisa, in Summulas, Logicam, et Philosophiam.

Commentarios edidit *in 4. libros Sententiarum juxta mentem Doct. Subtilis Scoti,* quorum in 4. librum prodierunt Parisiis an. 1520. in fol. apud Claudium Chevallon Roberto de Lenoncourt Archiepiscopo Rhemensi dicati a Joan. de Champaigne; et dicuntur *in Scholis Fratrum Minorum Parisiis lecti an.* 1506.; postea et Venetiis an. 1580. a Constantio Sarnano Min. Conv. Theologo castigati; deinde *in 4. omnes Sententiar. libros Comment.* impressi sunt ibidem an. 1583. tomis 2. in fol. apud HH. Simonis Galignani castigati, notisque illustrati a Bonaventura Manente Min. Convent. Patavino Theologo; iterumque an. 1607. typis Evangelistæ Deuchini.

Comment. in Quolibeta Scoti excusa sunt primum Parisiis an. 1519. in fol. per Viduam Bertholdi Remblot, et Petrum Gromors; deinde Venetiis an. 1580., 1583., et 1607. cum 4. libris Senten., ut supra.

De hoc consuli potest Cæsar Egassius Bulæus in Hist. Universit. Parisien.

Expositio in Summulas Petri Hispani prodiit: a) In clarissima vniversitate Parisiensi per Andream Bocard a. 1494 in 4 (Hain L., Repertorium Bibliographicum, n. 15333; Bolling J. A., Index librorum sæc. xv impressorum quorum exempla possidet Bibliotheca Regia Hafniensis, n. 2322); — b) cum tractatibus *de descensu* et *insolubilium* emendatis per Martinum Molenfelt, et passibus Scoti ab eodem additis, In alma vniversitate Friburgensi a. 1494 in fol. sine typographi nota, sed per Kilianum Piscatorem seu Fischer vel per Federicum Riedrer (Hain. 15334; Catalogue of books printed in the xvth century now in the British Museum, Part III, London 1913. p. 695); — c) Expensis Engleberti de marnef Parisius commorantis a. 1496 die VII iunii in 4, cum insigni seu symbolo Joannis Bouyer et Guillermi Bouchet typographorum pictaviensium (Hain, 15335; Claudin A., Bibliographie . . . . des premiers livres imprimés a Poitiers, Paris 1897, n. xxv); — d) Expensis Jacobi maillet commorantis lugduni a. 1498 die VII maii in 4 (Lugduni, eiusdem Maillet typis; cf. Castan A., Catalogue des Incunables de la bibliothèque publique de Besançon, Besançon 1893, n. 895); — e) 18 Januarii a. 1500 in 4 maiori sine loci et typographi notis, per Nicolaum Wolf typographum lugdunensem non venetum, hinc more novo 18 Jan. 1501 (Hain, 15336; Proctor R., An Index to the early printed books in the British Museum, n. 8681); — f Venetiis per Lazarum de Soardis a. 1504 in 4 (Panzer G. W., Annales typographici, t. VIII, p. 372, n. 275); — g) Albioti (h. e. Witteberge) in Academia nova, jussu et expensis Friderici III Electoris Saxoniæ, per Wolfgangum Stoeckel, 1504, in fol. (Schoettgenius Christ. in Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca latina mediæ et infimæ ætatis, to. VI, Hamburgi 1746, p. 613). — Edita est a. 1509 per Claudium Davost Lugduni non Parisiis (cf. Panzer, VII. 292. 141), excusa autem Venetiis per Melchiorem Sessam et Petrum de Ravanis socios a. 1518, non vero 1520.

Expositiones in logicam Porphyrii et Aristotelis, in Aristotelis philosophiam naturalem atque sex libros priores metaphysicæ prodierunt: a) 26 luce Januarii a. 1493 per Joannem bouyer et Guillermum bouchet sine loci nota (Pictavii; more novo, die 26 Jan. 1494) in fol. (Hain, 15340; Claudin, n. xx); — b) parisii cura andree bocard a. 1494 decima die februarii (1495), par. 2 in fol. (Hain, 15338 + 15344); — c) Impensis Jacobi mallet Lugduni XVII Marcii 1498 (1499), par. 2 in 4 (Hain,

Digitized by Google

(Hain, 15341; Castan, 896 + 897; Copinger W. A., Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum, III, 5712 + I, 15341); — d) cura et industria Nicolai wolff a. 1500 die 10 decembris sine loci nota sed Lugduni, 2 par. in 4 maiori (Hain, 15339 + 15345, et 15342; Copinger, I, 15345; Collijn Is., Katalog der Inkunabeln der Kgl. Universitäts-Bibliothek zu Uppsala, Uppsala 1907, n. 1393 + 1394); — e) Venetiis per Lazarum de Soardis die ultima Martii 1503 et 6 Aprilis 1504, par. 2 in 4 (Romæ in bibliotheca Nationali); — f-g) item verisimiliter omnes, Wittebergæ (per Wolfgangum Stoeckel) a. 1504 in fol. (Schoettgenius, loco cit.), et Basileæ a. 1508 in fol. (Panzer, IX. 392. 68. c.). Dubito an prodierint Parisiis pro Joanne Frellon a. 1512 vel 1513. — *Expositiones in logicam* cum passuum Scoti allegationibus Martini Moelenfelt per eumdemque emendatæ in Friburgo regia universitate excusæ sunt sine ulla nota in fol. Friburgi per Kilianum Piscatorem vel per Federicum Riedrer circa a. 1494 (Hain, 15337; Catalogue of books etc., loco cit.) *Earumdem* alia antiqua editio extat Romæ in bibliotheca Nationali, quæ describitur a D. Reichling (Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliographicum, fasc. II, Monachii 1906, p. 102 n. 758), sed fortasse est pars editionis anni 1503 a Sbaralea indicatæ. *Expositiones in duos libros Posteriorum Analyticorum* editæ sunt a. 1605 ab Aug. Gothutio in suo *Gymnasio Speculativo*; denique *In Aristotelis philosophiam naturalem et divinam* (i. e. metaphysicam) *Commentaria* per F. Livium a Lege recognita prodierunt Venetiis, Apud Hæredes Melchioris Sessæ (in fine: Georgius Angelerius Excudebat, Sumptibus Hæredum Melchioris Sessæ) M.D.XCII. in 8, quam editionem vidi Romæ in bibliotheca Alexandrina.

Quæstiones, seu *Expositiones*, *super sex libris* (prioribus) *ethicorum Aristotelis* editæ sunt: a) Parisiis per Andream Bocard a. M.CCCC.LXXXXVI d. XII maii in 4, pro tribus fratribus De Marnef ex insigni quod liber præfert, vel pro Angleberto et Godefrido de Marnef, ad quos data est epistola Jodoci Badii Ascensii operi præmissa (Reichling, VI, Monachii 1910, p. 66 n. 1877); — b) Parisiis per Johannem Lambert pro Dionisio Rose 1496 ad idus martis (1497) in 4 (Hain, 15343; Dannou, Catalogue des Incunables de la Bibliothèque Sainte-Geneviève, Paris 1892, n. 795); — c) Parisiis per Andream Bocard a. M.XCVIIJ. (sic pro 1498) die XII maii in 4 (quam editionem iam in manibus habui); — d) Parisiis per Andream Bocard, sine anno, in 4 (Catalogue des Incunables de la Ville de Colmar, Paris 1895, n. 1228); — e) Parisius pro Johanne Frellon 1512 die XI Octobris in 8 (Romæ in bibliotheca Vallicellana); — f) Parisius [in Bellovisu] pro Petro gaudoul a. 1513 die iulii (sic) in 8 (Ibidem); — g) Vienne pannonie in edibus Joannis Singrenii expensis Leonhardi et Luce Alantsee fratrum, 1517, in 4 (Panzer, IX. 35. 186); — h) per F. Livium a Lege recognitæ, in editione supra indicata anni M.DXCII.

Regulæ morales (multæ quidem, non vero sex), alias *Quæstiones morales*, prodierunt: a) Parisiis pro Gaufrido de marnef a. 1501 in 4 (Catalogus librorum impressorum bibliothecæ Bodleianæ, III, Oxonii 1843, p. 584; — b) Parisiis pro Godefrido de Marnef 1509 in 4 (Panzer, VII. 540. 343; in Museo Britannico); — c) Parisius pro Johanne Frellon 1512 in 8 (in Museo Britannico; editæ probabiliter cum Quæstionibus super sex libris Ethicorum); — d) Parisius in bellouisu pro Petro gaudoul a. 1513 die XI m. Augusti in 8, editæ cum Quæstionibus super sex libris Ethicorum (Romæ in Vallicellana). Recognitæ per F. Livium a Lege editæ sunt Venetiis Apud Hæredes Melchioris Sessæ a. M.D.XCII in 8 (Romæ in Alexandrina). Non videntur prodiisse cum Expositionibus Tatareti in Aristotelem excusis Venetiis annis 1515, 1520, 1571, 1581.

In quartum librum Sententiarum opus non undequaque perfectum Petri discipuli imprimi curarunt anno 1520, inscio auctore, ut apparet ex epistola Joannis Champaigne illi editioni præfixa. *Idem*, a mendis purgatum nonnullis cum additionibus in margine et Indice locupletissimo ex Scotistarum fonte excerptis curante Constantio Sarnano, editum est Apud Horatium Saluianum a. 1579 tomis 2 in 8 sine loci nomine sed Neapoli, extatque Romæ in bibliotheca Corsiniana. — Tum huius *Commentarii* tum *Quodlibetorum* editionem anni 1580 nullibi inveni.

Tractatus de intensione rarefactione et condensatione formarum utilis ad totam phisicam intelligendam extractus a gregorio de herimino et aliis doctoribus per magistrum Petrum tateret. Sine loci et anni notis in 4, cum insigni Andreæ Bocard (Parisiis; verisimiliter exeunte sæc. XV). Cf. Castan, 898. — Sine loci et anni notis in 4, cum insigni adhibito a Stephano Jehannot, deinde a Petro Le Dru typographis parisiensibus circa finem sæculi XV (Castan, 899; Proctor, 8346; Copinger, III, 5714; Claudin A., Histoire de l'Imprimerie en France, II, Paris 1901, p. 241 et 260).

Ex epistola Joannis Champaigne supra memorata Petrus Tataretus vivebat adhuc idibus maiis a. 1520. De eo videsis Morgott in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, XI (Freiburg im Breisgau, 1899), coll. 1227-28.

MMMCCLXV. 1698.

PETRUS E TEBAR ALDAM = edidit *Sermonem de Resurrectione.* Valentiæ an. 1609. *Sermonem de laudibus S. Bonaventuræ*, qui extat ad calcem Quadragesimalis, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCLXVI. 1699.

PETRUS TERRA Hispanus Custos Cataloniæ Custodiæ edidit cum *Dima Terræ*

Supplementum, seu novam compilationem multorum Privilegiorum Apostolicorum præsertim spiritualium Fratribus Minoribus, ac aliis Mendicantibus concessorum. Barcinone an. 1523. V. *Dimas Terræ*, et *Anonymus Hispanus* num. 139.

MMMCCLXVII. 1700.

PETRUS THOMÆ = provinciæ Aragoniæ ex Catalonia Jo: Scoti, quantum conjicio, discipulus, et Barchinone sac. Theologiæ Professor ea in disputationibus vi fertur valuisse, ut *Doctor Invincibilis* passim audiret. De hoc sine dubio intelligendus est Jo: Canonicus Scoti discipulus lib. 1. Physic. q. 1. §. *circa primum*, cum ait: *Circa primum est una solemnis opinio cujusdam subtilis Baccalaurei Cathalani, quæ ita super primum Sententiarum ponit* etc.: et in margine ponitur *S. Thomas*; cum autem constet, opinionem illam non esse S. Thomæ, et ex autore coævo scripsisse hunc *in* 4. *libros Sententiarum*, liquet reponendum esse *P. Thomas.*

Tractatum pro Conceptione B. V. tribus libris partitum composuit, misitque ad Joannem XXII., et Joannem Infantem Aragoniæ inter annos 1316., et 1320., ejusque duplex ms. in 4., et in fol. habetur in *Monumentis Seraphicis* Petri de Alva, et Astorga de hoc argumento an. 1665. Lovanii excusis, et citatur a Jo: de Turrecremata in tract. de *verit. Conceptionis* par. 13. cap. 3. Liber *de excellentia S. Virginis Mariæ, et de ejus immaculata Conceptione Fr. Petri Thomæ ord. S. Franc.* in gallicum sermonem translatus per *Antonium de Levis* Comitem de Villars extat ms. in fol. parvo Paris. in Bibliotheca Regia cod. 7307. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 790.; al. sixto 2. n. 1009. dicatus Reginæ Franciæ ex Philippo Labbeo in nova Biblioth. mss. libror. *Tractatus de Conceptione V. M.* ms. membran. in 4. habetur Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observ., in cujus calce legitur: *Explicit tractatus de Conceptu Virginali editus a Fr. Petro Thomæ Ordinis Minorum. Deo gratias*: et titulus est: *R. P. Petri Thomæ Ordinis Minorum de provincia S. Jacobi Doctoris Parisiensis liber de innocentia Virginis Mariæ*, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 473., et seq., unde astruit, fuisse eum Hispanum, non provinciæ Aragoniæ alumnum, sed inani fundamento; nam titulus ille non est autoris, neque multum antiquus, sed alicujus scribæ, qui arbitrario potuit posuisse *provinciam S. Jacobi.*

Tractatus Formalitatum incipiens: *Ad evidentiam prædicamentorum* etc., hoc quidem titulo prodiit Venetiis an. 1517. in fol. per HH. Octaviani

Digitized by Google

viani Scoti cura, ac studio Hieronymi Nucciarelli Romani inter nonnullorum Opuscula: sed potius est *tractatus de distinctione prædicamentorum,* cum Opusculum in 6. conclusiones partitum varias *prædicamentorum* distinctiones exhibeat. Deinde hunc typis evulgatum non esse tractatum *de Formalitatibus* hujus autoris, elicitur ex Joanne Anglico veteri scriptore, qui in Exposit. Univers. Scoti quæst. 27. producit quamdam distinctionem inter *aliusd.* et *aliudd.* ex tractatu Petri Thomæ *de Formalitatibus*; quæ quidem distinctio in hoc tractatu typis edito minime invenitur. *Tractatum* hunc *Distinctionum Prædicam.* citat Gabriel Zerbius in suo Opusculo *de arte venandi distinctiones* §. *Propter tertium* ad calcem suæ Metaphysices vulgato.

Petri Thomæ Formalitates breves incipientes: *Ad evidentiam Formalitatum, et modorum dm̄* 4.r etc. ms. chart. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Franc., in cujus fine legitur: *Expliciunt quæstiones* (12) *Formalitatum disputatæ, et determinatæ a Fra. Petro Thomæ de Ordine Minorum in Studio Barchinonen.* In eodem Tabulario extat alius codex ms. chart. in 4. diversorum autorum, inter quos habentur *Petri Thomæ Formalitates* ita incipientes: *Quæro primo, utrum illa, quæ sunt distincta formaliter, sint distincta realiter: Videtur per* 13. *rationes* etc.: finiunt: *non tenet in rebus similibus. Et sic terminantur Formalitates Magistri Petri Thomæ ad laudem omnipotentis Dei* etc., *scriptæ Paduæ Anno Dom.* M. CCCC. XXXVII. *die sexta Junii:* bis igitur scripsit hoc argumentum, nisi sit error exscribentium. *Tractatus de definitione Formalitatum a Fr. Petro Thomæ editus* dicitur extare ms. Oxonii in Biblioth.

Opus *de modis Distinctionum* ms. in fol. habetur Toleti in Biblioth. Conventus S. Jo: Regum sub GG. n. 3., ad cujus calcem legitur: *Expliciunt quæstiones de modis Distinctionum determinatæ per Fr. Petrum Thomæ de Ordine Fr. Minorum de provincia S. Jacobi,* teste Jo: a S. Anton. to. 3. in append., ubi legitur, et recipitur error Augustini de Witte hunc anno 1573. floruisse asserentis.

De esse intelligibili liber dicitur ms. extare in Cantabrigen. Bibliotheca, et forsan est tractatus, quem ipsemet dicit

De ente conclusiones in fine tractatus excusi sub nomine Formalitatum, sed quem dixi esse *Distinct. Prædicam.*

Opus ejus *de Trascendentibus, vel de conceptu entis* citat memoratus Joan. Anglicus quæst. 9. Universal. Scoti; et Zerbius, qui et ipse paulo post scripsit, lib. 1. Metaphysic. quæst. 2. §. *Propter tertium* dicit *Trascendentia*: an autem sit idem, unumque Opus, nondum comperi, cum illud videre non quiverim.

Compendium Theologicæ veritatis incip. prolog. *Veritatis Theologicæ* etc.: Opus vero incip. *Deum esse multis modis* etc., pluribus adjudicatum Ægidio Romano, Alberto Magno, S. Thomæ, Petro Tarantasiensi, et S. Bonaventuræ est hujus *Fr. Petri Thomæ Ordinis Minorum* juxta vetustum codicem n. 4517. in 4. Regiæ Galliarum Bibliothecæ, teste Oudino to. 3. Comment. sub an. 1320. in Joanne Rigaldi col. 788. S. Antoninus in Summa par. 3. tit. 18. cap. 5. §. 4. scribit, neque Alberti M., neque S. Thomæ esse hoc *Compendium,* sed *cujusdam docti viri, qui dictus est Fr. Thomas Ord. Prædic. vir utique excellens*; ita quidem editi; sed hæc verba absunt a ms. Bibliothecæ S. Crucis Florentinæ scam. 8. versus claustrum cod. 494. in fol.; unde ibidem cap. 10. §. 2. ait, illud non esse *S. Thomæ,* neque *Alberti M.,* sed *cujusdam alterius doctissimi viri, qui dictus est Fr. Thomas*: siquidem in par. 3. Chronici tit. 23. cap. 11. §. 2. de Scriptoribus sui Ordinis disserens ne verbum quidem habet hujus *Fr. Thomæ,* qui reipsa Ordinis *Minorum* fuit, non Prædicatorum: quare exsufflantur illi duo mss. codd. a Waddingo supra in *S. Bonaventura* pag. 81. relati *S. Bonaventuram* perhibentes, utpote non multum antiqui. Jac. Echard to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. pag. 464. cum docuerit, *Compendium* istud a Vincentio Bandello adscribi Fr. Thomæ de Sutton Anglico sui Ordinis, qui circa an. 1300. florebat, pag. 471. idipsum attribuendum censet Fr. Hugoni Argentinensi sui etiam Ordinis ex Laurentio Pignono, qui aliquot annis ante S. Antoninum scribebat, quique illi adjudicat *Compendium Theologiæ*, et ex duobus mss. Belgico, et Lipsiensi a Sandero, et Fellero relatis. Extat hoc *Compendium* ms. pergam. in 4. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, in cujus fine legitur: *Explicit Compendium Theologicæ veritatis editum a Fr. Alberto de Ordine Prædicatorum:* scriptumque esse ante an. 1381. elicitur ex eo, quod ejus fit mentio in veteri hujus Conventus Bibliothecæ Inventario eo anno confecto; eidem *Alberto* adscriptum extat quoque Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 13. cod. 7. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 271., qui to. 2. pag. 1340. refert, *Compendium totius Theologicæ veritatis compositum secundum aliquos a B. Thoma de Aquino, secundum alios a Fr. Thoma Anglico Ord. Min.* extare ms. 300. annorum in Biblioth. S. Martini Turonen. Sine nomine autem autoris extat *Compendium Theologicæ veritatis* ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 41., in cujus fine habetur: *Scriptus iste liber per me Fr. Philippum Ceffi Notarium de Florentia anno* MCCCXXI. *die* X. *Octobris* ex cit. Montfaucon to. 1. pag. 286. Extabat autem ms. olim Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci sine nomine autoris ex veteri illius Bibliothecæ Indice an. 1437. conscripto pag. 10.; habeturque nunc ms. in 4. membr. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, et in fol. Toleti in Bibliotheca S. Jo: Regum sub FF. n. 14. sine prologo; Asisii quoque ms. pergam. in 4. apud nostros, et Viennæ in Austria in Biblioth. Min. Convent. duplicatum ex Catalogo librorum illius loci an. 1593. confecto, et Romæ in Archivo Ordinis asservato; demum hoc *Compendium* incip. *Veritatis theologicæ sublimitas quam superni sit splendoris radius* etc., asservatur Venetiis cod. 96. Bess. in 4. membran. seculi circiter XV., et cod. 97. in 4. chart. folior. 89. seculi XV., ubi fol. 143. habetur Bulla *Nicolai V. ad Jacobum Archiepisc. Treviren.,* in qua de variis *circa Regulam FF. Minorum* cum eodem Archiepiscopo conqueritur; et ibidem codice 66., cujus in fine legitur: *Explicit Compendium theologicæ veritatis scriptum per me Paulum de S. Margarita de Trajecto superiori die ultima Augusti* 1430. In omnibus his codicibus non extat nomen autoris, quod cum et alibi hoc modo haberetur, quidam cœperunt modo huic, modo illi adjudicare. Prodiit autem primum Venetiis an. 1476. per M. Christophorum Arnoldum Alemanum sub nomine *Alberti Magni;* postea ibidem anno 1483. per Gregorium Dalmatinum, et Jacobum Britannicum; et 1485. per Gabrielem Grassis de Papia; quo factum est, ut et

Digitized by Google

et Gabriel Barletta, et Robertus Liciensis illud Alberto M. tribuerint: anno deinde 1490. ibidem in 4. per Octavianum Scotum sine nomine autoris; et anno 1492. pariter Venetiis apud Simonem Bevilaquam; et anno 1493. in 4. vulgatum etiam Venetiis absque *autoris* nomine, et anno 1500. ibidem, et eodem modo per Petrum de Parenghis [corr. Quarengis] Bergomen., quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci cum pluribus aliis; prodiit et Parisiis 1549. in 16. sine nomine autoris ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 160., qui ait extare ms. in 4. in Bibliotheca Scorialis plut. III. K. 33. membran.; postmodum Joannes de Combis Minorita Gallus idipsum evulgavit Lugduni an. 1560. in 8. apud Gulielmum Rovillium; exinde et anno 1563., et 1568., nec non Venetiis prodiit an. 1560. apud Hieronymum Cavalcalupum, 1565. typis Jordani Ziletti, 1570. typis Christophori Zanetti in 12., 1575. per Evangelistam Deuchinum, 1578. per Ægidium Regazolam, et Dominicum Cavalcalupum cum castigationibus *Joannis Balaini* Min. Conv., nec non 1588. in 12. sine typographi nomine, sed *D. Bonaventuræ* adscriptum; eodemque anno 1588. impressum est Venetiis in 8. apud Joan. Baptistam Somascum cura Seraphini Capponi Porrectani Ord. Prædic. *Alberto Magno* tributum cum Scholiis. ** *Compendium Theologicæ veritatis.* Venetiis a. 1565. apud Cominum de Tridino; et ibid. a. 1575. apud Petrum Dehuchinum; Lugduni an. 1579. apud Gulielmum Rovillium. **

Illud autem notare est, hujus Compendii autorem non solum librorum partitionem desumpsisse ex *Breviloquio*, seu Compendio Theologico *S. Bonaventuræ*, sed doctrinam interdum, et verba ipsa, quod ipsemet quodammodo fatetur in prologo scribens se *de magnorum Theologorum scriptis breve Compendium* collegisse: quare non immerito quidam *Compendium* ipsum *S. Bonaventuræ* addixerunt. Istud autem exscripsit, auxitque *Fr. Ioannes Rigaldi* ejusdem Ordinis Episcopus postea Trecoriensis, ut etiam adnotavi supra in *Joanne Rigaldi.*

Commentaria ejus *in Cantica Canticorum*; *in Danielem*; et *in Apocalypsim.*

Chronologia ab Adamo usque ad Romanos Imperatores.

Catalogus Summorum Pontificum a Christo Domino usque ad Benedictum XII., qui cœpit sedere a. 1334. usque ad 1342., et

Tractatus de judicio, et Antichristo ad Joannem Archiepiscopum Toletanum Regis Aragonum filium. Hæc quatuor Opera sub nomine *Petri Hispani Ord. Minor.* habentur mss. to. 1. in fol. m. characteribus rubris, et nigris exarata Barcinone in Bibliotheca nobilis viri Raymundi Delmasses, teste Jo: a S. Anton. tomo 2. pag. 463. v. *Petrus N.*, cum nesciret cujus Petri essent; ego vero censeo, esse hujus *Petri Thomæ*, cui ipsemet pag. 474. v. *Petrus Thomas* accedit.

Non defuerunt, qui hunc cum Petro Thoma Carmelitano, qui vel eodem tempore, vel paulo post fuit Patriarcha CPolitanus, confunderent.

Tractatus pro conceptione B. V. scriptus a. 1476 inest codici 50 bibliothecæ publicæ turonensis. (Catalogue gén. des manuscrits des bibliothèques publ. de France. Départements. Tome XXXVII, Paris 1900, p. 30.)

Quæstiones de distinctione formalitatum determinatæ a ... Petro Thomæ, ord. fratrum minor. de provincia S. Jacobi in studio Barchinonen., incip. *Ad evidentiam distinctionis*, desin. *et in materia et forma regimen compositi*, extant Oxonii in Collegii Mertonensis codice CXXXIII anni 1427 (Coxe H., Catalogus codicum mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxonii 1852, Par. I). — *Petri Thomæ Ord. Præd.* (sic) *Formalitatum liber* incip. *Ad evidenciam distinctionis* servatur item Oxonii in Collegii B. Mariæ Magdalenæ cod. LXXX sæculi XIV exeuntis (Coxe, op. cit., Par. II). — *Questiones de divisione formalitatum determinate a Petro Thoma de ordine fratrum minorum de provincia S. Jacobi* incip. *Quoniam secundum sentenciam* inveniuntur in eiusdem Collegii cod. XV sæc. XV (Coxe, ibidem). — *Questiones de distinctionibus formalitatum determinate per fratrem Petrum thome dum esset Lector in conuentu barchinonen.*, incip. *Ad primum sic proceditur et videtur quod ad distinctionem essentialem non requiratur necessario possibilitas separationis*, desin. *et materie et forme respectu compositi ipsius* extat Vindobonæ in bibliothecæ Palatinæ codice latino 1494 sæc. XV, ff. 47-67. (Cf. Denis M., Codices manuscripti theologici biblioth. Palatinæ Vindobonensis, vol. II par. II, Vindobonæ 1800, n. DXCI.) — *Thomæ Petri Formalitates* incip. *Quoniam autem* insunt codici 407 biblioth. Patavinæ S. Antonii, sæc. XV (Josa A. M., I codici manoscritti della bibliotheca Antoniana di Padova, Padova 1886, pp. 224-225).

Petri Thomæ Sentencia de esse intelligibili incip. *Queritur primo utrum intellectus creatus*, explic. *quod fit secundum esse subiectivum etc.* reperitur in bibliotheca Universitatis Cantabrigiensis, cod. Ff. III 23 sæc. XVI, ff. 222-237. (A Catalogue of the manuscripts preserved in the Library of the University of Cambridge, II, Cambridge 1857, n. 1231, p. 422).

Questiones de ente disputate et determinate a fratre Petro thome de ordine fratrum minorum in studio Barchinone, incuntes *Sicut dicit philosophus 1° phisicor. c. 15. Primum et secundum naturam communia dicere*, et quarum prima est *de conceptu entis*, servantur in codice Palatinæ Vindobonensis supra citato, ff. 1-46. Eædem deficientes in verbis *ab isto testis abstrahatur, manet causa*, sed *Petro Thomæ Ord. Præd.* (quem scriptorem apud Quetif-Echard frustra quæres) tributæ, sunt in codice LXXX Collegii Oxoniensis B. Mariæ Magdalenæ iam indicato. Ex Denis, loco cit., patet *Opus de Trascendentibus* idem esse.

De auctore operis inscripti « *Compendium theologicæ veritatis* » vide quæ diximus supra p. 327 col. 1ª; quod *Compendium* prodiit *primum*, sine ulla nota in fol. Nurembergæ per Johannem Sensenschmidt circa a. 1471. (Hain, Repertorium bibliographicum. n. 432.) Eius editio veneta anni 1493 a recentioribus et melioris notæ bibliographis non indicatur.

Petri Thomæ Quodlibet, quæstionibus miscellaneis philosophicotheologicis XXV constans et incipiens *Deus fecit hominem simplicem et rectum et ipse infinitis se miscuit questionibus. Eccles. 7. In quo quidem verbo innuitur generis humani status*, desinens *et in ipsa etiam prehabet aliqualiter id, quod fit esse subiectivum* extat in codice Palatinæ Vindobonensis supra citato.

Eiusdem *Tractatus de divite christiano*, inscriptus Guntrano Garsiæ familiari et consiliario Jacobi regis Aragonum, incipiens in 1° capitulo *Divitem a Deo salvari non posse argueret aliquis sic*, desinens *qui in essentie unitate et personarum trinitate vivit et regnat. Amen.*, invenitur in bibliotheca publica Burdigalensi, cod. 267 sæc. XV. (Catalogue gén. des manuscrits des bibliothèques publ. de France Départements. Tome XXIII, Paris 1894, p. 114.)

MMMCCLXVIII.

PETRUS DE TLOMAR Lusitanus provinciæ Portugalliæ Reg. Observ. edidit

Opusculum pro devotione Sponsi Deiparæ Virginis lingua vernacula. Ulyssipone an. 1636. typis Antonii Alvarez, teste 2. Historico prædictæ provinciæ in Catalogo ex Jo: a S. Anton. tomo 2. pag. 474.

Apud D. Barbosa Machado (Bibliotheca Lusitana. III, Lisboa 1752, p. 623) et Innoc. Franc. da Silva (Diccionario bibliographico portuguez, VII, Lisboa 1862, p. 10) hic auctor vocatur Petrus *de S. Thoma* et libellus eius inscribitur: *Memoria da devoçao do esposo da Virgem.*

MMMCCLXIX. 1701.

PETRUS DE TRABIBUS = forsan provinciæ Piceni, Custodiæque Camerini, ubi est locus de *Trabe Bonantis*; nam extat et in Gallia locus, vel familia, cujus *Soldicus de Trabe Baro de Arbenatio* diœcesis Burdegalen. memoratur in 3. Bulla Bonifacii

Digitized by Google

Bonifacii IX. an. 1391. edita apud Waddingum: Doctor Parisiensis scripsit non solum *in* 1. *Senten. librum,* ut ait Petrus Rodulphius lib. 3., et ex eo alii, sed

Commentarios in quatuor Senten. libros; quorum in *primum Sent. Petri de Travibus* incip. *Ad Dominum* etc. extabat olim ms. Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci ex veteri Indice illius Bibliothecæ an. 1437. confecto pag. 21. *Fr. Petri de Trabibus primus liber super Sententias* incipiens: *Ad Deum ponam eloquium meum*: et finiens in quæstione: *utrum teneamur conformare voluntatem nostram voluntati divinæ* in indice Operis extabat olim Asisii in Sacrarii 2. solario occid. Conventus S. Franc. ex veteri illius loci Bibliothecæ Inventario an. 1381. elaborato, vel renovato, unde patet autoris antiquitas: extat nunc ibi in Tabulario ms. pergam. in folio. Porro *liber* 2. *Sententiarum* incipiens *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus. In verbo proposito de Ps. sumpto declaratur Magistri intentio* etc.: et in fine: *Explicit liber secundus per Fr. P. de Trabibus Ordinis Fratrum Minorum,* habetur Florentiæ cod. 370. in fol. magno scam. 32. Liber quartus Sent. incipit: *Haurietis aquas de fontibus Salvatoris* etc. *Isaiæ XII. In verbis istis duplex effectus Sacramentorum, de quo in hoc* IV. *libro agitur* etc., ibidem cod. 371. in fol., cujus in frontispicio legitur: *Quartus Petri de Travibus.* Hujus autoritate usus est Fr. Jacobus de Trisancto, qui scripsit circa an. 1320., in Epitome 4. librorum Sent., ut ibi dictum est; meminit ejus Jo: Franciscus Picus Mirandulanus in Exam. Doctr. Vanit. Gent. lib. 5. cap. 4., et vocat insignem inter Parisienses Theologos Doctorem. Joannes a S. Anton. sequitur Waddingum.

MMMCCLXX. 1702.

PETRUS TRIGOSUS = de quo Boverius to. 2. Annal. Capuccin. ad an. 1593., autor Biblioth. Capuccinor., et ex his Joan. a S. Anton., qui ait, ejus

Summam ab omnibus viris doctis merito in pretio haberi; nam præter difficiles Theologiæ quæstiones ab ipso facillime enucleatas, variæ, et imperviæ sac. Scripturæ sententiæ, SS. Patrum interpretationibus adductis, exponuntur. Prodiit primum Romæ an. 1593. in fol. typis Vaticanis ex Indice Biblioth. Barberinæ, et Possevino; deinde Lugduni an. 1616. apud HH. Gulielmi Rovilii.

Philosophica quoque, et *Theologica* multa scripsit, quorum tantum *primus liber Senten.* vidit lucem; alios *tres libros* in 2. 3., et 4. Senten. mss. se vidisse testatur cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 475.

Ortus erat in nobilissimo Aragoniæ municipio *Calatajud,* obiitque Neapoli in Campania an. 1593. non sine sanctitatis opinione, inquit autor Bibliothecæ Hispanæ ex Michaele Martinez de Villar in Libello *del Patronato de Calatajud.*

S. Bonaventuræ Summa Theologica ex eius in Magistrum Sententiarum scriptis accurate collecta, copiosisque commentariis illustrata eadem methodo, qua Summa Theologica D. Thomæ, disposita est. Eam divisam in quatuor partes (de Deo uno et trino, de Deo creatore, de incarnatione, de sacramentis) sex tomis auctor edere statuerat. Prodiit tantum tomus primus partis primæ, de Deo uno vigiuti quæstionibus agens, et circiter quindecim libri primi Sententiarum distinctiones illustrans.

MMMCCLXXI. 1703.

PETRUS TRIMAVELLA = *Triniavella* dicitur a Rodulphio lib. 3., ab aliis *Trincavella*; sed tempus, quo vixerit, mihi adhuc incompertum. *Trincavella* erat familia Veneta, et *Victoris Trincavelli Veneti quæstio de reactione juxta Aristotelem, et Averroem* extat typis Venetis 1520. per HH. Octaviani Scoti. *Victor de Trincavellis Comensis diœcesis* in Terra *Mandelli* dictæ diœcesis construi legavit Conventum Fratribus Minoribus Regul. Observ. ex Bulla Leonis X. *Cum sicut exponi* etc. an. 1520. data apud Waddingum.

Teste A. M. Josa (I Codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova, Padova 1886, p. 227) extat in dicta bibliotheca cod. 200 sæc. XV *Petri Trincarella de Narbona Lectura in librum* IV *Sententiarum* incipiens *Quæritur utrum decuerit esse aliqua Sacramenta in nova lege.*

MMMCCLXXII.

PETRUS DE TURONIA conposuit

Dictionarium, quod citat Antonius Bonitus Episcopus Acernensis in suo Elucidario edito anno 1507. par. 2. fol. 63. col. 3. apud Petrum de Alva col. 1193. Militiæ univ., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 475.

* PETRUS DE VALDIVIESSO = V. *Petrus Varona.*

MMMCCLXXIII.

PETRUS DE VALENZUELA Hispanus provinciæ S. Jacobi scripsit sermone patrio

Doctrina Cristiana para los niños, y humildes, y explicacion etc. Compluti 1575. in 8. apud Sebastianum Martinez ex autore Biblioth. Hisp. pag. 200.

MMMCCLXXIV.

PETRUS DE VALLIBUS, al. *de Remis* dictus natione Gallus B. Colettæ Ord. S. Claræ an. 1447. defunctæ a sacris Confessionibus scripsit sermone gallico

Vitam ejusdem B. Colettæ; cujus exemplar, inquiunt Bollandii to. 1. Martii ad diem 6. in Commentario prævio ad Vitam hujus Beatæ n. 3., in membranis curiosissime describendum, et artificiosissimis ad singula capita picturis, seu miniaturis exornandum curavit Margarita Eboracensis Eduardi Angliæ Regis soror vidua Caroli Valesii Burgundiæ Ducis, et Cœnobio Gandavensi S. Claræ donavit, eidem propria manu gallice in hæc verba subscribens: *Vestra fidelis filia Margarita Anglica: Orate pro ea, et ipsius salute,* mortua an. 1503., et in choro Fratrum Minorum Mechliniæ sepulta. Hanc Vitam a Stephano Juliacensi Minorita latine factam, typisque etiam traditam laudati Bollandii ex quatuor mss. notis illustratam exhibuerunt loco memorato sub die 6. Martii.

Vita B. Coletæ iuxta textum gallicum edita est anno 1911 a P. Ubaldo Alinconiensi (vide supra ad num. MMMXCVI). Cf. J. Corblet, Hagiographie du diocèse d'Amiens, I (1869), pp. 361-363.

MMMCCLXXV. 1704.

PETRUS DE VALVAS = edidit etiam

Apologiam pro V. Ludovica de Carrion, sive ab Ascensione Ordinis S. Claræ. Matriti anno 1643. in fol. apud Didacum Diaz, teste Jo: a S. Anton. to. 2.

1705.

Digitized by Google

1705.

PETRUS VARRONA = idem est, ac *Petrus Barraona* supra relatus.

1706.

PETRUS VIGNAMUS = hunc Henricus Willotus nostris primus addixit, quem secutus est Possevinus, et Waddingus; antea enim Rodulphius lib. 3. retulit, *Nicolaum a Torga* Minoritam scripsisse *de adoratione nominis Jesu Christi adversus Petrum Vigmanum Monachum Uratislaviensem*, quæ Silesiæ civitas prima est: quare non video hunc Minoritam fuisse. Et quidem *Petri Wichman reprobatio contra advocantes figuram sphæricam nominis Jesu* ms. extat in Bibliotheca Basileensi ex Catalogo Montfaucon. to. 1. pag. 614.; forsan legendum *contra adorantes*. Jo: a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum, et Willotum.

MMMCCLXXVI. 1707.

PETRUS VILLAROELES = de quo Marraccius in append., et Jo: a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

Echinadvm Navmachia, . . . Avctore R. P. F. Petro Villaroele Stylitano Theologo, Min. Strict. Obseruantiae, Prouintiæ Neapolitanæ, Academico Otioso. Neapoli, Ex Typographia Lazari Scorigij. M.DC.XIV. in 8. In viginti libros dividitur et dicatur Philippo III, Joannis Austriaci non fratri sed ex fratre nepoti. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

Scripsit etiam librum, cui titulus

Infelix studens, seu de infelici studentium vita, Neapoli editum anno 1616. Cf. L. Accattatis, Le Biografie degli uomini illustri delle Calabrie, II (Cosenza 1870), p. 498.

MMMCCLXXVII.

PETRUS VIRGILII Cassianus Umber provinciæ S. Franc. Min. Convent. sac. Theologiæ Magister postquam plura sui Ordinis Gymnasia rexisset, edidit

Dilucidationem assertorum Scoti, quæ ab aliquibus contradictoria reputantur. Perusii anno 1649. in 4. typis Sebastiani Zecchini, et HH. Thomasii ex Franchino in Bibliosophia n. 294., qui et advertit, *Dilucitationes* has super universam Scoti Philosophiam a Logica usque ad Metaphysicam excurrere; habentque titulum:

Contradictionum umbræ apparentes in dictis Doctoris Subtilis Scoti.

MMMCCLXXVIII. 1708.

PETRUS DE VOYON = Jo: a S. Anton. to. 2. excepit Waddingum.

MMMCCLXXIX.

PETRUS DE URBINA Cantaber ex oppido Brantevilla nobilibus parentibus ortus Compluti Lectoris officio functus est; inde suæ provinciæ Castellæ Minister extitit, et Ultramontanæ Familiæ Commissarius Generalis, mox Cauriensis Episcopus die 2. Maji 1644. creatus, paulopost ad Valentinum Archiepiscopatum transfertur die 28. Junii 1649., ubi et Pro-Regis munus obivit, demum ad Hispalensem Ecclesiam die kal. Aprilis 1658. translatus asseritur: scripsit cum aliis hispane, dum Compluti docebat,

Memoriale pro defensione doctrinæ Doctoris S. Bonaventuræ, et Scoti super juramento, quod Universitas Salmanticensis fecit de legendo dumtaxat doctrinam SS. Augustini, et Thomæ. Matriti 1628. in fol. typis Viduæ Ludovici Sanchez; de qua re et Josephus Vasquez agit ex autore Biblioth. Hispan.

Apologiam, in qua ostendit rhedarios suos capite aperto debere procedere; anno 1650. in fol.

Constitutiones Synodales Valentini Archiepiscopatus. Valentiæ an. 1657. in fol. typis Bernardi.

Tractatus duos de fide, et de beatitudine reliquit mss., qui asservantur Matriti in Biblioth. FF. Regul. Observ. sub a. n. 15., et 16.

De Sacramentis in genere, et de pœnitentiæ virtute tractatus, qui mss. asservantur Matriti in Biblioth. Præmonstraten. sub A. n. 17.

De eo autor Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 335. in append., Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 478., et to. 3. in append., Petrus de Alva col. 1207. Militiæ univer. Celebrat hunc et Waddingus ipse supra in *Francisco Felice* Matritensi, cujus ait fuisse præceptorem.

Apud Pium Bonifacium Gams, Series Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ (Ratisbonæ 1873) pp. 30, 88, 73 consecratus dicitur episcopus Cauriensis die 11 Septembris a. 1644, Valentiam translatus a. 1648, et iniisse possessionem archiepiscopatus hispalensis die 17 Julii a. 1658. Obiit a. 1663, ex eodem Gams die 6 Februarii, ex H. Hurter, Nomenclator literarius theologiæ catholicæ, III (Œniponte 1907), col. 891, die 2 Junii.

MMMCCLXXX. 1709.

PETRUS UTINENSIS = fuisse dicitur e *Castello Porpetto* in Forojulio ab arce *Palmæ* 12. milliar., et ab Utinensi urbe 24. milliar. dissito, et *Utini* die 25. Julii anno 1368. occubuisse, unde forsan dictus est *Petrus Utinensis*; potuit etiam extitisse illius loci alumnus. In illius Cœnobii Bibliotheca extabat olim ms.

Dictionarium Fr. Petri de Castello alphabetice dispositum *in pergameno cum tabulis coopertis corio rubro Parisiis scriptum* ex Regesto veteri illius Bibliothecæ an. 1397. exarato.

Biblia pauperum post Petrum Rodulphium libro 3. ab omnibus huic adscribitur: extat autem sine nomine autoris ms. Venetiis in Bibliotheca S. Marci cod. 37. in 8. membran. seculi circiter XIV. hoc titulo: *Exempla ex sacris Scripturis excerpta ad sacrorum Oratorum commodum, et utilitatem*: et incipit: *Tanta pollet excellentia prædicationis officium* etc. Prodiit Venetiis sub nomine *S. Bonaventuræ* an. 1477. in 4. typis Joan. de Colonia, et Jo: Manthen de Gheretzem sociorum, teste Petro de Alva in libro *Pleitos de los Libros*, et Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 157., qui et ait extare in Bibliotheca Ecclesiæ Cordubensis: editio Veneta hujus Opusculi facta an. 1477. memoratur a Michaele Maittaire in Annal. Typograph. in notis ad to. 1. pag. 1. pag. 382. In inferiori Bibliotheca S. Crucis Florentiæ extat codex gothico charactere sine loco, et anno editus in 4., sed qui ex formis mihi videtur cusus Venetiis per Bonetum Locatellum, qui anno 1490., et circiter excudebat, cujus prologus incipit: *Tanta pollet excellentia* etc: quem sequitur index capitulorum 134. alphabetice *de Abstinentia* etc.: deinde legitur: *Incipit præclarum Opus, quod Biblia pauperum appellatur, perutile omnibus prædicatoribus = De miraculis divina potentia factis cap. 1. Creatio rerum fuit ita mirabilis* etc.: nec incedit alphabetice, sed juxta varias materias; in fine vero legitur: *Expliciunt exempla sacræ Scripturæ ordinata secundum alphabetum, ut possint, quæ sunt necessaria in materiis sermonum,*

Digitized by Google

monum, et prædicationum facilius a prædicatoribus inveniri, editum a Sancto viro Bonaventura Ordinis Minorum. Deo gratias. Hæc autem est, quæ recusa est in editione Vaticana Operum S. Bonaventuræ, ut ex adnotatione Card. Sarnani ad hoc Opusculum ibidem. *Exempla sacræ Scripturæ: vel Biblia pauperum composita a S. Bonaventura Cardinali = Incipit præclarum Opus, quod Biblia pauperum appellatur, editum a S. Bonaventura Ordinis Minorum perutile omnibus prædicatoribus = De abstinentia. Uxori Manuæ concepturæ filium populi liberatorem* etc., alphabetice, et cum indice in fine capit. 140. prodiit Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus anno 1518. in 8.; castigatior quoque, et locupletior impressa est ibidem an. 1533. in 8. per Jo: Antonium, et fratres de Sabio pariter sub tit: *Biblia pauperum S. Bonaventuræ,* præmissoque indice, legitur: *Incipiunt exempla sacræ Scripturæ ex utroque Testamento secundum ordinem literarum collecta; et primo de abstinentia. Præcepit Dominus Adæ* etc., alphabetico ordine; extatque hoc exemplar Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, et alibi hoc titulo: *Libellus aureus D. Bonaventuræ adscriptus per varia utriusque Testamenti exempla vitam instruens christianam nunc denuo diligentissime castigatus, ac multis titulis, et exemplis locupletatus, qui Biblia pauperum nuncupatur.* Demum hoc Opusculum sub titulo *Exemplorum omnium sacræ Scripturæ D. Nicolai Hanapi Ord. Prædicat. Patr. Hierosolym.* incip. *Tanta pollet excellentia* etc., prodierat eodem anno 1533. in 8. Tubingæ apud Huldericum Morhartum, sed interpolatum, et cum prologo: capita vero nonnihil interdum breviata, quæ in indice solum alphabetice disposita sunt; adhuc incertum est, eademne sit, an diversa. De hoc silet Caputalleus in Utino Illustr.

Ex duobus operibus titulo « *Biblia pauperum* » a Sbaralea hic memoratis, prius in 134 capita distributum, quorum primum est « De miraculis divina potentia factis », ex auctoritate plurium veterum mss. codicum Nicolao de Hanapis est tribuendum, ut probant Quetif et Echard, Scriptores Ord. Prædicatorum, I (Lutetiæ Parisiorum 1719), p. 426; posterius, quod est brevius et plane diversum, nescio utrum certe Petro Utinensi adscribi possit. Hoc posterius, non prius, editum est Venetiis a. 1477 (cf. Hain L., Repertorium Bibliographicum, n. 3473, et Pellechet M., Catalogue gén. des incunables des bibliothèques publiques de France, II, n. 2586), prodiitque etiam sine loci et typographi notis a. 1490 in 4 (Hain, 3502; Pellechet, 2582), item a. 1491 (Pellechet, 2583).

Teste Jo. Jos. Liruti, Notizie delle vite ed opere scritte da' letterati del Friuli, III (Udine 1780), p. 310, ex Regestis et memoriis cœnobii Utinensis ad bacalaureatum promotus est Utini anno 1438; hinc, nisi de alio ibi agatur, non idem potest esse ac Petrus de Castello *Dictionarii* auctor.

MMMCCLXXXI.

PETRUS DE XARAVA Conchensis Hispanus provinciæ Carthaginensis Reg. Observ. vir ingenti doctrinæ, et pietatis fama, reliquit mss. asservata in Bibliotheca Cœnobii Conchensis

Summam Theologicam,

Opus contra Judæos; et

De modo, quo Christus proficiebat; lingua vernacula ex Ludovico de Rebolledo in Hist. Ord. Min. apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispa. pag. 201., et Jo: a S. Anton. to. 2.; de eo agit et Joan. Paulus Martirizo in Hist. Conchensis urbis pag. 308.

* PETRUS XIMENEZ de Cabezudo prov. Burgensis Reg. Observ. a Petro de Alva col. 1201. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 478. putatur diversus a *Petro de Cabezudo*, de quo supra.

MMMCCLXXXII. 1710.

PETRUS DE ZALAMEA = in Extremadura ex Biblioth. Hispa. Joan. a S. Anton. to. 2. hos sequitur.

MMMCCLXXXIII. 1711.

PHILIBERTUS DE BONAVILLA = Sabaudus Min. Capuccinor. concionator vere apostolicus, et Theologus insignis, suæ provinciæ per 15. annos Minister; ferunt scripsisse multa *Theologica,* et *de Controversiis fidei catholicæ.*

Vita S. Francisci Salesii Episcopi Gebennensis, cujus ipse Confessarius fuit, prodiit Lugduni anno 1623. in 4. apud Simonem Rigaud, quam gallice redditam tit. *Le Soleil des parfaicts, et vertueux Prelats de ce siecle le bien heureux Francois de Sales Evesque, et Prince de Geneve* edidit idem Rigaud anno 1625. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. ex autore Biblioth. Capuccin., Rossotto, et Le Long in Bibliotheca Gallica.

Translatis Francisci Salesii exuviis Lugduno Annesiacum, in ecclesia cathedrali huius civitatis die 24 Januarii a. 1623 de eo sancto viro orationem funebrem habuit (Hamon, Vie de Saint François de Sales, II Paris 1909, p. 325). Hæc oratio ex Fr. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, II (Paris 1867), col. 931, typis eodem anno Lugduni prodiit; sed dubito an idem sit atque *Vita* supra indicata, quæ prima etiam vice ex Jacobo Le Long gallice edita esse videtur.

MMMCCLXXXIV.

PHILIPPUS DE ALEMANIA Theologus, forsan *Philippus Zoreton* Cantabriæ, et Oxonii Professor, qui anno 1364. factus est sac. Theologiæ Magister per Franciscum de Cardelhiaco Minoritam Gallum ex Waddingo ad eum annum n. 18.; scripsit

Tabulam Originalium, quam autor anonymus cujusdam Bibliothecæ ms. Matriti in Regia Bibliotheca asservatæ dicit extare ms. in Bibliotheca Conventus S. Dominici Bononiæ, forsan in Picardia; nam Bononiæ in Italia in memorata Bibliotheca non extat.

In Bibliotheca S. Crucis Florentina scam. 28. versus claustrum num. 274. habetur codex membran. vetus ms. in 4. sine nomine autoris magnæ molis ita inscriptus: *Incipit Tabula Originalium de quibusdam communibus vocabulis per alphabetum facta, de diversis voluminibus, et libris autenticis compilata*: incipitque alphabetice: *Abrenunciatio terrenorum—Vocabulum* 1. *Johannes Cass. in Collat. Abbatis Moysi* etc.; cujus in prima litera depictus cernitur *Frater Minorita*; finitque Opus in vocabulo *Zizania.* Sunt autem *vocabula* num. 445., quorum ultimis octo factum est *additamentum*; et post tabulam ante Opus habentur hi versus loco prologi:

Regia Majestas pie suscipe, quod dat egestas:

Hunc difficultas pressit, quem jam premit ætas etc. Autor videtur Minorita: num hic Philippus? Joannes de Erfordia Saxo, de quo suo loco, alterum Opus, sed ejusdem tituli conscripsit.

Andreæ G. Little (The Grey Friars in Oxford, Oxford 1892, p. 243) Philippus Zoriton idem videtur ac Philippus Torrington electus archiepiscopus Caseliensis in Hibernia a. 1373, legatus Richardi II ad Urbanum VI, defunctus a. 1380.

MMMCCLXXXV.

Digitized by Google

MMMCCLXXXV.

PHILIPPUS DE ANDRIA Apulus provinciæ S. Nicolai Reg. Observ. Theologiæ, et Juris canonici peritus scripsit an. 1645.

Praxim Confessariorum ad licitam, et validam administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ut ex Bonaventura de Tascano (leg. *de Fassano*) fol. 35. Historiæ ejusdem provinciæ in Archivo Ordinis Matritensi refert Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCLXXXVI. 1712.

PHILIPPUS DE AYALA = scripsit sermone hispano utrumque Opus ex Biblioth. Hisp., et Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCLXXXVII.

PHILIPPUS BERBEGALLUS provinciæ Aragoniæ Reg. Observ., ad quem, aliosque ejusdem provinciæ sunt literæ Martini V. anno 1426. datæ apud Waddingum in Annal. Minor. ad eum annum num. 19., ut possent fundare Conventum; conscripsit circa annum 1433.

Apologiam contra Constitutiones Martinianas an. 1430. *in Comitiis Gen. Asisii pro Ordine Min. FF. editas*; novamque tentavit Ordinis reformationem invehere; sed repressus est scriptis, et factis a S. Joanne Capistranensi, Joanne Brixiensi, ac literis Eugenii IV., ut ex Mariano refert Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 56., Rodulphius lib. 1. fol. 112., Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., et Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1434.

* PHILIPPUS BONAVILLA = V *Philibertus de Bonavilla.*

MMMCCLXXXVIII. 1713.

PHILIPPUS BOSCHERIUS = in Ind. Biblioth. ms. Alerensis, et a Cangio in Glossarii latini præfatione num. 47. dicitur de *S. Ghisleno*, Belga Reg. Observ. natus anno 1562. circiter. In prologo *Speculi Vitæ B. Francisci, et sociorum ejus* ipsemet texit Catalogum suorum Operum, eorumque editionum usque ad annum 1623.; sunt autem

OPERA GALLICA.

Tragœdia nova, cui *Novaculæ nomen, adversus luxum vestium versu Alexandrino.* Edidit Carolus Michael Montibus Hannoniæ in 8. ætatis meæ *circiter* 26., idest anno 1588.

Oratio funebris in Ducem Aschottanum. Duaci in 8. per Petrum Auroy *ætatis* 30., scilicet 1592.

Academia peccatorum, seu *Conciones de prodigi evangelici protervia, et luxu.* Montibus in 8. per Carolum Michael *ætatis* 34., scilicet 1596.

Flagellum Academicum peccatorum de prodigi ejusdem per famem virgatione. Ibidem in 8. Gulielmus Riverius ætatis *circiter* 37., scilicet 1599. (et postea Coloniæ 1614. in 8. per Joan. Crithium ex Jo: a S. Anton.; Possevinus in Appar. sac. to. 3. scribit, librum 2. *Academiæ peccatorum de filio prodigo* excusum esse Atrebati an. 1597.)

Servitus peccatorum, seu *de prodigo jam subulco.* Ibidem, et eodem anno in 8. per eumdem.

Pœnitentia ejusdem prodigi. Parisiis in 8. per Oliverium Varennium cum *tribus præcedentibus libris de prodigo* ætatis *circiter* 50., scilicet 1612. Ludovico XIII. Galliarum Regi dicatum ab authore.

Consolatio desperantium, seu *Conciones* 12. *de magna Dei in prodigum evangelicum, et peccatores omnes serio pœnitentes comitate*; et est 5. pars *Academiæ peccatorum*, impressa Duaci an. 1616. in 8. ætatis *circiter* 55. Anonymus has 5. partes Academiæ peccatorum latinas effecit, edique curavit Coloniæ anno 1617. in 8. per Jo: Crithium.

OPERA LATINA.

Monomachia Christi, et Luciferi, seu *Conciones* 40. *de tentationibus Christi in deserto.* Atrebati in 8. per Guilielmun Riverium ætatis *circiter* 37. scilicet 1599.; auctiorem, et correctiorem recuderunt Duaci Petrus Borremanus, et Coloniæ Joannes Crithius.

Theatrum patientiæ, seu *Conciones* 40. *de passione Domini.* Duaci in 8. per Balthassar Bellerum ætatis *circiter* 40., scilicet 1602., et postea Coloniæ per Jo: Crithium; correctius vero, et castigatius sub nomine *Codri Evangelici* Duaci per Petrum Borremanum, et sub eodem nomine postea Coloniæ per eumdem Jo: Crithium.

Orbis terror, seu *de finibus bonorum, et malorum, morte, et judicio.* Duaci in 8. per Petrum Bellerum ætatis *circiter* 42., scilicet 1604., et postea Coloniæ semel, et iterum per Franciscum Jacobum Mertzenich sumptibus Jo: Crithii.

Orator Terræ Sanctæ, seu *Philippicæ sacræ adversus Turcarum barbariem, et importunas Christianorum discordias* ex psalmo: *Deus venerunt gentes* etc.; dicatus Paulo V. Pont. Max. Duaci in 8. per Petrum Borremanum ætatis *circiter* 44., scilicet 1606., postea Coloniæ per Joan. Crithium.

Aracœli; seu *Echo concionum* 30. *de tribus Magis Puerum Jesum adorantibus ex Evang. Cum natus esset Jesus in Bethleem.* Duaci in 8. per Petrum Borremanum ætatis *circiter* 45., scilicet 1607., et postea Coloniæ per Jo: Crithium; apud quem etiam cusa sunt sequentia:

Legatus Apostolicus; seu *Echo concionum 39. de Joannis Baptistæ adversus incestum, reliquaque Herodis peccata dicendi libertate ex variis Evangelistis* Philippo III. Hispan. Regi dicatus. in 8. ætatis *circiter* 50., scilicet 1611., vel 1612.

Carcer laureatus; seu *Echo concionum de rebus in carcere gestis a S. Joanne Baptista.* an. 1618. in 8.

Catechismus Baptistæ catenati; seu *Echo concionum de responsione Christi ad quæstionem a Joanne Baptista in vinculis ei propositam: Tu es, qui venturus es; an* etc. anno 1621. in 8.

Tabulæ naufragii; Echo concionum aliquot de Dominicis, et Festis. in 8. anno 1614., ætatis 52.

Secunda naufragii tabula; seu *Echo concionum aliquot de Dominicis, et Festis.* in 8.

Tertia naufragii tabula; seu *Echo concionum aliquot de Festis.* in 8.

Quarta naufragii tabula; seu *Echo concionum aliquot de Dominicis, et Festis.* anno 1618. in 8. *ætatis* 56.

Quinta naufragii tabula; seu *Sobria jentacula Christi, et Samaritanæ.* 1620 in 8. ætatis *circiter* 58.

Vegetius Christianus; seu *de tota arte militari ad Turcam cito, tute, secureque debellandum.* anno 1615.

R. P. Fr. Joannis Houdemii Franciscani Passi rhythmica Christias facta in libellos sex distincta, castigata, argumentis aucta, et Ordini D. Francisci vindicata. Lucenburgi in 12. per Matthiam Bitthon, ætatis *circiter* 42., scilicet 1604.

Chrysostomi

Digitized by Google

Chrysostomi Italici; idest *R. P. Fr. Cornelii Mussi Franciscani Episcopi Bituntini conciones aliquot eloquentissimæ Romæ habitæ in Canticum B. Mariæ Virginis: Magnificat anima mea* etc.: *latinæ ex italicis factæ*. Coloniæ an. 1616. in 8. per Jo: Crithium.

GALLICA EDENDA.

Supplementum parabolæ prodigi; seu *Lætus ejus ad suos receptus per conciones toti Adventui distinctus.*

Maria Cercensis. Comædia versu gallico de R. P. Fr. Jacobo Lescailleto Minorita celeberrimo ope Matris Virginis Cerviæ curato.

LATINA EDENDA.

Ultramontana, seu *de finibus bonorum, et malorum, cœlo, et inferno.*

Conciones 40. *de Christi crucifixione.*

Prodigus allegoricus de Christo expositus 42. *concionibus Athi declamatis ternis octavis SS. Sacramenti.*

Legationes ultimæ Oratoris Terræ Sanctæ.

Speculum Vitæ B. Francisci, et sociorum ejus accurate recognitum, et notis marginalibus illustratum.

Paradoxa Evangelica concionibus explicata: quæ jam olim, et nunc recenter dedi etc. Hactenus ille de suis Operibus. Postea edidit

Supplementum concionum promiscuarum. Herbipoli an. 1623. in 8.

Plutarchum alterum etc.

Pilatus quis, et cujas? Coloniæ anno 1624. in 8. ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 480. et seq.

Opera ejus omnia prodierunt etiam Coloniæ an. 1628., vel certe tomus tertius ab autore recognitus, et auctus in fol. typis Henrici Crithii, quem vidi Romæ in Bibliotheca Conventus SS. Apostolorum; continetque *Catechismos Joannis Baptistæ catenati concionibus* x.; *Scipionem claudicantium concionibus* XVII.; *Dom. Opt. Max. Panegyricum Servo suo vincto* idest Jòanni Baptistæ dictum; *Echo concionum reliquarum de S. Joanne Baptista* num. XII. cum *aliis* 6. *concionibus de eodem* S. Joanne Baptista; nec non *conciones aliquot de Dominicis* nonnullis, et *Festis quibusdam*, binisque *Orationibus funebribus.*

Aliqua ex ejus concionibus affert par. 3. Biblioth. concionat. cap. 119. Ludovicus Bail; recensitisque ejus Operibus, subjungit: *Monet vero, præter hæc superesse edenda alia, quæ suppleant jam ante edita, ut non mirum fuerit, duo ingentia volumina tandem prodiisse ex fœcundo, et velociter scribente ejus calamo. In quibus omnibus quantis exuberat omnifariæ eruditionis scaturiginibus; quo eloquentiæ fluit flumine; quibus oratoriæ artis scintillat luminibus; quam valido assurgat aliquoties impetu; quam exactis, et doctis divisionibus, ac subdivisionibus; quas autoritates Scripturæ, Patrum, aut prophanorum scriptorum vestiunt, noverit quisquis paulo attentius ipsum legerit.*

** *Notæ in Catechismum Ordinis Equitum Periscelidis*, autore Belvoletto Mondono Ord. Cluniacen. anglice. Coloniæ Agrippinæ an. 1631. typis HH. Crithii in 8. **

Philippi Boschilii liber titulo: Diadema Dei extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. ex Catalogo a Montfaucon publicato to. 1. Biblioth. mss. pag. 121.

R. P. F. Philippi Bosquieri, Cæsarimontani Minoritæ Observant. Prov. Flandriæ, Conuentus Audomarensis, Opera omnia, quæ hactenus prodierunt, in tres Tomos digesta. Ab Autore ipso nova hac editione diligenter recognita, et infinitis locis auctiora, nunc primùm coniunctim edita. Tomi 1us et 2us: Coloniæ Agrippinæ, Apud Joannem Crithium M.DC.XXI.; tomus 3us (quem non constat bis excusum esse): Coloniæ Agrippinæ, Apud Heuricum Crithium, et Fratres M.DC.XXVIII.; in fol. (Romæ in biblioth. Casanatensi). Opera, quæ primo et secundo tomo continentur, accurate a Waddingo indicantur; quæ tertio, non ita, sed rectius a Sbaralea; qui tamen Catalogum, ex opere « Speculum » relatum, interpolasse videtur, quum anni, quibus nonnullæ editiones prodiisse dicuntur, veritati non respondeant.

Orbis Terror: Duaci, ex officina Baltazaris Belleri, 1603 in 8 (Parisiis in biblioth. Nationali); — Coloniæ Agrippinæ, Sumptibus Francisci Jacobi Mertzenich. M.DC.X. in 8. (Romæ in biblioth. Vallicellana.) Cf. Præfationem ad lectorem, quæ extat in 1° tomo Operum omnium.

Orator Terræ Sanctæ, et Hungariæ. Dvaci Catvacorvm Apud Petrum Borremans . . . 1606. (In fine: Ex Typographia Lavrentii Kellam Typogr. Jur. Sumptibus Petri Borremans Bibliopolæ, 1605) in 8. (In Vallicellana.)

Ara Cœli: Dvaci Catvacorvm, Apud Petrum Borremans (in fine: Ex Typographia Petri Auroy) 1607 in 8 (in Vallicellana); cuius editionis nonnulla exemplaria exhibere videntur subscriptionem « Antverpiæ apud Bellerum »; — Coloniæ, Excudebat Arnoldus Kempensis Sumptibus Joannis Crithii M.D.CXI. in 8. (Romæ in biblioth. Nationali.)

Monomachia Jesv-Christi et Lvciferi; Atrebati apud Gulielmum Riverium 1598 in 8; — Dvaci Catvacorvm, Apud Petrum Borremans Typographum iuratum (in fine: Ex Typographæia Petri Auroi . . . Sumptibus Petri Borremans) 1607. in 8 (in Vallicellana); — Coloniæ Agrippinæ, Apud Joannem Crithium M.D.CXI. in 8. (Romæ in Nationali.)

Codrus Evangelicus. Dvaci, Ex Typographia Petri Borremans. M.DCXII. in 8; dicatus Joanni Neyen Ord. Min. Reg. Obs. Commissario super provincias belgicas etc. epistola data Parisiis a. 1610 Magdalenæ die [22 Julii] ætatis 48 *professionis 26.* Antea, inscriptus *Theatrum patientiæ* et dicatus Joanni Moscho Armentariorum Curioni: Dvaci, Ex officina Typographica Baltazaris Belleri 1601. in 8 (Romæ in biblioth. Alexandrina); - Coloniæ, Excudebat Arnoldus Kempensis, Sumptibus Joannis Crithii. M.D.CX. (Romæ in Nationali.)

Legatus Apostolicus prodiit Coloniæ a. M.D.CXII (in Vallicellana). Ex Catalogo a Sbaralea relato nulla putanda est editio anni 1607.

F. Joannis Houdemii . . . Christiados Rhythmicæ Libri sex ex . . . Philippi Boskhieri recensione. Luxemburgi per Matthiam Birthon 1603 in 8. (In Nationali Parisiensi et in Museo Britannico.)

Chrysostomi Italorum . . . Conciones sex in canticum Magnificat, opera Phil. Bosquieri latinas factas, secundum eius operum Catalogum anni 1619, in 1° tomo Operum omnium extantem, edidit Coloniæ Crithius a. 1618.

Tragœdie Novvelle Dicte Le Petit Razoir des Ornemens Mondains En laquelle toutes les Misères de Nostre Temps sont attribuées tant aux Herésies qu'aux ornemens superflus du Corps. A Mons, Imprimée par Charles Michel. L'an. 1589. in 8 (in Nationali Parisiensi); — Mons, 1596; — Paris, 1612; — Bruxelles chez A. Mertens et Fils 1863 in 12, in « Raretés bibliographiques. Réimpressions faites pour une Société de Bibliophiles. A cent exemplaires numérotés ».

L'Academie des Pecheurs, bastie sur la parabole du Prodigue Evangelic. Prima pars, sub dicto titulo generali: A Mons, de l'Imprimerie de Charles Michel, 1596. in 8; — 2ª pars, inscripta *Le Fouet de l'Academie des Pecheurs bastie sur la famine du Prodigue Evangelic.* Arras, Imprimerie de Guillaume de La Riviere 1597 (anno ætatis circiter 35 non 37) in 8 (Parisiis in Nationali); — 3ª pars titulo *La Servitude des Pecheurs, tiré sur le modele du Prodigue Evangelic.* Arras, Imprimerie de Guillaume de la Riviere 1599 in 8; — 4ª pars (*La Penitence des Pecheurs*). Paris chez Olivier de Varennes 1612 in 8, cum tribus prioribus partibus totidem tomis distinctis; — 5ª pars inscripta *Le Reconfort des desesperés.* Douay chez Joa. Borgardus 1616 in 8 (Brunet, Manuel du libraire, I, Paris 1860, col. 1126). — Totum opus latine versum per F. H. P. Observantinum discalceatum prodiit in 8 annis 1614, 1615, 1617, nempe 1ª pars: Mogvntiæ, Sumptibus Joannis Crithii M.D.CXIV. (in Casanatensi); 2ª et 3ª: Coloniæ Apud Joannem Crithium M.DC.XIV. (ibidem); 4ª: Mogvntiæ, Sumptibus Joannis Crithii. M.DC.XV (in Nationali Romana); 5ª: Coloniæ, Apud Joannem Crithium M.D.CXVII. (in Casanatensi).

Tabulæ

Digitized by Google

Tabvlæ[5] *Navfragii seu Echo Concionum aliquot, quæ blattarum inclementiam evasere de Festis ac Dominicis*, quinque partibus seu tomis in 8. *Secunda Tabula* prodiit a. 1614 (in Vallicellana), *tertia* a. 1615, *quinta* a. 1620 (in Alexandrina).

Harangve fvnebre sur la mort de Charles de Croy, Duc de Croy et d'Arschot . . . Douay, chez Pierre Auroy, 1612. (non 1592; ætatis 50, non 30) in 8 (Parisiis in Nationali). Gallice, non latine, extat in editione Operum omnium supra indicata.

Catechismvs Baptistæ catenati . . . (pars prima; concionibus x). Anno M.DC.XXII. Coloniæ, Apud Joannem Crithium. in 8 (Romæ in Nationali) — *Scipio Claudicantium* est eiusdem *Catechismi* pars secunda, *Domini Opt. Max. Panegyricus* etc. est pars tertia.

Oratio in exequiis . . . *Casparis Hanotii* (qua clauditur tertius Operum omnium tomus). Coloniæ Agrippinæ, Apud P. Henningium, 1626. in 8. (Parisiis in Nationali.)

Plutarchus alter . . . Coloniæ Agrippinæ, apud Henricum Crithium 1631 in 8. (Ibidem.)

Joannis Gersonii . . . *Tractatus De laude Scriptorum sive Librariorum: id est, eorum, qui bonis Libris sola transscriptione multiplicandis student* . . . *Ex castigatione* (et cum notulis) *F. Philippi Bosquieri* extat in « Bibliotheca Belgica manuscripta » Antonii Sanderi. par. I (Insulis 1641), pp. 1-20.

Index librorum Mss., qui sunt in Bibliotheca inclyti Monasterii Alnensis (non *Alerensis*), *permissu Edmundi Jouventii Abbatis, anno 1625* pæne idem fortasse est atque *Catalogus librorum manuscriptorum Alnensis bibliothecæ Abbatiæ Ordinis Cisterciensis*, quem a D. Edmundo Jouvent Abbate subministratum Antonio Sandero circa a. 1636, idem Sanderus edidit a. 1644 in opere cit., parte 2ª, pp. 234-262.

Index librorvm manuscriptorvm Bibliothecæ amplissimi Cœnobii Camberonensis, Ord. Cisterciensis, in Hannonia, tertio ab vrbe Montensi lapide. Collectore V. P. F. Philippo Bosqviero, . . . invenitur apud Sanderum, op. cit., par. I, pp. 345-367. Prodierat iam, ut ibi in fine dicitur, Duaci per B. Bellerum anno circiter 1631 in 8; cuius fortasse editionis exemplar fine mutilum extat Parisiis in Nationali.

Palæstina, seu Descriptio Terræ Sanctæ solertissima auctore R. P. F. Bonaventura Brocardo, . . . *restitutore V. P. F. Philippo Bosquiero* . . . Coloniæ Agrippinæ ex officina Joannis Crithii 1624 in 8. (In Nationali Parisiensi et in Museo Britannico.)

Catechismus Ordinus equitum Periscelidis anglicanæ, seu Speculum Anglorum, autore R. Dom. F. Mondono Belvaleti, nunc primum ex membranis vetustissimis . . . *erutum, castigatum et editum studio Fr. Philippi Bosquieri*. Coloniæ Agrippinæ, apud Henricum Crithium, 1631. in 8. (Parisiis in Nationali.)

Opus *Diadema Dei*, quod extat in codice Vaticano lat. 5452, non 5151, est Philippi Bocchii Bononiensis, ad Clementem VIII, 1540.

Cf. (Paquot J. N.), Memoires pour servir a l'histoire litteraire de dix-sept Provinces des Pays-Bas, V, Louvain 1765 in 8, pp. 293-301; Dirks Serv., Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers (1885), pp. 177-185.

MMMCCLXXXIX. 1714.

PHILIPPUS BRUSSERIUS = hunc puto illum *Fr. Philippum Saonensem Lectorem Ord. Fratrum Minorum*, cujus meminit Bonifacius VIII. Epist. Benedicto Zachariæ, Lanfranco Tartaro, Jacobo Lomellino, et Joanni Blanco civibus Genuensibus data an. 1301. pro Terræ Sanctæ subsidio apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. n. 55. Reg. Pontif., et Clemens V. pluribus literis ad eum an. 1306. datis pro eodem negotio apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraphici sub an. 1305. n. 25., et seqq.; et Waddingus in *Addendis ad to.* 3. sub anno 1340. n. 20. refert, hunc a Clemente V. in Syriam missum, ut exploraret modum capiendæ, expugnandæque Hierusalem, edidisse

Relationem amplissimam rerum omnium expeditioni Hierosolymitanæ necessariarum; nec non locorum, per quæ gradiendum esset, descriptionem. Joan. a S. Anton. to. 2. excribit Waddingum de Scriptor.

Joannes Vincentius Verzellino, qui scribebat ante annum 1638, in opere « Delle Memorie particolari e specialmente degli uomini illustri della città di Savona » libro 3° (seu vol. 1, Savona 1885, p 245) hunc auctorem nominat Philippum *Busserium*, eius opus de modo Hierosolymam expugnandi inscribit *Speculum Terræ Sanctæ*, eumdemque tradit non solum collegisse *Chronica et Privilegia Ordinis* sed et scripsisse *Acta Ministrorum Generalium* eiusdem, obiisse denique senem anno 1340 mense octobri. — Hieronymus Golubovich (Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa, II, Quaracchi 1913, p. 228) ei tribuit *Chronicon franciscanæ provinciæ Genuensis*, quod deperditum esse queritur.

Philippo Brusserio Savonensi a Reinholdo Röhricht (Bibliotheca geographica Palæstinæ, Berlin 1890, pp. 60-61) tribuitur *Philippi Descriptio Terræ Sanctæ* edita a Wilh. A. Neumann in Oesterreichische Vierteljahresschrift für katholische Theologie, XI (Wien 1872), pp. 1-78, 165-174, cuius caput primum incipit *Gloriose ac sancte civitatis Jerusalem peregrinaciones scire cupientes, nec non eciam locius terre sancte*; quae tamen, quum tota ad utilitatem peregrinorum scripta sit et in codicibus etiam sæculi XIII inveniatur, potiori iure alteri Philippo adscribenda esse videtur.

MMMCCXC. 1715.

PHILIPPUS CAGLIOLA = *Josephus* nuncupatus a Coronel. Biblioth. univer. to. 7. col. 243., qui errare fecit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 242., etsi pag. 482. eum vocat Philippum; provinciæ Siculæ Min. Conv. a Secretis, et Commissarius, S. Officii Consultor, nonnullaque alia dignitatis decora cum obtinuisset, obiit immatura morte Neapoli, cum etiam edidisset

Apologiam pro Epistola B. Virginis ad Messanenses variis sermonibus, ac lingua vernacula concinnatam, Messanæque impressam anno 1641. in 4.

Defensionem Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ ibidem cusam anno 1643. ex Petro de Alva col. 1212. Militiæ.

Catholicam pugnam Inquisitorum Apostolicorum in hæreticam pravitatem Opus perfectum an. 1649., quodque *insigne in materiis S. Officii* vocavit Laurentius Brancatus tunc a Secretis Ordinis, teste Bonaventura Theulo in Triumpho Seraph., et Franchino in Biblioso. n. 120.

Tractatum de Melitensibus rebus apologeticum pollicetur ipse in sua Hist. provinciæ Siculæ Min. Conv. explor. 3. manif. 4. pag. 122.; quem an perfecerit, me latet.

De eo et Mongitor in Biblioth. Sicula, et Jo: a S. Anton.

Alexius Narbone (Bibliografia Sicola sistematica, Palermo 1850-57, voll. 4) et Joseph M. Mira (Bibliografia Siciliana, I, Palermo 1875, p. 146) primum opus a Sbaralea supra indicatum nostro auctori non tribuunt, secundum vero sic referunt: *La lettera di Messina in difesa di Maria, cioè l'Immacolata sua Concezione provata e difesa in nove discorsi su detta lettera. Messina, 1650, in 4*; ita ut Sbaralea ex uno opere duo fecisse videatur. — De Philippo Cagliola Antoninus Mongitore in sua Bibliotheca Sicula non agit.

MMMCCXCI.

PHILIPPUS A CASTELLIONE Aretino Tusciæ provinciæ sac. Theologiæ Magister insignis apud Oxonienses, de quo Anton. Terrinca par. 3. Theatri prov. Tusciæ pag. 210., et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 482., tempore Joannis XXII. plura edidit

Opuscula super controversia de paupertate Christi, et Apostolorum, ut ex Mariano, Chronicisque antiquis habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1316. n. 8.; ubi et refert alium provinciæ Tusciæ *Philippum de Carfagnano* sac. Theologiæ Doctorem, et illis temporibus per Tusciam longo annorum spatio hæreticæ pravitatis Inquisitorem, aliasque sui Ordinis Præfecturas, et officia in ea provincia obeuntem.

MMMCCXCII.

Digitized by Google

MMMCCXCII. 1716.

PHILIPPUS A S. COLUMBA = a S. Columbano Laudensis; de quo et Petrus de Alva col. 1213. Militiæ, et ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.; scripsit lingua vulgari.

Scripsit lingua latina, non autem vulgari. Extat opus Romæ in bibliotheca Nationali.

MMMCCXCIII. 1717.

PHILIPPUS DIEZ = meminit hujus Rodulphius lib. 3., qui Opus suum vulgavit anno 1586., aitque edidisse *Quadragesimale, Sanctuarium, et Dominicale Opus eruditum, et morale*; fuit patria *Brigantinus*, eumque mirum in modum laudat S. Franciscus Salesius lib. 5. epist. 31., et in suis *Oblectationibus* pag. 239.; de eo etiam Andreas Garcia, Georgius Cardosus to. 2. Agiologii Lusit. 9. April., Andreas Scottus, Marraccius, Nicolaus Anton., et autor Chron. prov. S. Jacobi to. 1. Obiit anno 1601. Salmanticæ apud suos humatus, doctrinæ, et sanctitatis famam relinquens.

Conciones quadruplices Dominicarum a Septuagesima usque ad Resurrectionem. Salmanticæ an. 1584., et 1585. tertio in 4. typis Joan. Ferdinandi, Lugduni 1586., et Venetiis 1589., ac 1591. apud Dominicum de Farris.

Conciones quadruplices Dominicarum, et Festorum a Dominica prima Adventus usque ad Septuagesimam. Salmanticæ 1588., et Venetiis 1589. in 4., atque alibi.

Conciones quadruplices super Evangelia Jesu Christi, V. Mariæ, et SS. omnium. Venetiis 1588., et Salmanticæ 1590., ac 1591. in 4., atque alibi. *Conciones quadruplices* tomis 4. in 4. prodierunt Venetiis an. 1586., et 1591. in 8. typis Sessæ; postea et Coloniæ anno 1604. in 4., suntque *Conciones quadruplices in Evangelia.*

Conciones Dominicales æstivales a Dominica in Albis usque ad Adventum. Venetiis 1586., et Salmanticæ. Prodierunt etiam Lugduni 6. tomis an. 1586., et Venetiis 1591. in 8., quæ editio forsan est illa typis Sessæ 4. tomis; de qua supra.

Summa prædicantium ex omnibus locis communibus tomis 2. in 4. Salmanticæ 1589. et 1593.; Lugduni 1586., et 1592.; Venetiis 1591. in 8. per Sessam, et 1595. in 4. per Bartholomæum Carampellam, et 1596. typis Dominici de Farris; Antuerpiæ 1600. in 4. castigata, et aucta per Richardum Gibbonum Soc. Jesu: citatur a Paulo Aresio lib. 4. de Arte prædic. cap. 27.

Considerationes, seu *Conciones* 12. *pro omnibus Actis* etc. Salmanticæ 1597. apud Joan. Fernandez, et post alias editiones ibidem 1612. in 4. per Artum Tabernier. Latine vero redditæ prodierunt Venetiis 1589. in 4. per Dominicum de Farris.

Mariale, seu *Conciones de B. V.* cum *tractatu de passione Christi*, et *afflictione B. V. Mariæ* prodiit Barcinone an. 1597. in 4. per hæredes Pauli Maliet Sebastiani de Cormelly; et ex hispano in italicum idioma conversum a Matthia Fasano Ord. Prædicat. Venetiis apud Juntas in 4. an. 1608. ex Ind. Bilioth. Barber., vel 1607.; iterumque anno 1610. ex Ind. Bononien. Biblioth. S. Franc.; gallice quoque versum a Joanne Blancona Parisiis prodiit an. 1608. tomis 2. in 8. ex Biblioth. Hispan.

Sermones Fr. Philippi Diaz Franciscani lingua Mexicana extare ait Antonius Leonius in Biblioth. Indica Occid. tit. 18.

Œconomia Evangelica Philippi Diez prodiit Coloniæ 1684. in 4. ex to. 13. Journal de Scavans, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 483.; sed non constat esse hujus Philippi.

Ejus *Similitudines* collegit Ludovicus Bail, qui etiam aliqua ex suis concionibus adnotavit par. 3. Biblioth. Concionat. cap. 101.

Seraphinus Radius, vulgo *Razzi* Florentinus Ord. Prædic. fecit *Expositionum Evangelicarum ex hujus scriptoris concionibus de Sanctis selectionem*, teste Jacobo Echardo in Scriptor. Ord. Prædic. to. 2. pag. 387.

Nonnullæ eius operum editiones vel accuratius recensitæ vel additæ:

Conciones quadruplices, omnes, tomis quatuor: 1. Venetiis, M.D.LXXXVI. Apud Joan. Baptistam Sessam, et Fratres. (in fronte 4i tomi: Apud Hæredes Melchioris Sessæ; in fine 1i tomi et prioris partis 2i, eius nempe qui continet Conciones in Sanctorum festis: MDLXXXV) in 4 (Romæ in biblioth. Vallicellana); — 2. Lugduni, Apud Petrum Landry, 1589. in 8 (Parisiis in biblioth. Nationali); — 3. Venetiis, MDXCI. Apud Damianum Zenarium. in 8 (Romæ in biblioth. Alexandrina); — 4. Venetiis, MDC. Apud Hæredes Melchioris Sessæ (in fine 1i tomi et prioris partis 2i: Apud Hæredes *vel* Hæredem Joan. Antonij Bertani) in 4 (Romæ in biblioth. Casanatensi); — 5. Venetiis, MDCIII. Apud Petrum Mariam Bertanum. in 4 (Romæ in biblioth. Nationali); — 6. Coloniæ Agrippinæ, apud A. Hierat, 1604. in 4 (Parisiis in Nationali); — 7. Venetiis, apud Petrum Mariam Bertanum, 1614. in 4 (ibidem), — 8. Moguntiæ sumptibus A. Hierat 1614. in 4 (ibidem). — Romæ in Nationali extant tomi primus et secundus cum subscriptione in frontibus: Venetiis, MDLXXXVIII. Apud Joan. Baptistam Sessam, et Fratres, in fine autem primi et prioris partis secundi: Venetiis, Apud Dominicum de Farris. M.D.LXXXVIII.

Summa Prædicantium, duobus tomis seu partibus: 1. Venetiis, Apud Joannem Florinam. MDXCI. in 4 (Romæ in Nationali); — 2. Venetiis, MDXCI. Apud Damianum Zenarium. in 8 (Romæ in Alexandrina); — 3. Lugduni, sumptibus Petr Landry, 1592. in 4 (Parisiis in Nationali); — 4. Antverpiæ, Ex Officina Martini Nutii. 1600. in 4, quæ editio non videtur castigata et aucta a Richardo Gibbono (ibidem); — 5. Venetiis, Apud Hæredes Melchioris Sessæ 1601. in 4 (ibidem); — 6. Venetiis, Apud Hæredes Joannis Antonii Bertani 1601. in 4; editio eadem fortasse ac præcedens (ibidem); — 7. Nunc recens castigata, et aucta duplici indice Locorum Sacræ scripturæ, et Rerum; opera ac studio R. P. Richardi Gibboni Societatis Jesv Theologi. Antverpiæ, Ex Officina Hæredum Martini Nutij. (in fine 2i tomi: Excudebat Andreas Bacx, Sumptibus Hæredum Martini Nutij.) M.DC.XIII. in 4 (Romæ in Vallicellana); — 8. castigata et aucta opera Rich. Gibboni. Audomaropoli, ex officina C. Boscardi, 1613. in 4 (Parisiis in Nationali); — 9. . . . tomus primus [- secundus] nunc tandem ampliatus et exornatus selectissima appendice ejusdem auctoris, in qua aliquot conciones omni facundia ornatæ reperiuntur . . . [per Franciscum Couturianum ex hispano sermone in latinum translata.] Venetiis, apud Sebastianum de Combis. 1614. in 4 (ibidem).

Qvinze Tratados, en los qvales se contienen mvchas y mvy excelentes consideraciones, para los actos generales, que se celebran en la Sancta Iglesia de Dios; . . . En Salamanca En la Imprenta de Artus Taberniel. M.DC.II. in 4 (Romæ in Vallicellana).

Marial de la Sacratissima Virgen nvestra Señora, en que se contienen muchas consideraciones de grande spiritu, y puntos delicatissimos de la diuina Scriptura, de mucha erudicion y prouecho, assi para Predicadores, como para los demas estados de personas Ecclesiasticas, y seglares. Con vn tratado al cabo de la Passion de Christo nuestro Redemptor, y de la soledad de la sacratissima Virgen nuestra Señora. En Salamanca, Por Juan Fernandez. M.D.XCVI. in 4 (Romæ in Alexandrina). — En Barcelona, M.D.XCVII. Por el mesmo Autor. (in fine: impresso . . . en . . . Barcelona, por los Herederos, de Pablo Malo, y Sebastian de Cormellas Año, de 1597.) in 4 (Romæ in Nationali). — *La Mariade, ou Considérations spirituelles tirées de l'Escriture saincte, sour toutes les festes de la Vierge Marie, composée premièrement en espagnol par le R. P. Philippe Diez, . . . et nouvellement traduite par R. P. Jean Blancone, . . . avecque deux autres conceptions, l'une sur la Passion de Jésus Christ et l'autre sur la solitude de la mesme Vierge.* Paris, L. Sonnius, 1609. in 8 (Parisiis in Nationali). — Cf. Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque Nationale. Auteurs. Tome XL, Paris MDCCCCX, coll. 695-697.

MMMCCXCIV.

Digitized by Google

MMMCCXCIV. 1718.

PHILIPPUS DRESANUS = Jo: a S. Anton. accepit a Waddingo.

MMMCCXCV. 1719.

PHILIPPUS ENGOLISMENSIS = provinciæ Parisiensis Min. Capuccin. in Theologia mystica valde eruditus, Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ Confessarius, et ob ejus singularem animi puritatem, ac innocentiam illi maxime carus, summaque habitus in veneratione. Opera ejus sunt:

Florentius ad pie vivendum conversus, ubi describitur vanitas ab amore devicta. to. 1. in 8. Parisiis anno 1626.

Occupatio continua devotæ animæ Deo spiritualiter unitæ in actibus quotidianis. Lugduni 1628. in 8.

Aspirationes amoris sacri ex Canticis Canticorum. Parisiis 1629., et Lugduni 1632. in 12.

Novitiatus Hermogenis pro Novitiorum institutione. Parisiis an. 1633.

Triumphus amoris divini in conversione Hermogenis, ubi repræsentantur variæ pugnæ spirituales, quas experiuntur vocati ad Religionem. tomis 2. in 8. Ibidem an. 1635.

Seminarium Hermogenis, in quo agitur de virtutibus religiosis, quibus pervenitur ad sanctam mortem. Ibidem 1637. in 8.

Regii, et divini amores Jesu Christi, et animæ Hermogenis propositi ad meditandum, ubi de præcipuis redemptionis nostræ mysteriis agitur. Ibidem anno 1638. in 8.

Tractatus devotissimus directionis ad gratiam ad Hermogenem. Ibidem an. 1638. in 8. ex autore Biblioth. Capuccin. apud Jo: a S. Anton.

Les Triomphes de l'Amovr de Diev en la conversion d'Hermogene par F. Philippe d'Angoumois P. Capucin. Dedié a Monsieur Frere du Roy. A Paris, Chez Nicolas Bvon . . . . M.DC.XXV. tom. 2 in 4, cum 23 pulchris figuris J. Picart et aliorum. — Seconde Édition. 1631. A Paris Chez Claude Cramoisy. tom. 2 in 4, cum iisdem figuris. Utraque editio extat Romæ in bibliotheca Casanatensi.

Non solum hoc opus, sed et alia quatuor gallice et latine prodiisse videntur; quæ sunt:

Occupation continuelle pour s'unir avec son Dieu. Lyon 1618, in 12;

Royales et divines amours de Jésus et de l'âme. Paris, Cramoisy, 1631. in 8;

Le Noviciat d'Hermogène. Paris, Chevalier, 1633. in 4;

Le Seminaire d'Hermogène. Paris, Thierry, 1635. in 8. — Cf. Fr. Pérennès, Dictionnaire de bibliographie catholique, II (Paris 1867), coll. 486, 630; III, coll. 911, 962.

MMMCCXCVI. 1720.

PHILIPPUS FABER = Faventini quidem Cœnobii Min. Conv. alumnus, sed in agro Brisighellensi diœcesis Faventinæ an. 1564. natus; de quo Paulus Freherus in Theatro Viror. eruditione clarorum par. 4. inquit: *Philippus Faber Faventinus Scoticam doctrinam alternis impugnantium fluctibus prope obrutam ad pristinum robur ingenii sui validitate restituit, quo postea merito ejus sectæ lucerna, et propugnaculum summo eruditorum consensu vocatus est. Et quidem hujus viri phrasis Scholasticorum more haud insulsa, et inepta, sed in sui simplicitate planis distincta sententiis, atque optima ordinis ratione suffulta disputando permovet, decernendo persuadet: exæquat copiam opinionum firmitas; subtilitatem facilitas temperat.* Laudatur et a Cæsare Carena de Officio S. Inquisitionis par. 2. tit. 17. §. 23., ubi suum eum vocat in Patavino Gymnasio præceptorem: et cum anno 1625. ad suæ provinciæ Bononiensis Præfecturam assumptus fuisset, eam contraxit corporis ægritudinem, ut tandem an. 1630. die 27. Augusti ex hac vita Patavii migraverit, ubi honorifice tumulatus in Ecclesia sui Ordinis hocce monumentum accepit:

Philippo Fabro Faventino Conventualium Ordinem sacra vita, regimine Studiorum, Provincialatu Bononiensi, Peripateticam, et Scoticam palestram libris Logicæ, Physicæ, Metaphysicæ, Theologiæ Scholasticæ, Christianam fidem scriptis in atheos, et hæreticos acerrimis, Patavinam Universitatem studiis Philosophiæ, ac Theologiæ annis XXVIII., *Vitam mortalem* LXVI., *immortalem A.* M.DC.XXX. *virtutibus illustranti Patavini Patres amantes amanti justa solvebant.*

Philosophia naturalis Scoti in theoremata 102. *distributa* etc. prodiit primum Parmæ an. 1601. in 4., teste Franchino in Biblioso. n. 121.; postea Venetiis anno 1602. in 4. typis Joan. Baptistæ Bertoni ex Possevino in Appar. sac. v. *Joannes Duns Scotus*; nec non an. 1606., et 1616. ibidem ab autore aucta, et castigata; et tandem anno 1622. ibidem; quo anno impressa est etiam Parisiis per Dionysium Moreau in 4., cujus Operis in fine habetur

Tractatus de Formalitatibus in x. *capita distributus*; quem citat Bartholomæus Mastrius disput. 1. Logic. qu. 5. art. 2. n. 61. Cumque contra eum scripto nonnulla dixisset Xantes Mariales, an. 1624. ejus defensionem suscepit Jordanus Moscatellus Ord. Erem. S. Hieronymi Gen. Vicarius ipsius quondam auditor.

Comment. in 4. libros Senten. Scoti prodierunt primum Venetiis an. 1613. in fol. typis Bartholomæi Ginammi, al. de Albertis; deinde recognita, et aucta ab autore ibidem an. 1618. in fol.; postea in Gallia an. 1622. in fol. apud Dionysium Moreau ex Joan. a S. Anton., et in Hispania recusa fuerunt.

De prædestinatione pro supplemento primi libri Senten. Venetiis anno 1623. in fol. per Marcum Ginamum.

De restitutione, et Extrema Unctione pro supplem. libri 4. *Senten.* Ibidem an. 1624. in fol.

De Sacramento Ordinis, pœnis, et censuris ecclesiasticis pro eodem supplemento. Ibidem anno 1628. in fol.

Comment. in XII. *libros Metaphysicor. Aristotelis ad mentem Scoti* Opus posthumum a Matthæo Ferchio vulgatum Venetiis an. 1637. in fol. typis Marci Ginami.

De primatu Petri, et Pontificis Romani, ac aliis ecclesiasticis dogmatibus adversus 4. *priores libros M. Antonii de Dominis de Republica Christiana.* Opus posthumum vulgatum ab eodem Ferchio, inquit cit. Franchinus.

In Logicam, Physicam, et *de anima, aliaque* etiam scripsisse testatur laudatus Ferchius in ejus *Vita,* quam *Comment. in Metaphysicam* præmisit, edocetque cuncta periisse an. 1631. tempore pestis una cum Felice Osio Lectore Patavino, apud quem mss. erant; et quidem in Actis Capituli provinciæ Bononien. Min. Convent. Parmæ an. 1620. celebrati, et anno 1621. Placentiæ typis editis §. *Commissiones* inter alia etiam *P. Theologo Faventino* injungitur, ut prælo committere curet *Opus de Pœnitentia, Metaphysicam, et Physicam.* Nonnihil

Digitized by Google

nihil ejus evulgavit Parisiis anno 1604. Augustinus Gothutius, ut supra dictum est in *August. Gothutio.* Nicolaus Commenus lib. 3. Hist. Gymnasii Patavini cap. 21. hunc *Deo, musis, discipulisque omnibus charum. acceptum, ac venerabilem* appellat; addens scripsisse etiam *disputationes theologicas Complutenses, de censuris ecclesiasticis, et in Arist. Logicam, Physicam, de cœlo, et mundo, et de anima,* quæ mss. extant in publica Biblioth Patavina. Laboravit etiam in condendis *Constitutionibus Urbanis* pro Ordine Minor. Convent. ex cit. Ferchio, et Franchino.

Philosophiæ naturalis editionem parmensem, frustra a me quæsitam in multis librorum catalogis et in ipsa bibliotheca Palatina Parmensi, nullam esse existimo, etiam ex eo, quod Matthæus Ferchius in vita Philippi Fabri eum vidisse dicat quintam (non sextam) huius operis impressionem. Editio veneta anni 1602, prima ut puto, theoremata 99 tantum complectitur, dicaturque a Philippo, tunc in Parmensi Gymnasio Regente ac in cœnobio S. Joannis Evangelistæ lectore, Ambrosio Scaramuccio Ord. S. Ben. eiusdem cœnobii Abbati epistola data Parmæ kal. Martii MDCII. Tertiæ editionis venetæ aliquot exemplaria exhibent in fronte annum MDCXV, cetera annum MDCXVI sed in fine MDCXV.

Tractatus Formalitatum in editione veneta anni 1602 novem capitibus constat, in editionibus venetis a. 1606, 1615, 1622 capitibus undecim. Ab Augustino Gothutio vulgatus est a. 1604 in priore suo *Gymnasio Speculativo.*

Disputationes Theologicæ librvm Primvm Sententiarvm complectentes Ex Secundo autem materiam de Creatione et de Angelis, ex Tertio materiam de Incarnatione; ex Quarto, quæ spectant ad Sacramenta in genere, et in specie ad Baptismum, Confirmationem, et Eucharistiam. Secvndvm seriem distinctionvm Magistri Sententiarvm, et Quæstionum Scoti, paucis exceptis ordinatæ, Quibus doctrina Scoti magna facilitate dilucidatur, et contra Adversarios omnes veteres, et recentiores defenditur. 4 pp. in fol. Venetiis, MDCXIII-MDCXIIII. Ex Officina Bartholomæi Ginami sive de Albertis (in fine 1æ partis et 4æ: Ex Typographia Antonij Turini). — Repurgatæ et locupletatæ. Venetiis, ex officina Bartholomæi Ginami MDCXIX (in aliquot exemplaribus MDCXVIII) 4 pp. voll. 2 in fol. — Parisiis, A. Drouart, 1620, pp. 4 in fol. (Parisiis in bibliotheca Nationali, ut ex eius Catalogo). Quum M. Ferchius unam editionem gallicam indicet, editio anni 1622 haud certa mihi est.

Theologicæ Disputationes de prædestinatione Dei, et aliæ, quæ in primo libro Sententiarum desiderabantur. Quum quædam propositiones hoc opere contentæ alio sensu interpretatæ fuerint ac auctor senserit, ipse earumdem explicationem dedit impressam Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti a. 1625, deinde Venetiis ex Typographia Marci Ginami MDCXXVI, foliis 2 in folio.

De Primatu Petri opus, quod M. Ferchius anno 1637 promittebat se luce donaturum, dubito ne unquam prodierit, etsi Franchinus editum dicat, quum nullibi, ne in catalogis quidem, illud repererim.

Ex M. Ferchio ortum habuit in vico cui nomen *Spianata.* Anno 1582, suæ ætatis duodevigesimo, habitum Minorum Conventualium induit Faventiæ, et novitiatu Cremonæ exacto, Faventiam reversus vota religiosa emisit. Curriculum studiorum Ferrariæ incepit, Patavii prosecutus est, perfecit autem Romæ in Collegio S. Bonaventuræ, ubi doctor dictus est die VI Junii a. 1593. Docuit philosophiam Venetiis, et Regentis officio functus est Cremonæ per triennium, Parmæ per sexennium, Paduæ per quadriennium. Anno 1603 electus est in Universitate Patavina professor metaphysicæ, deinde a. 1606 theologiæ, quam ibi docuit usque ad mortem. An. 1625 ut minister provinciæ bononiensis ad Generalia Comitia Romam profectus, propter æstivos ardores multa perpessus incommoda, mense Augusto in febrim incidit, quæ singulis annis eodem mense rediens, tandem eum vita privavit die 28 Augusti a. 1630.

De eo videsis Ant. Montanari, Gli uomini illustri di Faenza, vol. 1 par. 2ª (Faenza 1883) pp. 68-72.

MMMCCXCVII.

PHILIPPUS FERRIOL Hispanus Strict. Observ. Discalc. concionator, ac Pater Valentinæ provinciæ S. Jo: Baptistæ composuit circa annum 1625. *Vitas* 18. *VV. Discalceatorum ejusdem provinciæ alumnorum, ac* 7. *Tertiariorum virtute insignium,* quas morte præventus edere non potuit, quæque mss. in 4. asservantur in Archivo prædictæ provinciæ, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 485. De eo et Joseph Chatinus in Chron. ejusdem provinciæ fol. 910.

MMMCCXCVIII. 1721.

PHILIPPUS FLORENTINUS = dictus *Ultranensis,* al. *Ultrarnensis,* ut aliqui Romæ *Transtiberini* vocantur; legit longo tempore Florentiæ, et Patavii, quemadmodum habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1316. n. 8., qui et ad annum 1303. n. 25. citat ejus

Recollecta Ordinis Minorum. Composuit autem et

Concordantias Evangeliorum; nec non

Homilias quatuordecim, quæ mss. habentur non Venetiis, ut ait Waddingus infra in *Philippo Vulterrano,* qui idem est, sed Florentiæ juxta Rodulphium lib. 3., a quo alii acceperunt, in Bibliotheca *S. Marci* Ord. Prædic., inquit cit. Rodulphius, de qua re vereor lapsum. *Concordantiæ Evangeliorum* plane habentur in Bibliotheca *S. Crucis* Minorum Convent. plut. 10. num. 108. cod. membran. in fol. diligenter, et claris, magnisque characteribus exaratus seculo XIV. titulum præferens: *Incipit prologus in Concordantiam Evangeliorum compilatam a Fratre P.*; incipitque: *Evangelica doctrina licet in quatuor sit distincta libros* etc.: in fronte vero libri habetur charactere diverso, sed tamen satis antiquo hæc adnotatio relata a Doctore Jo: Lami Florentino *De eruditione Apostolorum* cap. 13. sect. 2. §. 2., sed nonnihil corrupte: *Istam Historiam* IV. *Evangeliorum in unum ordinem compilavit quidam Frater Ordinis Minorum nomine frater Philippus Ultarnensis, qui fuit maximæ scientiæ Lector excellens Parisiens.*; *legit in pluribus studiis generalibus multis annis*: sed reponendum *Ultrarnensis*; de quibus Florentiæ civibus agit Joannes Villanus Hist. lib. 4. cap. 12. et 13. Tractant de hoc veteri scriptore Michael Poccianti in Catalogo Illustr. Script. Florent., aliique plures apud Julium Nigrum de Scriptor. Florent., qui tamen cum pluribus aliis hunc ratus est diversum a *Philippo Vulturnensi.*

MMMCCXCIX. 1722.

PHILIPPUS alter FLORENTINUS = e Plano Ripoli ad muros urbis Florentiæ, cujus Opus ms. servatur Florentiæ in Regia Bibliotheca Medicea; de eoque agit Anton. Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. sect. 4., et Julius Niger in Scriptor. Florent., ac. Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCC. 1723.

PHILIPPUS GESUALDUS = a Castrovillari Calabriæ nobili oppido ex Rodulphio autore coævo lib. 2. fol. 279., ejusdem stemmatis cum domo Gesualda Neapolitana ex Principibus Venusinis, ut ex quibusdam opellis ipsi dicatis apparet: pluribus sui Ordinis Gymnasiis rectis, pluribusque muniis obitis ex Vicario Gener. tandem an. 1596. summam Ordinis Præfecturam subire coactus est; ac sexennio post ad Cariatensem Ecclesiam a Clemente VIII. promovetur, qua in dignitate anno 1619. ad Deum emigravit testimonio Ughelli to. 9. Ital. sac. in Geruntin. Episc. n. 37., ubi laudatur a doctrina, ac

præsertim

Digitized by Google

præsertim ab innocentia vitæ, et munere prædicationis: fuit enim tribus linguis latina, græca, et hebraica eruditus, ac liberalibus disciplinis instructus. Cum Patavii Gymnasii Regens esset, instituit Congregationem, seu *Societatem de Compassione* sub tutela D. Antonii Patavini, pro qua firmanda scripsit

Ordinationes 16. *capitibus* comprehensas; *de origine Orationis* 40. *horarum*; *de mysterio, methodo, necessitate, et utilitate ejusdem Orationis* italice cum *Officio de eadem Oratione* 40. *horarum* latine. Patavii 1591. in 12. apud Petrum Marinellum: extat liber Romæ in Biblioth. Conventus SS. 12. Apostolorum; et ibidem an. 1592. in 12. per Paulum Mejettum.

Pastoralis epistola cum documentis, et decretis de Meditatione, aliisque piis exercitiis edita e Monte Alvernæ die 7. Septembris 1593., cum esset Vicarius General., et Bononiæ impressa eodem anno in 4. apud Rubeos.

Decreta præparatoria pro Reformatione italice. Florentiæ an. 1593. in 4. per Georgium Marescotti, et alibi; atque etiam Veronæ an. 1594. in 4. p. typis Hieronymi Discepoli cura Alexandri Fanni Ministri provinciæ S. Antonii una cum sequentibus:

Modo di fare l' orazione mentale, disciplina, e capitolo delle colpe nella Religione Conventuale di S. Francesco.

Istituto dell' orazione annuale senza intermissione, e perpetua in tutto l' Ordine Conventuale di S. Francesco, per invocare il celeste ajuto sopra il progresso della riforma del dett' Ordine; atque

Istruzioni, e decreti intorno alla promotione delli Frati della sua Religione agli Ordini sacri.

Ordinationes pro clausura cum decretis Clementis VIII. de Reformatione italice. Bononiæ an. 1594. in 4. typis Victorii Benacci.

Decreta pro vitæ communis institutione italice. Messanæ an. 1595. in 4. per Petrum Brè [Bream]; et Bononiæ an. 1601. per Rubeos, et alibi; cum *Epistola* in fine super eadem materia ad Ministrum Provincialem Calabriæ data Messanæ die 29. Septembris an. 1595.

Decreta Viterbiensia pro reformatione studiorum edita an. 1596. *in Comitiis Gener. Viterbii,* et impressa eodem anno in 4. Patavii typis Laurentii Pasquati, et alibi.

Methodus visitandi a Visitatoribus Ordinis S. Francisci servanda. Romæ anno 1596. in 4. per Gulielmum Facciottum: laudant eam, et in usu poni jubent Constitutiones Urbanæ pro Min. Convent. cap. 10. tit. 1. num. 7. Memoratur to. 1. Biblioth. Barber. pag. 467.

Diurno compuntivo de' sette dolori di Maria Vergine. Bononiæ 1598. in 8. typis Rubei: extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Plutosophia = prodiit et Patavii, quemadmodum scribit Daniel Georgius Morhof in Polyhistore lib. 2. cap. 6., eamque summopere vir egregius commendat his verbis: *Italica lingua Patavii editus Fr. Philippi Gesualdi liber cum titulo Plutosophia, qui plenius illam artem proponit, et eorum, qui ante se de hac arte scripserunt, methodum examinat*: et paulo post; *in quibus examinandis operosus est Philippus Gesualdus, qui, me quidem judice, omnium accuratissime hanc doctrinam persequitur.* Eam laudat etiam Paulus Aresius Episcopus Dertonen. *de Arte Oratoria* lib. 4. cap. 3., 5., et 6.

Soliloquia spiritualia super passione D. N. prodierunt Patavii primum, deinde Bononiæ.

De Novitiorum receptione juxta Decreta Clementis VIII. Bononiæ an. 1601. typis HH. Rubeorum.

Methodus contemplandi pro Confratribus SS. Sebastiani, et Rocchi Bonon. ibidem, et eodem anno in 8. per Joan. Baptistam Bellagambam italice.

Tractatus contemplationis compunctivæ italice, cum *Officio* xv. *Graduum* latine. Patavii 1591. in 12. apud Paulum Mejettum.

Expositio in Regulam S. Francisci quadripartita juxta cardinales mundi plagas ms. extat Tuderti inter libros Conventus S. Francisci illius urbis.

Modo di far la disciplina recitando 5. *Salmi con altre devotioni da pratticarsi nella Religione.* Florentiæ an. 1611. in 4. typis Jo: Antonii Canei; Mediolani 1656.; Fulginei 1704., et alibi.

Cornucopiam, seu singularem artem, et methodum multiplicandorum conceptuum ipsemet pollicetur in lectione IX. suæ *Plutosophiæ*, quam ms. italice haberi in Bibliotheca S. Francisci prope Saxolum supra Mutinam testatur Franchinus in Biblioso. num. 123.; qui quid contineat etiam refert; et in ea se daturum quoque sequentia *Opuscula* autorem scribere notavit, videlicet

Indicem significatuum elementorum hebraicorum, et mutationum literarum græcarum etc.

Indicem fontium, e quibus natura, aut ars nobis similitudines subministrare queant una cum earum categoriis ad majorem facilitatem.

Apologiam poetarum, quorum antiqua fabulose inventa possunt, debentque ad christianam veritatem reduci.

Tractatum extrahendorum conceptuum mediis grammaticalibus, rhetoricis, philosophicis, metaphysicis, ac theologicis, nonnullisque aliis modis generalibus a Lulli principiis deductis.

Sed et Augustinus Superbus autor coævus in ms. Catalogo Scriptorum Ord. Min. apud cit. Franchinum ait scripsisse etiam

Conciones in Adventu Domini italice;

Quadragesimales conciones duplicatas itidem italice;

Super Psalmum Beatus vir;

Super Cantica Salomonis;

In Orationem Dominicam; et

In Apocalypsim B. Joannis; quæ cuncta subdit ei ablata a grassatoribus in itinere fuisse.

Metodo della Oratione delle qvaranta Hore, Col suo Officio. Raccolto dal Molto Rever. P. M. Filippo Gesvaldo. Minor Conuentoale. Regente nel Santo di Padoa. In Padoa, Presso Paolo Meietti. 1592. in 16. Hæc editio, quam inspexi Romæ in bibliotheca Alexandrina, nullas *Ordinationes* continet.

Decreti preparatorii alla Riforma dell' Ordine Conventvale di Santo Francesco. Fatti dal P. M. Filippo Gesualdo, Ministro Generale dell' istesso Ordine. Col Consiglio, e consenso di suoi Padri assistenti. M.D.XCIII. In Piacenza. Appresso Giouanni Bazachi. M.D.XCIII. in 4 (Romæ in biblioth. Casanatensi). — *Decreti preparatorii alla Riforma . . . Fatti dal P. M. Filippo Gesualdo, . . . Col Consiglio, e consenso di suoi Padri assistenti. 1594* (cum Decretis pro reformatione ministri provincialis, ministri generalis, procuratoris generalis in Urbe; Decreti intorno alla clausura, et al vagar di frati; Decretis de casuum reservatione; et cum tribus opusculis italicis a Sbaralea indicatis). In Perugia Appresso Pietro Paolo Orlando. 1594. (in fine: 1595.) in 8 min. (Romæ in biblioth. Nationali).

Plvtosofia di F. Filippo Gesvaldo Minor Con. Nella quale si spiega l' Arte della Memoria con altre cose notabili pertinenti,

Tanto

Digitized by Google

Tanto alla Memoria Natvrale, Qvanto all'Artificiale. In Padoua, Appresso Paulo Megietti M.D.LXXXXII. in 4 (in Casanatensi).

Soliloqvii Scrittvrali, raccolti in piu volte dalla profonda dottrina del reverendissimo Padre Maestro Filippo Gesvaldo da Castrouillari, Ministro Generale dell' Ordine min. Con. di S. Francesco. Da Fra Bonauentura Passero di Nola Maestro in Theologia, et Regente nel Studio di Milano. In Milano, Nella Stampa del quon. Pacifico Pontio. 1595. in 8 (Romæ in Nationali). — Hæc Soliloquia, numero novem, non versantur, saltem pleraque, circa passionem D. N.; hinc nescio an eadem sint atque indicata a Waddingo et Sbaralea. Franchinus distinguit *Soliloquii sopra la passione del Signore*, quæ ex Augustino Superbo periisse dicit, et *Soliloquii spirituali stampati in Padoa, e ristampati in Bologna.*

Modo di far la Santa disciplina nella Religione di San Francesco Conuentuale (cum quinque psalmorum recitatione, etc.). *Ordinato dal Reverendiss. P. Generale M. Filippo Gesualdo da Castrouillare, et approvato dal Capitolo Generale di Viterbo* M.D.XCVI. In Roma, Appresso Guglielmo Facciotto. 1597. in 4 (in Casanatensi).

Opuscula: *Index significatuum* etc., *Index fontium* etc., *Apologia poetarum* etc., *Tractatus extrahendorum conceptuum* etc., ut etiam *Pastoralis epistola* data e Monte Alvernæ die 7 Septembris a. 1593, titulis italicis a Franchino referuntur.

Officio delli qvindici Gradi Della Passione di Christo, e della Compassione di Maria Vergine. Raccolto dal R.mo P. F. Filippo Gesualdo, Generale dell' ordine Minore Conu. Et da lui Instituito nell' Oratorio della Confraternità di S. Bernardino di Bologna. In Bologna, per Gio: Batt. Bellag. [Bellagamba] 1597. in 12. Extat Romæ in biblioth. Vallicellana.

Minister generalis electus est primum anno 1593, anno autem 1596 in huiusmodi officio confirmatus. Confer Annales Minorum, Tom. XXIII, auctore Stanislao Melchiorri de Cerreto (Anconæ 1859), pp. 95-97, 224.

MMMCCCI 1724.

PHILIPPUS DE GHIFULCIS = al. *de Gisulfis*; de quo Le Long, et Joan. a S. Antonio, sed ex Waddingo.

Philippi de Gisulfis Mediolanen. Postilla super Apocalypsim incipiens: *Apocalypsim Jesu Christi* etc. *Legimus in Ecclesiasticis Historiis beatum Johanem Evangelistam Christi Apostolum, et consanguineum a Domitiano* etc.; in cujus fine legitur: *Explicit Postilla super Apocalypsim finita sub anno Domini* MCCCXXVII. *die Mercurii* X. *kalend. Januarii*; extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. dupl.; sed hæc tribuitur etiam *Gulielmo de Melitone,* ut ibi dictum est; unde vereor hunc fuisse non autorem, sed Operis exscriptorem.

Familia *de Ghisulfis* nobilis erat Genuæ, ut lucet ex literis Bonifacii VIII. an. 1301. datis nonnullis civibus Genuen. apud Annal. Min. Waddingi ad eum annum. *Bartholomæus Gisulphius* factus est Episcopus Tripolitanus ex iisdem Annal. ad annum 1479. num. 16.

MMMCCCII.

PHILIPPUS GUALENSIS, vel Wallensis Anglus initio Religionis nomen dedit Franciscano Instituto ex Thoma Ecclestono, et sub Elia Generali Ministro Lugdunum vocatus una cum *Adamo Eboracensi* itidem Minorita ibi publice Philosophiam, Theologiamque professus asseritur: ferunt autem *multos libros* eruditos composuisse, sed nemo titulos, eorumque nomina recensuit, ut ex Pitseo de Scriptor. Angl. in append. memorat Waddingus in Annal. Min. sub an. 1250. n. 10. in append., Angelus a S. Franc., ac Joan. a S. Anton. to. 2. V. *Adam Eboracensis.*

MMMCCCIII. 1725.

PHILIPPUS HIGGINUS = Joannes a S. Antonio excepit Waddingum.

MMMCCCIV. 1726.

PHILIPPUS E MONTE CALERIO = vulgo *Moncaglier* oppido diœcesis Taurinensis, provinciæ Genuensis, Custodiæque Pedemontis, quem Jo: Rioche in Compendio Temporum [libro 5.] cap. 22. vocat *Joannem de Montecalerio,* quo in errorem traxit Joannem a S. Anton. to. 2. pag. 191. De eo Bartholomæus Pisanus illius sæculi scriptor Confor. XI. par. 2. in prov. Januæ, locoque memorato inquit: *de quo fuit Fr. Philippus, qui Postillam notabilem super omnia Evangelia Dominicalia, et quadragesimalia fecit*: anno 1336. erat in Urbe *Pœnitentiarius* Pontificius ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum num. 1. Asserit quidem Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Histor. an. 1485. edito lib. 14. sub an. 1398. scripsisse eum in carcere, quod et Rodulphius lib. 3. exscripsit; sed ut falsum est, eum scripsisse an. 1398., ita quoque id in carcere egisse falsum dico; quapropter idem Bergomas in Supplemento Supplementi an. 1506. conscripto se correxit, neque illi istud hoc affixit.

Postilla super Evangelia Dominicalia edita a Fr. Philippo de Janua, alias de Monte Calerio Ordinis Fratrum Minorum tunc Lectore Conventus sacri loci Paduæ an. 1330. habetur ms. Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 32. [*corr.* 87.]; Cantabrigiæ in publica Biblioth. cod. 48., et in Pembrochiana codd. 51., et 52.; extat ms. et Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 10. num. 119. in fol. versus Ecclesiam, qui codex idem habet, ac ille Biblioth. Oxonien.: in ejus prologo autor ait: *in alio volumine, Deo dante, intendo Evangelia, quæ leguntur in Quadragesima, compilare*; et postquam asseruit, se post expositionem quarumdam partium Evangelii secundum dicta Doctorum *moralitates* aliquas, et *figuras* adjecturum, subjungit: *Sermones vero, et collationes morales in alio volumine compilabo.* Habetur quoque Asisii ms. pergam. in fol. tripl. an. 1330. composita: incipit prologus: *Ruth colligebat spicas* etc.; Opus vero incip. a prima Dominica Adventus: *Erunt signa in sole, et luna* etc. Ferrariæ quoque in Bibliotheca S. Franc. olim extabat *Postilla Magistri Philippi de Monte Calerio super Evangelia Dominicalia* incipiens: *Rut colligebat spicas* etc.; et finiens: *significantia bonos, et malos*: ex Indice veteris Bibliothecæ illius loci an. 1437. scripto pag. 14. et 66. *Postillæ abbreviaturæ majoris* incip. *Erunt signa in sole* etc. extant mss. Venetiis in Biblioth. SS. Joannis, et Pauli plut. 6., teste Tomasino in Biblioth. Ven. mss. pag. 28: ita enim *Postilla* commemorata sine prologo, qui incipit, *Rut colligebat spicas* etc. Prodiit autem primum in *Epitomen* redacta a Jonselmo Canova ejusdem Instituti Mediolani an. 1498. in 8. magno [*corr.* in 4.] per Uldericum Scinzenzeler ex Indice Biblioth. S. Francisci Bononiæ; et Lugduni an. 1501. [*corr.* 1541.] ex Petro de Alva in Militia.

Postilla super Evangelia quadragesimalia incip. *Ruth sequens messorum vestigia* etc.; præmissoque prologo incip. Opus: *Cum jejunatis, nolite fieri* etc. habetur ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci. *Conciones quadragesimales*, quarum prologus incipit: *Ruth sequens messorum vestigia*: Opus vero incip. *Cum jejunatis, nolite* etc. *Ratio naturalis nos docet* etc.: impressæ sunt Mediolani an. 1498. per Uldericum Scinzenzeler,

Digitized by Google

zeler, deinde Lugduni 1510., et 1515., ac 1541. cum superiori *Postilla super Evangelia Dominicalia.*

Postilla alia, seu *Expositio Evangeliorum Dominicarum ab Adventu Domini usque ad Dominicam Paschatis* incip. *Vidi alterum Angelum* etc., extat ms. in fol. Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum Ord. Min. sub GG. in 16., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 486.

Sermones de Tempore mss. habentur Patavii in Biblioth. S. Antonii plut. 21. ex cit. Tomasino [Bibliothecæ Patavinæ manuscriptæ] pag. 60.

Sermo ejus *de SS. Innocentibus* ms. extat Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 3545., teste Echardo in Scriptor. Ord. Prædic. to. 1. pag. 601. in *Thoma Vallensi. Sermones* itidem *de Tempore,* et *de Sanctis, multos*que *Commentarios in divinis codicibus* composuisse testatur proxime laudatus Jacobus Philippus Bergomas; et quædam ejus mss. haberi in Biblioth. Warmiensi Prussiæ scribit Possevinus in Catalogo illius Bibliothecæ ad calcem Apparatus sacri; prodierunt autem omnia etiam *Conciones de SS. Eucharistia* Lugduni an. 1515. typis Jacobi Myth, sumptibus vero nobilis viri Balthassaris de Gabiano civis Astensis tomis 2. in 8. magno: ex his erroris arguitur Dupinus sec. XIV. scribens, hujus autoris Opera inter amissa referenda esse.

Adducitur ejus *Postilla super illud Ave gratia* a Gabriele Barletta in Serm. de Concept. B. V., et a Vincentio Bandello de Singul. Concept. Christi; de eoque præ ceteris agit Oudinus in Comment. ad an. 1330. to. 3.

Philippus *e Monte Castelli* a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. ex Mariano refertur inter viros doctos, eosque, qui Sodalitium Minoriticum doctrina, ac scriptis illustrarunt; an autem diversus sit, vel idem cum Philippo *de Monte Calerio,* non satis adhuc scio.

Ex Angelo M. Bandinio (Catalogus codicum latinorum bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ, IV, Florentiæ 1777, coll. 423, 726) *Postilla super evangelia dominicalia* non continetur codice 119 bibliothecæ florentinæ S. Crucis, continebatur autem Plutei XII Partis dextræ codice primo, uno ex 165, qui, a. 1766 cum ceteris codicibus eiusdem bibliothecæ in Laurentianam translati, in pristinas sedes a. 1772 regressi sunt. Eadem *Postilla* extat nunc: Asisii in bibliothecæ civicæ codicibus 238, 245, 250, 260, omnibus sæc. XIV; Divione in publicæ bibliothecæ codice 74 item sæc. XIV; Patavii in bibliothecæ S. Antonii codice 448 sæc. XV, et 467 sæc. XIV.

Postilla super evangelia quadragesimalia invenitur in eiusdem bibliothecæ Asisinatis codice 239, qui dicitur scriptus a. 1370, et in bibliothecæ Patavinæ S. Antonii codice 413 sæc. XIV.

Sermones de tempore, qui dicuntur (ex Oudino, ut puto) haberi teste Tomasino Patavii in dicta bibliotheca plut. 21, non sunt nisi *Sermones dominicales*; ita enim legitur apud Tomasinum loco cit.: « Fr. Philippus Montecalari Ord. Min. super Euangelia Dominicalia 4. m. ». Antonius M. Josa in suo catalogo « I codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova » (Padova 1886) tres tantum codices recenset sermones nostri auctoris continentes, eosdem nempe ac supra indicatos.

In codice iam Colbertino 3545, nunc lat. 6731 bibliothecæ Nationalis Parisiensis, sæc. XV, Philippus dicitur Minister Provinciæ Mediolanensis (Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecæ Regiæ, IV, Parisiis 1744, p. 272).

MMMCCCV.

PHILIPPUS N. e Clarenorum, ut videtur, Congregatione an. 1337., vel paulopost scripsit, collegitque

Miracula B. Angeli Clareni de Cingulo eo anno in Basilicata defuncti, quæ ex ms. Bibliothecæ Caroli Strozzæ Senatoris Florentini SS. Act. Collect. Bollandii publicarunt post Vitam dicti *B. Angeli* to. 2. Junii ad diem 15. hoc titulo: *Miracula collecta a quodam Fr. Philippo morienti B. Angelo assistente feria sexta infra Octavam Pentecostes, scilicet festo S. Antonii* etc.; de quo etiam supra in *Angelo de Cingulo.*

Miracula B. Angeli Clareni ex eodem codice Strozziano, ex quo socii Bollandiani, iterum edidit Flaminius Annibali de Latera (Ad Bullarium Franciscanum Supplementum, Romæ 1780, pp. 165-170). Titulus a Sbaralea relatus non est in codice neque in Actis Sanctorum, loco cit.

MMMCCCVI.

PHILIPPUS NUTI Fulginas patritius, et Ordinis Capuccinor. alumnus, suæque provinciæ Umbriæ Minister an. 1645. adlectus in patria hal. Septembris scripsit

Commentarium, seu *Epitomen Fratrum Capuccinorum, qui Fulginensi in Cœnobio floruerunt*; citaturque non semel a Jacobillo to. 2. de SS. Umbriæ præsertim ad diem 18. Augusti, ubi agit de tribus Capuccinorum Cœnobiis Fulginat., eorumque viris illustribus. Videatur Biblioth. Script. Capuccin.

Obiit anno 1653. Tum Dionysius Genuensis tum Bernardus a Bononia opus a Sbaralea indicatum ei non adscribunt, e contra attribuunt hoc alterum, quod extare dicunt ms. Fulginii in bibliotheca sui Ordinis:

De obligatione Fratrum Minorum Capuccinorum ratione suæ Professionis Lectiones vigintiseptem.

MMMCCCVII. 1727.

PHILIPPUS PERUSINUS = alius profecto ab illo *Philippo Perusino Ordinis Minorum* Theologo insigni, qui a Martino IV. an. 1282. consecratus fuit Fesulanus *Episcopus,* et an. 1297. Episcopi dignitate se abdicavit ex Ughello in Italia sac. to. 3. in Fesulan. Episc. n. 27.

Tractatulum de S. Francisci Stigmatibus scripsit an. 1282., teste Waddingo ad an. 1264. n. 8.; ad eum fortasse pertinet *Relatio,* ac testimonium ejus de die, qua S. Franciscus sacra Stigmata accepit, a Marco Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 4. cap. 26. ex autore Floreti, Conformit., et Mariano publicata; et dicitur facta eodem anno 1282., dum Tusciæ provinciæ *Minister* esset.

Historiam Ordinis Minorum laudat Rodulphius lib. 2. fol. 253. de Custodia, et Conventu Perusino disserens. Conscripsit etiam

Epistolam de Protectoribus Ord. Min., teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad an. 1305. n. 12., quam idem refert ad an. 1217. n. 5. et 6. ex ms. Cœnobii Pisaurensis Reform., et de qua testatur etiam Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. p. 3. de *Gregorio IX.* verba texens, inquiensque: *prout testatur Fr. Philippus de Perusio, qui hoc vidit, in littera de Protectoribus directa Fratri Gonsalvo Ordinis nostri Generali Ministro.* Habetur hæc Epistola ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis in fine cod. 705. *Etymologiarum S. Isidori* in fol., in qua constat scripsisse sub *Clemente V.,* quem ibi memorat, et ante an. 1307.; recensetque primos quatuor Ordinis Protectores *Ugolinum,* et *Raynaldum de Comitibus, Joannem Cajetani,* et *Matthæum Rubeum,* quos omnes scribit, se agnovisse, primum, dum *Papam* vidit Perusii *adhuc infantulus*; secundum jam Pontificem se aluisse in studio Parisiis quadriennio, et anno 1279. se jam Ministrum provinciæ Tusciæ interfuisse Asisii Capitulo

Digitized by Google

pitulo Generali, in quo electus fuisse dicitur ibi *Fr. Bonagratia*; a duobus Protectoribus Joanne Cajetani, et Matthæo familiariter adhibitum se tradit sed nihil de *Episcopatu*, unde videtur alius fuisse ille Episcopus Fesulanus, de quo paulo ante. Epistola autem est *de modo petendi Cardinalem a Domino Papa, juxta quod Ministris in Regula præcipitur*; de quo requisitus fuerat a Ministro Gen. *Consalvo* per *Fr. Alexium Ministrum provinciæ Bononiæ*; sed forsan reponendum *per Fr. Alexandrum*. Eamdem Epistolam pluries citat Rodulphius lib. 2. fol. 177. 231., et 322., illamque se vidisse scribit Oldoinus in Athenæo Aug. Perusin. pag. 288. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Hic vivebat adhuc anno 1307. die 22. Januarii, ut notatum legi in fine Martyrologii Adonis, quod ms. habetur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 14. versus Eccles. cod. 162.; diu igitur hic vixit, cum Gregorius IX., antea *Ugolinus* obierit an. 1241.

Ex Waddingo, Annales Minorum, a. 1282 n. 1 (2ae edit, to. v, p. 108) iussu fr. Bonagratiæ generalis ministri examinavit a. 1282 fratrem Matthæum de Castelione Aretino, cui sodales revelata ferebant tempus ac circumstantias inflictorum S. Francisco stigmatum, quæque a viro pio exceperat, in scriptum redegit authenticum sexto nonas octobres. *Tractatulus de S. Francisci Stigmatibus* nihil aliud esse videtur quam huiusmodi scriptum.

Epistola de Protectoribus Ord. Min., seu *de modo petendi Cardinalem a Domino Papa* extat etiam Burdigalæ in bibliotheca publica, ms. 16 sæc. XIV (Catalogue gén. des manuscrits des bibliothèques publ. de France. Départements. Tome XXIII, Paris 1894, p. 18) et Berolini in Regia ms. lat. 765 (theol. qu. 196) declinantis saec. XIV (Val. Rose, Verzeichniss der lateinischen Handschriften der Königlichen Bibliothek zu Berlin, 2 Band, 2 Abteilung, Berlin 1903, p. 788). Ex hoc codice et Laurentiano iam bibliothecæ S. Crucis a Sbaralea indicato denuo accuratius edita est in « Analecta Franciscana » t. III (Ad Claras Aquas 1897), pp. 708-712.

In Cod. Laurentiano IX Plut. XIII Dext. bibliothecæ S. Crucis dicitur Philippus fuisse Minister Thusciæ multis annis, et socius Fratris Bonaventuræ de Balneoregio, tandem senex et plenus dierum mortuus esse in senectute bona in Conventu Florentino. Conferatur Angelus M. Bandinius, Catalogus codicum latinorum bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ, IV, Florentiæ 1777, col. 438.

MMMCCCVII bis.

PHILIPPUS DE PILISTRIS Senensis patrii Cœnobii pluries Præfectus scripsit seculo XIII. [sic?]

Quadragesimale ms. pergam. memoratum in Indice antiquæ Biblioth. S. Franc. Senen. armar. E. E. in addit. factis paulo post annum 1499.

MMMCCCVIII.

PHILIPPUS POLITIUS Drepanensis provinciæ Siculæ Min. Conv. sac. Theolog. Magister, doctus poesi, et eloquentia clarus composuit

Theologicum certamen omnium carminum metro exaratum; ediditque insuper italice

Sermonem moralem, et allegoricum cusum Bononiæ 1636. in 4. per Clementem Ferroni, cum ibi esset Baccalaureus Colleg.

Conciones de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ. Panormi an. 1655. in 4. apud Petrum de Isola.

De eo autor synchronos Philippus Cagliola in Hist. prov. Siculæ Min. Conv. explor. 3. manif. 5. pag. 134., Vincentius Nobilis apud Mongitorem to. 2. Biblioth. Siculæ, et ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Sermo moralis et allegoricus, de quo supra, absque dubio hic est: *Asino Humile Discorso Allegorico, e Capriccioso composto da Fra Filippo Polizzi da Trapani Baccilliero Collegiale di Bologna dell'ordine di S. Francesco de' Minori Conuentuali, e recitato dall'istesso in publico luogo alla presenza di tutti Padri e Frati del Conuento. . . .* In Bologna, presso Clemente Ferroni M.DC.XXXVI. in 4. Extat Romæ in bibliotheca Nationali.

Ex A. Mongitore et ex Jos. M. Mira (Bibliografia Siciliana, II, Palermo 1881, p. 237) *Sermo* eius *unus* de immaculata B. M. V. conceptione prodiisse videtur Panormi anno 1655.

MMMCCCIX. 1728.

PHILIPPUS PORCATIUS = Doctor Parisiensis, et in Universitate Bononiensi primæ Philosophiæ, nec non Theologiæ Professor, ubi annis 1501., et 1509., quod illustris ecclesiastes haberetur, in celeberrimo S. Petronii Templo *conciones quadragesimales* habuit ex illius Basilicæ monumentis; bis etiam suæ provinciæ Bononiensis Ministerio functus, quod munus cum obiret anno 1500., interfuit Comitiis Ordinis Interamnæ coactis, unusque fuit ex illis, qui *Constitutiones Alexandrinas* nuncupatas pro ejusdem Ordinis regimine condiderunt, ut legere est in fine dictarum Constitutionum: deinde sui Ordinis in Romana Curia Procurator cum extitisset, tandem an. 1510. in Comitiis Romæ celebratis supremus totius Ordinis S. Francisci Minister eligitur; sed anno secundo Præfecturæ morte terris eripitur ibidem die 10. Septembris anno 1511. in Basilica SS. Apostolorum ante majorem Aram veteris Ecclesiæ humatus cum hoc *epitaphio* a Rodulphio lib. 2. fol. 195. relato:

Philippus Bagnacavallus Minorum Ordinis Philosophus, ac Theologus eximius, qui per omnem ætatis suæ cursum ita se gessit, ut functus omnibus dignitatibus ad Generalatus honorem assumptus sit; a Julio II. Pont. Max. ad ardua pro fide orthodoxa vocatus Romæ diem clausit extremum. Quum autem Venetiis Lectoris munus obiret, castigavit, edique curavit

Scoti in 4. Sententiarum libros scriptum Oxoniense, additis responsionibus ad argumenta suis locis, et annotationibus opinionum diversorum Doctorum etc.: ad primi libri calcem adjecit illas prologi, primique Senten. *additiones* in unum collectas, quæ in aliis editionibus sparsim suis locis habentur; in fine vero libri 2. collocavit *Opusculum Bartholomæi Bellati* Minoritæ super 2. Senten. Scoti.

Quolibeta Scoti etiam emendata vulgavit cum iisdem Senten. libris, elaborata ad omnia hæc Scoti Opera ingenti tabulâ, seu indice; Venetiis an. 1497. in fol. Francisco Samsoni Ministro Generali nuncupata typis Boneti Locatelli; postea an. 1503. per Bernardinum Vercellensem; quæ editiones extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Conciones quadragesimales, aliasque quoque scripsit, quas in præcipuis Italiæ civitatibus habuisse legitur.

Meminit ejus Alidosius in Doct. Bonon. to. 2., et Joannes Andreas Quenstedt in dialogo de Patriis illustr. Viror. pag. 341., ubi Theologum insignem, ac eloquentissimum concionatorem appellat; sed agnomen, et Institutum Regul. subticet; omnium autem accuratius agit de eo memoratus Rodulphius.

Bononiæ, ubi referente Ser. Mazzetti (Repertorio de' professori della Università di Bologna, Bologna 1847, p. 251) in Collegium theologorum est cooptatus die 9 aprilis a. 1488, docuit in Universitate metaphysicam ab anno 1506-1507 ad annum 1509-1510, et philosophiam moralem diebus festis ab a. 1507-1508 ad a. 1509-1510; numquam vero theologiam. Cf. Dallari U., I Rotuli dei lettori legisti e artisti dello Studio Bolognese, vol. 1 (Bologna 1888).

Ingens

Digitized by Google

Ingens tabula in Scotum a Sbaralea ei hic tributa, quam pluribus inspectis editionis venetæ *Scripti Oxoniensis* anni 1497 exemplaribus non inveni (cf. D. Reichling, Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium, Fasc. I, Monachii 1905, p. 37 n. 169), dubito an Philippo debeatur, cum in epistola ad Franciscum Samsonem ipse eam non memoret, eamdemque Sbaralea ad n. MDCXXVII tribuat *Gratiano Brixiano.*

Cf. Giacinto Picconi da Cantalupo, Serie cronologico-biografica dei ministri e Vicarî provinciali della Minoritica Provincia di Bologna, Parma 1908, pp. 121-122, 125-126.

1729.

PHILIPPUS DE RIBADENEIRA = autor *Librorum* 2. *de Excellentiis B. M. Virginis,* qui cusi sunt etiam Hispali an. 1606. ex Biblioth. Hispan. pag. 204., non Philippus, sed *Marcellus* vocabatur, ut adnotavit hoc loco Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 487. V. supra *Marcellus Ribadeneira.*

MMMCCCX. 1730.

PHILIPPUS RIBOTTUS = provinciæ Genuen. a Pancalerio agri Taurinensis oppido, Theologus, concionator, et in Vallibus Subalpinis Missionum Apostolicarum Præfectus a Clemente VIII. constitutus, quo in munere doctrina, et virtutum exemplis plurimos nec vulgares hæreticos Christo lucrifecit. Scripsit italice

Sermonem ad modum disputationis habitum inter ipsum, et Davidem Rostagnum publice in oppido S. Germani de SS. Eucharistiæ Sacramento, et de Sacrificio sacrosanctæ Missæ: quo mediante ipsemet Rostagnus hæreticorum Minister convictus cessit, plurimique ex nobilioribus, Calviniana secta relicta, Catholicæ Ecclesiæ adhæserunt. Taurini an. 1598. in 4. jussu Bartholomæi Rocchæ Inquisitoris Generalis in Pedemonte.

Expositionem Orationis Dominicæ in 4. *partes distributam secundum quatuor divinæ Scripturæ sensus* una cum *Expositione Salutationis Angelicæ.* Taurini anno 1614. in 8. apud Ludovicum Richimilium.

De eo agunt Franciscus Aug. ab Ecclesia in Catalogo Script. Pedemont., Matthias a Caballomajori [*corr.* Caballario majori] par. 1. *Rationarii Chronographici Mission. Evangelic.,* Dupinus in Supplem., Rossottus, Dionysius Genuensis, et ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Alius est autem a *Philippo Ribotti* Carmelita, de quo Trithemius, Petrus Lucius, et Possevinus, et cujus extat *Speculum Ordinis Carmelitarum* an. 1501.

MMMCCCXI.

PHILIPPUS DE ROTINGO provinciæ Argentinæ, Sveviæque oppido, ut opinor, Regul. Observ. alumnus circa finem seculi xv. castigavit, edendosque curavit

Sermones de timore judiciorum Dei Roberti Caraccioli Liciensis, quos memini me vidisse in nostra Bononiensi S. Francisci Bibliotheca in 4. sine anno, et loco editionis. Castigavit etiam

Sermones de Adventu, et Quadragesimæ ejusdem *Roberti Liciensis*; emisitque Basileæ an. 1496. in 4., qui quoque prodierunt Venetiis eodem anno typis Georgii Arrivabeni; nec non

Sermones Dominicales per totum annum Fr. Antonii Biluntini ejusdem Instituti vulgatos Venetiis an. 1499. in 4. typis Boneti Locatelli ex Indice cit. Bononien. Biblioth.

Confutationem quæstiunculæ contra Montem Pietatis scripsit, teste Waddingo infra in *Philippo Votingo,* qui idem est.

Italus e provincia S. Antonii.

Roberti Caraccioli Sermones de Adventu et *quadragesimales de pœnitentia,* item *de timore iudiciorum Dei,* cum *sermonibus de divina caritate, de immortalitate animæ, de æterna beatitudine* et *per solemnitates Domini et Virginis Mariæ,* ab eo emendati, prodierunt simul Venetiis a. 1496 die XVI Maii excusi (partim in 4, partim in 8) per Georgium de Arrivabenis Mantuanum (Hain L., Repertorium Bibliographicum, n. 4491); nulla autem ex parte Basileæ eodem anno vel alio. Editio continens tantum *Sermones de timore iudiciorum Dei* secundum Philippi de Rotingo emendationem non extat.

Sermones dominicales per totum annum Fr. Antonii de Bitonto. examinati a fr. Philippo de Rotingo, impressi sunt primum Venetiis (sed sine loci nota) per Bonetum Locatellum expensis Nicolai de Franckfordia a. 1492 XV calendas septembres in 8 (Pellechet M., Catalogue des incunables des bibliothèques publiques de France, n. 2404), deinde in urbe Argentina per Johannem Grüninger a. 1495 X kal. Martii, a. 1496 VIII kal. Februarii, a. 1496 VIII kal. Augusti, semper in 8 (Pellechet, 2405; Hain, 3219 et 3220), denique sine loci nota (Venetiis) per Bonetum Locatellum expensis Nicolai de Frankfordia a. 1499 VI idus octobres in 8, non in 4 (Pellechet, 2406).

Confutatio questiuncule contra montem pietatis Mantuanum studio venerandi P. F. Philippi de Rotingo Mantuani Seraphici ordinis minorum de obseruantia ellaborata ad Reuerendissimum dominum. d. Ludouicum de gonzaga Marchionem et electum Mantuanum, data *Ex sacro conuentu sancti Francisci Mantue* xiij. hal. februarii 1493, prodiit typis expressa Venetiis per Petrum de Quarengiis die ultimo Julii a. 1498 in 4 cum *Consilio montis pietatis* a fratre Fortunato perusino edito et *Apologia* fratris Ludovici de Turre *contra cuiusdam invectivam* (Pellechet, 4891).

Ab eodem emendata habentur etiam *Breviarium* et *Missale Romanum,* quorum primum impressum est Venetiis arte et impensis Octaviani Scoti a. 1482 in fol. (Pellechet, 2929), recusumque ibidem arte et impensis Nicolai de Franckfordia a. 1484, a. 1485, a. 1489 XV kal. septembres, in 8 (Pellechet, 2930 et 2931; Hain, 3912), alterum prodiit Venetiis arte et impensis Octaviani Scoti quarto kal. decembris 1482 in 4 (Reichling D., Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliographicum, fasc. I p. 170).

MMMCCCXII.

PHILIPPUS DE ROUILLAC Gallus natione scripsit an. 1558. gallico idiomate

Librum Alchimiæ, qui ms. servatur Parisiis in Biblioth. Coisliniana S. Germani cod. 1176. ex Catalogo Montfaucon pag. 1115.

MMMCCCXIII. 1731.

PHILIPPUS SALERNUS = Alcariensis Min. Conv. sacræ Theologiæ Doctor ingenio subtili, et erudito præditus, Viennæ in Austria publicus Theologicæ facultatis Professor, et Ferdinandi II. Imp. Theologus, Styriæ Carinthiæque provinciæ an. 1627. moderator per sex annos; et cum publice Catanæ Philosophiam profiteretur, anno 1633. suæ Siculæ provinciæ Minister adligitur in Comitiis apud Castrum Joannis coactis, ubi, cum celeberrimus ecclesiastes esset, habuit

Concionem Dominicæ XV. *a Pentecoste,* quæ Messanæ impressa est eodem anno 1633. in 4. per HH. Petri Breæ; extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. Edidit quoque italico sermone

Concionem de S. Agatha sub tit. *Nuova Pallade.* Catanæ an. 1634. in 4. apud Joannem Rossium.

Concionem aliam de eadem Sancta inscriptam: *Alto Monte Catanense.* Ibidem anno 1635. in 4. per eumdem.

Concionem de S. Pancratio tit. *I Giuochi Olimpici.* Messanæ an. 1636. in 4. apud Petrum Bream.

Orationem

Digitized by Google

Orationem funebrem in obitu Reverendissimi P. Onuphrii Anforæ Generalis Ordinis S. Cajetani. Ibidem an. 1640. in 4. apud Viduam Blanci.

De epistola B. Virginis ad Messanenses. Ibidem a. 1641. in 4. per Jacobum de Matthæis.

De Immaculata Conceptione B. V. concionem sub tit. *Le due battaglie fatte da due Serafini* etc. Iisdem typis an. 1643. in 4.

Concionem de SS. Chrysantho, et Daria. Iisdem typis an. 1645. in 4.

Orationem funebrem in obitu, atque exequiis R. P. Fr. Antonii a Ficarra provinciæ Siciliæ Ministri. Iisdem typis an. 1645. in 4.

Concionem de S. Nicolao Eremita tit. *Vittoria triplicata.* Panormi an. 1646. in 4. apud Alphonsum de Insula.

Orationem funebrem in obitu Reverendissimi Patris Fr. Leonis Bonifilioli Generalis Ordinis Carmelitarum. Messanæ 1646. in 4. apud Jacobum de Matthæis.

Concionem de S. Andrea Apostolo tit. *Il Predicatore.* Neapoli anno 1651. in 4. per Secundum Roncaliolum.

Orationem funebrem in obitu D. Natalitii Credenserii Tusæ an. 1652. *habitam*, cum in Universitate Viennensi esset Imp. Theologus publicus, vulgavit Panormi an. 1654. in 4. apud Petrum Insulanum, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Conciones quadragesimales quoque scripsit, uti testantur Marraccius in Biblioth. Mariana, et Cagliola in Hist. prov. Siculæ Min. Conv. explor. 3. manif. 1. apud Franchinum in Biblioso. n. 124.

Obiit in patria in Valle Nemorum an. 1676. die 14. Julii ætatis suæ 80., de quo plures cum laude scripserunt apud Mongitorem to. 2. Bibliothecæ Siculæ; ex eo accepit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 488.

Oratio funebris Fr. Leonis Bonfilioli certo non impressa est a. 1646, quum ipse, teste Cosma Villiers a S. Stephano (Bibliotheca Carmelitana, II, Aurelianis 1752, col. 234) morte ereptus sit a. 1647 die 20 Januarii; ex Antonino Mongitore habita Messanæ die prima Februarii a. 1647, prodiit ibidem eodem anno.

MMMCCCXIV.

PHILIPPUS SAVORELLUS Foroliviensis provinciæ Flaminiæ Min. Conven. sacræ Theologiæ studiis excultus, et disciplinarum liberalium usu delectatus; de quo Bartholomæus Riccius epist. lib. 4. vol. 2. ea ad Jo: Hieronymum Ravanium scripsit: *ego Philippum Savorellium concionatorem Franciscanum ut alterum filium amo; est enim ætate adolescens, sed prudentia, et integritate, atque horum studiorum cognitione vel natu maximus.* Juvenis quippe fervido, et varia ornato lectione ingenio magnam de se pollicebatur spem, ni mors immatura e medio cursu sustulisset, inquit August. Superbus in append. ad ms. Catalogum Script. Ord. Min., qui addit post se tamen reliquisse

Conciones varias; et

Miscellaneas quæstiones, quas morte præventus edere nequivit.

Hieronymum germanum fratrem habuit ejusdem Instituti Regul., qui anno 1555. Ferrariæ morabatur *Grammaticæ, Studiique*, ut vocant, *Magister* ex monumentis illius Cœnobii; et amborum meminit cum laude suppar Rodulphius lib. 2. fol. 268. in prov. Bononien., et Custodia Foroliviensi, et pag. 135. in Concionibus, et ex his Eques Georgius Viv. Marchesius in Vitis Viror. illustrium Forolivien. lib. 2. cap. 1.

MMMCCCXV. 1732.

PHILIPPUS A SOSA = Cordubensis Reg. Observ. prov. S. Jacobi, de quo cum laude Ambrosius Morales lib. 17. Hist. cap. 11., Jacobus de Castro to. 1. Chron. provin. prædictæ lib. 3. cap. 6., et Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan.

De excellentiis Evangelii Opusculum, quod Nicolaus Anton. non distinguit a *Compendio mysteriorum adventus Christi Domini*, est prima pars majoris Operis, quam sequi debuerant 2. *de essentia Dei, bonitate, liberalitate*, et *mundi creatione*; ac 3. *de Sanctis*, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Speculum disciplinæ S. Bonaventuræ conversum hispanice prodiit Hispali an. 1574. apud Ferdinandum Diaz.

Versio *partis* 2. *Chronicorum Ordinis Marci Ulyssipon.* non ad hunc, sed ad sequentem Philippum pertinet, teste cit. Joan. a S. Anton.

Ex annis, quibus impressa dicuntur cetera opera, nonnihil dubito utrum tractatus *Hortulus Virginitatis* et *De mysteriis Angelorum* revera in lucem prodierint a. 1539. Huic auctori Nicolaus Antonius, præter eadem quæ Waddingus, tribuit opus

De la peregrinacion de Jerusalem; quod R. Röhricht (Bibliotheca geographica Palæstinæ, Berlin 1890, p. 200) excusum esse tradit Hispali a. 1569.

MMMCCCXVI.

PHILIPPUS DE SOSA Hispanus alter prov. Bæticæ Reg. Observ., ut fatetur ipse Waddingus superius pag. 248. [huius editionis pag. 167.] col. 2., et Nicolaus Anton. to. 2. suæ Biblioth. pag. 69. col. 1., et liquido constat ex sequentis Operis e lusitano in hispanicam linguam ab eo translati titulo. nempe

Chronicorum Ordinis S. Francisci a Fr. Marco Ulyssipon. scriptorum par. 2. impress. Compluti an. 1566. in fol. apud Andream de Angulo, et iterum ibidem an. 1577. eisdem typis, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 488. Ex hac prodiit versio italica per Horatium Diola Bononien., ut et per Baretium Cremonen.

Peregrinationem Hispanicam scriptam vernacule eidem tribuunt Waddingus, et Nicolaus Antonius, inquit cit. Joan. a S. Anton.; sed Waddingus nil tale asserere lego; de Nicolao Anton. viderint alii.

De *Philippo de Sosa* provinciæ *Bæticæ* Nicolaus Antonius non agit. Quoad opus *Peregrinatio Hispanica*, vide supra ad num. præced.

MMMCCCXVII. 1733.

PHILIPPUS VARAGIUS = Gallus provinciæ S. Ludovici in Narbonensi Gallia Min. Conv. sac. Theolog. Magister, et Patavini Gymnasii *Regens* apud suos edidit

Flores totius sacræ Teologiæ medullam sententiarum Doctoris Subtilis Scoti continentes, et in modum conclusionum positos ad Jofredum Karoli Delphinatus Præsidentem, ac Mediolani Vicecancellarium, qui impressi sunt Mediolani an. 1508. in 4. per Jo: Jacobum de Ferrariis. Extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, Romæ in Barber. Bibliotheca, et Hispali in illa Ecclesiæ, teste Jo: a S. Anton. to. 2. Eodem anno 1508. constitutus est

Lector

Digitized by Google

Lector Regens Florentiæ ex ms. Regesto Raynaldi Gratiani Cotoneolensis Ordinis Minor. Generalis Ministri p. 57.; morabaturque Niciæ ad Varum ex Reg. Ordin. pag. 194. tit. *prov. S. Ludovici*; et anno 1509. conceditur ei, ut possit inservire Em. Cardinali Albiensi in Lectionibus Theologiæ, et aliis ex eodem Reges. pag. 203. Hinc recte scripsit Rodulphius lib. 3. floruisse eum an. 1502., non autem 1582., ut habet Possevinus in Appar. sac. præsertim cum autor ipse in 3. Senten. quæst. 1. dist. 16. tradat, suo tempore *Universitatem Parisiensem* determinasse B. V. Mariam a mortuis resurrexisse, et in anima, ac corpore cælum ascendisse; quod an. 1497. decretum prodiisse legimus apud Frassen de Incarnat. disput. 3. tract. 1. art. 3. sect. 3. quæst. 5. §. 7.

Opus *Flores totius sacræ Theologiæ* impressum dicitur Mediolani per Jo. Jacobum De Ferrariis anno M.ccccc viiii. (1509) die XIII mensis Septembris. Extat Romæ in bibliotheca Casanatensi.

1734.

PHILIPPUS VOTINGO = V. supra *Philippus de Rotingo*, ita enim reponendum est. Joan. a. S. Anton. exscripsit Waddingum.

1735.

PHILIPPUS VULTERRANUS = non Vulterranus, aut Volaterranus, sed *Ultrarnus*, vel *Ultrarnensis* Florentinus, de quo supra actum est in *Philippo Florentino* I. *Ulteram* corrupte dicitur a Rodulphio lib. 3., aliisque post eum. Joan. a S. Anton. hic etiam secutus est aliorum erratum.

MMMCCCXVIII.

PHILOMENUS CORNELII Dixmundanus Belga Recollectus, seu Strict. Observ. Cortraci Philosophiam Scoti subtiliter, et non sine multorum admiratione legit, et interpretatus est; nec studio pietatis inferior scripsit sub initium sæculi XVII.

Exercitationes vitæ spiritualis; et *praxim Orationis mentalis*: *Opuscula* eo commendatiora, quo a viro praxium suarum executore scripta sunt; inquit Aubertus Miræus in Auctar. Scriptor. Eccles. sæc. 17. n. 231., al. 229. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

De hoc auctore, quem Aubertus Miræus, op. cit. sæc. XVII cap. 229, præter *Exercitationes vitæ spiritualis* et *Praxim orationis mentalis* alia scripsisse tradit, agere non videtur Serv. Dirks in « Histoire littér. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance de St-François en Belgique et dans les Pays-Bas ».

MMMCCCXIX.

PIERIA IMPERIATIA Romana Tertii Ordinis S. Franc. femina devota, magnæque pietatis jussu Superiorum partim proprio ore dictatas, partim propria manu scriptas reliquit multas revelationes apparitiones, documenta, et spiritualia Opera, quæ tomis 12. collecta a *Fr. Ludovico de Triola* Genuensi Strict. Observ. ejus Directore, atque a sac. Confessionibus asservantur mss. Romæ in Cœnobio S. Francisci Transtiberino; inter quæ valde utiles, pijique dicuntur isti tractatus, teste Waddingo supra in *Ludovico de Triola*, et Jo: a S. Anton. ibidem, a quo to. 2. pag. 490. dicitur *Prieria Imperiaria*:

Tractatus de vocatione peccatoris;

Scala XXXIII. *graduum, per quam omnes Sancti ascenderunt in cœlum*;

Considerationes XXII. *de ultima cœna D. N. Jesu Christi*;

Remedium contra tentationes;

De judicio particulari cujuslibet animæ tempore mortis.

Vivebat sub Gregorio XIII. ad an. 1580.

MMMCCCXX.

PLACIDUS GALLEMANTUS Gallus provinciæ S. Dionysii Recollectorum, ac Definitor edidit latine

Descriptionem provinciæ S. Dionysii Recollectorum Galliæ. Catalauniæ anno 1649. in 8.

Vitam D. Gallemand Doctoris Sorbonici Carmelitarum in Gallia primi Superioris gallice. Parisiis an. 1653. in 4.

Obiit anno 1675., et memoratur a Dupino sæc. 17., Jac. Le Long lib. 2. Biblioth. Gallicæ, et ex his a Joan. a S. Anton. to. 2.

La Famille de Gallemants; par le P. Charles-Placide Gallemant, Récollect. Paris, 1651, in 8. (Le Long-Fontette, Bibliothèque historique de la France, III, Paris 1771, n. 42456.)

Operis P. Arturi du Monstier, cui titulus *Neustria Pia*, editionem (quæ prodiit Rothomagi anno 1663) post auctoris mortem continuavit et absolvit, epistola dedicatoria, præfatione ad lectorem, serie omnium Abbatiarum et Prioratuum totius Normanniæ, de quibus in eo agitur, nec non rerum memorabilium Indice auxit et illustravit. In epistolæ dedicatoriæ subscriptione se dicit Conventus Recollectorum Rothomagi Guardianum.

MMMCCCXXI. 1736.

POLYCARPUS DU FAY = Gallus prov. Recollectorum S. Dionysii edidit etiam circa an. 1630.

Expositionem Regulæ FF. Minorum, teste Dupino sec. 17., et autore Chronic. dictæ provinciæ pag. 214. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 490.; de eo et Arturus ad diem 5. Febr. Martyrol. Francisc.

MMMCCCXXII. 1737.

PONTIUS CARBONELLUS = memoratur a Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. de provincia Aragoniæ, ac loco Barcinonensi disserente, nec non inter Scriptores Ordinis Min.; Gregorius vero XI. an. 1374. literas dedit *Guardiano Larchinonen. circa Postillam Fr. Pontii Carbonelli* ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva, et Astorga in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1373. n. 36., ex quibus constare dicunt, Barcinone in S. Francisci Bibliotheca extare mss. bina ejus originalia; super qua re cum Fr. Martinus Perez de Guevara an. 1663. hispanice vulgaverit *Judicium Salomonis de Catenæ Aureæ autore*, decreto sac. Congregationis Indicis Opus proscriptum est: non enim Pontius totam sacram Scripturam, ideoque et 4. *Evangelia* SS. Patrum sententiis explicavit; sed *S. Thomæ* instar reliquum sacræ Scripturæ per SS. PP. interpretatus est præter *Evangelia* inter ann. 1272., et 1279., cum Opus dicasse dicatur *Joanni Patriarchæ* Gradensi, qui eo temporis intervallo sedit. Operis ejus tomi sunt novem, licet IX. *tomus super Apocalypsim* initio careat, et incuria Bibliopegi confuse conglutinatus habeatur non in scriniis Bibliothecæ Toletanæ, sed in quadam arca una cum aliis tomis, teste Joanne a S. Anton. to 1., qui etiam scribit, obiisse circa annum 1297. apud suos Barcinone sepultum, et miraculis clarum; revera in testamento S. Ludovici Episcopi Tolosani an. 1297. die 19. Augusti condito, in quo S. Antistes familiares

Digitized by Google

liares, et socios Ord. Min. commemorat, et legatis remunerat, hujus Pontii mentio nulla extat. De eo agit Arturus ad diem 3. Decembr., et Anton. Vincentius Dominicanus lib. 2. de SS. Catalauniæ.

Citatus Jo: a S. Anton. alibi notat, Pontium Opus suum nuncupasse *Joanni Aragoniæ Infanti Archiepiscopo Cæsaraugustano,* qui ab anno 1316. usque ad 1320. sedit; si hoc consistit, illud autorem habet alterum *Pontium* juniorem, qui an. 1337. interfuit Comitiis Gener. Caturci in Gallia celebratis uti Minister provinciæ Aragoniæ, ut liquet ex *Constitutionibus Benedicti XII.* pro Ordine FF. Min. in eisdem Comitiis latis; qua de re viderint alii.

Perperam Waddingus in Annalibus Minorum ad a. 1297 n. xxxv, et post eum alii, hunc cum Fr. Pontio Potugati confundunt (conferatur « Historia septem tribulationum ordinis minorum » in « Archiv für Litteratur-und Kirchen-Geschichte des Mittelalters », II, Berlin 1886, pp. 300-301), ac proinde eius mortem ad annum circiter 1297 referunt.

Pontius Carbonellus seu potius Carbonelli natus est Barcinone a. 1260 et a. 1278 religionem S. Francisci est ingressus. Testo Bartholomæo Pisano op. cit. (Analecta Franciscana, IV, Ad Claras Aquas 1906, pp. 310, 324, 556) fuit magister S. Ludovici episcopi Tolosani (cf. Greg. Cleary in « The Catholic Encyclopedia », XII, New York 1911, p. 234); quod verisimiliter accidit inter annos 1288 et 1295, quibus S. Ludovicus in Hispania fuit obses partim prope Tarraconam partim Barcinone. Guardianus fratrum Minorum conventus Barcinonensis a. 1314 a Jacobo II Aragoniæ rege ad Federicum fratrem regem Siciliæ missus est, ut e regno Fratricellos abiiceret (Finke H., Acta Aragonensia, II n. 422); et a. 1315 ab eodem Jacobo II munus habuit, ut pacem componeret inter eumdem Federicum et Robertum regem Neapolitanum, de qua sua missione altera *Relatio* data ab eo Neapoli die 25 Februarii a. 1316 exhibetur a Finke ibidem ad n. 448. Fuit a confessionibus Joannis Infantis de Aragonia archiepiscopi Toletani (a. 1319-1328), nunquam Cæsaraugustani (Finke, op. cit. I p. CLXI nota 2; Eubel C., Hierarchia catholica medii ævi, I, Monasterii 1898, pp. 514, 81, 505), cui suos *Commentarios Biblicos* dicavit, cuiusque epistolam a. 1323 attulit ad Jacobum II (Finke, II, n. 541) et codicillis ut testis subscripsit a. 1333. Aragoniæ provinciæ minister Benedicto XII astitit in condendis novis Constitutionibus pro bono regimine ordinis fratrum Minorum promulgatis die 28 Novembris a. 1336 (Eubel, Bullarium Franciscanum, VI, Romæ 1902, n. 51 p. 26). Denique obiit nonagenarius in cœnobio Barcinonensi a. 1350. Eius *Commentarii* adhuc Toleti servari videntur; cf. Enciclopedia vniversal ilvstrada Evropeo-Americana, XI (Barcelona), p. 754.

De eo consulendus præcipue Fel. Torres Amat, Memorias para ayudar a formar un Diccionario critico de los Escritores Catalanes, Barcelona 1836, pp. 153-155 (male numer. 173-175).

MMMCCCXXIII.

PONTIUS N. a Clemente VI. an. 1345. ad Archiepiscopatum Seleuciensem promotus est ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum num. 3., cum diu in Armenia apud Zachariam S. Thaddæi Archiepiscopum verbi Dei prædicationi, ac gentium conversioni insudasset, atque

Plures codices, commentariosque in Armenorum idioma transtulisset; quos adhuc Nascivani penes PP. Dominicanos asservari perhibet Galanus par. 1. Conciliat. Ecclesiæ Armenæ cum Romana cap. 30.; quos inter cum *Postillam in Evangelium Joannis armenam* fecisset, et in ea contra Joannis XXII. Decretalem *de paupertate Christi, et Apostolorum* scripsisset, Clemens VI. anno 1346. literas ei dedit II. kal. Augu., ut resipisceret, quas refert Raynaldus in Continuat. Annal. Eccles. ad eum annum num. 70., nec prorsus silet Spondanus ibidem num. 18.

Litteræ Clementis VI, quas refert Raynaldus loco cit. et integrius Conradus Eubel (Bullarium Franciscanum, VI, n. 381), datæ sunt non quidem Pontio sed archiepiscopo Soltaniensi eiusque suffraganeis, ut contra Pontium procederent, et inducerent eum ad suam *Postillam* abiurandam, vel detrectanti diem dicerent. — Conrado Eubel (ibidem p. 531, nota 6) Pontius hic idem esse videtur atque Pontius Carbonelli; quod ex notitiis de utroque traditis non verisimile puto.

MMMCCCXXIV. 1738.

PROPERTIUS RESTA = a Taleacotio Aprutii, Marsorumque oppido provinciæ Pennensis, al. S. Bernardini Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor, *vir omnium liberalium artium, virtutumque studio ornatus, suæ provinciæ Minister, et Theologus Illustrissimi Cardinalis Madrucii; qui a Gregorio XIII. Pont. Max. missus in Germaniam cum Senatoribus consedit in Diæta habita Augustæ Vindelicorum an.* 1582., *quique hunc locum* (Taliacozzum) *plurimum suis virtutibus, et ædificiis exornavit*: inquit autor æqualis Rodulphius lib. 2. fol. 277. Fuit et Ordinis in Urbe Procurator, et a Sixto V. anno 1586. creatur Geruntin., et Cariaten. Episcopus in Calabria ex Ughello to. 9. Italiæ sac., qua in dignitate Romam accitus a Clemente VIII. celebri *de Auxiliis divinæ gratiæ* controversiæ Præfectus constituitur, ubi et decessit anno 1602. apud sui Ordinis Basilicam SS. Apostolorum tumulatus; cum antea vulgasset etiam

In XII. *libros Metaphysicorum Arist. Commentaria* sub nomine [*Alexandri de Ales,*] *Alexandri de Alexandria,* ut supra ostensum est, a se castigata, notisque margineis, ac indicibus illustrata. Patavii an. 1572. in fol. typis Simonis Galignani, cum ibi Regentis Studiorum munere fungeretur.

De vera via consequendæ salutis dialogum inter Philastrum, et Erastum incip. *Quid agis Eraste* etc.; quemadmodum scribit Franchinus in Bibliosophia num. 296. Etiam August. Superbus illius scriptor ævi in ms. Catalogi sæpe citati appendice tradit, extasse ejus *Opuscula nonnulla* mss., quæ valde desiderantur, addens: *vidi quosdam ipsius tractatus, quorum titulos nunc ad mentem revocare non potui.* Memorat hunc et Lemos in Historia *de auxiliis divinæ gratiæ*; Ughellus vero proxime laudatus dicit *Propertium Restam de Capellis Volaterranum*, sed perperam, ut ex scriptoribus coævis evincitur; agit de eo et Toppius in Biblioth. Neapolit., et ex eo Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 492.

Eodem tempore vivebat *Octavianus Resta Talleacotianus Apulus,* qui an. 1577. composuit *Orationem in funere Donati Finæ celeberrimi J. C., et Patavini Gymnasii moderatoris* Patavii impressam eodem anno in 4., et ad Sfortiam Pallavicinum missam: hunc Franciscanum, et Geruntinum, Cariatensemque Episcopum facit Ughellus to. 9. Ital. sac. in Geruntin. Episc. n. 35. an. 1586. brevique sedisse conscribit, et *Fr. Propertium Restam* ei successorem eodem anno tribuit; sed eum errare crediderim, cum nostri eo tempore scribentes, nullam de hoc *Octaviano* egerint mentionem.

Fr. Propertii Resta, Episcopi Cariatensis, Scripta duodecim propria ipsius manu subsignata, *quibus iudicium fert de controversiis gratiæ contra Lud. Molinam, et de censuris Michaelis Salon Ord. Erem. S. Aug. ac Petri de Castro circa eamdem doctrinam,* quorum primum incipit « *Circa doctrinam istius doctoris Molinæ cuius intentum et finis est ostendere quanti roboris et virtutis sit libertas arbitrii creati* », extant Romæ in bibliotheca Angelica, ms. 865, foll. 371-422.

Digitized by Google

MMMCCCXXV. 1739.

PROSPER URBANUS = patritius Urbinas, et ecclesiastes suo tempore nobilis, contra hæreticam pravitatem Senis Inquisitor, Urbinatium Duci charissimus, *studiorum comes, et assessor,* teste Felice Ciatto, plenus dierum, et meritorum obiit in patria an. 1609. die 13. Augusti ætatis suæ 76. anno: cujus

Summula resolutionum Summæ Alexandri Alensis Theologicæ prodiit Urbini anno 1603. in 4. per Ragusios.

Oratio de Verbi Dei Incarnationis mysterio argumentis ex Mathematica facultate petitis demonstrato, quam typis editam quidam tradiderunt apud Franchinum n. 297. §. 4.

Apologia pro Veneta Republica contra librum Emmanuelis Tordesiliæ italice sine loco, et anno editionis in 8. habetur Romæ in Biblioth. Barberina ex Indice to. 2. pag. 564.; sed reor et Urbini, et anno 1606. cusam fuisse.

Laudatur vir egregius a coævis scriptoribus Rodulphio lib. 2. fol. 258., Aug. Superbo, aliisque apud cit. Franchinum, et ultimo a Jo: a S. Anton. to. 2.

Difesa à fauor della Sereniss. Repvblica di Venezia. Nella quale pienamente si risoluono le opposizioni introdotte contra di lei nel Libro di Emmanuel Tordisiglia, stampato in Madrid l'anno 1616. Intitolato Relazion Verdadera, oue si discorre la materia degli Vscocchi, e dei presenti moti d'armi in Friuli per cagion loro seguiti. Composta da Prospero Urbani. Sine ulla nota, in 4; et eodem fere titulo: In Paschiauo, per peter Landolfo, et Bonatto Minghino, 1617, in 4. Non solum ex titulo relato, sed ex textu ipso patet Apologiam hanc scriptam non esse ante annum 1616; hinc auctori nostro abiudicanda est. Utraque editio servatur Romæ in biblioth. Casanatensi.

MMMCCCXXVI.

PROTASIUS PORRUS Novocomensis provinciæ Mediolanen. Min. Convent. Doctor Parisiensis, et concionator celebris, latina, græca, hebraicaque linguis edoctus præter aliarum nationum Europæarum idiomatum peritiam, et artium liberalium usum, et præstantiam, scripsit seculo xv. exeunte

Conciones quadragesimales; de Tempore; et de Sanctis.

Orationes, et epistolas elegantes ex Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

Carmina varia ex Paulo Morigia de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 30., et Abb. Picinello in Athenæo Mediolan. pag. 478. Anno 1500. interfuit Comitiis Gen. Interamnæ celebratis; unusque fuit ex iis Magistris in sac. Theologia, qui *Constitutiones Alexandrinas* pro Ordine Min. Convent. ediderunt in iisdem Comitiis publicatas, ut in fine dictarum Constitutionum legitur; ubi et habetur ejus doctum *epigramma,* vel *decastichon,* diciturque *Magister Protasius de Porris de Cummis.* Laudat hunc et Rodulphius lib. 2. fol. 273., vocatque suæ provinciæ Ministrum; et Waddingus in Annal. Min. ad annum 1535. num. 40. ex Ballarino in Hist. Comen.

Ex Asnago (Ces. Cantù, Storia della città e della diocesi di Como, Firenze 1856, pp. 419, 446). Suæ provinciæ minister a. 1517 (Rovelli Gius., Storia di Como, Par. III To. I, Como 1802, p. 494). Obiit octogesimum tertium circiter annum agens Novi-Comi anno 1535 et sepultus est in ecclesia S. Francisci, quam magna ex parte instauraverat. De eo conferendus præcipue Benedictus Jovius auctor coævus in « Historia patria » (Opere scelte, Como 1887, pp. 104, 259).

MMMCCCXXVII.

PYTHIUS THEO. e Monte Varchio transtulit e latino in italicum sermonem, et versum

Tragœdiam primam Senecæ (idest *Hercules furens*), misitque ad Verem Riccalbanum patritium Florentinum; extatque Ravennæ in Biblioth. Classen. PP. Camaldulen. ms. membran. in 8. cum miniaturis. Versus est illius generis, quem Itali vocant *Terza rima,* exceptis choris, argumento Comœdiæ in principio, et in fine *allegoria,* quæ soluto sermone leguntur, ut epistola dedicatoria. Num *Antonius Pettonus* Theologus, et Tusciæ Minister ex Waddingo ad an. 1399. n. 44., ad eam præfecturam assumptus anno 1364. ex Catalogo Ministrorum illius provinciæ?

Codex a Sbaralea hic memoratus servatur adhuc in bibliotheca Classensi, et est sæculi xv (Mazzatinti G., Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, IV, Forlì 1894, p. 166 n. 106). Juxta iudicium Petri Canneti Abbatis Camaldulensis, quod refert et sequitur Joannes Marius Crescimbeni (Istoria della volgar poesia, Roma 1714, pp. 406-407), hæc versio ex stilo videtur sæculi xv; hinc verisimiliter eius auctor ab Antonio Pettono alius est.

Q

MMMCCCXXVIII.

QUINTINUS CAULIER, ut videtur, natione Gallus circa finem seculi xv., vel initio xvi. scripsit

Tractatum de paupertate Christi incipientem: *Curam habe de bono nomine: Eccles. cap.* 41., uti nos docet autor *Firmamenti trium Ordinum* edit. Lucen. par. 4. fol. 153. col. 2., et edit. Ven. anni 1513. par. 3. ad calcem *Defensorii Ocham* fol. 153., ubi dicit *tractatum noviter editum.* Porro *Sanquintinum* est Picardiæ, Galliæque Belgicæ oppidum, ubi plures *Quintini* nomen deferunt. *Quintinus* Hibernas anno 1516. factus est Episcopus Cluanen. in Hibernia ex Annal. Min.; sed an idem cum autore hujus Opusculi, ignoro.

Opus « *Firmamenta,* seu *Firmamentum, trium Ordinum* » numquam Lucæ editum est; editio, quam Sbaralea Lucensem vocat, est parisiensis, cuius quartæ parti dicitur finis *parisius* impositus a. 1511 *Luce.* (i. e. die) *xviii Decembris.*

Digitized by Google

NONNULLÆ EMENDATIONES ET ALIÆ ADDITIONES

Pag. 2. JACOBUS DE AQUIS. — Fuit dominicanus, non franciscanus. *Chronicon imaginis mundi* in duas partes divisum est, quarum prior brevissima excurrit a creatione ad evangelii per apostolos prædicationem, posterior non in Bonifacio VIII consistit, sed se protrahit usque ad a. 1334. Codice bibliothecæ Ambrosianæ utraque pars continetur. Conferantur: Jo. Bapt. Moriondus, Monumenta Aquensia, Pars II (Taurini 1790), præfationis pp. 28-31; Gust. Avogadro in præfatione ad idem Chronicon a se editum inter « Monumenta historiæ patriæ » (Scriptorum Tomus III; Augustæ Taurinorum 1848).

Pag. 3 col. 1 lin. 56 pro *p.* lege *fol.*

Pagg. 4-5. JACOBUS DE BENEDICTIS. — Hæ duæ recentes eius carminum editiones, prima generalis, particularis altera, notandæ sunt:

Società Filologica Romana — Laude di frate Jacopone da Todi secondo la stampa fiorentina del 1490 con prospetto grammaticale e lessico a cura di Giovanni Ferri. In Roma Presso la Società (Perugia, Unione Tipografica Cooperativa) M.D.CCCC.X. in 8; pp. XV-330, (2). Cf. Archivum Franciscanum Historicum, IV (1911), pp. 161-162.

Le Satire [29] *di Jacopone da Todi ricostituite nella loro più probabile lezione originaria con le varianti dei mss. più importanti e precedute da un saggio sulle stampe e sui codici iacoponici per cura di Biordo Brugnoli ordinario di lettere italiane nella R. scuola normale maschile di Perugia.* Firenze, Leo S. Olschki-Editore (Tipografia Giuntina) 1914. in 8 ma. pp. (4), CLX-428. Cf. Arch. Franc. Hist., VII, pp. 773, 778-780.

De eo Livarius Oliger in « The Catholic Encyclopedia » vol. VIII, New York (1910), pp. 263-265; J. Pacheu, Jacopone de Todi. Frère Mineur de Saint-François, auteur présumé du Stabat Mater (1228-1306). Paris, A. Tralin, 1914.

Pag. 6 col. 1 lin. 4 adde: 956.

Pag. 6. JACOBUS DU BOSC. — Col. 2 lin. 1 pro *in 16* lege *in 12*, lin. 20 pro *in 4* leg *in 8*, lin. 32 pro *1658* lege *1657*.

Operi « *L'Honneste Femme* » et tertiam partem auctor addidit, in lucem emissam, forsan prima vice, Parisiis apud Augustinum Courbé au. 1636 in 4. — Trium partium extat hæc editio: Rouen, V.ve Du Bosc, 1643, to. 3 in 8.

Lettre à M.gr le cardinal duc Mazarini sur la paix générale, avec le panégyrique du cardinal de Richelieu, par le R. P. Du Bosc,.... 2e édition. Paris, impr. de F. Muguet, 1662. par. 2, vol. 1, in 4.

Panégyrique du Roi sur le sujet de la paix de Rome, où la magnanimité de Louis XIV est comparée à celle de Jules César, par le R. P. Du Bosc,.... Paris, impr. de E. Martin, 1664. in 4.

Cf. Cataloque général des livres imprimés de la Bibliothèque Nationale. Auteurs. T. XLII (Paris 1910), coll. 735-739.

Pag. 7 col 2 lin. 42 pro *interpolavit* lege *interpolaverit.*

Pag. 13. JACOBUS MAZZA. — *Tractato per vtile et deletabile nominato amatorium acto ad ordinare lo amore humano alli debiti virtu et deuiario* [sic] *de omne illicito amore in che solum consiste virtu nouamente composto da frate Jacobo maza de rhegio ad instantia de Dom ramundo de Cardona.Uice re del regno Neapolitano. Cum gratia et priuilegio.* In fine (fol. 144): *Impresso in Napoli per Madona Caterina qual fo mogliere de magistro Sigismondo Mayr Nel anno del Signor* M.DXVII *a di* XXX. *de Decembre.* in 4. Etiam in hoc opere (quod extat Neapoli in bibliotheca Nationali) auctor se dicit Ordinis Minorum de Observantia. Cf. Giov. Bresciano: Neapolitana. Contributi alla Storia della tipografia in Napoli nel secolo XVI. Halle a. S. 1905 (Sammlung bibliothekwissenschaftlicher Arbeiten. 18 Heft).

Pag. 14 col. 1 lin. 31 pro *insertum* lege *insertus.*

Pagg. 17-18: S. JACOBUS PICENUS. — *Dialogum contra Fratricellos* ut genuinum eius opus hodie omnes admittunt, cum indicia, quæ de auctore exhibeat, solum in S. Jacobum quadrent. Scriptus est inter a. 1450-1459, et non tantum latine sed etiam italice; attamen, an adhuc italice supersit, ignoratur. Eius prologum, qui deest in editione Jo. Dom. Mansi, dedit a. 1911 Livarius Oliger in Archivi Francisc. Hist. tomo IV, docte agens ibidem de eodem *Dialogo* a pag. 3 ad 23. Præter eum cf. Franz Ehrle in « Archiv für Literatur-und Kirchen-Geschichte des Mittelalters, IV (Freiburg im Breisgau 1888), pp. 107-110.

Pag. 25. JOANNA DE JUSSIE. — Cf. Les Clarisses de Genève-Annecy et les Protestants (1530-1535), d'après la relation de l'abbesse Jeanne de Jussie, in « La France Franciscaine », II (Lille 1913), pp. 15-117; de quo opusculo vide Arch. Franc. Hist., VII, p. 179.

Pagg. 25-26. JOANNES ÆGIDIUS. — Liber *De præconiis Hispaniæ* extat etiam in bibliotheca Nationali Parisiensi mss. Nouv. Acquis. lat. 175 sæc. XIV et in Escurialensi ms. Q. II. 17 sæc. XV; in duodecim, non decem, tractatus est divisus; ex quibus 3us (non 4us) agit de liberalitate, 4us (non 3us) de fortitudine, 5us de aliquorum Hispanorum strenuitate, 8us (non 9us) de civitatibus Hispaniæ nominibus immutatis, 10us (non 7us) de iuribus Magnorum, 11us de regulis bellorum generalibus, 12us de cautelis habendis in rebus bellicis.

Ars musica ex codice Archivi basilicæ romanæ S. Petri edita est a Martino Gerberto in sua collectione « Scriptores ecclesiastici de musica sacra potissimum » Typis San-Blasianis MDCCLXXXIV, t. II, pp. 370-393. Quindecim capitulis concluditur, quorum tituli referuntur a Petro Lichtenthal (Dizionario e bibliografia della Musica, III, Milano 1826, p. 144).

De accentu et de dubitabilibus que sunt in biblia, tam in accentu, quam in dictionibus et usibus auctore Ægidio Zamorensi invenitur Tuderti in bibliotheca Civica ms. 114 sæc. XIV. Incipit tamen: « *Suis dilectis provincialibus tholose studentibus* »; desinit: « *extruet templum domino* ».

Plura nostri auctoris edita sunt Matriti an. 1884, 1885, 1888 in « Boletin de la Real Academia de la Historia », videlicet:

Ex *Libro Mariæ, Finis*, qui pæne totus versibus constat, et *Virginis miracula* iuxta ms. bibliothecæ Nationalis Matritensis Bb, 150 sæc. XIV;

Vita Fernandi III Legionis et Castellæ regis, et *Vita Aldefonsi* (*Sapientis*) eius filii, ex ms. eiusdem bibliothecæ I, 217 foll. 141-144,74-78;

Inventio corporis Aldefonsi episcopi Toletani additis *miraculis*, ex eodem ms. foll. 26 v.-32 r.;

Liber de præconiis civitatis Numantinæ, ex quodam ms. sic indicato « Biblioteca de la Real Academia de la Historia, estante 23, grada 7. Códice A, 189, fol. 99-136 »;

Digitized by Google

Ex *Officio Virginis duo hymni*, et *antiphonæ* (versibus scriptæ) tum Matutini tum Laudum, iuxta codicem Nationalis Matritensis Bb, 150 foll. 198r.-213. — Cf. Fid. Fita: Dos libres (ineditos) de Gil de Zamora. I. Liber de preconiis Hispanie. II. Liber de preconiis civitatis Numantine. (Boletin, V, pp. 131-200); Biografías de San Fernando y de Alfonso el Sabio por Gil de Zamora (Boletin, V, pp. 308-328); Traslación é invención del cuerpo de San Ildefonso. Reseña historica por Gil de Zamora (Boletin, VI, pp. 60-71); Poesias inéditas de Gil de Zamora (Boletin, VI, pp. 379-409); Variantes de tres leyendas por Gil de Zamora (Boletin, VI, pp. 418-429); Cincuenta leyendas por Gil de Zamora combinadas con las Cantigas de Alfonso el Sabio (Boletin, VII, pp. 54-144); Treynta Leyendas por Gil de Zamora (Boletin, XIII, pp. 187-225).

Officium Virginis cura eiusdem Fita integrum iam prodierat Matriti an. 1882 in « Monumentos antiguos de la Iglesia Compostelana », pp. 158-188.

Ceterum consulatur Georgius Cirot, De operibus historicis Johannis Ægidii Zamorensis etc. (Burdigalæ apud Feret 1913), cuius libri recensionem reperies in Archivi Franc. Hist. tomo XIII, pp. 610-615.

Pag. 29. JOANNES AB ANGELIS. — *Considerationvm Spiritvalivm svper librvm Cantici Canticorvm Salomonis in vtraque lingua, Latina videlicet et Hispana, perquàm vtilis tractatus....* Anno 1607. Matriti, Ex Typographia Regia. (in fine: En Madrid. Por Juan Flamenco. M.DC.VI.) in 4. (Romæ in bibliothecis Nationali et Vallicellana.) Hæ *Considerationes* scriptæ partim (et præcipue) hispane, partim latine, præmissis septem in Canticum canticorum præludiis, tantum in eius primo et secundo capitulo versantur, nec aliæ prodiisse videntur.

Tratado Espiritual, de como el alma ha de traer siempre á Dios delante de sí. Y aora nueuamente añadido vn Psalterio Espiritual. En Madrid Por Juan de la Cuesta M.DC.IX. (in fine: M.DC.X.) in 16 (in Vallicellana); et italice: In Roma, Per Bartolommeo Zannetti 1608. in 12 (ibidem). Prioris opusculi extat Romæ in Angelica hæc editio: *Trattato della presenza di Dio.* In Roma, Per Guglielmo Faciotto. 1611. in 16.

Trivmphos del Amor de Dios. En Medina del Campo por Francisco del Canto. MD.XC. (in fine operis: 1589.) in 4 (Romæ in Alexandrina). Confer: Franc. de Torres y Saleote, La mistica española y los Triunfos del Amor de Dios de Fr. Juan de los Angeles, Discurso leido ante la Real Academia Sevillana de Buenas Letras..el dia 24 de novembre de 1908 [?]. — Sevilla, Libr. é impr. de Izquerdo, 1907 [?], pp. 70 in 8 maiori.

Dialogos [x] *de la conquista del espiritual, y secreto Reyno de Dios, que segun el Santo Euangelio esta dentro de nosotros mismos.* Impresso en Barcelona en casa de Sebastian de Cormellas, Año de 1597. in 8. (In Alexandrina.)

Pagg. 30-31. JOANNES ANTONIUS DELPHINUS. — Opus editum Venetiis apud Andream Arrivabenum anno 1552 inscribendum erat a Waddingo *De Ecclesia*, non vero *De potestate Ecclesiæ*, quod argumentum proprium est solius secundi libri, cum primus ante oculos omnium fidelium ponat, ut auctoris verbis utar, quæ sit, qualisque omnibus ætatibus fuerit semper ecclesia, et perpetuo sit deinceps futura, tertius autem agat de cultu Dei et Sanctorum. Secundus liber prodierat quidem Venetiis a. 1549 (ad signum Spei), excepto tamen ultimo capitulo; nec ille nec primus vulgatus est Coloniæ a. 1580, sed liber *Joannis Delphii De potestate Pontificis et notis Ecclesiæ.*

De matrimonio et cælibatu libri duo editi sunt Camerini anno 1553, non vero 1554.

De tractandis in Concilio Œcumenico... libellus an typis prodierit a. 1588, valde dubito; sed extat in vol. « Ad sacrosancta Concilia a Philippo Labbeo et Gabriele Cossartio Soc. Jesu Presbyteris edita Apparatus alter » (Lutetiæ Parisiorum 1672, pp. I-XXIV; Venetiis 1728, pp. 591-614) et in Conciliorum Collectione novissime Parisiis in lucem emissa, vol. *Introductio*, pp- 594-614.

In opere « *De Ecclesia* » ab auctore citantur alii sui libri nempe: foll. 52 v. et 195 v. *liber de purgatorio*; foll. 68 v., 108 v., 195 v. *liber de indulgentiis*; fol. 169 v. *liber de magistratu*; foll. 195 v. et 242 v. *liber de Missa*, citatus etiam in libro « *De cælibatu* » (foll. 82-83); fol. 242 v. *liber de Sacramento Eucharistiæ.*

Cf. Friedrich Lauchert, Die italienischen literarischen Gegner Luthers (Erläuterungen und Ergänzungen zu Janssens Geschichte des deutschen Volkes herausgegeben von Ludwig von Pastor. VIII. B., Freiburg im Breisgau 1912, pp. 487-536).

Pag. 35. JOANNES BAPTISTA CHIODINUS. — *Arte pratica latina e volgare di far contrappunto a mente e a penna divisi* [sic?] *in 10 libretti.* Venetia 1610 Amadino. in 4; pp. 62. Extat Monachii in bibliotheca Regia. Cf. Rob. Eitner, Biographisch-Bibliographisches Quellen-Lexikon der Musiker, II, Leipzig 1900, p. 427.

Pag. 40. JOANNES BERMUDO. — Electus est minister provinciæ Bæticæ a. 1560 die 24 iunii. Annus eius mortis ignoratur. Cf. Angel Ortega, Las Casas de Estudios en la Provincia de Andalucía (Archivo Ibero-Americano, Año II, Madrid 1915, pp. 216-224).

Pagg. 42-43. B. JOANNES BORELLUS. — Cf. Liv. Oliger in « The Catholic Encyclopedia » VIII, pp. 475-476.

Pag. 44. — JOANNES BOUCHER. — Consulendus Ant. de Sérent in « La France Franciscaine », III (1914), pp. 215-255, qui eum dicit natum Cenomani ibique verisimiliter defunctum an. 1631.

Pag. 45. JOANNES BRUGNANUS (*Brugmanus*). — Opusculum « *De Ruinis observantiæ* » sub titulo « *Speculum imperfectionis Fratrum Minorum compactum per venerabilem et religiosum P. F. Johannem Brugman O. F. M.* » ex codice Musei archæologici Namurcensis, ubi invenitur scriptum manu sæc. XVI, edidit an. 1909 Hieronymus Goyens in Archivi Franc. Hist. tomo II pp. 615-625, qui ex quodam ms. Archivi provincialis Bruxellensis Ord. Min. *Supplementum* trium capitum adiecit a. 1911 in eiusdem Archivi Franc. Hist. tomo IV pp. 315-317.

Pagg. 46-47. JOANNES CANALES. — Extat Romæ in bibliotheca Casanatensi ms. 103 *Johannis Ferrariensis ordinis minorum Ad magnanimum principem et dominum sigismundum pandulphum ariminensium regem De immortalitate animi* incipiens *Si ad usque nostri temporis feces philosophorum omnium præclara conticuissent ingenia*, agens tribus partibus de animi natura, de eius immortalitate, de eius passionibus atque de æterno spirituum cruciatu, et pæne eadem omnia pertractans, quæ tres priores partes libri editi an. 1494 sed modo prorsus diverso. Codex, ei bibliothecæ dono datus a Card. Prospero Lambertini an. 1729, originalis videtur.

Pagg. 48-51. S. JOANNES CAPISTRANUS. — Pag. 50 col. 1 lin. 34 pro *in 16* lege *in 12.*

Sermones duo ad studentes et *Epistola circularis de studio promovendo inter Observantes* cura Aniceti Chiappini prodierunt an. 1918 in Archivi Franc. Hist. tomo XI pp. 104-131. Primus sermo probabiliter habitus est ante an. 1444 Perusiæ coram studentibus scholæ theologicæ Observantium ibi an. 1440 a S. Bernardino Senensi institutæ, alter ultima dominica post Pentecosten, probabiliter Cracoviæ an. 1553. *Epistola* data est ex Urbe apud ecclesiam S. Francisci Transtiberim an. 1444 die 5ª vel 6ª februarii.

Sermonem de S. Bernardino Senensi edidit Ferd. Doelle in eiusdem Archivi tomo VII pp. 83-90, præmissa (pp. 76-83) disquisitione de eius genuinitate.

Declaratio primæ regulæ S. Claræ a S. Joanne Romæ scripta an. 1445 die ianuarii 27 invenitur Oxonii in Bodleiana cod. Canonic. Misc. 65 sæc. XV; italice versa a. 1515 die 30 augusti a fr. Antonio de Florentia extat Solicciani in monasterio Clarissarum; cuius versionis nonnulla exhibentur a Lucio Maria Núñez in dicti Archivi tomo V pp. 299-308.

Cf. etiam Édouard d'Alençon in « Dictionnaire de théologie catholique », II, Paris 1905, coll. 1686-1688.

Pagg. 58-68. JOANNES DUNS SCOTUS. — Pag. 64 col. 1 lin. 48 pro *Arsenalis* lege « *de l'Arsenal* ».

Meteorologicorum libri quatuor (cf. pag. 67) abiudicandi nostro auctori videntur, cum in bibliothecæ Nationalis Parisiensis mss. lat. 14576, 16621 utroque sæc. XIV Tractatus de proportionibus Thomæ Bradwardini editus ab eo dicatur anno 1328. Cf. Pierre Duhem, Sur les Meteorologicorum libri quatuor faussement attribués a Jean Duns Scot, in Archivi Franc. Hist. tomo III, pp. 626-632. In eiusdem Archivi tomo XI pp. 3-31 a Deodato Maria de Basly Scoti *Theorematum* genuinitas impugnatur, et evincitur *Tractatum de creditis* Scoto a Sbaralea tributum non esse *Theorematum* partem sed nihil aliud quam Scoti Commentarium in libros Sententiarum.

De Joanne Duns Scoto agit egregie Parthenius Minges in « The Catholic Encyclopedia » vol. V (a. 1909), pp. 194-199; de eius patria disserit Andreas Callebaut in Archivi Franc. Hist. tomo X pp. 3-16, et tomo XIII pp. 78-88.

Pagg. 69-70. JOANNES DE ERFORDIA. — *Tabulam iuris canonici et civilis* compilavit an. 1285, quo erat lector

Digitized by Google

in conventu Magdeburgensi, *Summam confessorum* seu *iuris* paulo post an. 1298, *Glossarium* seu *Vocabularium vocum, quæ in Bibliis habentur*, an. 1309. Decessit circa an. 1320. Lipsiæ extare non videntur *Commentarii in libros omnes Sententiarum* sed tantum in tres priores; extant vero Luneburgi. — Cf. Ferd. Doelle, Johannes von Erfurt, ein Summist aus dem Franziskanerorden um die Wende des 13. Jahrhunderts, in « Zeitschrift für Kirchengeschichte », XXXI (Gotha 1910), pp. 214-248; Bertrand Kurtscheid, Die Tabula utriusque iuris des Johannes von Erfurt, in « Franziskanische Studien » Heft III (Münster 1914), pp. 269-290.

Pagg. 77-78. JOANNES FUCHER (*Focher*). — Decessit a. 1572 die 30 septembris. *Enchiridion baptismi adultorum et matrimonii baptisandorum*, quod scripsisse videtur an. 1541 non 1544, et est adhuc ineditum, invenitur Matriti in bibliotheca Nationali. Eius *Declaratio* bullæ Pauli IV anni 1559 edita est a J. García Icazbalceta in « Nueva Colección de Documentos para la historia de México », México 1889, pp. 115-126. — Cf. Robert Streit: J. Focher, ein unbekannter Missions-theoretiker des XVI. Jahrhunderts, in « Zeitschrift für Missionswissenschaft », III (Münster 1913), pp. 275-283.

Pagg. 80-81. JOANNES GEONA. — De eo etiam Man. Martinez Añibarbo y Rives, Intento di un Diccionario biógrafico y bibliográfico de autores de la provincia de Burgos, Madrid 1889, pp. 257-259.

Pag. 82. JOANNES GLABION (*Glapion*). — *Le passetemps* etc. ei tribuitur etiam in ms. 379 bibliothecæ publicæ Atrebatensis sæc. XVI. Editio eius opusculorum anni 1523 prodiit Parisiis cura Nicolai Volkyr de Serouville. — Cf. La Croix du Maine, Premier volume de la Bibliotheque, Paris 1584, pp. 229, 357.

Pagg. 83-88. JOANNES GUALLENSIS. — De *Communiloquio* confer R. Galle: Ein geistliche Bildungslehre des Mittelalters. Aus der Geschichte der Predigt, in « Zeitschrift für Kirchengeschichte », XXXI, pp. 523-555.

Pag. 89. JOANNES HALLERUS. — Jo. *Heller*; defunctus non an. 1535 vel 1536, sed 1537 die februarii quinta. Anno 1527 die 19 februarii Dusseldorpii cum Friderico Myconio Disputationem habuit, et paulo post ad iniquam de ea Relationem ab adversario vulgatam edidit germanice *Responsionem*, quæ prodiit Coloniæ mense maio eiusdem anni. Cf. C. Schmitz, Der Observant Joh. Heller von Korbach. Mit besonderer Berücksichtigung des Düsseldorfer Religionsgesprächs vom Jahre 1527. Anhang: Neudruck der « Handlung und Disputation » und Hellers « Antwort ». (Reformationsgeschichtliche Studien und Texte. Herausgegeben von Dr. Joseph Greving. Heft 23. Münster i. W. 1913).

Pag. 89 col. 2 lin. ult. pro *pene centum* lege *circiter quinquaginta millia*.

Pagg. 91-94. JOANNES JUCUNDUS. — Pag. 93 col. 1 lin. 8 pro *possit* lege *posset*.

Nostro Jocundo debetur versio ex italica lingua in latinam epistolæ Americi Vesputii ad Laurentium Petri de Medicis, in qua de sua tertia navigatione agit. Etenim in opusculo « *Speculum Orbis* » Gualtheri Ludd cum *Declaratione* industria Joannis Grüninger Argentin. impresso sine anni nota sed verisimiliter anno 1507, quem exhibet epistola dedicatoria, hæc verba fol. iij leguntur: « Et circunferunt bibliopolæ passim ea de re nostri Philesii Vogesigenæ [i. e. Matthiæ Ringmanni] quoddam epigramma in libello Vespuccii per Jocundum *Veronensem qui apud Venetos architecti munere fungitur* ex Italico in Latinum sermonem verso impressum. » Confer: H. Harrisse, Bibliotheca Americana Vetustissima, New-York 1866, n. 49, et Additions (ad idem opus), Paris 1872, p. 18; Gius. Fumagalli in « Vita di Amerigo Vespucci scritta da Ang. M. Bandini » Firenze 1898, p. 105 n. 15. — Huius versionis editio notis typographicis carens, sed procul dubio circa a. 1504 per Eucharium Silber Romæ excusa, Romæ servatur in bibliotheca Corsiniana.

Pagg. 96-97 JOANNES A S. LAURENTIO. — Pag. 97 col. 1 lin. 32 pro *separate* lege *separatim*.

Circa opusculi « *I Fioretti di S. Francesco* » editionem ut decimam quartam a nobis indicatam (pag. 97 col. 2 lin. 26-28) videsis F. Van Ortroy, Un incunable des Fioretti, in « Analecta Bollandiana » tom. XXXVIII (Bruxelles 1920), pp. 167-171.

Pag. 98 col. 1 lin. 60 pro *quoad* lege *quod*.

Pagg. 99-100. JOANNES A S. MARIA. — Pag. 100 col. 2 lin. 3 et 4 pro *in 16* lege *in 12*.

Operis « *Relacion del martirio* etc. » editio romana cum additionibus Francisci Peñæ, quam indicare videtur Waddingus, adhuc me latet. Ceterum *Adicion de Francisco Peña Avditor de Rota. De tres capitulos, a la relacion del Padre Fra Juan de Sancta Maria, en que se muestra que la muerte de los seys padres Descalços. Y otros sus allegados, en el Jappon a cinco de Hebrero Año de 1597. fue verdadero Martyrio*, addita subscriptione « *En Roma, Impressa por Nicolas Mucio. 1599.* » extat in « Historia de las islas del Archipelago... compvesta por Fray Marcello Deribadeneyra.... Barcelona... M.DCI » pp. 713-725.

Pag. 105. JOANNES A MONTECORVINO. — In epistola data an. 1305 die 8 ianuarii hæc scribit: « Didici competenter linguam et litteram Tartaricam, quæ lingua usualis Tartarorum est, et iam transtuli in linguam illam et litteram totum *novum Testamentum* et *Psalterium*.... Et tractavi cum supradicto Rege Georgio, si vixisset, totum *Officium* latinum transferre, ut per totam terram cantaretur in dominio suo. » Neque in hac epistola neque in alia loquitur de vertenda reliqua *Veteris Testamenti* parte. De eo Golubovich agit etiam in operis citati tomo II (1913) pp. 131-133, 139-140, et tomo III (1919) pp. 86-96. In primo tomo, pp. 306-309 quamdam epistolam a Waddingo omissam dat italice ut relata est a fratre Menentillo de Spoleto Ord. Præd. atque extat in bibliotheca Laurentiana plutei 76 codice 74, in tertio tomo, pp. 87-93, tres epistolas a Waddingo corrupte editas, quæ revera sunt duæ, quum secunda ac tertia unius eiusdemque epistolæ partes sint, genuine exhibet ex ms. lat. Nationalis Parisiensis 5006 sæc. XIV.

Pag. 109, col. 2 lin. 25 pro *mutilum* lege *mutilus*.

Pag. 110. JOANNES PAULUS GERMANUS. — Cf. « The Catholic Encyclopedia », XI (1911), p. 583.

Pagg. 111-114 JOANNES PECCHAMUS. — Pag. 114 col. 1 lin. 63 pro *1911, I* lege *IV, 1911, pp.*

De eius operibus servatis in codicibus florentinis notitiam exhibet F. Tocco in op. cit. pp. 183-203. Ex codice bibliothecæ Nationalis Conv. soppr. I, 1, 3, sæc. XIII, Livarius Oliger a. 1915 publici iuris fecit in Archivi Franc. Hist. tomo VIII pp. 414-439 eiusdem quæstionem « *Utrum liceat inducere pueros, doli capaces, ad obligandum se religioni voto vel iuramento, aut etiam adolescentes* »; ex codice dictæ bibliothecæ Conv. soppr. G, 4, 854 continente *Commentarium in primum librum Sententiarum*, qui codex iam biblioth. S. Crucis idem videtur ac a Sbaralea memoratus, edidit a. 1909 Augustinus Daniels *secundæ distinctionis quæstionem primam*, in « Quellenbeiträge und Untersuchungen zur Geschichte der Gottesbeweise im dreizehnten Jahrhundert » (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters. Band VIII. Heft 1-2; pp. 41-50).

Oxonii in Bodleiana codice 859, cum titulo per manum sæc. XIV *Super quartum Sententiarum*, extant Joannis de Pecham *quæstiones selectæ* ex libro quarto Sententiarum desumptæ.

Tractatus de perfectione evangelica invenitur etiam Ravennæ in bibliotheca Classensi ms. 298 sæc. XIV. Cf. et Hier. Spettmann, Quellenkritisches zur Biographie des Johannes Pecham, O. F. M. † 1292, in « Franziskanische Studien », Heft. IV (1915), pp. 170-207, 266-285.

Pag. 115 col. 1 lin. 42 pro *facto* lege *eo*.

Pag. 116 col. 1 lin. 56 pro *quam vocant cursivo* lege *quem vocant cursivum*.

Pag. 117. JOANNES DE PLACENTIA. — *Tratado de los ritos* etc. editus est Matriti a. 1892 a M. Pardo de Tavera *Las costumbres de los Tagalos...*), item a P. A. Paterno (*El Barangay. Con la relacion de F. Juan de Plasencia*). Eodem anno prodiit lingua hollandica interprete H. Kern (*De gewoonten der Tagalogs of de Filipijnen volgens P. Plasencia*), et paulo post lingua germanica interprete Prof. Blumentritt (*Die Sitten und Bräuche der alten Tagalen*. Berlin 1893). Ex W. E. Retana, Aparato bibliografico de la Historia general de Filipinas. I, Madrid 1906, nn. 3202, 3204, 3164, 3280 (cf. Arch. Franc. Hist., III, p. 574).

Pag. 118 col. 1 lin. 51 pro *quos* lege *qui*.

Pag. 119 col. 1 lin. 57-58 pro *in 8 p.* lege *in 12*.

Digitized by Google

Pagg. 121-123. JOANNES RICUTIUS. — *Plinianus Index* editus est etiam Venetiis per Bernardinum de Vianis de Lexona Vercellensem a. 1523 die xv Septembris in fol.

Pagg. 126-128. JOANNES DE RUPELLA. — *Summa*, quæ a Sbaralea dicitur *theologica*, extans Oxonii in Collegio Exoniensi, est eadem ac *Summa de vitiis* et *Summa de malo* infra ab eo indicatæ, nec diversa probabiliter a *Summa*, quam Waddingus dicit *virtutum et vitiorum* et haberi ms. Asisii atque in biblioteca Vaticana (cf. ms. Asisiatem bibliothecæ publicæ 587, et ms. Vat. Lat. 4293). Incipit: « *Cum summa theologicæ disciplinæ divisa sit in duas partes, scilicet in fidem et mores, secundum quod fidelis domini nostri Jesu Christi propheta David ait: rectum est verbum Domini* »; explicit autem: « *Si alicui melius videatur non contendo* ». Invenitur etiam: Oxonii in Bodleiana codd. Laud. Miscell. 221 sæc. xiii ex.-xiv et Canonic. Miscell. 271 ex. sæc. xiv; Lucernæ in Pagi bibliotheca in quodam codice membr. in folio maiori sæc. xiii; Trecis in bibliotheca publica ms. 1339 ex. sæc. xiii; Stutgardiæ in bibliotheca iam Regis privata ms. 29 item ex. sæc. xiii; Brugis in bibliotheca civica ms. 228 sæc. xiii ex.-xiv, et alibi.

Tractatus inscriptus apud Jos. Pasinum loco cit. *Summula articulorum* est alius ab opere præcedenti. In codice Taurinensi die 26 ianuarii an. 1904 igne absumpto periit, sed extat in Escuriali cod. E. 97. iv c. 2 ex. sæc. xiv, Romæ in biblioth. Casanatensi ms. 1473 (iam A. v. 43) sæc. xiv ff. 67 v.- 77 v., Mediolani in Braidensi ms. A. D. ix. 7 ex. sæc. xiv. Incipit: « *Summa theologicæ disciplinæ in duobus consistit, scilicet in fide et moribus, sicut dicitur in prologo super psalterium. Fides autem dupliciter accipitur, ut dicitur in Sententiis. Est enim fides qua creditur, et hæc est fides virtus, de qua infra dicetur suo loco; et est fides, quod creditur, et hæc fides nihil aliud est quam articuli fidei, de quibus est prima intentio huius tractatus* ». Non continet nisi expositionem symboli apostolici, symboli quod cantatur in Missa, et symboli Athanasiani (quæ expositio concordat maxima ex parte, sæpissime ad verbum, cum declaratione horum trium symbolorum data ab Alexandro Halensi in fine partis tertiæ suæ Summæ theologicæ); et explicit: « *Laus honor et gratiarum actio beatæ Trinitati vivo et vero Deo, cuius fides in trino symbolo scripta est per Jesum Christum in sæcula sæculorum amen* ».

Tractatus de anima inest etiam ms. 12049 bibliothecæ Regiæ Bruxellensis ex. sæc. xv. Parthenio Minges in dissertatione infra notata videtur spurius ex eo, quod duodecim animæ definitiones proponit ac explanat, Joannes vero de Rupella in *Summa de anima* solum septem.

Tractatus de (decem) præceptis extat post *Summam de articulis fidei* atque Joanni de Rupella adscriptus in codice Casanatensis 1473 (ff. 77 v.-86 v.), ubi incipit: « *Dicturi de præceptis deo adiuvante volumus hæc declarare* » et desinit: « *cum per eadem, per quæ ordinatur in Deum, ordinetur ad seipsum* ». Videtur coniungendus cum *Summa de articulis fidei*, in huius enim prologo hæc leguntur: *In sex ergo tractatibus Deo adiuvante præsens opusculum terminabitur, quorum primus est de fide quod creditur sive de articulis fidei, secundus de peccato, tertius de dono, quartus de præcepto, quintus de virtute, sextus et ultimus de sacramento* ». Tractatuli *de peccato, de dono, de virtute, de sacramento* et ipsi in codicibus inventi sunt, cum presbyter Cholet, qui cum presbytero Grosilier editionem parabat omnium operum nostri auctoris, eos transcriptos reliquerit. In ms. Casanatensi *tractatum de præceptis* sequitur (ff.86v.-88r.) *Additio de consiliis evangelii*.

Codice lat. xxvii bibliothecæ Nationalis Taurinensis sæc. xiv, qui et ipse periit a. 1904, continebantur (teste Pasino in op. cit. par. 2 pag. 6) *Joannis de Rupella: Commentarius in Isaiam, Jeremiam, Jobum, Ezechielem, Danielem, Abdiam, Abachuc, Sophoniam, Aggæum, Malachiam, Joelem, Jonam, in librum Numerorum, in Epistolas S. Paulli, et in quatuor Evangelia*, præterea tractatus tres *De æternitate Dei et mundi creatione, De prædestinatione, De resurrectione mortuorum*.

Cf. Parth. Minges, De scriptis quibusdam Fr. Joannis de Rupella Ord. Fr. Min., in Archivi Franc. Hist. tomo vi, pp. 597-622, ubi et alia opuscula eidem tributa indicantur; Brendan Jennings in « The Catholic Encyclopedia » viii, pp. 477-478.

Pag. 134. JOANNES A TALIACOTIO. — Col. 2 lin. 42 pro *1907*, *in 16* lege *1906*, *in 12*.

« *Epistola de Johannis a Capistrano obitu* » edita etiam est in Actis Santorum, Octobris t. x, pp. 390-402;

Relatio victoriæ etc. et ibidem pp. 366-380 (omissa tamen inscriptione *Rev. in Christo...*), et antea in Waddingi Annalibus, 1ae ed. t. vi, pp. 227-247, 2ae ed. t. xii, pp. 340-362

Pag. 135. JOANNES TISSERANDUS. — De hymno *O filii et filiæ* ei tributo cf. H. T. Henry in « The Catholic Encyclopedia », xi (1911), p. 221-222.

Pagg. 142-144. JOANNES ZUMARRAGA. — Vide M. Jimenez de la Espada, Tres cartas familiares de Fr. Juan de Zumárraga, primer obispo y arzobispo de México, y contestación a otra que le dirige Fr. Marcos de Niza, in « Boletín de la Real Academia de la Historia » vi, Madrid 1885, pp. 239-252.

Pag. 144. JOANNETTINUS NINNO. — *Aphorismi superiorum etiam et inferiorum pro concordia, pace et tranquilitate Reipublicæ conseruanda... per Fr. Juanetin Niño Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Obseruantiæ: Apud Salmanticenses S. The. olim Professorem: Supremi Regis catholici Senatus sanctæ Generalis Inquisitionis Qualificatorem et Provinciæ sancti Jacobi Ministrum.* Barcinone: apud Sebastianum et Jacobum Mathevat. Anno 1625. in 16.

Pag. 156. JULIANUS TEUTONICUS. — Ex ms. Vat. lat. supra male indicato, cum sit 4354, in *Officio S. Francisci* non sunt Juliani quatuor hymni, duo responsoria et tres antiphonæ, quæ debentur partim Gregorio IX, partim Card. Thomæ de Capua, partim Card. Rainerio Viterbiensi. Cf Bern. de Bessa: Liber de laudibus beati Francisci (Analecta Franciscana, iii, Ad Claras Aquas 1897, p. 666).

Pag. 160 col. 1 lin. 46 pro *1885* lege *1585*.
Pag. 162 col. 2 lin. 9, 12, 18 pro *in 16* lege *in 12*.
Pag. 168 col. 2 lin. 5 adde: apud Paulum Balleonum 1615 in 4.

Pag. 171. LEO VALVASSORIUS. — Tuderti in bibliotheca civica cod. 179 sæc. xiv est *Fratris Lei de ordine Minorum Pabulum refectionis*. Hunc fratrem *Leum* eumdem esse ac *Leonem Valvassorem* dicit Laur. Leonij (Inventario dei codici della Comunale di Todi, Todi 1878, p. 60).

Pag. 174 col. 1 lin. 15, 16 pro *par* lege *per*.

Pagg. 176-178. LUCAS PACIOLUS. — In « *Summa de Arithmetica* » etc., in fine Arithmeticæ, extat (in editionis anni 1494 foliis 14 sign. AA) *La tariffa de tutti costumi: cambi: monete: pesi: misure: e usance di lettere di cambi: e termini di dette lettere che ne paesi si costuma: e in diverse terre.* Opusculum hoc bis antiquitus Florentiæ editum est, primo per Franciscum Dini Die x Decembris an 1481 in 4 (Lud. Hain, Repertorium Bibliographicum, n. 4956), secundo ad petitionem Petri [Pacini] de Piscia sine typographi et anni notis, sed per Bartholomæum de Libris circa an. 1498-1500, in 8 (Hain, n. 4955). In utraque editione est anonymum, et in quodam codice Magliabechiano tribuitur Georgio Laurentii Chiarini. — Conferantur: tres editiones indicatæ (quas invenire est Romæ in Bibliotheca Corsiniana); Ferd. Fossius, Catalogus codicum sæc. xv impressorum, qui in pvblica Bibliotheca Magliabechiana Florentiæ adservantur, i, Florentiæ 1793, coll. 515-516; J. Ch. Brunot, Manuel du libraire, iii, Paris 1862, col. 1067.

Pag. 178 col. 2. lin. 28 pro *in 16* lege *in 12*.
Pag. 180 col. 2 lin. 33, 37, 52 pro *in 16* lege *in 12*.

Pagg. 184-185. LUDOVICUS CARVAJALIUS. — Obiit minister suæ provinciæ Bæticæ exeunte augusto an. 1552. *Declamatio Expostulatoria pro Immaculata Conceptione* prodiit primum Hispali an. 1533 in 8 dicata duci Medinæ Sidoniæ Joanni Alphonso de Guzman. Cum fr. Jacobus Dumenstier al. Dumontier S. Theol. doctor, et provincialis Dominicanorum in Gallia, ei quindecim obiectiones opposuerit, ad se missas teste Thoma Strozzi (op. cit. lib. 7o. cap. xxvii [non xviii]) a Barth. Spina, Ludovicus suum librum refudit eiusque approbatione a facultate theologica parisina obtenta ipse eum edidit an. 1541 adiectis Dumenstieri obiectionibus et responsionibus suis. Ceterum Barth. Spina anno 1541 nondum erat magister sacri palatii.

Cf. A. Ortega in op. cit., pp. 179-205.

Pag. 185. LUDOVICUS CAVALLI. — Ultima additionis periodus *deleatur*.

Digitized by Google

Pag. 192. LUDOVICUS PIPRE. — Opusculum *Parochophilus* seu *Theophilus parochialis* prodiit gallice ex parte. Cf. C. Sommervogel, Bibliothèque de la Compagnie de Jésus, Bibliographie. I (Bruxelles 1890), col. 135.

Pag. 193. LUDOVICUS PRUTENUS. — De eius opere cf. Parth. Minges, Das Trilogium Animæ des Ludwig von Preussen, O. F. M., in « Franziskanische Studien » Heft 3, pp. 291-311.

Pag. 194. LUDOVICUS DE REBOLLEDO. — Ex Burgis oriundus natus est Hispali an. 1549 ibique decessit die 23 ianuarii 1613. Eius *Historiæ* pars prima prodiit etiam Compluti an. 1609, Ulyssipone an. 1615. *Libro de la Regla y Constituciones generales de San Francisco* editus est *primum* « En Sevilla por Clemente Hidalgo « an. 1607 in fol.

Cf. A. Ortega in op. cit. (Archivo Ibero-Americano, Año IV 1917, pp. 38-39).

Pag. 195 col. 2 lin. 2 pro *editio* lege *editionem*.
Pag. 200 col. 1 lin 23 pro *M. D. L xxij* lege *M. D. Lxxxij*.

Pag. 203. MARCELLUS DE RIBADENEIRA. — Natus est Palenciæ obiitque an. 1606 ætatis suæ quadragesimoquarto. Opera, quæ latinis titulis ei tribuit Waddingus, omnia præter quintum referens Nicolaus Antonius, titulos quidem hispanos iisdem apponit, sed de tribus postremis dicit se non satis compertum habere an hispana lingua scripta sint.

Pag. 209 col. 1 lin. 49 pro *Marco* lege *Fabio*.
Pag. 212 col. 1 lin. 36 pro *1516* lege *1616*.

Pagg. 216-217. MARIANUS FLORENTINUS. — Pag. 216 col. 2 lin. 60 pro *Muñez* lege Núñez.

De opere « *Historia Tertii Ordinis S. Francisci* » confer discussionem fr. Anastasii Van den Wyngaert in Archivi Franc. Hist. tomo XIII, pp. 3-77.

Pag. 222. MARTINUS DE LA CUEVA Bæticus. — De eo agit A. Ortega in opere supra cit. (Arch. Ibero-Americ., A. II, pp. 212-216).

Pagg. 227-228. MATTHÆUS DE AQUASPARTA. — Ex eius *Commentario in librum primum Sententiarum*, Dist. II. Art. I, quæstiones I et III *Utrum Deum esse sit verum. Utrum Deum esse sit verum indubitabile* iuxta ms. Tudertinum 122 editæ sunt ab Augustino Daniels in opere supra indicato pp. 52-63: eius *Sermo de S. Francisco* ex codice auctoris autographo 461 bibliothecæ civicæ asisiensis cura Fidelis Cloarec in lucem prodiit an. 1916 in Archivi Franc. Hist. tomo IX, pp. 227-236. — Cf. Michael Bihl in « The Catholic Encyclopedia », X (1911), p. 53.

Pag. 235 col. 2 lin. 10 pro *in 16* lege *in 12*.
Pag. 237 col. 2 lin. 65 pro *1534* lege *1631*.
Pag. 238 col. 1 lin. 35 pro *in 16* lege *in 24*.
Pag. 250 col. 1 lin. 3-4 pro *dissensit* lege *dissentit*.
Pag. 254 col. 2 lin. 76 et 83 pro *in 16* lege *in 12*.
Pag. 263 col. 1 lin. 49, col. 2 lin 30 pro *in 16* lege *in 12*.

Pagg. 266-268. NICOLAUS AUXIMANUS. — Opus « *Quadriga spirituale* » extat etiam ms, Florentiæ in bibliotheca Riccardiana codicibus 1423 (sæc. XV) et 1432 (an. 1453), necnon Toleti in bibliotheca Capitulari. Cf. Arch. Franc. Hist., VI, pp. 157,159.

Ea *Declaratio preceptorum regule sancte Clare*, quæ edita est in eiusdem Archivi tomo V, pp. 310-314, invenitur Romæ in Collegii S. Isidori ms. I/84 cum nomine Nicolai de Auximo. Cf. idem Archivum, to. IX, pp. 445-446.

Pag. 270 col. 2 lin. 55 pro *133* lege *143*.
Pag. 271 col. 1 lin. 38 pro *quelque* lege *quelques*.

Pag. 272. NICOLAUS [DE] FARA. — Nullo modo constat Vitam B. Johannis de Capistrano auctore Nicolao de Fara vulgatam esse a Petro de Supronio. Raram editionem, de qua hic loquitur Sbaralea, et Waddingus ad v. *Petrus Sifronius*, Sociis Bollandianis ignotam, inveni et inspexi Romæ in Vallicellana. Titulum habet « *Vita et gesta beati Johannis de Capistrano* », editoris nomen non promit, et continet, post Commendationem de vita et miraculis beati Johannis factam suis in Chronicis ab Ænea Silvio de Senis (qui postea fuit Pius II), tres vitas beati Johannis scriptas a Nicolao de Fara, Hieronymo de Utino Christophoro de Varisio, hanc ultimam cum subscriptione « in vigilia Petri et Pauli. 1489 » Sequuntur pæne tribus paginis *Preconizatio beati patris Johannis de Capistrano edita a fratre Petro de Sopronio eiusdem socio* ex scriptis eius, ut in fine dicitur, desumpta, et colophon « Deo viuente Finis cui soli gloria. Anno salutis. M. D .xxiij. », quæ verba non ad *Præconizationem* sed ad editionem referenda sunt, cum inter *Præconizationem* et ipsa aliquantum spatium vacuum intercedat, et Petrus de Sopronio, ab an. 1450 beati Johannis socius, ante an. 1523 obiisse putandus sit. In vita scripta a Nicolao de Fara præfatio inest, quæ in Actis Sanctorum non invenitur.

Pag. 274. NICOLAUS GLABSPERGEN. — Cf. Walter W. Seton, Nicholaus Glassberger and the « Maiora Chronica » in Archivi Franc. Hist. tomo VIII, pp. 359-363; Liv. Oliger, De quibusdam operibus Fr. Nicolao Glassberger attributis in eiusdem Archivi tomo XIII, pp. 388-402.

Pagg. 289-290. NICOLAUS VALLA. — Ultima additionis pars deleatur. Pro ea sit:

F. N. Vallæ Agrigentini ordinis minorum extemporaneum hexasticon [sic] extat post Dominici Picolominei Senensis orationem in initio studii habitam, editam sine temporis nota Senis per Henricum. (Quem G. W. Panzer, Annales typographici, to. IX, p. 281, n. 48 c., atque ex eo L. Hain, Repertorium Bibliographicum n. 12990, dicunt Henricum de Haerlem.) Totum refertur a P. Bologna, loco cit.

Pagg. 294-296. ODO (*Rigaldus*). — In Necrologio Antissiodorensi Fratrum Minorum provinciæ Franciæ defunctus esse dicitur an. 1276 die 5ª maii. Cf. Arch. Franc. Hist., III p. 320.

Pagg. 296-298. ODORICUS DE PORTUNAONO. — Pag. 297 col. 2 lin. 33 pro *383* lege *683*; pag. 298 col. 1 lin. 38 pro *Asisiati* lege *Asisiate*.

Suum iter Odoricum incepisse anno 1314 deducitur ex Chronicis XXIV Generalium Ord. Min. scriptis quoad maximam partem ante an. 1369 (Cf. Analecta Franciscana, III, p. 500). Annum 1318 habent tantum duo codices italici sæc. XV, ceteri sexdecim, qui adhuc sunt noti, et latini omnes nullum annum proferunt. De nostro auctore conferendus præcipue Golubovich, Il B. Fr. Odorico da Pordenone O. F. M. Note critiche bio-bibliografiche, in Archivi Franc. Hist. tomo X, pp. 17-46, vel in operis *Biblioteca* supra cit. tomo III, pp. 374-393.

Pag. 304 col. 1 lin. 36 pro *anthropofagis* lege *anthropophagis*.

Pag. 305. S. PASCHALIS BAYLON. — S. Paschalem autorem non fuisse eiusque opuscula non esse nisi excerpta quædam pia ex aliorum libris concludit Autbertus Gröteken de eius scriptis agens in capite decimo sui operis « Paschalis Baylon. Ein Heiligenbild aus Spaniens goldenem Jahrhundert » (Einsiedeln 1909). Eiusdem sententiæ est Pasc. Boronat y Barrachina, Estudio critico de las obras escritas por S, Pascual, in « Recuerdo de la peregrinación Eucarística 1899 » (Valencia 1900), pp. 118-135.

Pag. 314 col 1 lin. 10 pro *ne* lege *an*.
Pag. 318 col. 1 lin. 8 pro *vel* lege *an*.
» » col. 2 lin. 29 pro *Custos* lege *Guardianus*.

Pagg. 322-323. PETRUS AQUILANUS. — Eius *Expositio super Sententias* extat in ms. lat. bibliothecæ Nationalis Parisiensis 13427 sæc. XIV.

Pagg. 324-328. PETRUS AUREOLUS. — *Postillæ super Apocalipsim exposita per fratrem Petrum Aurioli* invenitur in ms. olim Phillipps 12290, nunc Andreæ G. Little, anni circ. 1400, foll. 181 r.–201 r. In Archivo Franc. Hist., t. XII, p. 569 dicitur ignota Sbaraleæ; sed falso, ut puto, cum ex eius initio ibidem relato « *Liber iiiius epistolaris apocalipsis videlicet* » videatur pars operis « *Compendium sensus litteralis totius sacræ Scripturæ* ».

Pag. 338 col. 2 lin. 48 post v. *auctore* addatur *de quo Waddingus*.

Pag. 339. PETRUS FERMOSELUS. — Editio hispalensis anni 1555 tractatulos tres auctore Petro Fermosello continet; priores duos iam indicavimus ex Nicolao Antonio, tertius est *De Formalitate seu de Identitate et Distinctione rerum*. Quo anno obierit hic auctor, nescitur. Cf. A. Ortega, op. cit. (Arch. Ibero-Americ., A. II, pp. 206-212).

Digitized by Google

Pag. 340 PETRUS GALATINUS. — Col. 2 lin. 42 pro *Pauli II* lege *Pauli III*.

De vera theologia, pars I extat in ms. Vatic. lat. 5570, *De ecclesia catholica libri* III *ad Paulum III*, in ms. Vatic. lat. 5575.

Libellus de optimo principe In catholici Ferdinandi utriusque Hæsperiæ regis aduentu ad Parthenopæum regnum æditus, ipsi Ferdinando dicatus, incipiens post epistolam nuncupatoriam « *Recte a priscis traditum est sapientibus* » (idem atque opusculum a Waddingo inscriptum *De optimi principis diademate*) invenitur Romæ in bibliotheca Angelica ms. 1366 sæc. XVI ff. 1-98 v.— Eumdem sequitur (ff. 99 v.- 100v.) Petri *Epistola ad Bernardinum* [Scomaphoram] *episcopum Castrensem* de dicto libello agens, quæ incipit: *Sepe numero a me petisti Immo me verbis atque assiduis monitis, ne dicam precibus, totiens hortatus fuisti, vt in latinum uerterem æloquium ca quæ de regis nostri catholici corona vernacula lingua more sacrorum oratorum populo Tarentino exposui.* »

Epistola de divini nominis tetragrammaton interpretatione contra Judæos ad Zenonem episcopum S. Marci data Neapoli VI kalendas Junias [an. 1507] extat ibidem ff. 102 v.- 107 r. In ea, cui initium « *Quom primum me uidisti* », Petrus plura de eodem argumento scripturum, quum in Apuliam redierit, se offert. Eidem manuscripto inest etiam *Epistola episcopi Zenonis* a Sbaralea indicata.

In eiusdem bibliothecæ ms. 488 invenitur fragmentum cuiusdam Petri orationis dictæ Julio II in die cinerum, incipientis « *Quum jeiunatis... Dicendum profecto esset hodierna luce* ».

Ad diuum Leonem X Pont. Opt. Max. Petri Galatini Minoritani rev. dom. card.lis Sanct. quatuor coronator. capellani libellus de morte consolatorius in obitu ill. principis Laurentii Medicis ducis Urbini inest ms. Vatic. lat. 3190, qui est exemplar originale ipsi Pontifici oblatum.

Pag. 341. PETRUS GONNELLA. — Augustæ Taurinorum in bibliotheca Nationali huius auctoris extat adhuc, ms. sæc. XV (E. III. 26), *Opus de vocabulis quod Apiarium nuncupatur*.

Pagg. 342-347. PETRUS JOANNES OLIVI. — Pag. 346 col. 2 lin. 4 pro *1016* lege *1116*.

In Archivi Franc. Hist. tomo XI (1918) ab Albano Heysse ex ms. Laurentiano S. Crucis Plutei XXXI cod. 3 sæc. XIV hæc edita sunt: (pp. 264-267) *Petri Responsio in capitulo generali quando fuit requisitus quid de usu paupere sentiret*; (pp. 267-269) *De obitu dicti Fratris Petri et quid receptis sacramentis dixit, quando, et ubi recepit scientiam suam et quid senserit de usu paupere et multa* [*alia*]. — Ibidem pp. 340-373 prodiit per Livarium Oliger præmissa a pag. 309 docta dissertatione, « *Petri Johannis Olivi De renuntiatione Papæ Cœlestini V. Quæstio et Epistola* ». *Quæstio* datur ex ms. Vatic. lat. 4986, ubi decimumtertium locum occupat inter septemdecim quæstiones *de perfectione evangelica*, *Epistola* (14 sept. 1295 ad fr. Conradum de Offida) ex codice Burghesiano 54 sæc. XIV.

Pag. 366. PETRUS SIFRONIUS. — In *Præconizatione beati patris Johannis de Capistrano* hæc habet: « miracula que gesta sunt in vita conscripserunt: socij sui fratres Italici: facientes super illis registrum valde copiosum fide dignis testimonijs approbatum: *feci et ego hoc ipsum post obitum beati viri*: ex mandato reuerendi patris fratris Jacobi de Marchia: nuncij sedis apostolice ac inquisitoris heretice prauitatis in regno Hungarie: et in circumfinibus eiusdem: ac venerandi patris Stephani de Vassau: Vicarij Vicarie Hungarie ordinis minorum de obseruantia qui mihi fratri Petro de Sopronio pluries id fieri commiserunt: et preceperunt. » Cf. supra ad v. *Nicolaus de Fara*.

Pag. 371. PETRUS DE VALLIBUS. — Cf. P. Ubald d'Alençon, La lettre de P. Pierre de Vaux aux habitants d'Amiens (1443), in « Études Franciscaines », XXIII (1910), pp. 651-659.

Pag. 376. PHILIPPUS BRUSSERIUS. — Cf. Golubovich in operis cit. tomo III, pp. 29-36.

Pagg. 382-383. PHILIPPUS PERUSINUS. — *Instrumentum de stigmatibus beati Francisci*, datum quinto, ut videtur, non sexto nonas octobres anni 1282, editum est in Analectis Franciscanis, t. III, pp. 641-645.

Epistola de cardinalibus protectoribus Ordinis Fratrum Minorum inest etiam, scripta manu sæc. XIV, codici monasterii S. Floriani canonicorum regularium in Austria superiori XI, 148. Collato hoc codice cum Laurentiano et Berolinensi, edita est tertio correctius ab Oswaldo Holder-Egger inter « Monumenta Germaniæ historica » (Scriptorum tom. XXXII, pp. 678-684). De codice burdigalensi cf. Ferd. M. Delorme in Archivi Franc. Hist. tomo VIII, pp. 316-317.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NOT FOR CIRCULATION

Digitized by Google

UNIVERSITY OF CHICAGO
78 632 387

Digitized by Google